BIBLIOTHECA MANUSCRIPTA

AD

S. MARCI VENETIARUM

CODICES MSS. LATINI

Tom. I.

VENETIIS
EX TYPOGRAPHIA COMMERCII
MDCCCLXVIII.

BIBLIOTHECA MANUSCRIPTA

AD

S. MARCI VENETIARUM

DIGESSIT ET COMMENTARIUM ADDIDIT

JOSEPH VALENTINELLI PRAEFECTUS

CODICES MSS. LATINI

TOM. I.

VENETIIS

EX TYPOGRAPHIA COMMERCII

MDCCCLXVIII.

BIBLIOTHECA MANUSCRIPTA

AD

S. MARCI VENETIARUM

DIGESSIT ET COMMENTARIUM ADDIDIT

JOSEPH VALENTINELLI PRAEFECTUS

CODICES MSS. LATINI

TOM. I.

. VENETIIS
EX TYPOGRAPHIA COMMERCII
MDCCCLXVIII.

INDEX.

BIBLIOTHECAE MANUSCRIPTAE

AD D MARCI VENETIARUM

COMMENTARIUM

PROOEMIUM.

Codicum manuscriptorum bibliothecae palatinae ad d. Marci Venetiarum pretium nemo est qui, cum graviora litterarum, praesertim philologiae orientalis, grecae, latinae studia vel a limine salutaverit, ignoret. Testimonio luculentissimo sunt non tantum nostrates, sed ex Germania, Anglia, Gallia, Hollandia, qui seu Venetias accedentes, aut per epistolarum commercium, hanc spartam non intermisso opere exornarunt, ac hodiedum quoque recolunt. Eapropter dimidio saeculo proxime exacto, Laurentius Theupolus, bibliothecae nostrae praeses, catalogum codicum manuscriptorum, eorum praecipue quos cardinalis Bessarion reipublicae dono dedit, instruendum curavit, opera adhibita Antonii Mariae Zanetti et Antonii Bongiovanni (1). Veruntamen ex quo librorum manuscriptorum seges, quarundam potissimum bibliothecarum accessione, in immensum crevit, amplioris catalogi editionem eruditorum investigationi non tantum opportunam, sed necessariam existimo. In id cum ab annis quinque super vigin-

(1) *Graeca d. Marci bibliotheca codicum manuscriptorum, per titulos digesta* [curis Antonii M. Zanetti et Antonii Bongiovanni]. Venetiis, 1740, p. XX, 323, f.o — *Latina et italica d. Marci bibliotheca codicum manuscriptorum* [curis Antonii M. Zanetti]. Venetiis, 1741, p. 268, f.o

ti, demandati muneris gratia, studia lubenti animo conti lissem, adeo materiam sum penitus perscrutatus ut m gnam catalogi partem pararem. Cui rite praefari cum d ceat, generalem codicum nostrorum historiam evolvenda aggredior.

CAP. I.

Bibliothecae initia. Munus Francisci Petrarchae a. 1362.

Quam fabellam Fulgentius Manfredi de bibliothec nostrae rudimentis, Venetiarum duci Andreae Dandulo tı buendis, effutit (1) nullo aevi eius documento comprob Singularem hanc laudem Francisco Petrarchae, humani rum litterarum in Italia instauratori (2), minime denega dam compertum est. Is enim summo quo in scientiam un versam ferebatur amore, magnam librorum copiam, e rumque pretiosorum, cum undequaque, incomparabili a hibita diligentia, sibi comparasset (3), nihil potius habu eo ut perpetuae eorum conservationi consuleret, simulq studiis fovendis in posterum conferret, quam *pio* quoda loco, quasi in securitatis domicilio, publicae fidei credit deponere; quo facto familiarissimo quoque suo Joanni Bo caccio, quem idipsum facturum putabat (4), obsequutus e

(1) « Principiossi [la bibliotheca di s. Marco] con una copia di libri s « golari, che si misero insieme per opera di Andrea Dandolo doge e dotto *Dignità procuratoria di s. Marco di Venetia*. Venetia, 1602, p. 32.

(2) Vide de eo testimonia, ante eius opera Venetiis et Basileae edita.

(3) Petrarcha, *Senil.* XI, 1; *Famil.* III, 18; IX, 2. — Boccaccius, *C mento sopra Dante*. Firenze, 1714, I, 231. — Colucius Pierius, in *Epis Mattheo de Aureliano*, quam leges in *Petrarca, Canzoniere*. Modena, 17 p. XIII. — Affò, *Scrittori parmensi*. II, p. XLV.

(4) In epistola Ioanni Boccaccio: « Studiorum haec supellex nos » post nos, si votum meum Deus adiuverit, ad aliquem nostri perpe

Verum cum frequentius Venetias accederet (1), praesertim publicis negotiis agendis qua ducis Mediolani legatus (2), ac urbis felicitatem et sapientem regiminis formam esset demiratus; cum nullibi nisi Venetiis litterarum et artium cultui sedem opportuniorem nancisceretur (3); cum denique praestantissimorum eruditione ac rei civilis peritia virorum, maxime Andreae Danduli ducis (4), et magni cancellarii Benintendi de Ravagnanis (5) necessitudine fuisset allectus; adhuc vivens, fato insperato, decrevit libros suos reipublicae, quasi bibliothecae futurae fundamenta, dono offerre. Reapse anno 1362 aperit senatui desiderium *beatum Marcum evangelistam* .... *heredem habere nescio quot libellorum quos nunc habet vel est forsitan habiturus, hac lege quod libri non vendantur nec quomodo libet distrahantur, sed in loco aliquo ad hoc deputando, qui sit tutus ab incendiis atque imbribus* .... *Neque appetit hoc, quod libri vel valde multi, vel valde pretiosi sint, sed sub hac spe quod postea de tempore in tempus et illa gloriosa civitas alios superaddet e publico, et privatim nobiles atque amantes patriae cives, vel forte etiam alienigenae sequuti exemplum, librorum suorum partem supremis suis relinquent voluntatibus ecclesie* .... *Pro se interim et pro dictis libris vellet non magnam sed honestam domum,* in prosperum rei successum amicissimo Benintendi de Ravagnanis advocato (6). Quibus desideriis sic liben-

» memorem, pium ac devotum locum simul indecerpta perveniat. » *Senil.* I, 4.

(1) *Senil.* IV, 2.

(2) Levati, *Viaggi di Francesco Petrarca.* Milano, 1820, l. X, c. XI.

(3) *Senil.* II, 3; III, 1.

(4) Petrarca, *Variarum*, ep. 1-3.

(5) Id. *Variar.* ep. 7-8, 10-14.

(6) *Ad Benintendi Venetiarum cancellarium, de instituenda ibi bibliotheca publica.* Petrarchae epist. in cod. s. Marci [L. XIII, 70, f. 51] inc.: « Omnis, ut arbitror, inter nos gratiarum actio deinceps . . . . . »

tissime occursum: « MCCCLXII, die III septembris. Considerato quanto ad laudem Dei et beati Marci evangelistae, ac honorem et famam civitatis nostrae futurum sit illud quod offertur per dominum Franciscum Petrarcham, cuius fama hodie tanta est in toto orbe, quod in memoria hominum non est, iamdiu inter Christianos fuisse vel esse philosophum moralem et poetam qui possit eidem comparari; acceptetur oblatio sua secundum formam infrascriptae cedulae scriptae manu sua: et ex nunc sit captum quod possit expendi de monte pro domo et habitatione sua in vita eius, per modum affictus, sicut videbitur dominio, consiliariis et capitibus, vel maiori parti; cum procuratores ecclesiae s. Marci offerant facere expensas necessarias pro loco ubi debuerint reponi et conservari libri sui. Et est capta per sex consiliarios, tria capita de XL, et ultra duas partes maioris consilii (1). » Quae tamen supremae maiestatis iussa non pari animi alacritate peracta conquerimur. Ampla siquidem domus Henrici Molin, loco quo postea monasterium *del santo sepolcro* (2) conditum, Petrarchae data est (3);

(1) Cedulam allatam et senatusconsultum ediderunt a. Marinus Sanutus ex fol. 85 libri *Novella* tabularii veneti, in *Vitae ducum* [Muratori. *Scriptt. rerum italic.* XXII, 660-661]; b. Aldus Manutius iunior, ex tabulario veneto, in *Opp. M. T. Ciceronis.* Venet. 1583, X, 134; c. Cominus in *Petrarca, Canzoniere.* Padova, 1722, p. LVI-LVII; d. itale Sansovinus in *Venezia descritta.* Ven. 1581, f. 24-25; e. ut et Tomasinus in *Petrarcha redivivus.* Patav. 1635, p. 83-84; gallice De Sade in *Memoires pour la vie de Fr. Petrarque,* t. III, p. 614-615.

(2) Sansovinus. Ibi, 1581, f. 240.

(3) Quam domum sic vates celebrat: « Hic ante ostium littoreo marmori retinaculis haerentes aliquot naves hibernaverunt, ante hanc ipsam quam meis usibus dedicavit libera et liberalis haec civitas, ingentem domum mole aequantes, ac geminas angulares turres, nimis insigniter veliferi mali vertice supergressae. » Senil. II, 3. Quippiam rei epigraphicae prorsus imperitus titulum externae parieti insculpendum recens curavit:

Quiete. H. Fruens. Honesta. V. Cl. Fr. Petrarcha

ubi vero eius libri reponerentur minime constat. Quanquam verosimilius putandum est ea tunc volumina in cubiculo prope quatuor aeneos equos, pronao ecclesiae maximo superpositos, locata fuisse, eodem nempe quo aedis d. Marci procuratores, a senatu de loci opportunitate praecepti, proprii documenta muneris custodiebant (1).

Verum, etsi saeculo decimoquinto eoque magis proxime insequenti, Veneti magna animorum contentione operam litteris navarent; quamvis anno 1422 actum in senatus consiliis de publica instruenda bibliotheca (2); tamen reipublicae dedecori vertendum videtur quod ea volumina oblivioni darentur usque ad annum 1634, quo patavinus Jacobus Philippus Tomasinus, vitae ac studiis Francisci Petrarchae illustrandis incumbens, de iis diligentius inquireret (3). Benedictus Capello, patria nobilitate conspicuus, cum aequum Tomasini desiderium laudasset, ac codices superiori s. Marci cubiculo adhuc depositos animadvertisset, auctor fuit Francisco Mauroceno, Francisco Molino thesaurario et Joanni Nani, *procuratoribus s. Marci de supra,* ut pretiosa ea litterarum caemelia in lucem tandem vindicarent. Quod pensum cum Fortunatus Ulmus ex familia cassinensi ordinis s. Benedicti, vir doctrinae fama, ut ferebant tempora, spectatissimus, sibi honorifice datum sumpsisset, libros duo fere saecula negle-

Cum. Diu. Com. Pari. Ioh. Boccaccio. E. Domo. S. C. Adepta
Ad. Mod. Adr. Ol. Dominae Divit. Invalescentes
Merce Qualib. Ext. Appellente Aspectabat.

(1) Tomasinus. *Petrarcha redivivus*. p. 85. — Scrittura de' Procuratori *de supra*, in bibliotheca nostra. Cod. riserv. 114, p. 171.

(2) « Fu presa parte nel *gran consiglio* di compiere il palazzo nuovo » sulla piazza della paneteria, dove si doveva fare una libreria. » Sanudo *Vitae ducum*, in Muratori *Scriptt. rer. italic.* XXII, 943; quod assertum falsum omnino, uti ex citato decreto 20 septembris 1422, quod incip.: « Cum palatium nostrum deputatum . . . . . . » constat.

(3) Tomasinus, ibi, p. 85.

ctos, ita situs udore male actos reperit (1), ut eorum septendecim tantum indicem Tomasino communicaverit (2). His non obstantibus, quis credat eos codices, iisdem ex latebris (quibus *Petrarchae tabularium* nomen tunc inditum) non nisi anno 1739 in palatinam bibliothecam, Nicolao Teupolo praefecto auctore, illatos esse (3) ?

Qui porro essent codices a Petrarcha oblati, de quibus egerint, num ab Ulmo descripti donationem revera attigerint, nemini datum decernere in praesentiarum crediderim. Quanquam enim numerum ab Ulmo relatum longe excedant codices quibus bibliotheca anno 1739 potita est (4), quis asserat eosdem esse a Petrarcha donatos, cum aliquot rem biblicam et liturgicam spectent, ius et medicinam plures, pauci admodum ante saeculum decimum quintum exarati sint, nullus ex singulis notas Petrarchae proprias praeseferat (5) ? Adde quod ea volumina iis forsitan

(1) « Qualche poco residuo dei libri della quale [bibliothecae Petrar-
» chae] da me ricercati e riconosciuti, per ordine degli eccell. *procura-*
» *tori* . . . . . . » fu inventariato e datagline la nota nel 1634 ; l'altra
» maggior parte de' quali, per negligenza de' vecchi ministri, essendo pe-
» rita, darà che piangere ai buoni in ogni avvenire . . . . . cose tutte,
» altre da' topi divorate, altre offese dall' umidità, in maniera tale che con
» questa congiungendosi gran quantità di polvere, si sono quindi impe-
» triti la maggior parte dei libri e delle scritture stesse. » Sic idem Ulmus in codice ms. bibliothecae nostrae [I. VII, 217, f. 438].

(2) *Missale — Antiphonarium geminum — libri Job et sapientales — Psalterium — Precationes missae — Prosperi Aquitani carmina — Aristotelis opera quaedam — Guidonis Respiniani in quaestiones de anima — Virgilii Aeneas — Horatii de arte poetica — Arnoldi de Villanova parabolae — Nicolai de Paganica astrologiae medicinalis — Petri Hispani logica — Spergilli Gumbellati, de partibus orationis — Egidii quodlibeta — Alphabetum persicum, comanum et latinum — Liber marchianae ruinae* — Tomasinus, *Petrarcha redivivus*, p. 85-86; *Biblioth. veneta ms.* 1650, p. 56.

(3) V. senatusconsultum 24 sept. 1739 in codice marciano [Riserv. CXIV, p. 180].

(4) Ab Ulmo notatis adduntur *studia in evangelia : miracula fratris Bartholomaei de Firmo ;* codices octo *de utroque iure ;* novem *de re philosophica ;* novem *de medica ;* septem *de poetica ;* bini *de historica.*

(5) « Avendoli io insieme con lui [Iacobo Morelli] diligentemente

referenda sunt qui libros proprios sacrario ecclesiae maximae, ut mos erat (1), quasi thesauri partem custodiendos tradebant. Nec praetereundum insuper adverto donationis formulam: *cupit beatum Marcum evangelistam ..... heredem habere nescio quot libellorum quos nunc habet, vel est forsitan habiturus,* ad libros siquidem promissos non vero traditos referri, quos, etsi magno numero hac illac possederit, nunquam Venetias delatos constat. Quibus luculentius confirmandis momenta historica accedunt. Ut mittam de libris quos Petrarcha vel dono amicis offerebat, vel deperditos conqueritur (2), liquet a. eius bibliothecam anno 1370 apud Donatum de Albanzani asservatam (3); b. Boccaccium, eo vita functo, Franciscculum Bressanum rogasse, quae suprema illius voluntas circa libros fuisset (4); c. Poggium asseruisse, post eius mortem partim divenditos, partim pluribus distributos fuisse (5); d. aliquot in Europa bibliothecas codicibus manuscriptis Petrarchae ditatas gloriari. Notum reapse est Nicolaum Nicoli florenti-

» visitati [codices in bibliothecam anno 1739 illatos], non vi discoprimmo » veruno indizio che dimostrasse aver questi appartenuto al Petrarca. » Baldelli, *del Petrarca*, p. 139.

(1) Bonifacii, *De archivio liber*, in Poleni thes., I, 106. — Fontanini, *vindiciae antiquor diplomat.*, cap. II. *de archiviis et tabulariis ecclesiarum*: III-IV *de archiviorum fortuna*. — Io. Georg. Schulze, *Commentatio de bibliothecis*. Numb. 1734, 4.º. — Io. C. Beheim, *Dissertatio de tabulariis sacris*. Altdorfii, 1722, 4.º.

(2) Petrarcha, *Senil.* XV, 1; *Rerum memorab.* II, 3. — Mehus, *Ambrosii Traversarii*, ec. p. CCXVII.

(3) « Bibliotheca nostra tuis in manibus relicta, non illiterata quidem » illa, quamvis illiterati hominis, neque illis ignota est, quam totiens me » tentantes ingressi sunt. » Petr. *De ignorantia sui ipsius et multorum* in *Opp.* Basil. 1581, p. 1053.

(4) « Audissem ego libenter quid de pretiosissima viri illustris bi» bliotheca dispositum sit; nam apud nos alii varia credunt, alia refe» runt. » Mehus, *Ambrosii Travers.*, p. CCV.

(5) « Franciscus Petrarcha poeta excellens habuit ingentem copiam » librorum, qui post eius obitum omnes venumdati et variis hominibus » dispertiti sunt. » Poggius, *Opp. var.* p 276.

num et fratrem Tebaldum della Casa ex ordine s. Francisci, se, paulo post eius obitum, Patavium contulisse ut opera eius e codicibus qui supererant excriberent (1). Vaticanae accesserunt *Canzoniere* autographum [ex quo editio patavina anni 1472, fortasse etiam aldina anni 1501], quod Fulvius Ursinus sibi coemptum dono dedit (2), cum *comoedia* Dantis Aligherii a Boccaccio Petrarchae oblata (3); Virgilius *olim Petrarchae creditus* (4): Laurentianae *Ciceronis orationes* (5), *epistolae familiares* (6) et *ad Atticum* (7) cum postillis autographis in *Ciceronis orationem*; Horatius inscriptus *liber Francisci Petrarchae laureati, qui post obitum eius remansit apud haeredem suum* (8): item epistolae Petrarchae et aliorum autographae, partim prosa oratione, partim versu: bibliotechae s. Crucis Florentiae *flores historiarum Adami Clerici* (9): Malatestianae ariminensi *Ausonius* (10): Ambrosianae mediolanensi *Vir-*

(1) Mehus l. c. p. XXXI, CCXXXIV-CCXXXV. Codex ms. bibliothecae nostrae: *De remediis utriusque fortunae* [Z. L. 475] *scriptus et completus est manu mei Francisci de Fossadulci, notarii, civis tarvisini*, 1498, *ex originali proprio, scripto manu indelendae memoriae d. Francisci Petrarchae, per eum ipsum ad exitum perducto Ticini, anno Domini* 1366, *IV nonas octobris, hora tertia.*

(2) Ioseph Castilionus, *vita Fulvii Ursini.*

(3) Codex membran. ornatus, num. 3199, Parisios iam delatus, cuius folio primo inscriptum: « *Dante, le poesie, scritto di mano del Boccaccio, con un' epistola sua in verso latina, diretta al Petrarca, con la mano di esso Petrarca in alcuni luoghi. Ful. Urs.* Baldelli, *Vita del Boccaccio*, p. 135. — De Sade, *Memoires de Petrarque*, III, 507.

(4) Pierius. *Castigationum virgilianarum*, p. 45.

(5) *Catalogus biblioth. Laurent.* II, 443.

(6) Ibi, p. 474. Manu Petrarchae exscriptas diligentissime in suos usus contulit anno 1740 Hieronymus Lagomarsinus, ut ex nota f. 1.

(7) Ibi, p. 474.

(8) Ludovicus Podachatarus Cypri episcopus, Paduae coemptum legavit Cosimo Pascio episcopo aretino, a quo habuit canonicus florentinus Antonius Petrius, demum Laurentiana. Montfauconius, *Biblioth. bibliothecar.* p. 310.

(9) Mehus, *Ambrosii Travers.* ec. p. CCXII.

(10) Muccioli, *Biblioth. Malatestiana.* Cesenae, II, 239.

gilii liber quem lectitando triverat pene Franciscus Petrarcha (1), et *carmen autographum ad Lauram suam* (2) : seminarii patavini *epistola autographa Joanni Dondi* (3) : Regiae parisinae (4). Quid quod et apud viros quosdam eius libri extabant, ut *Titus Livius a Petrarcha emendatus*, quem Laurentius Valla in bibliotheca Alphonsi regis Neapoli vidit (5), *Ciceronis quaedam* in scrimniis Petri Pithoei (6), *Petrarchae bucolica* apud Petrum Bembum (7). Nec propterea tanto viro inhonesti animi notam inurendam censemus, cum extremo voluntatis documento de *Breviario* tantum disponat (8).

Quae vero de codicibus membranaceis viginti sex, quos Petrarchae pertinuisse ferunt, quorumque indicem aliquot tantum referunt exemplaria editionis secundae operis *Petrarcha redivivus* [Patavii, 1650] foliis 271-286, commentum puto. Siquidem is codicum index incipit: *Syllabus operum quibus fruitur orbis ob solitaria Petrarchae studia,*

(1) Boscha, *De biblioth. Ambrosiana*, p. 55.

(2) Id. p. 130.

(3) Prima libri XII *senilium*, seorsim edita cum notis, Patavii, anno 1808.

(4) « Oltre i molti [classici] postillati di sua mano che esistono nella » Parigina . . . . . » Baldelli, *Vita del Petrarca*, p. 135.

(5) Valla, *opp*. p. 601.

(6) « Ce Ciceron est de la plus grande beauté et de la plus haute » antiquité. Il a appartenu au fameux Petrarque. » Grosley, vie de P. Pithou, 1756, II, 281.

(7) « Vi mando la bucolica del medesimo Petrarca, scritta di mano » sua pure in carta pecora . . . . . . nella quale bucolica egli si scrive » nel titolo e più manifestamente nel fine del libretto. » P. Bembi, *Epistolae Hieronymo Quirino*. Romae, 23 aug. 1544, inter editas.

(8) « Presbytero autem Ioanni Abocheta custodi ecclesiae nostrae, *breviarium* meum magnum, quod Venetiis emi pro pretio librarum centum: ea tamen lege illud ei dimitto ut, post eius obitum, remaneat in » sacristia paduanae ecclesiae, ad obsequium perpetuum presbyterorum, » ut ipse presbyter Ioannes et alii orent [si eis placeat] Christum et b. » Virginem pro me. » Cicero. *Opp*. Ven. Aldus. X, 133; Petrarchae, *Opp. omnia*. Basil. 1581, III. 115-118: Eiusdem. *Canzoniere*. Padova, 1722.

cum praeposito lemmate: « Curiosis non ingratum arbitror » syllabum librorum in membranis, calamo scriptorum, » quos marchio dominus Linterni aura et auro, prece et » pretio; pro primaevo mediolanensi museo, ab ipsorum » possessore Patavii, iuremerito plurimum faciente, demum » obtinuit. » Attamen cum operis textus in exemplaribus fere omnibus desinat pag. 270, *syllabus* autem proxime insequens numeratione careat, patet paginas 271-280, quibus extat quoque index recusus, serius additas, quod accurata et chartae et typorum comparatio evincit. Quod autem prorsus singulare puto, id est eos codices anno 1867 a Caietano Schieppati bibliopola mediolanensi (1), italico publicae instructionis ministerio venales fuisse propositos. Commissio in hoc instituta Petrarchae haudquaquam pertinuisse decrevit codices, quos cum bibliothecae florentinae Laurentianae concreditos ipse quoque inspexerim, in eandem cogor venire sententiam. Eiusdem furfuris est codex autographus ab equite Arrighi Petropoli detectus (2).

CAP. II.

Codices manuscripti a cardinali Bessarione dono dati a. 1468. A senatu instituta iis custodiendis.

Verum etsi Petrarcha nihil aliud nisi vacuum librorum suorum desiderium nobis reliquerit, nobili admodum, quod posteri imitarentur, profuit exemplo. Revera qui illum in hac honoris palaestra, saeculo proxime insequenti, excepit, is est cui bibliotheca nostra maximam refert splen-

(1) *Descrizione storica e bibliografica di ventisei codici membranacei manoscritti dei secoli X-XIV, che formavano parte della biblioteca di Francesco Petrarca, alcuni postillati di sua mano, ora posseduti e posti in vendita complessivamente presso Gaetano Schiepatti, libraio in Milano.*

(2) *Illustrazione al codice autografo di messer Francesco Petrarca, stato occulto alla repubblica letteraria fin dall' anno* 1501. Pietroburgo, 1826.

doris partem ac nominis famam, ob ditissimam codicum manuscriptorum, praesertim graecorum, seriem dono munificentissime datam, cardinalis trapezuntinus Bessarion, serius patriarcha constantinopolitanus, vir politioribus litteris bene institutus, animique ad grandia parati excellentia insignis. Is Italiam adveniens anno 1438 ut, qua Niceae archiepiscopus, concilio Ferrariae incaepto, Florentiam postmodum translato, de Graecis ac Latinis in fidei negotio uniendis, adesset, Venetias verosimilius appulit. Cum, rebus infectis, concilium ad finem perduceretur, Bessarion ad suos remeavit, non sine desiderio Italiae iterum visendae, ad quam praestantiorum virorum copia ac fervens scientiarum et artium restituendarum studium adlexerat. Nec defuit occasio, nam cum tristi Graeciae a Turcis vastatae spectaculo vividius commotus, ac a pontifice Eugenio quarto in cardinalium caetum esset cooptatus, nihil potius duxit quam miseram patriam deserere, seque Romam transferre. Fortunae vertit quod pretiosorem secum bibliothecam deferens, domum propriam quasi litterarum academiae domicilium constituerit, ac studiorum maecenas, benevolentia plane singulari, magni nominis viros foverit Platinam, Perottum, Valerium Viterbiensem Auximi episcopum, Casparem Zacchi, Argiropulum, Theodorum Gaza, Michaelem Apostolium, Andronicum Callistum, Julianum Maffeium archiepiscopum racusanum, Joannem Baptistam Almadianum de Viterbio, Blondum Flavium, Domitium Calderinum, fratrem Joannem Gatti messanensem. Vir summus interea, qua negotiorum sedis apostolicae actor, legationibus pluribus functus, Venetias anno 1463 orator missus est a pontifice Pio secundo (1), ut grandiori, quod iste moliebatur, in Turcas incepto (2), rempu-

(1) *Miscellanea a Baluzio*, III, 93.
(2) Pius II, *Comment.* l. XII, p. 315. — Sanudo, *Vitae ducum*, col. 1171.

blicam consociaret. Quanti venetus senatus hominem *sibi* pridie notum aestimaret, publico honoris documento testatus est; advenienti enim occurrit dux navi principi *Bucintoro* appellata vectus; regali prope dicam magnificentia praesentem excepit (1), retulit in patriciorum album (2). Quid quod et in supremis comitiis admissus, cum aureum globulum, pro data facultate, non ex clausa urna, uti solet, sed aperta extraxerit, officium. electione implevit (3). Eo accidit ut Bessarion Venetos maiori cultu prosequeretur, quod luculentur ostendit cum se in confratrum *maioris scholae charitatis* numerum cooptari permisit, eique tabulam egregiam qua, more Graecorum, lipsana insignia includebantur, chirographo proprio dono dedit (4). Verum quod solemniori argumento summam in hanc urbem tanti viri benevolentiam comprobat, universae eius bibliothecae munus facile putes.

Bessarion primis usque ab unguiculis (5) ingenio parens in id incubuit ut libros de omni studiorum genere undequaque colligeret, seriusque graecorum praesertim scriptorum volumina, cum, Byzanthio expugnato, res omnes ac libri quoque in militis direptionem concederent, congereret; codices plures sua manu excriberet; vel sibi describendos, amanuensium maxime litteratorum hominum Joannis Argyropuli (6), Michaelis Apostolii (7), Demetrii

(1) Pius II, l. c. p. 329.

(2) Apostolus Zeno in *Vita Sabellici*, p. 46, dedit senatus consultum.

(3) Ioannes Palatii, *Fasti ducales*, p. 163.

(4) Schioppalalba Ioannes Baptista, *In perantiquam sacram tabulam graecam insigni sodalitio sanctae Mariae charitatis Venetiarum ab amplissimo cardinali Bessarione dono datam dissertatio.* Venetiis, 1767, p. 154, 4.° cum imagine cardinalis et tabulae. Hanc Franciscus Austriae imperator, pecunia sua coemptam, thesauro palatino, quo hodiedum visitur, reposuit.

(5) Vide donationis epistolam.

(6) Cod. 307.

(7) Codd. 267 - 268, 414.

Sguropuli (1), Joannis Plusiadeni (2), Cosmae monachi (3), Georgii Zangaropuli (4) et Joannis Rhosi (5) opera, curaret, eosque non modo quovis sed membranis exquisitis, caracteribus ad normam, opere post scriptionem adhibito pictoris miniarii, qui insignia cardinalis, de eius temporis usu, addebat; quas curas latinis quoque codicibus impendi voluit, familiaribus in id adhibitis Matthaeo de Castagnolis notario bononiensi, Petro Turri clerico brandeburgensi, Theodorico Wulf de Lubec, Joanne Gherich de Diest (6). Huic tamen nobiliori supellectili amplificandae graeci imperii occasum ac Constantinopolim captam incitamento fuisse liquet, quod iure expavesceret barbararum gentium incursu ac stabili in Graecia domicilio, tot hominum de re litteraria meritorum opera delenda fore. Eapropter codicibus quos e patria detulerat, addidit in Italia coemptos, praesertim ex celeberrima monasterii basiliani s. Nicolai Casulorum prope Hydruntum bibliotheca (7) et quos Norimbergae a cellamarensi Carthusianorum acquisiverat, qua occasione anno 1460 ad hanc urbem missus est legatus ut bellum sacrum in Turcas promoveret (8). Exinde ingenti illi ac egregiae librorum collectioni, quam triginta aureorum millibus constare, contra sensum senatusconsulti 23 martii 1468, asseruit Platina in *panegyri,*

(1) Cod. 274.

(2) Cod. 364.

(3) Cod. 280.

(4) Codd. 369, 380.

(5) Codd. 200, 248, 260, 263, 280, 285, 287, 322, 378, 384, 388, 405, 495. — G. IV, 33, IX, 16.

(6) Codd. 50, 82, 164, 171, 288, 303, 313, 346, 387.

(7) Rodotà, II, 12. — Bandini, *Vita Bessarionis*, p. 19.

(8) Huius legationis germanicae, cuius plura extant monumenta in penitiori tabulario vaticano, narrationem dedit Platina in *oratione panegyrica*, quam leges im Bandinio, *de vita Bessarionis*, p. 45-47 Quos libros Bessarion Norimbergae coemit, folio primo annotavit, addito acquisitionis pretio.

nullam in Italia vel numero, vel praestantia comparandam fuisse tenemus.

« Diu suspensus animique anceps fuit utrum exi-
» mium hunc multiplicis doctrinae thesaurum, quem bono
» publico et studiosae iuventutis commodo destinaverat,
» Florentiae mox vel Romae an Venetiis potius adscri-
» bendum relinqueret (1). » Primo quidem amplissimam huius monasterii Benedictinorum s. Georgii maioris, apud quos tempore suae legationis hospitio recreatus est (2), dignitatem Bessarion animadvertens, eis codices graecos, sibi eorum usu dum viveret reservato, dono obtulerat; verum cum putaret nullum Graecis ex patria extorribus, qui operam litteris navare cuperent aptiorem locum aut magis obvium quam urbem ipsam offerri posse (3), consiliis maxime in id conlatis Pauli Mauroceni, Romae pro Venetis oratoris (4), donationem, pontifice Paulo II indulgente (5), revocavit, universamque bibliothecam d. Marco, perpetuo custodiendam, largiri decrevit. Quod generosi animi propositum cum Maurocenus Venetis aperiret, statim in senatus consiliis captum de gratiis agendis ac *loco deputando pro dicta bibliotheca* (6), quem *salam novissimam palatii*

(1) *Bandini, Vita Bessarionis*, p. 83, 156.

(2) *Sanudo, Vitae ducum*, col. 1174.

(3) *Scrittura Tiepolo al Senato*, a. 1738. [Riserv. cod. 114, p. 159-161].

(4) Ibid.

(5) Bulla Pauli II extat in codice marciano [L. XIV, 14, f. 4-9]. Hanc Petrus Dulcius, mense februario anni 1522, edendam curavit *ex simili authentico in secreta cancellaria existenti*, cum notarii Rosati rogatione, tribus foliis, sine loco et anno, 8.°.

(6) « 1468, die 23 martii. Reverendissimus dominus cardinalis nice-
» nus, qui summo studio et diligentia accumulavit noningenta volumina
» optima et pulcherrima in utraque facultate, latina et graeca, precii cir-
» citer quindecim millium ducatorum, hortatu et suasionibus nobilis viri
» Pauli Mauroceni, contentus est largiri ac dimittere ea ill. dominationi
» nostrae, cum sit nobilis noster et de nostro gremio, ita tamen ut locum
» in pluteis nostris sancti Marci convenientem et capacem deputare ve-

nostri fuisse liquet ex consiliis serius habitis (1). Orator interea Venetias rediens tanti muneris documentum, una cum indice librorum (2) senatui dedit, quod etsi multoties publici iuris factum (3), edere opportunum visum, hoc

limus, ut possit appellari bibliotheca s. Marci. Cumque res haec maximum ornamentum allatura sit huic nostrae urbi; vadit pars quod praefato rever. d. cardinali scribatur nos acceptasse libenter hanc suam liberam oblationem, gratias agendo rever. paternitati suae verbis convenientibus et opportunis, et quid provisuri sumus in loco opportuno et apto ad dictam bibliothecam. Ex nuncque captum sit quod collegium teneatur reducere se insimul, uno die septimanae proximae post prandium, et per omnes ratiocinari et recordari debeat de loco digno et honorabili deputando pro dicta bibliotheca. Et postea uniatur ad hoc consilium ad deliberandum. » Ex regestis apud rei litterariae triumviros [*riformatori dello studio di Padova*], p. 30, retulerunt Zeno: *Vita M. A. Sabellici* in *Storici delle cose veneziane*. Venezia, 1718, p. XLVI; Cornelius, *Supplem. ad eccl. ven.*, p. 416.

(1) « 1468, die 2 maii, in rogatis. Conveniens est ut oblatio et munus factum dominio nostro per reverendiss. d. cardinalem nicaenum, amicissimum et studiosissimun senatus nostri, de tam praeclara bibliotheca honoretur, et dicti libri collocentur in loco ut sint ad ornamentum tam dignae bibliothecae. Et proinde cum nullus locus sit aptior et ex desiderio praefati d. cardinalis convenientior, quam in sala novissima palatii nostri: vadit pars quod auctoritate huius consilii, dicta sala novissima palatii nostri deputetur pro dicta bibliotheca, quae aptari et commodari debeat, sicut et quemadmodum videbitur, iuxta exigentiam rei. » Ex regestis VI *Senato-Terra* fol. 19 in tabulario veneto, protulit Zeno in *Vita M. A. Sabellici*, p. XLVII. Perperam Cornelius in *Supplem ad eccl. ven.*, p. 415, refert ad diem 2 martii.

(2) Codex marcius [L. XIV, 14, folia 64], qui a tabulario secreto reipublicae, paulo ante huius occasum, bibliothecae nostrae accessit, continet membranas authenticas indicis [praeeuntibus epistola Bessarionis et brevi Pauli II], cum publicis tabellionatus signis, ac ornamentis egregiis auro pictis, referentibus insignia pontificis, Christophori Mauri ducis, Bessarionis. Ex eo exscriptus est codex [L. XIV, 15].

(3) Latine dederunt Sanudus, *Vitae ducum* in Muratori: *Scriptt. rerum italic.* XXII, 1185-1187. — Iustinianus, *Rerum venet. historia.* Venet. 1560, p. 292-294; Argentor, 1610, p. 164-176. — Camerarius, *Horae subcesivae, sive meditationes historicae*, centur. III. Francofurti, 1609, p. 265-267. — Goldastius ex propria bibliotheca, ineditum putans, datum quarto nonas

enim quasi fundamento bibliothecae nostrae laus et splendor insistit.

« Illustrissimo atque invictissimo principi d. Christo- » phoro Mauro duci, et inclyto Venetiarum senatui Bes- » sarion cardinalis et patriarcha constantinopolitanus sa- » lutem ».

» Equidem semper a tenera ferme puerilique aetate » omnem meum laborem, omnem operam, curam studium- » que adhibui ut, quotcumque possem, libros in omni di- » sciplinarum genere compararem ; propter quod non mo- » do plerosque et puer et adolescens manu mea conscripsi, » sed quidquid pecuniolae seponere interim parca frugali- » tas potuit, in iis coemendis absumpsi. Nullam enim ma- » gis dignam atque praeclaram suppellectilem, nullum uti- » liorem praestantioremque thesaurum parare mihi posse » existimabam : quippe pleni sunt libri sapientium vocibus, » pleni antiquitatis exemplis, pleni moribus, pleni legi- » bus, pleni religione. Vivunt, conversantur, loquunturque » nobiscum, docent nos, instruunt, consolantur, resque a

maias, in *philologic. epistolar. centuria una.* Francof. 1610, p. 500–504 ; — ibi, 1614, p. 500–504. — *Epistolar. philologic.* Lipsiae, 1674, p. 490–494. — De Bure : *Philobiblia*, in *De bibliothecis.* Helmstadii, 1703, p. 67–70. — Durand et Martene, *Collectio scriptorum.* Parisiis, 1714, p. 1600–1602. — *Nova accessio Madero-Schmidiana de bibliothecis.* Francofurti, 1617, p. 68-70. — Montfaucon : *Bibliotheca bibliothec.* Paris, 1739, p. 467–468. — Boerner : *De doctis hominibus graecis.* Lipsiae, 1850, p. 101–104. — Morelli, *Della pubblica libreria di s. Marco.* Venezia, 1774, p. XIII–XVI ; *Operette.* Ibi, 1820, I, p. 16–19. — Petit-Radel, *Recherches histor. sur les bibliothèques.* Paris, 1819, p. 234-238. — Hacke, *Disputatio qua Bessarionis* ec. Harlemi, 1840, p. 122–125. Habent quoque codices nostri mss. L. XIV, 14, 15, 17, 31, 229, 244, 265, 276 ; L. XI, 66, f. 146. — Itale : *Lettere di principi.* Ven., 1562, f. 10-11 ; ibi, 1581, I, p. 1-3. — Rocca, *Bibliotheca apostol. vaticana.* Romae, 1591, p. 388-390 ; *Opera omnia.* Romae, 1719, II, p. 340-341. — *Chiesa ducale di s. Marco.* Venezia, 1754, III, p. 54-56. — *Amati*, Origini scoperte. II, p. 347. — Gallice Valery, *Voyages en Italie.* Paris, I, p. 381-383. — Alamannice le Bret, *Staatsgeschichte der Republick Venedig.* Riga, 1775, II, p. 687-688.

» memoria nostra remotissimas quasi praesentes nobis ex-
» hibent et ante oculos ponunt. Tanta est eorum potestas,
» tanta dignitas, tanta maiestas, tantum denique numen
» ut, nisi libri forent, rudes omnes essemus atque indocti,
» nullam fere praeteritarum rerum memoriam, nullum
» exemplum, nullam denique nec divinarum, nec huma-
» narum rerum cognitionem haberemus; eadem urna, quae
» hominum corpora contegit, etiam nomina obrueret. Quam-
» vis autem huic rei toto animo semper incubuerim, ar-
» dentiori tamen studio post Graeciae excidium et deflen-
» dam Byzanthii captivitatem, in perquirendis graecis li-
» bris omnes meas vires, omnem curam, omnem operam,
» facultatem, industriamque consumpsi. Verebar enim et
» vehementissime formidabam, ne cum caeteris rebus tot
» excellentissimi libri, tot summorum virorum sudores at-
» que vigiliae, tot lumina orbis terrae brevi tempore pe-
» riclitarentur atque perirent: quemadmodum etiam su-
» periori tempore tantam iacturam fecimus, ut ex ducentis
» viginti millibus librorum, quos Plutarchus refert in bi-
» bliotheca Apamiarum fuisse, vix mille aetate nostra su-
» persint. Conati autem sumus, quantum in nobis fuit,
» non tam multos quam optimos libros colligere, et sin-
» gulorum operum singula volumina; sicque cuncta fere
» sapientium graecorum opera, praesertim quae rara erant
» et inventu difficilia coegimus. Caeterum cum haec men-
» te saepe repeterem, parum desiderio meo satisfecisse vi-
» debar, nisi pariter providerem ut libri quos tanto studio
» et labore coegeram, me vivo, ita collocarentur ut etiam
» defuncto dissipari alienarique non possent; sed in loco
» aliquo tuto simul ac commodo, ad communem hominum
» tam graecorum quam latinorum utilitatem servarentur.
» Hoc igitur cogitanti mihi, multasque Italiae urbes ani-
mo volventi sola tandem vestra inclyta atque amplissi-
ma civitas occurrit, in qua animus meus omni ex parte

» conquiesceret. Primo enim non videbam quem locum
» eligere tutiorem possem, quam eum qui aequitate regi-
» tur, legibus tenetur, integritate ac sapientia gubernatur;
» ubi virtutis, continentiae, gravitatis, iustitiae, fidei do-
» micilium est; ubi imperium ut maximum est atque am-
» plissimum, ita aequabile et moderatum; animi in consu-
» lendo liberi, nulli libidini, nulli delicto obnoxii, prudentes
» clavum imperii tenent, et boni malis praeponuntur, ac
» privatorum commodorum obliti, totum corpus reipublicae
» unanimi consensu et summa integritate procurant: ex
» quibus sperandum est civitatem vestram [quod optamus]
» in dies magis et vires et nomen propagaturam. Dehinc
» intelligebam nullum locum a me eligi posse commodio-
» rem, ac nostris praesertim hominibus aptiorem. Cum
» enim in civitatem vestram omnes fere totius orbis natio-
» nes maxime confluant, tum praecipue graeci, qui e suis
» provinciis navigio venientes, Venetiis primum descen-
» dunt; ea praeterea vobiscum necessitudine devincti, ut ad
» vestram appulsi urbem, quasi alterum Byzanthium introi-
» re videantur. Post haec quomodo poterat hoc beneficium
» a nobis honestius locari, quam apud eos homines, qui-
» bus ego multis eorum in me beneficiis devinctus obstric-
» tusque essem; et in ea civitate, quam mihi, subiugata
» Graecia, pro patria elegissem, et in quam adscitus a vo-
» bis atque honorificentisssime receptus fuissem? Itaque
» conscius mortalitatis meae, et ingravescentem iam aeta-
» tem diversosque quibus affligimur morbos, et caetera
» quae evenire possent considerans; omnes libros meos
» utriusque linguae sacratissimae aedi beati Marci ve-
» strae inclytae civitatis dono dedi atque dicavi, sentiens
» talem me animum et excellentiis vestris et gratitudini
» meae et quam mihi communem esse voluistis, patriae
» debuisse; ut vos ac liberi posterique vestri, qui me vir-
» tute ac sapientia vestra, multisque in me beneficiis addi-

» ctum, deditum, obstrictumque habetis, huiusmodi meo-
» rum librorum in primis fructus uberes diuturnosque ca-
» piatis; dehinc caeteri, qui bonarum disciplinarum stu-
» diosi erunt, vestra causa capiant. Quapropter et dona-
» tionem ipsam et librorum indicem, et pontificis maximi
» decretum ad vestras excellentias mittimus; precantes
» Deum ut reipublicae vestrae omnia bene, feliciter, pro-
» spereque eveniant, et pacem habeat, tranquillitatem,
» otium concordiamque perpetuam. Valeant excellentiae
» vestrae feliciter. Ex balneis viterbiensibus, anno salutis
» 1468 pridie calendas iunias (1). »

Respublica, utpote quae primoribus viris litterarum studio peritis excelleret, quos inter honoris causa nomino Paulum Maurocenum, Ludovicum Fuscarenum, Bernardum Justinianum, Franciscum Dedum, Bernardum Bembum, Zacariam Barbarum, Antonium Dandulum, cum probe nosset quantum sibi exinde dignitatis accederet, gratos animi sensus testata est senatus consulto, quod profero:
« Reverendissimo domino cardinali niceno. Libellum de
» donatione nobilissimae bibliothecae vestrae, una cum
» indice omnium librorum, documentoque de adita, ca-
» ptaque possessione eorum, duce et capite elegantissima
» epistola vestra ad nos, quam in ipsius libelli fronte qua-
» si vestibulum proposuistis, vir nobilis Petrus Mauroce-
» nus miles, qui oratorem pro nobis Romae agebat, rediens
» nuper nobis attulit. Munus nimirum amplissimum con-
» venientissimumque liberalitati et sapientiae vestrae re-
» verendissimae dominationis quae daret; nostrae reipu-
» blicae studio et expectationi, quae acciperet. Nihil enim
» magnificentius, nihil honoratius civitati nostrae acci-
» dere hoc tempore potuisset, quam in ea collocari et do-

(1) Errant toto coelo qui diem assignant trigesimam aprilis et qui septimam maii.

» micilium fieri tot praestantissimorum voluminum grae-
» cae et latinae litteraturae. Nihil praeterea quod magis
» testatam et cognitam redderet tum summam doctrinam
» et bonarum artium scientiam vestram, tum erga nos
» et rempublicam nostram incomparabilem benevolentiam;
» quando quidem perpetuo dicetur et ab omnibus decanta-
» bitur, vestram reverendissimam dominationem, ut do-
» ctissimum et sapientissimum patrem, ita etiam princi-
» pem et auctorem fuisse tam praeclari et late patentis
» muneris ad usum et utilitatem publicam comparati. Ete-
» nim si Lycurgo summo viro gloriae datum est, quod
» primus Homerum variis in locis per frustra dispersum
» ex Asia totum in Graeciam reportaverit; quid vobis de-
» bebitur, quum vestra opera, studio, industria et demum
» munificentia factum sit, ut tot praeclara volumina et lit-
» terarum monumenta e tenebris in lucem, e Graecia in
» Italiam, et demum Roma Venetias, magno examine lati-
» norum, et quidem optimorum, reducerentur? Erat nobis
» antea notus ac multipliciter cognitus singularis amor et
» benevolentia vestra erga nos. Complura argumenta con-
» tinue extiterunt, quae constantissimo nostrorum om-
» nium sermone quanti nostram, immo vestram rempu-
» blicam feceritis, et pro dignitate nostra laboraveritis, in-
» signiter declararunt. Sed hoc liberalissimum factum ve-
» strum, nempe quod civitatem nostram et aedem sancti
» Marci praeelegeritis, cui viventes dono bibliothecam ip-
» sam daretis, sic superavit omnia officia, sic hausit amo-
» ris et benevolentiae vim, ut nihil addi posse videatur.
» Restat itaque ut pro huiusmodi vestro munere quod li-
» bens accipimus, et, ut par est, magnificamus, gratiam re-
» verendissimae dominationi vestrae habeamus, quando re-
» ferre hoc tempore non datur; exploratumque habetote
» non minori voluptate ipsos libros excepturos quam fe-
» runt Romanos matrem deorum suorum aut Aesculapium

» accepisse; collocabimusque eos in pulcherrimo et nobi-
» lissimo loco, hoc est in ipsius palatii nostri opportunis-
» sima regione, ita ut merito bibliotheca aedis sancti Mar-
» ci appellari poterit, interque illustria civitatis nostrae
» spectacula, cum immortali laude et gloria vestrae reve-
» rendissimae dominationis ac publica utilitate habebitur;
» iamque ex senatus nostri consulto locus et sedes ipsa
» honorificentissime designatus est. Datum in nostro du-
» cali palatio, die 10 augusti 1468 (1). »

Caeterum Bessarion, cum ultra triennium adhuc viveret, reliqua voluminum eo temporis cursu sibi coemptorum copia noluit bibliothecam nostram fraudari, quod evincunt verba instrumenti donationis (2); codices annis 1469-1472 exscripti (3): ac praesertim libri typis editi, magni pretii (4); quos facili modo a Bessarione eodem assecutos

(1) Sanudus, Vitae, 1187-1188. — *Iustinianus, Historia veneta.* Ven., 1560, p. 294-295; Argentor., 1610, p. 166. — Morelli, *La libreria di s. Marco*, p. XVII-XVIII; *Operette*, III, p. 20-22. — Hacke dedit particulam, p. 115. — Habent quoque codices marciani [L. XIV, 14, 15, 17, 31, 229, 244, 265, 276; I. XI, 66, 126]. — Magno intervallo distant de epistola indicia Pauli Rhamnusii, qui in *Historia rerum venet.*, Venet. anno 1560 impressa [modo in biblioth. nostra] sua manu ad p. 294 scripsit: *Ob turpitudinem delenda omnino epistola talis*, et Aloysii Bandini in *vita Bessarionis* asserentis: *litteris honorificentissime scriptis multas ei grates egerunt.*

(2) « . . . . voluitque ut, si ante mortem ipse reverendissimus » dominus cardinalis non miserit eos Venetias in libraria pro eis iam ab » illustrissimo domino praedicto deputata, ipsimet magnifici domini procu- » ratores nomine et vice praedictae ecclesiae sancti Marci et ipsius domi- » nii debeant et possint tanquam suos proprios apprehendere et recipere » » Cod. marcian. [L. XIV, 14].

(3) Inter graecos, codd. 280, 285, 287, 364, 369, 621.

(4) Editiones membranaceas appello a. *Hieronymi s., Epistolae.* Roma, Case de' Massimi, 1468, vol. II, f.° — b. *A. Gellii, Noctes atticae.* Ibi, 1469, f.° — c. *L. Apuleii, Opera a Io. Andrea episcopo aleriensi.* Ibi, 1469, f.°; ab eodem Andrea Pio II pontifici nuncupata opera, ac Bessarioni [qua sibi amicissimo] dono data. Ea dolemus anno 1802 in palatinam vindobonensem, malo officio equitis Angeli d' Elci, illata. — d. *Guillelmi Fichetti, Rethorica.* Parisiis, in aedibus Sorbonae. 1471, 4.°. Cartaceas

credimus primores e Venetiis, qui Ravennam *partim privato officio, partim publico ad eum venientes* (1), viri summi apud Andream Dandulum eius urbis rectorem morientis excessum conquesti sunt.

Quoniam vero orator Maurocenus assererat praesens, Bessarionem libros transmissurum statim ac comperisset locum, quo commode distribuerentur, paratum, supremum reipublicae consilium aulae dignori initium dari decrevit (2). Anno reapse proxime insequenti ea volumina *octo supra quadraginta forceriis* conclusa Venetias transtulit, ut tutius et decentius deveherentur, ipse Bessarionis rei familiaris curator, quem propterea senatus munifice donavit (3).

vero a. *M. T. Ciceronis, De officiis et alia opuscula.* Romae, 1469. — *M. A. Lucani, Pharsalia.* Ibi, 1469, f.° — *Bessarionis, In Platonem.* Ibi, saec. XV.

(1) Capranica, *Oratio funebris Bessarionis* edita a Malvasia, in *Compendio storico della basilica de' dodici apostoli di Roma.* Roma, 1665, p. 255.

(2) « 1468, die 30 augusti. Orator noster in hoc suo reditu ex Roma » retulit, quod quamprimum rever. dom. cardinalis nicaenus intelligeret » datum esse initium praeparandi bibliothecam, non differret mittere libros » dono datos ecclesiae nostrae s. Marci, et quoniam periculum est in » mora ; » « vadit pars quod per officium nostrum salis dari debeant du- » cati centum pro dando initio dictae librariae. » Ex regestis senatus VI, fol. 33 tabularii veneti dederunt Cornelius, *Supplem. eccl. ven.*, p. 416, ac Zanotto, *Palazzo Ducale*, vol. I.

(3) « 1469, die 21 aprilis. Quod attento memoriale et dignissimo mu- » nere facto ecclesiae nostrae s. Marci per rever. d. cardinalem nicaenum » de tot pulcherrimis et nobilissimis voluminibus in utraque lingua, ut » a dominio nostro utatur condigna liberalitas erga nuntium praefati do- » mini cardinalis, qui est primus homo domus suae, respectu tum digni- » tatis dicti d. cardinalis, tum etiam expensarum factarum in conducen- » dis dictis libris cum quindecim mulis et famulis ; » « vadit pars quod » pro honore nostri dominii dentur dono dicto nuntio ducati quatuor cen- » tum de quibuscunque pecuniis nostri dominii. » Ex regestis VI *Senato-Terra* fol. 55 tabularii veneti dederunt Zeno, *Vita M. A. Sabellici*, l. c., p. XLVII ; Cornelius, *Suppl. eccl. ven.*, p. 416-417 ; Zanotto, *Palazzo Ducale*, vol. I.

Profecto quam pretiosam thesauri partem bibliothecae nostrae Bessarionis munus attulerit, is asserat necessest qui sciat ex omni scientiarum genere codices inesse optimos, sive remotam eorum originem, sive opera quae continent non adhuc edita, vel lectionis puritatem, aut copiam ornamentorum spectes. Si de graecis, utpote praestantioribus, sermonem instituo, nomino honoris causa a. versionem septuaginta interpretum ex saeculo nono (1), publico commendatam praeconio (2); b. versionem aliquot librorum veteris testamenti ex saeculo decimo quarto (3); c. evangeliarium ante mille annos exscriptum (4); d. psalterium, cum commentariis antiquioribus ac egregiis picturis, exaratum sub fine saeculi decimi (5); e. plures in libros sacros catenas (6), quibus supereminet rara nec adhuc edita in Ecclesiasten (7).

(1) *Graeca d. Marci bibliothaeca*, cod. 1. Editioni Bibliorum romanae anni 1586 inservit « unus venetus ex bibliotheca Bessarionis cardinalis, et is quoque grandioribus litteris scriptus. » In prooemio *Stroth. Frider. Antonius* leciones nonnullas codicis graeci veteris testamenti, qui in bibliotheca d. Marci asservatur, recenset. Halae Saxonum, 1775, 4.º

(2) *Nova acta eruditor. lipsiensium*, a. 1744, p. 98.

(3) Cod. 7. Villoison, *Nova versio graeca Proverbiorum, ec. ex unico s. Marci bibliothecae codice veneto*. Argentorati, 1784, 8.º. — Daher, *Animadversiones in versionem graecam ex veneta s. Marci biblioth. edit.* Argentorati, 1786. — *Pentateucus. Versio nova graeca ex codice unico venetae bibliothecae*. Erlangae, 1790-91, tom. III, 8.º. Vide Morelli, *Operette*, II p. 205-210.

(4) Cod. 12.

(5) Cod. 17. Fragmenta edidit Mittarellius in *Graeci codices apud Nanios*. Venet. 1784, p. 14-15, 28-29, 41-43.

(6) Codd. 15-16, 22-23, 25, 28, 494, 534, 536, 538, 545, 546.

(7) Cod. 21. « Extat autem primarium exemplum catenae huius graecae in bibliotheca ill. cardin. Bessarionis, ... ubi exemplum meum, unde illum in latinum sermonem transtuli, transcriptum fuit et Coloniam Agrippinam missum ad Birckmannios typographos, qui Suffrido Petro frisio vertendam reliquerunt, sed morte praeventus non attigit. » *Catena sexaginta quinque graecorum patrum in s. Lucam, interprete Balthasare Corderio*. Antuerpiae, 1628, in praefat.

Si patrum sanctorum et antiquiorum scriptorum classem attigero, praeter homilias ac opellas nondum publici iuris factas d. Joannis Chrysostomi (1), sanctorum Basilii (2), Gregorii Nazianzeni (3), Isidori (4), Maximi (5), refero a. panaria s. Epiphanii (6), optimae lectionis gratia pluries conlata ac laudata (7); b. disputationes ineditas Laurentii monaci hierosolymitani in Eutichianos et Nestorianos (8); c. sermones aliquot d. Isaaci syriaci anacoretae (9); d. commentationes Eliae cretensis in *scholam s. Joannis Climaci*, binis codicibus (10); e. Joannis Cantacuzeni vel Christoduli sermones novem in Haebreos (11); f. Photii patriarchae constantinopolitani sermonem de processione Spiritus sancti (12); g. scholia Nicephori Callisti Zantopuli in triginta Nazianzeni orationes (13).

Nec aestimanda minus operum seges quam sibi studio singulari collegit Bessarion, scriptorum nempe grae-

(1) Codd. 84-120, 495, 560-565, 567-569, 574.

(2) Codd. 53-65, 559.

(3) Codd. 70-83.

(4) Cod. 126.

(5) Codd. 135-137, 504, 507, 570.

(6) Accuratam codicis collectionem sibi apparandam curarunt G. Dindorfius et F. Oehler. Epiphanii episcopi, *Operum*. Edid. G. Dindorfius. Lipsiae, 1859-1860, vol. V, 8.º. Panaria edita ibi sunt ex hoc codice, ex quo sumpsit quoque Fr. Oehler. Berolini, 1860, tom. II, 8.º.

(7) Montfaucon. *Diar. ital.*, p. 42. — Villoison. *Anecdota*, II, p. 244. — « Le panarion des hérésies de s. Epiphane est un des plus rares ou» vrages qui existe en manuscrit. » *Notices et extraits des manuscrits* a. 1810, vol. VIII, 2, p. 29. — « Praestat autem liber marcianus caeteris omni» bus, non solum vocabulis singulis saepe emendate scriptis, vel sententiis » integris rectius conformatis, sed etiam, quae praecipua eius laus est, » servatis plurimis quae in aliis libris omnibus exciderunt. » Dindorf., *Epi» phanii opp.* I, p. VIII.

(8) Cod. 69.

(9) Cod. 127.

(10) Codd. 128-129.

(11) Cod. 151.

(12) Cod. 152.

(13) Cod. 76.

corum qui rem polemicam, uti dicunt, de religione cum latinis tractarunt: hi sunt Niceta byzanthinus, Nilus archiepiscopus thessalonicensis, Barlaam monacus calaber, Maximus Planudes, Matthaeus Quaestor, Joannes Veccus, Joannes patriarca hierosolymitanus, Nicephorus Blemmida, Georgius Moscampenus, Genteus monacus, David Dissipatus, Andronicus Sevastus, Manuel Moscopulus, Demetrius e Canea, Manuel Grisolora, Manuel Caleca, Nicolaus episcopus Methonis, ac ipse Bessarion: ex iis inediti plures.

Si ad concilia ecclesiastica digredior, summi habendus codex oecumenici chalcedonensis (1); si ad ius civile, legum series sub imperatoribus Leone, quem *sapientem* appellant, et Constantino Porphirogenito condita, cum libris aliis basilicis (2); tractatiuncula item inedita Constantini Armenopuli *de officiis ecclesiae et de aula constantinopolitana* (3).

(1) Cod. 164 usi sunt fratres Ballerinii in *Opp. s. Leonis*. Venet., 1753, I, p. 901, 963, 1490-1491: nota praesertim quae pag. 1490 occurrunt: « Graeci codices concilii chalcedonensis bibliothecae venetae s. Marci 164 » et 555 [ex Gallicio]. Completiores sunt iis quibus romani editores usi » fuerunt .... »

(2) Codd. 172, 174-181. « In Bessarionis bibliotheca repertus est a » nobis *Novellarum graecarum* liber multo Norico locupletior, quod a me » libro secundo *Emendationum* scriptum est, cum de nauticis uxuris age» retur. Ex eo libro quadraginta fere constitutiones descripsimus, partim » versas barbare, partim desideratas, in quibus Zenonis *constitutio de no» vis operibus et prospectu maris*, quae in *costitutionum* codice sub titulo: » *de aedificiis privatis* deest. Item edicta omnia Justiniani, novellae aliquot » Justini minoris et Tiberii Constantini, quarum aliquae pro Justiniani » legibus circumferuntur. His in indice eius libri adiecta esse dicebantur » praefectorum edicta quae in eo libro desiderabantur. Haec memini me » in marciano libro isthic vidisse, post caetera quae edidit Holoander. » — « Reperta a nobis Venetiis est pulcherrima Zenonis *constitutio de ae» dificiis privatis* in Bessarionis locupletissima bibliotheca, in eo libro in » quo Justiniani, Justini minoris et Leonis, uti vocant, sapientis, omnes » novellae leges continentur. » Haec Ant. Augustinus anno 1546 in *Opp.* Lucae, 1772, VII, p. 146, 182.

(3) Cod. 182.

Rei philosophicae porro divitiam testantur antiqui textus, iique pretiosi, Platonis (1), cui non deest magna interpretum cohors Plotini (2), Procli (3), Olimpiodori (4), Hermiae Ammonii (5), Damascii Damasceni (6); item Aristotelis (7), cum commentariis pleraque ineditis Theodori Prodromi et Leonis Magentini (8), Artemidori Daldiani (9), Damascii Damasceni (10), Theodori Metochitae (11), Davidis Armeni (12), Georgii Pachimeris (13), Michaelis Pselli iunioris (14), Jamblichi (15). Opera demum Georgii Gemisti Pletonis (16), quem Bessarion habuit institutorem.

E medicis praestant libri quatuor Oribasii et Eunapii (17), Galeni (18), Meletii monaci *de natura homi-*

(1) Codd. 184, 189. Ex his scholia sumpserant Siebenkees, Runkenius, Jo. Paulus Blessingius, Daniel Wittenbachius. Codex 180 in editione Platonis bipontina, *melioris notae* appellatur: eiusdem codicis varias lectiones dedit Müllerus in *Platonis opp.* Hamburgi, 1782. Item codd. 193, 506, 510, 520, 590.

(2) Codd. 242, 244. V. Villoison, *Anedocta graeca.* Ven. 1781, II, p. 226-242.

(3) Cod. 191. Nomini Cousin male vertit quod qui primus Procli libros in Parmenidem Platonis edidit Parisiis ann. 1820-1823 codicem nostrum multi habendum minime consenserit.

(4) Codd. 196-197.

(5) Codd. 191, 228.

(6) Cod. 245-246.

(7) Cod. 200, cuius varias lectiones sibi describendas curavit cl. Thomas Burges oxoniensis anno 1792. Item codd. 235, 237-239, 255-259, 261, 263-264, 308, 599, 604.

(8) Cod. 202.

(9) Codd. 267-268, ex quibus Aldus a. 1518, recens amicus meus Hercher, dederunt *Onirocriton* libris quinque.

(10) Codd. 257, 263.

(11) Cod. 139.

(12) Cod. 235.

(13) Cod. 212.

(14) Cod. 202.

(15) V. Villoison. *Anecdota graeca.* Ven. 1781, II, p. 188-225.

(16) Codd. 379, 406, 517, 519.

(17) Cod. 294.

(18) Cod. 275-288. « Galeni de ossibus libelli graecam editionem an-

nis (1), opus Δυναμερόν Aelii Promoti alexandrini (2). Ex mathematicis arithmetica Donni Larissei (3), Teonis in *canones Ptolemaei* (4), *introductio in geometriam Heronis* (5); opera quaedam mathematica Isaaci Argyri (6), Barlaami monaci (7), Nicephori Gregorae (8), ac Siam persi (9), *astronomica institutio* Theodori Metochitae (10).

Ex historicis *historia* Herodoti et Tucididis (11), item Herodiani (12), Xenophontis (13), Polybii (14), Dionysii Alicarnassi (15), Dionis Cassii (16), Josephi Flavii (17), Eusebii (18), Panareti (19).

E rethoricis epistolae ineditae Barlaami monaci (20),

» tiquiorem non vidi ea quam ab exemplari Venetiis descripto a Martino » Gregorio fieri curavit Jacobus Sylvius Parisiis anno 1543, ex officina » Vascosani. » Cocchius. *Graecor. chirurg. libri.* Florent. 1754, p. 23.

(1) Codd. 297, 521.

(2) Codd. 295. Plura ex hoc codice in opus *de scorbuto* [Veronae, 1761] ingessit Joannes della Bona.

(3) Cod. 318.

(4) Cod. 315.

(5) Cod. 323.

(6) Codd. 323-324.

(7) Cod. 332.

(8) Cod. 325.

(9) Cod. 309.

(10) Cod. 319.

(11) Codd. 364, 367. Contulit Emmanuel Bekkerus in usum editionis berolinensis, 1821, tom. III, 8.°

(12) Cod. 389.

(13) Codd. 242, 364-365, 368-370, 511, 513.

(14) Codd. 369, 371.

(15) Codd. 372-376, 415, 429, 444, 508, 522.

(16) Codd. 395-396.

(17) Codd. 16, 25, 380-383.

(18) Cod. 338. « Thomas Tannerus transtulit e graeco Eusebium Cae» sareensem, libros decem ex optimis exemplaribus, praesertim antiquo » ms. in bibliotheca s. Marci Venetiarum. » *Bibliotheca britann.* p. 178.

(19) Cod. 608. Chronicon trapezuntinum ex codice ediderunt a. Fallmereyer in *Denkscriften von k. Akad. von München*, cum versione alemannica, vol. IV; b. Brosset cum versione gallica in Lebeau: *Historia byzanthina*, vol. XX; c. Tafel, Francofurti ad Maenum, 1837, 4.°

(20) Cod. 333.

Gregorii Acindini (1), Nicephori Gregorae (2), Michaelis Gabra (3).

Si poetarum libros excutio, praestantissimis adiudico commentationes in Homerum (4), a pluribus editas (5); commentationes autographas Eustatii in eundem (6); Hesiodum cum variorum commentis a Demetrio Triclinio exscriptum et annotatum (7); scolia Thomae magistri ac Manuelis Moscopuli in Pindarum inedita (8), in Euripidem (9), in Theocritum (10); Theodori Prodromi poema de amoribus Drosillae et Cariclis (11), eiusque drachma (12); pentateucum versibus redditum a Nicephoro Callisto Zantopulo (13); collectionem hymnorum Simeonis Sancti Mamantis,

(1) Cod. 155.

(2) Cod. 445.

(3) Cod. 446.

(4) Codd. 453-454.

(5) *Graeca scholia scriptoris anonymi in Homeri Iliados librum primum Antonius Bongiovanni ex veteri codice biblioth. venetae eruit, latine interpretatus est notisque illustravit.* Venetiis, 1740, p. 100, 4.° — *Homeri Ilias ad veteris codicis veneti fidem recensita, scholia in eam antiquissima ex eodem codice aliisque nunc primum edidit D'Anse Villoisonius,* Venetiis, 1788, f.° — *Probe Homerischen Scholier aus Cod. ven. B. in ihrer wahren Gestalt, von E. Mehler in Leyden.* Leguntur in *Rhein—Museum für Philog.*, 1849, p. 145-148. — La Roche J. *Text, Zeichen und Scholien des berühmten Codex venetus zur Ilias.* Wiesbaden, 1862, p. 79, 8.°

(6) Cod. 460.

(7) Cod. 464.

(8) Cod. 444.

(9) Cod. 471. Cl. Michael Angelus Carmeli omnes Euripidis codices contulit, eius tragoediarum editioni ornandae. Padova, 1743-1754, tom. XX, 8.° — V. Scholia antiqua in Euripidis tragoedias partim inedita [ex hoc codice] edidit C. G. Cobet. Lugduni Batav., 1846; iterum edidit Augustin. Witzschel. Lipsiae, 1849.

(10) Codd. 466, 480. V. Morelli, *Epistola Theophilo Christophoro Harlesio*, in eius *Epistolae septem*, p. 13-17; *Operette*, II, p. 219-222. — *Theocriti reliquiae*, graece et latine. Lipsiae, 1819, p. 977-989.

(11) Cod. 412.

(12) Cod. 524.

(13) Cod. 276.

quorum plures lucem, qua carent, merentur, cum opella prooemii Nicetae Pectorati (1); versus elegiacos perraros nec hucusque editos Aglaii constantinopolitani, medici (2); poematia item anecdota (3); anthologiam cum metaphrasi evangelii d. Joannis, Nonnio Panopolita, seu potius Ammonio pholosopho et rethore auctore, quam anno 1302 Maximus Planudes sua manu scripsit (4); quibus omnibus rite praecellunt opera Coluti thebani *de Helenae raptu* (5), ac Quinti Calabri (6), quae in monasterio s. Nicolai de Casulis prope Hydruntum a Bessarione reperta, inter deperdita querebamur (7).

Nondum publici iuris factos ex grammaticis conumeramus *dialogum grammaticum* duplici exemplari (8) ac libros Aelii Herodiani (9), Theodori Prodromi (10), Georgii Lecapeni (11), Georgii Cheroboschi (12), Ammonii (13),

(1) Cod. 495.

(2) Cod. 480.

(3) Cod. 408. Poematis historici de captivitate Constantinop. fragmenta edidit Emmanuel Bekkerus in *Abhandlungen der kön. Ak. der Wissenschaften zu Berlin auf dem Jahre* 1841, p. 1-4, 7-8, 10-11: integrum Joseph. Müllerus in *Analekten aus Handschriften der S. Markus-Biblioth. zu Venedig*. Wien, 1852, p. 86, 8.°

(4) Cod. 481.

(5) Codex corruptus ex quo textum edidit Aldus anno 1505, inter Bessarioneos minime occurrit: extat vero ex ss. Io. et Pauli codice nostro [G. IX, 1].

(6) Cod. 456. *Homeri paralipomena*. — Cod. 517. *Labores Herculis*. V. Schow Nicolai, *De codicibus Q. Calabri mss. vindobonensibus et italis*, in eius *Epistolae criticae*, Romae, 1790, 8.°.

(7) Galataeus, *de situ Iapigiae*. Ed. 1727, p. 50. — Fabricius, *Biblioth. gr.* I. p. 359, 362.

(8) Codd. 486-487.

(9) Cod. 512. V. Villoison. *Anecd. gr.* II, p. 178-186.

(10) Cod. 491.

(11) Cod. 486.

(12) Cod. 489. V. Villoison. *Anecd. gr.* II, p. 186-188. Codd. 491, 492, 512. 524.

(13) Cod. 490.

Joannis Glica (1), Trica (2), Joannis Tzetza (3), Hesichii Alexandrini (4).

Ex operibus demum miscellaneis profero binos textus Ptolemaei geographiae (5), quorum unum Georgius Martinus Raidelius, etsi leviter, descripsit (6); Strabonem (7), cui raritatis notam ingessit Theodorus Jansen de Almeloven (8); ineditas opellas *de tactica* Hadriano imperatori dicatas (9), ac de instructione imperatoris, auctore Nicephoro Blemmida (10); Photii *bibliothecam* duplici exemplo (11), opuscula inedita Michaelis Pselli (12), ac Josephi Pinarii Racendytae (13): plura a Bessarione conscripta quae philosophiam, rethoricam, poesim attingunt (14).

Si cum graecis codicibus latinos conferas, hi, etsi dubio procul non eodem habendi sint honore, tamen laude propria non carent. Ex quibus summatim offero notae melioris: *Bibliorum* versionem vulgatam ante annos septingentos exaratam (15), opus ineditum Nicolai Manducorii

(1) Idem.

(2) Cod. 483.

(3) Idem.

(4) Cod. 622. V. Nicolai Schow. *De lexico Hesychii ms. quod Venetiis in biblioth. d. Marci extat,* in eius *Epistolae criticae.*

(5) Codd. 388, 516. V. epistol. Petri Bembo Io. B. Ramusio [l. IX, 143]. — Georgii Martini Raidellii, *Commentatio critico-litteraria de Claudii Ptolemaei geographia, eiusque codicibus.* Norimbergae, 1737, 4.°

(6) *Comment. de geographia Ptolemaei,* p. 11-13.

(7) Cod. 378.

(8) *Rerum geographicarum libri XVII,* gr.-lat. Amstelod. 1707, II, f. [illegible]

(9) Cod. 522.

(10) Codd. 498, 524.

(11) Codd. 350, 351.

(12) Cod. 529.

(13) Cod. 505.

(14) Codd. 527, 533. *Bessarionis episc. sabin., cardin. nicaeni ac. p[illegible] constantinopol. ad Paulum pontif. maximum, de errore paschatis.* Ven[illegible] 1741, f.°. V. *Notizie letterarie di Venezia,* 1742, p. 91.

(15) Cod. 1.

cardinalis, *suffraganeus bibliothecae* (1), quo librariorum errores in veteris et novi foederis libris transcribendis arguuntur; acta conciliorum generalium Constantiae et Basileae (2); librum *de iure canonico,* auctore Benedicto abbate massiliensi (3); opera inedita Roderici Sancii de Arivalo, *de remediis afflictae ecclesiae* (4), et de bulla Pauli papae II in Georgium Poggibraccium (5); item ineditum Bartholomaei Lapacii de Rimbertinis, super distinctione spiritus sancti a filio (6); *tabulas eclipsium solis et lunae,* ab auctore Georgio Peuerbach Bessarioni legatas (7); versionem libri Heronis mechanici *de machinis bellicis,* ab interprete Joanne Sofiano Bessarioni dicatam (8); commentationem ineditam Benevenuti de Imola in Valerium Maximum (9); item inedita, *strategicon adversus Turcas* Lampi Biragi (10), ac *historiam Romae et Januae* Joannis Cribelli, mediolanensium (11); opera denique ipsius Bessarionis (12).

Tanta codicum eorumque exquisitorum seges adeo urbi Venetiarum, utpote litterarum altrici, nominis famam conciliaverat, ut viri doctissimi, ex dissitis quoque regionibus, Bessarioneorum codicum, graecorum praesertim, indicis exempla sibi comparare certatim contenderent. Verum cum index authenticus, cui quoque insunt epistola Bessarionis, bulla Pauli papae II, ac donationis instrumentum Romae cum Petro Mauroceno oratore, die 26 iunii

(1) Cod. 289.
(2) Codd. 165-167.
(3) Cod. 131.
(4) Cod. 90.
(5) Cod. 194.
(6) Cod. 137.
(7) Cod. 342.
(8) Cod. 339.
(9) Cod. 380.
(10) Cod. 437.
(11) Cod. 309.
(12) Codd. 133-136, 226-230, 498.

ann. 1468 rogatum, in secretum reipublicae tabularium diligenter asservandum inferretur, eo accidit ut indices a singulis, quandoque imperitis, saepe unius quaestus gratia, vel festinanter aut clam identidem exarati, necessariam operis diligentiam ac perfectionem effugerent. Quod confirmant eius exempla in bibliothecis Vaticana (1), et Isidoriana (2), Riccardiana florentina (3), Albertina (4) et Regia (5) parisiensibus, Caesarea vindobonensi (6), Ambrosiana mediolanensi (7), Burmanniana lugdunensi (8), Philippiana anglica (9), Peiresciana (10), ac operibus publici iuris factis, nempe *Apparatu sacro* Possevini (11), *Bibliotheca cardinalis Bessarionis* Gregorii Sozomeni (12), *Biblioth. veneta ms.* J. Ph. Tomasini (13), *Sacra bibliothecarum arcana* Th. Spigelii (14), *Bibliotheca bibliothecarum* (15). Idem

(1) *Index libror. s. Marci Venet.* in Montfauc. *Bibliotheca biblioth.* I, 27, 114. — *Index librorum eccl. et graec. tantum qui in paucis locis inveniri possunt ex bibl. s. Marci,* in Montfauc. l. c. 112.

(2) Montfaucon, l. c., p 159.

(3) Arm. 5, ord. II. Exemplo a Lamio in *Deliciae eruditorum* [Florentiae, 1740, p. 128–146] edito, codices graeci tantum numerantur, ii qui capsarum unius supra viginti, dum, novo errore, earum triginta universim allegantur.

(4) Montfaucon, l. c., p. 467.

(5) *Catal. de la bibl. royale,* II, 604.

(6) Lambecius. *Commentar. bibl. caes. vindob.* Vindob. 1766-1782, l. III, 163–164.

(7) Montfaucon, l. c. p. 510.

(8) *Catal. bibl. Petri Burmanni secundi.* Lugd. Batav., 1779, pag. 5.

(9) *Neue Iahrbücher für Philol. und Pädagog., herausgegeben von Seebolde, Iahn und Klotz.* Supplementenband, VI Heft, 4, p. 391.

(10) Montfaucon, l. c. p. 1181.

(11) Ven. 1606, tom. II, append. p. 34-37. — Colon. Agripp., 1608, p. 27–30. Codices graeci offeruntur, ecclesiastici tantum.

(12) Ven. 1622.

(13) Utini, 1650, p. 31-55.

(14) Augustae Vindelicor. 1668, p. 252–289.

(15) Montfauconius graecos codices tantum dedit, scribens : « hic catalogus ab homine non ita perito concinnatus fuit. »

dimidio saeculo decimoseptimo impressus est, pag. 17-68 operis: *Catalogus librorum bibliothecae venetae, quae statutis diebus publicae studiosorum commoditati aperietur* [Venetiis, s. a., 4.°].

Quanquam in superioribus senatus consiliis anno, ut vidimus, 1468 *sala novissima,* nunc *dello scrutinio,* codicibus mss. Bessarionis deputaretur, tamen non liquet quo reapse publici palatii cubiculo, statim ac delati sunt, reponerentur. « Cum locus ubi reposita erant volumina, importunior esset furtisque obnoxius, visum est commodiorem » tutioremque alium parare. Decimo igitur kal. augustas » anni 1473 patres consuluerunt (1) ut singulis mensibus » rei salinariae quatuorviri quinquagenos aureos nummos » d. Marci procuratoribus erogarent ad bibliothecam novam construendam, atque ut iidem procuratores eius » constructionis curam haberent. Id tamen opus ne perficeretur prohibuisse puto bella quae annis proximis rem-

(1) « 1473, die 23 iulii, in rogatis. Non est dubium quin si inchoatum opus bibliothecae, iuxta initium datum et sicut fuit desiderium sanctae et clarae memoriae rever. dom. cardinalis nicaeni, absolvatur, futurum sit de pulcherrimis spectaculis huius urbis nostrae. Cumque per » totam Italiam notum sit studium et opera praestita a nobis in recuperando residuum librorum dimissorum et donatorum ecclesiae nostrae s. » Marci per quond. rever. dom. cardinalem praefatum; qui si dimittantur sic manere, praeterquamquod tot notabilissima et rarissima volumina » consumentur, erit etiam cum dedecore nostri dominii; praesertim quod » scriptum et promissum est summo pontifici et rever. dom. cardinalibus » de absolvenda dicta bibliotheca; vadit pars quod pro absolvenda dicta » bibliotheca, dari debeant omni mense per officium nostrum salis ducati » quinquaginta nostris procuratoribus s. Marci, donec integra absolvatur, » et committatur procuratoribus nostris ecclesiae s. Marci, quibus incumbit hoc opus, ut cum omni diligentia et studio absolvi faciant dictam » bibliothecam, providendo conservationi dictorum voluminum, sicut conveniens et melius ei videbitur. » Ex regestis n. 7 *Senato-Terra,* 1473-1477, fol. 11 in tabulario veneto. Habet quoque codex marcianus [Ris. 44], p. 290.

» publicam divexarunt (1), » nobile enim propositum miminime neglectum anno 1475 reperio (2). Sunt qui ex senatus consulto (3) quo decretum ut aula librorum *quadraginta viris ad civilia* aptaretur, inferant in cubiculum illud *aulae novissimae* conterminum, quo reapse hoc tribunal usque ad reipublicae occasum consedit, spretis *rogatorum* decretis, capsas translatas fuisse. Ii certe minime advertunt cubiculum hoc fuisse partem *aulae novissimae;* iussum enim in senatus consulto ut capsae *in partem* coarcevarentur, et paries lignea eis tutandis exstrueretur. Eam *partem* constituerat reliquum *aulae novissimae,* quo capsae per alphabeti litteras, pluteorum more distributae, librorum

(1) Sic Apostolus Zeno in *vita M. A. Sabellici,* praeposita operi; *Istorici delle cose veneziane.* Ven. 1718, I, p. XLVII.

(2) « Nunc [1475] autem Veneti, Petro Mocenico duce, Ioanne Gra- » donico procuratore curante, ingentem in palatio novi dominii, publico » aere, bibliothecam struunt mille ducentis voluminibus et inde supra, tam » graecis quam latinis, quos Bessarion cardinalis tusculanus nicaenus rem- » publicam donavit, in qua etiam multi undequaque libros preciosos le- » gaverunt, ut sibi memoriam relinquerent. » Documentum coaevum in codice marciano [L. VI, 268].

(3) *Pars* collegii. « 21 novembris, 1485. Infrascripti domini consiliarii » deliberantes terminaverunt et decreverunt quod locus ubi posthac libri » bibliothecae dominii teneri et conservari debent, sit et esse debeat illamet » camera superior in qua hactenus libri praedicti per procuratores ecclesiae » s. Marci custoditi fuerunt. Verum ne occupetur maior pars camerae prae- » dictae quam necessarium sit, et consequenter locus ipse efficiatur inhabilis » ad capiendum quadraginta ad civilia, qui illuc deinceps se conferre ha- » bent, qùod provisores salis teneantur immediate capsas omnes librorum » praedictorum in una parte camerae praedictae aptari et cumulari unam su- » per aliam usque adeo anguste et stricte facere, ut omnes simul coacervatae » et in unum redactae teneant quam minorem locum possibile fuerit: et ut » tutius libri praedicti maneant, dicti provisores salis fieri faciant omni possi- » bili celeritate parietem unum ligneum securum et fortem, qui libros ipsos » claudat, sicuti per procuratores ipsos ordinabitur. Declaraverunt praeterea » quod de cetero consilium de quadraginta ad civilia se se cogere ac redu- » cere debeat in cameram ipsam superiorem: locus vero nunc deputatus » quadraginta civilibus, sit in posterum quadraginta criminalium pro eorum » consilio. » In tabulario gener. Venet. Notatorium XII, *Collegio* 1481-1489.

usum haud impediebant. Quae in posterum ad eius cubiculi absolutionem se referunt (1), ut et testimonia coaeva (2), rem plenius confirmare videntur, etsi argumenta in contrarium proferri possint (3), attendenda fortassis, si, uti quandoque solebat, iussa suprema data oblivioni fuissent. Quomodo demum cumque res esset, cuique in aperto est

(1) « 26 aprile, 1531. In conseio di X con la zonta. Fu posto per li » cai e preso di tramezar la sala di la libraria, dove di sopra sieno poste » tutte le scritture di la canzelaria et leto una deposition de inzegneri » che la spexa vorà a traversarla ducati 1200, perchè sia preso che dal » oficio dil sal li sia dati di tempo in tempo danari, el sia eletto per co» legio uno sopra la fabricha predicta con li *cai di diexe*, come sarà deli» berà per il colegio, e li conti sia mostrà al serenissimo ogni settimana, » ut in parte. » Sanudo, Diarj, I. VII, 472, p. 445-446. — « 20 settem» bre 1531, in conseio di X con la zonta. Fo preso di sgrandir le do porte » vanno di libreria in gran conseio, la qual parte fu posta alias et pen» deva. » Ibi, p. 580. — « 8 ottobre 1531. In questa mattina fo principià » a lavorar ale porte di la sala di la libreria va in gran conseio per farle » più grande. » Ibi, 473, p. 17. — « 8 aprile 1532. Nota fo compita in » questi zorni la porta di la sala dila libreria, fatta di marmo all' antica, » va in l' andeo, poi in la sala del gran conseio. » Ibi, 474, p. 20. — « 30 novembre 1532. In questo zorno si dette principio a far scrutinio in » la sala di la libreria novamente conzada con il tribunal et banche atorno » e finestre di vero nuove; manca sofitarla. » Ibi 475, p. 263. — « 21 » gennaio 1533. Fo colcio con li cai di X in execution di la parte presa » in conseio di X di elezer uno per il compir la sala di la libreria sofi» tata. » Ibi, 476, p. 356.

(2) « Hoc quod occidui est lateris publicandae bibliothecae fuerat » destinatum. » Sabellicus, *de venetae urbis situ*. Ven. 1488, p. 19. — « Id totum quod supra forum est partim amplissima bibliotheca graecis » latinisque voluminibus non infrequens occupat, quorum partem non par» vam Bessarion cardinalis ex testamento intulit. » Idem, *Rerum venet.* Ven. 1487, l. II — 3 giugno 1518. Il conte Cristoforo Frangipani......... andono con bona custodia in la sala di la libreria al pergolo, a veder dita procession. Sanudo. *Diarj*. I. VII, 443, p. 350.

(3) « Per vostra informatione, m. Beneto hon.mo, vi dico che i libri del » rev. cardinal niceno stettero anni 40 et più in quella cameretta che ri» sponde sotto di quella de' signori XXX in palazzo, dove va una lettion » ordinariamente, et li forcieri erano tutti un sopra l'altro aperti. Et qui » vidit testimonium perhibet de veritate. » Epistola Jo. Bapt. Ramusii ad Benedictum Rambertum, Venet., 21 aug. 1543. L. XIV, 17, f. 26.

codices Bessarioneos nec loci amplitudine, nec opportunitate eam aulam adeundi, nec commoda voluminum distributione, publico usui fuisse addictos. Eapropter « Sabelli» cus, cui iam credita erat bibliothecae custodia, extructio» nem loci Marco [Barbadico] duci commendat, ubi decen» tius illa esset (1). » Reapse magnis contentionibus actum in senatu est (2), ac ne tum quidem certi quidpiam statutum. Quod non supremi magistratus voluntati, sed procuratorum d. Marci negligentiae tribuendum esse censeo. Anno enim 1492 senatus recte noscens leges ea de re frequenter latas, summa propriae dignitatis iniuria, irritas factas, ut e ruinae periculo tantum thesaurum, in quem Europa litteraria universa oculos et animos converterat, tueretur, petitis indulgebat Joachimi a Turre, generalis ordinis Praedicatorum, qui cum bibliothecam Venetiis in domo ss. Joannis et Pauli instituisset, eamque, ut aiebat, *ingenti quantitate librorum,* ditasset; rogabat ut Bessarionei codices in eandem inferrentur ac, nomine bibliothecae s. Marci retento, cum caeteris, usui publico, sua impensa deputarentur. Senatus pecunias, dubio procul, huc usque frustra in sumptus erogatas ac in posterum erogan-

(1) Zeno. *Vita M. A. Sabellici* in *Istorici Veneti*, I, p. XLVII.

(2) « 1490, 8 maii in rogatis. Reverend. quondam cardinalis nicaenus » existimans, ut reipsa fecit, honorare dominium nostrum claro et prae» stantissimo munere, nobis donavit 48 forcerios eius librorum, qui ob eo» rum qualitatem, conditionem et quantitatem essent ex pulchrioribus re» bus, quae ostendi vel videri possint in hac urbe nostra. Et tamen iam » multos annos reclusi permanent in capsis, inveterascunt et devastantur. » Rem sane inconvenientissimam et indignam statu nostro. Quamobrem » cum omnino expediat opportune providere ut libri ipsi deponantur ubi et » gubernentur, et possint videri cum honore et dignitate status nostri; » vadit pars quod teneantur omnes collegii potentes ponere partem futura » hebdomada, sub debito sacramenti et poena ducatorum 200 pro quolibet, » venire ad hoc consilium cum opinionibus suis, ubi deliberari habeat, » quid faciendum sit de libris praedictis. » In tabulario veneto: *Senato*, I, R.º. 11 *Terra* 1490-1492, f. 9. Habet Cornelius in *Supplem. ad eccl. ven.* p. 417.

das considerans, impedimenta quoque quo minus res alio modo prospere procederet, libens propositis annuit senatusconsulto diei 2 iunii 1490. « Exacti iam sunt plures » anni ex quo reverend. quondam cardinalis nicaenus ami» cissimus status nostri donavit dominio nostro ingentem » quantitatem librorum in summa excellentia et dignitate, » tam in lingua graeca quam in latina. Qui libri inclusi » capsis tenentur per procuratores nostros, situque atque » rubigine devastantur, non sine aliqua gravedine dominii » nostri, cum futuri sint pulchrius, dignius ac honorabi» lius spectaculum, quod videri possit in hac urbe nostra. » Et cum alias reverendus magister Joachimus, generalis » ordinis Praedicatorum, adiens praesentiam nostram, se » obtulerit, in monasterio ss. Joannis et Pauli, loco cele» berrimo, construi facere pulchram bibliothecam, ubi cum » dignitate conservari poterunt dicti libri, sub nomine bi» bliothecae s. Marci, offerens etiam in ea ponere ingen» tem quantitatem librorum, quos ingenti studio et im» pensis, iam longo tempore in diversis orbis partibus re» cuperavit, recuperaturusque promisit, semoto quocum» que respectu impensae, quae sibi sequit posset; vadit » pars quod, construente dicto magistro generali bibliothe» cam suprascriptam sub nomine et vocabulo s. Marci, ut » se obtulit, dari sibi debeant per inventarium, prout de» scripti reperiuntur in camera nostra, libri praedicti, ibi» dem tenendi et diligentissime conservandi per deputan» dos ab ipso generali, distincti et separati ab aliis libris, » qui ibidem deponerentur, et semper sint ad requisitio» nem dominii nostri, nec possit ullo pacto vel ullo tem» pore aliquis librorum ipsorum alicui mutuari vel concedi, » absque licentia trium quartorum huius consilii, sed dili» gentissime conservari debeant, et omnibus semper liber » pateat aditus illos videndi et super ipsis studendi absque » ulla contradictione, ut fuit voluntas dicti reverendissimi

» testatoris, prout requirit honor status nostri, pro universali commoditate et beneficio studentium.

» Et teneantur procuratores nostri de tempore in tempus fieri facere revisionem ipsorum librorum, ita ut aliquis eorum non deficiat. Praeterea quia fuerunt diversimode mutuati ex dictis libris diversis personis, teneantur praedicti vel eorum haeredes illos immediate restituere, sub poena ducatorum quingentorum pro quolibet libro, exigenda per advocatores communis absque ullo consilio, de qua quidem poena ducati ducenti dentur accusatori, et teneatur secretus. Scabella autem et armarii qui insunt in palatio nostro consignentur bibliothecae praedictae, ad usum et conservationem librorum praedictorum (1). » Qua vero ratione contigerit, id executioni mandatum non fuisse, haud penitus liquet. Hoc quantum, fato nobis auspicato, bene verterit, haec edocent: ut mittam libros mutuatos, quandoque etiam divenditos, saepe eiusdem ordinis monasteriis, bibliotheca carentibus, usui deputatos; senatus venetus, saeculo proxime exacto, praecipit codices mss. eius monasterii ad Marcianam adferri, monacorum negligentiam in iis asservandis incusans (2).

Dimidium fere saeculum a Bessarionis donatione excesserat quin opportunum codicibus domicilium praesto esset. Tandem anno 1515 decretum est de propria aede libris asservandis construenda, senatusconsulto quod, cum sapientiae ac magnificentiae reipublicae venetae penitus laudi vertat, ex integro proferre non dubito.

(1) Ex tabulario monasterii ss. Ioannis et Pauli dedit Cornelius in *Eccl. ven.* decad. XI, p. I, p. 283-284. Legere quoque est in tabularii veneti regestis 12. *Senato-terra*, 1493-1497, aprile, f. 57.

(2) Consilium decemvirum 23 decembris 1789 decernit *che in vista dei passati e recenti trafugamenti succeduti nella biblioteca de' ss. Giovanni e Paolo, sieno fatti* [i libri] *passare in custodia della libreria di s. Marco.* V. Moschini. *Letteratura veneziana* II, p. 31-32.

« 1515, die quinto maii, in rogatis. Bene institutas » civitates maxime illustrare ac celebrare solent bibliothe- » cae delectis voluminibus librorum refertae ; quemadmo- » dum habere consueverant Roma, Athene, aliaeque anti- » quae et florentissimae civitates. Nam praeter ornatum, » animos quoque ad doctrinam et eruditionem accendunt ; » ex quibus boni mores aliaeque virtutes provenire solent. » Cum igitur reverendissimus quondam cardinalis nicae- » nus reipublicae nostrae benevolentissimus, ad octingen- » tos libros mirae pulchritudinis et praestantiae inter grae- » cos et latinos dominio nostro iamdiu dono dederit, nul- » libi locorum quam in hac civitate nostra, munus ipsum » magis splendere potuisse existimans ; decet pretiosissi- » mum thesaurum, quem vicissitudo temporum abscondi- » tum fere tenuit, tandem erigere ; cum praecipue procu- » ratores templi nostri d. Marci locum in foro ipso apud » novam fabricam alacri animo concesserint ; qui quidem » locus nec pulchrior in hac civitate, nec litteratis commo- » dior esse posset : praeterquamquod bibliotheca perfecta » posteris nostris perpetuum monumentum, et toti Italiae » speculum et lumen allatura sit. Ideo decernatur quod » locus antedictus aedificetur in foro d. Marci eo modo, qui » ipsis procuratoribus magis congruus videbitur ; in quo » reponantur libri praedicti quanto ornatius fieri poterit. » Verum pro recognitione loci praefatis procuratoribus sin- » gulis annis dentur ducati octoginta, quousque per domi- » nium nostrum templo d. Marci prospicietur de redditu » annuo ecclesiastico ducatorum centum. Caeterum ipsi » bibliothecae praeficiatur adstans sive gubernator, cum » eo stipendio quod videbitur ; qui libros ipsos gubernare » teneatur : pro quorum conservatione fiant aliae provisio- » nes et ordines qui expedire videbuntur (1). »

(1) Cornelius, *Supplem. ad eccl.* 417. — Morelli. *Libreria di s. Marco.* Ven. 1774, p. 31-32 : *Operette*, I. p. 39-40.

Solemniori huic grati animi et voluntatis in rem litterariam amplificandam testimonio statim fuisse indultum, erraret omnino qui crederet. Anno tantum 1529 *procuratores s. Marci de supra* architectum celeberrimum Jacobum Sansovinum conducunt (1), qui aedes *procuratie nuove* appellatas, e regione palatinarum, construat, publicae demum bibliothecae paratas. Interim *decemvirum consilium*, ex Sansovini sententia, huic praecipit (2) ut *aula novissima* com-

(1) « Die septimo aprilis, 1529. Magnifici et clarissimi domini Leonar- » dus Mocenico, Aloysius Pascalico, Laurentius Lauretano, Iacobus Supe- » rantio, Andreas Leono, Ioannes Pisani et Victor Grimani, procuratores » s. Marci de supra, absentibus aliis collegis; tanquam optime informati » de sufficientia et bonitate magistri Iacobi Sansovini architecti, ipsum as- » sumpserunt in prothum dictae suae procuratiae, in locum quondam ma- » gistri Boni insuper defuncti, cum salario ducatorum octuaginta in anno, » et ratione anni, valoris lib. 6, 4 pro singulo ducato, nec non cum domo » pro sua habitatione; incipiendo tempus sui salarii die primo aprilis in- » stantis; qui magister Iacobus facere et exercere debeat et teneat officium » suum praedictum diligenter et accurate, prout convenit eius debito. » Ex tabulario procuratorum de supra *Actor.* II, p. 53 protulit Temanza in *Vita di Iacopo Sansovino.* Ven. 1752, p. 16. In tabulario veneto, *Senato-terra*, R.º 19, 1515-1516, f. 16.

(2) « 1531, die 26 aprilis, in consilio decem. Reducendosi el conseio » nostro de' pregadi nel maior conseio cum tanta incommodità ed indignità » del ditto conseio quanta ognun intende; è molto a proposito adaptar la » sala de la libraria in quel modo che sia conveniente, nella qual per esser » spaciosa se potrà commodamente redur el conseio de' pregadi: questo » conseio per salvar le importantissime scritture della cancellaria nostra, » che si attrovano in loco periculoso di foco, et far quelle altre cose che » saranno deliberate. Perho l'anderà parte che per autorità de questo con- » seio adaptar se deba la dicta sala de la libreria, adornarla et redurla in » quella forma et modo che sia deliberà per el collegio nostro, interve- » nienti li capi de questo conseio cum la metà delle ballote, havuto etiam » el parer de Iacomo Sansovino protho de la chiesia de s. Marco. Et ha- » vendo deposto in scrittura maistro Antonio protho che in far dicta opera » se spenderà ducati mille dusento in circa, però sia preso che per i pro- » veditori nostri al sal sieno dati a quel nobel nostro che sarà deputato per » dicto collegio, sopra dicta fabrica de li danari che soprabondano al officio » del sal, facti i depositi et pagate le spese ordinarie del dicto officio de » tempo in tempo fino alla dicta summa, deli qual se habi a tener parti-

modiori ac dignori consilii rogatorum hospitio aptetur; quo factum est ut anno eodem *maius consilium* decreverit librorum capsas superiori ecclesiae s. Marci, non sine certa pro usu librorum distributione, locandas esse cubiculo, cui liber ab ingressu ecclesiae pateret aditus (1). Etsi librorum translationem curarit peritissimus Joannes Baptista Rammusius, a secretis reipublicae, cui rem Petrus Bembus bibliothecae praefectus, iam ante decretum (2) commendaverat, tamen non liquet num et quo proprie loco traducerentur. Interea molimina aulae dignori apparandae minime neglecta (3).

» cular conto da esser dato una copia de settimana in settimana al serenis- » simo principe nostro. » Ex tabul. ven. *Consiglio de' X*, *Comune* R.º 7, 1531, f. 18.

(1) « Maius consilium, 11 iunii 1531. » — Omissis. « Praeterea essendo sta lassato per il rev. cardinal niceno un gran numero de libri » greci et latini de grandissima existimatione, alli quali doveria esser de- » putato uno loco nella giesia di s. Marco, ovver lì appresso, come era » la mente de ditto rever. cardinal, et da anni XL in qua stiano in al- » cune casse, con non vulgar nota del honor del stato nostro. Però ha- » vendosi trovato loco sopra ditta giesia, dove se potranno habilmente » reponere, et darli etiam adito de fuori via, senza andar per la ditta giesia, » sia preso che li procuratori de supra siano obligati immediate, dei primi » danari che scoderanno adaptar ditto loco, et farli l'adito conveniente de » fuori via. » Ex tabul. ven. *Deliberazioni maggior consiglio. Registro Diana*, 1552-1536, f. 125.

(2) « Pregate il Rammusio a sollecitare la trasmigrazione dei libri » niceni, la qual fatta, verrò a voi. » Epistola P. Bembo Jo. Matth. nepoti, Patavii, 21 febr. 1531. « Subito che io intenderò che i libri siano in » s. Marco assettati per mano del buon Rammusio, verrò a voi senza di- » mora. » Epistola eidem, 25 febr. 1531.

(3) « 1535, die 26 februarii, in additione. Fu statuito per questo con- » seglio alli 26 aprile 1531, de addattar la sala della libreria, et che fos- » sero dati alli deputati sopra della fabbrica ducati 1200, li quali essendo » sta spesi, acciò la possi continuar e fornir; l'anderà parte che per au- » torità di questo conseglio, per li proveditori nostri al sal sieno dati al » nobil homo sier Giacomo Soranzo procurator deputato sopra la detta » fabbrica ducati 500 delli danari che soprabbondano all' officio del sal, » fatti i depositi, eccettuati i danari deputati alli monti, e pagate le spese

Caeterum codicum, etsi *forceriis* conclusorum, minime tenendum est usuram prohibitam. Constat siquidem Laurentium Medicem, propriae bibliothecae ampliandae per Joannem Rosium librarium, annis 1491-1492, septem codices graecos sibi describendos ex nostris curasse (1); Bernardum Oricellarium Florentinorum apud Venetos oratorem anno 1498, *in arcanis Venetorum ex bibliotheca Bessarionis*, operibus Nicostrati *de romano senatu*, quod deperditum dolemus, ac Publii Victoris *de regionibus urbis* usum fuisse (2); cardinalem Ximenem lectiones varias ex nostris codicibus sibi praemittendas, senatu intercedente, petiisse, in usum *bibliorum complutensium* anno 1514 editorum (3); Joannem Lascari, Galliae regis oratorem anno 1521 exempla Arriani et Diodori siculi (4), manibus Georgii Selva (5) et Willelmi Pellicier (6) regiae blibliothecae

» ordinarie del ditto officio, delli quali se habbi a tener particolar conto, da » esser data una copia de settimana in settimana al serenissimo principe » nostro. »

(1) Bandini. *Catal. codd. mss. graec. bibl. Laurent.*, II, p. 144, 149; III, p. XIV, praef.

(2) Oricellarius. *De urbe Roma*, in *Scriptt. rer. ital.* Florent. 1770, II, p. 755; pagina vero 1016: « In pervetustis Publii codicibus, quos nos Venetiis legimus inter caetera egregia antiquitatum monumenta a Bessarione publico relicta, et haec supersunt adnotata, quae in caeteris non » facile reperias. » Et pag. 822: « Nicostratus cuius parvum volumen olim » vidimus in arcanis Venetorum ex bibliotheca Bessarionis. »

(3) « Nuestro célebre cardenal Ximenez quiso hacer uso de él para su » poliglota; pero solo pudo tener una nota de las variantes. » Andres, *Cartas familiares*. Madrid, 1790, p. 60. Legitur siquidem in *prologo ad lectorem* voluminis primi *Bibl. complut.*: » Quod autem ad graecam scrip» turam attinet, illud te non latere volumus, non vulgaria seu temere oblata » exemplaria fuisse huic nostrae editioni archetypa, sed vetustissima simul » et emendatissima ...... quorum partem ex Bessarionis antiquissimo co» dice, summa diligentia transcriptam illustris Venetorum senatus ad nos » misit. »

(4) Hody. *De graecis illustribus*, p. 258.

(5) *Memoires de la bibliothéque royale*, p. X.

(6) Petrus Ang. Bargaeus. *Vita propria*.

parisinae ornandae sumpsisse; id sibi praestari voluisse cardinalem Volseium (1), uno verbo codices sibi commodatos adhibuisse Nicolaum Leonicenum (2), Hermolaum Barbarum (3), Dominicum Sauli ianuensem (4), Georgium Valla (5), Andream Naugerium (6), M. Musurum (7), Longolium (8), Baptistam Egnatium (9), Gregorium Alexan-

(1) « Poi esso cardinal li disse ..... voria aver libri ..... di Venetia, » di quelli fonno del cardinal niceno ...... grechi e sono a penna, voria » farli acopiar in carta bona, prega la signoria lo servi che averà per cosa » carissima ..... Item disse [Laurentius Aurius] haver elo riferito nostre » lettere [6 martii 1526] zerca i libri fo del cardinal niceno: ringratiò molto » dicendo non se li poter far maior gratia, e daria in nota i libri. » Sanutus Marinus. *Diarj*, I, VII, 58, f. 407. « Item manda di libri greci del cardinal » niceno, voria questo rev. cardinal ..... » Ibi, I. VII, 59, f. 286.

(2) Praefectus Bembo anno 1531 ab eo recuperavit codicem graecum 225, cum commentis Ammonii, Simplicii, Philoponi in Aristotelem et Porphirium, quem ab annis triginta detinuerat.

(3) Petrus Io. Olivarius, *Praef. ad Porphirii isagogen*. Parisiis, 1537.

(4) « Par che dopo li signori procuratori ne imprestassero a ms. Do- » menego Sauli ..... et furono libri di chiesia, cioè sopra la biblia .... » Io feci scriver al ..... Fidel a Milan, qual parlò al ditto Sauli, et li » negò d'haverli, ma haverli restituiti, et li feci scriver dal rev. ab. di s. » Zorzi d. Gregorio di Cortesi, al qual respose de non haverli, et nondimeno » sopra il libro del detto capitano, detto Sauli era debitore.» Epist. Io. Bapt. Ramusii Benedicto Ramberto a secretis. Venet., 20 aug. 1543, L. XIV, 12.

(5) *Expetendorum et fugiendorum*. Ven., Aldus, 1501.

(6) *Ovidii opera ex recensione Andreae Naugerii*. Venet., Aldus, 1515-1516, t. III, passim.

(7) « M. Marco Musuro, secondo che lui confessa in una sua litera » hebbe due libri della libraria che lasciò il cardinal niceno alla signoria, » che sono *Absyrto, de medicinis equorum* greco, et la *defension de Platon* di esso niceno, in greco. Questi libri sono in mano del sig. Alberto da » Carpi. » Nota anni 1520, plus minus. L. XIV, 17, f. 26.

(8) « Longolius nunc Venetiis agit, bibliothecamque copiosissimam » pro arbitratu recenset. » Budaeus Salmonio Macrino in *Epistolar*. Basil. 1521, p. 66. — « Longolius etiam hoc pacisci sustinuit, sibi ut interim » pateret ex sententia animi bibliotheca publica, illius famigeratae alexan- » drinae aemula, idque ei non negatum est, quod nullus exterorum ad- » huc impetrasse dicitur. » Idem Ludovico Ruzeo, ibi, p. 88. — Bembus. *Epist.* Ven. 1552, p. 195.

(9) Sic ille in *Historia augusta* [Ald., 1519, p. 372]: « id quod et co- » dex unus ex publica bibliotheca prae se ferre videbatur. »

drum (1), Petrum Alcionium (2), Joannem Matthaeum Gibertum episcopum veronensem (3), Lazarum Baifium gallum apud Venetos oratorem annis 1530-1531 (4), Aegidium Viterbiensem (5), Herasmum Rotterodamensem (6), Petrum Bembum (7), Thomam Campegium (8), Georgium Tannorum iurisconsultum austriacum (9). Constat Naugerium, ab anno 1515 praefectum, operam omnem contulisse ut bibliotheca publicae responderet utilitati (10). Quid quod Aldus Manutius novus Venetiarum impressor, opere collato doctorum virorum (11), antiquos scriptores ad codicum nostrorum fidem edidit (12), graecos praesertim, quorum pars potior editionum principum retinet famam : quod Pe-

(1) Hausfriz. *Memor. G. Haloandri*, p. 11, 12, 15, 36.

(2) Libros Aristotelis *de mundo* ex Bessarionaeis vocat *certissimae fidei summaeque vetustatis*, in opere edito Ven. 1521. V. quoque *Lettere di principi*, 1570, t. I, p. 100.

(3) In usum homiliarum d. Ioannis Chrysostomi, Veronae anno 1529 editarum.

(4) Dionis, Opp. Paris, 1548, p. 61, 68.

(5) Bembo, *Epist. famil.*, lib. VI ad Accoltum.

(6) In lemmate : *festina lente* passim.

(7) In eius epistolis passim.

(8) *Lettere di re e principi al Bembo*. Ven. 1560, vol. I, p. 148.

(9) Lambecius, *Comment bibl. caesar.* VI, p. I, p. 23.

(10) « Bibliothecam illam Bessarionis, omnium excellentissimam quot-» quot unquam privata pecunia constructae sunt, tot annos sepultam, tibi » uni tandem disponendam custodiendamque [respublica] dedit. » Titi Livii *decas prima*. Venet. Asolanus, 1519, in epistola dedicationis.

(11) Hi sunt Andreas Naugerius, Petrus Bembus, Hieronymus Alexander, Angelus Gabriel, Daniel Reinerius, Marinus Sanudus, Andreas Asulanus, Angelus Politianus, Aemilianus Cimbriacus, Scipio Carteromacus, Guarinus Camers, Carolus Antenoreus, Alexander Santius, Petrus Crinitus, Iacobus Antiquarius, Leonardus Crassus, Hieronymus Avancius, Theodorus Gaza, Alexander Agathemeros, Demetrius Ducas, Marcus Musurus, Demetrius Calcondyla.

(12) *Expetendorum et fugiendorum*, 1501.— *Xenophontis*, 1502. — *Bessarionis operum*, 1503. — Quinti Calabri [lectione vitiata] 1505 [?] — *Plutarchi*, 1509 — *Ovidii*, 1515-1516 — *Artemidori*, 1518 — *Pomponii Melae*, 1518 — *Titi Livii*, 1518, 1520 — *Historia augusta* 1519.

trus Bembus, paulo post bibliothecae praefectus, aperte testatur, dum Frobenio officinae librariae Basileae magistro, sciscitanti aliquot Bessarioneorum codicum lectiones sibi transmitti, respondet *nihil boni illis inesse quod non haberent ii libri qui ex Aldi officina, quindecim abhinc annis, parva sub forma exiere* (1).

Quae de codicum Bessarionaeorum usu huc usque narrata sunt, ea ad annos se referunt quibus domicilio quo perpetuo consisteret, bibliotheca carebat. Angustia loci, eumque facile adeundi negata facultas consuetudinem exitialem prorsus ingesserat libros commodandi petentibus, quo factum est ut ex eis plures vel furto auferrentur (2), vel serius recupererentur (3), vel amitteren-

(1) Epistola data Patavii, kal. iulias 1534, edita est inter familiares libri sexti. Idem repetit Egnatio Venet. anno eodem, *nihil in illis* [codicibus] *esse probe scripti, quod non in Aldinis reperiretur libris.* libr. VI.

(2) « Più volte ho fatto intendere et detto a v. s. qualiter avevo com- » prato per 18 marcelli da mastro Francesco Pozzi libraro per mezzo della » spezzeria del medico Apsyrto *de medicinis equorum* et che più avendo io » recognosciuto certe lettere greche de Bessarione in margine, et conside- » rando etiam che era tagliata una charta nel principio dove soleva el car- » dinal scrivere, come sapete, i titoli dei libri . . . tornai dal libraro dicendo » che quel libro era rubato dalla libraria di s. Marco . . . . . . » Epistola M. Musuri archiepiscopi Andreae Naugerio, Romae, 8 maii 1517, quam cl. Em. Cicogna ex codice nostro [L. XIV, 17, f. 25] edidit cum notis, p. 306-308, volum. VI operis *Iscrizioni*. — De Bessarionaeo Symmachi codice furto ab Uberto Gifanio alemanno ablato vide *Acta litteraria Struvii*, II, libr. IV, p. 49, ac Oporini Grubinii *Amphotides scioppianae*, p. 139. Caeterum Scioppius sic in epistola dedicatoria ad Marcum Velserum in *Symmachi epistolarum*, 1608 : « Ego postea an. 1595 in libris verisimilium meorum longe » plura Symmachi loca, partim ingenio usus, partim libro probissimae no- » tae adiutus, quem ex cardinalis Bessarionis bibliotheca sublatum Gifanius » tenebat, restitui et emendavi, lacunas plures supplevi, et epistolas non » paucas primus in lucem protuli. »

(3) » Da poi furono consignati [codices Bessarionaei] al q. magn. m. Andrea Navaier, qual con un breve apostolico che scomunicava chi ne tenisse, fatto pubblicar una XL, ne ricuperò molti. Et al suo partir per am- » bassador di Spagna, che fo del 1523, li consignò di novo alli d.i sign. pro- » curatori di s. Marco. Et ms. Lodovico da Mafei confessa haverne avuti

tur (1). Quod caeteroquin Didacus Urtado de Mendoza caesareus apud Venetos, annis 1541-1543, orator, codices Bessarionis plures sibi commodatos furto abstulerit (2), commento tribuendum esse evincunt: a. nota restitutionis in regestis Rambertianis (3) et Francischianis (4); b. nomina amanuensium Nicolai Sofiani, Andronici Nuccii, Nicolai Maruli, Joannis Mauroniati, ac praesertim Arnoldi Arlenii (5); c. exempla ab iis data, quae in bibliotheca

» molti de più che li ritornò in drieto che l'avea ricuperato......... Vi ho » monstrato quanti libri il rev. sig. nostro card. Bembo ha recuperati, che » erano anni 30 et più che erano sta tolti. Io ho anche recuperato un raris- » simo libro che dico: *Machinae bellicae in papiro depictae.* » Epistola Jo. B. Ramusii Benedicto Ramberto. Venet. 21 aug. 1543. L. XIV, 17, f. 25. — Quo tempore, anno 1843, munificentia Hieronymi Contareni, ditissima huius bibliotheca nostrae accessit, codex Bessarionaeus membranaceus saec. XI, continens opera s. Joannis Damasceni [G. II, 196] in Marcianam ex ea est inlatus.

(1) « Messi [codices] poi sopra la chiesa di s. Marco, non essendo molto » ben guardati, se ne smarrirono alcuni. » Sansovino. *Venezia città nobilissima.* Ven. 1584, c. 12. — Catalogus eorum codicum anni 1545 [L. XIV, 16, f.ª 43] dat indicem librorum duorum supra viginti *qui sunt in indice cardinalis nicaeni et non sunt in bibliotheca.* — Bibliotheca Palatina vindobonensis quatuor graecos possidet ex Bessarionaeis, quorum tres Joannes Sambucus Venetiis, anno 1556, coemerat. V. Lambecium in *Comment. biblioth. caeser. vindob.*, Vindob., 1766-1782, lib. IV, 196-198, cod. 135; 316-318, cod. 154; lib. V, 104-107, cod. 219; lib. VIII, 1092-1104, cod. 69; unum habet monacensis. V. Hardt. *Catal. cod. mss. gr. bibl. bavar.* Monachii, 1806-1812, tom. IV, 352, cod. 436; unum publica reipublicae norimbergensis ex Regiomontano. V. de Murr. *Memorabilia bibliothecar. norimberg.* Norimbergae, 1786, p. I, p. 46-49; unum athenaeum taurinense. V. Pasini. *Codices mss. bibl.* etc. Taurini, 1749, I, p. 307; augustana bibliotheca unum. V. Bianconi. *Lettere all' Ercolani*, in *Opp.* II, p. 90.

(2) Molinus. *Epist. ad Meursium*, II, p. 394 in *Opp. Meursii*, edit. flor. — Scacchius. *De libris et bibliothecis* orat. IV. — Lomeierus vero in opere *de bibliothecis*, p. 160: « Didacus Mendoza Caroli V apud Venetos orator, ut » ornare posset bibliothecam quam animo moliebatur, legatos a Bessarione » thesauros expilavit, tam subtiliter ut nunquam fur aliquis doctius furtum » perpetraverit. »

(3) L. XIV, 22.

(4) L. XIV, 23.

(5) Augustini *epistolae*. Parmae, 1804, p. 13.

escorialensi prope Matritum ipse vidi. Joannem Andresium (1) habes rei assertorem.

Tot succrescentibus damnis impediendis statim sub initio saeculi decimisexti provisum fuerat decreto *collegii* (2), quo codices Bessarionaeos, vel oblatis pignoribus, ulterius commodari divetitum, quod ex superius dictis quantum flocci fieret aperte patet. Obtigit anno 1543 ut cardinalem Bembum, qui fere semper Patavii morabatur, Bernardus Rambertus [num praefectus aut custos tantum extiterit in dubio est] exciperet, cui codicum *banchis A-Q* ac *numeris* 1-39 distributorum indicem (3) ipse Bembus consignaret. Eo accessit *consilii decemvirum pars* (4), uti dicunt, qua iussum ut *reformatores studii patavini* bibliothe-

(1) *Cartas familiares.* Madrid, 1790, III, p. 54-56.

(2) « Die 26 iunii 1506, in collegio. Che per autorità di questo collegio sia ordinà et statuì che de cetero per i procuratori nostri di s. Marco prestar non se possi per modo alcuno alcun libro de quelli hanno del q. rev. cardinal niceno, cum pagar nè senza pagar, sotto pena de ducati 500 ad cadaun che li prestasse; essendo tenuti li prefati procuratori sotto la stessa pena, de farse in el termine de zorni 8 restituir i libri ch' havesseno prestato. Et in la instessa pena incorrino quelli havessero de dicti libri, et non facesseno la restitution de epsi in el termine sopra scritto. Sia etiam deliberà che in futurum li libri prefati non se possino mostrar ad alcuna persona senza ballotation de questo collegio per i tre quarti de quello. » In tabulario gener. Venetiar., *Notatorio collegio*, 1499-1506, f. 164.

(3) *Annotatio librorum bibliothecae rever. cardinalis nicaeni, quae consignata fuit domino Benedicto Ramberto ducali secretario, per reverend. cardin. Bembum, die* 11 *augusti* 1543. L XIV, 17.

(4) « 1544, die 30 decembris, in consilio decem. Havendo il q. rev. cardinal niceno lassati tutti i libri che l' aveva in ogni facoltà alla signoria nostra .... acciocchè la sia ben governàta, siccome si pol sperar che habia ad esser per quelli de' quali è proprio il carico letterario; l' anderà parte che per autorità di questo consiglio, sia commessa la cura delli detti libri alli tre nobili che sono et saranno *riformatori sopra il studio di Padova*, dovendo esser per loro fatti scontrar tutti essi libri particolarmente al l' inventario, che si trova fatto, et farne far un altro, dar il governo a chi li parerà, et far ogni provisione che esistimeranno espediente per conservativa della ditta libreria. » Ex tabul. ven. *Consiglio de' dieci, Comune.* R.° 16. — 1544.

cae curam insumerent, virosque peritissimos codicibus custodiendis praeficerent. In id novus index decretus (1) ex quo liquet codices anno 1545 *in divi Marci aede et in armariis bibliothecae* adhuc fuisse. In eo auctores graeci a latinis seiuncti, ordine litterarum alphabetico distribuuntur [f. 2-33]; terna classe superaddita librorum, 1. *qui sunt in medio voluminum,* 2. *qui sunt in indice cardinalis nicaeni et non inveniuntur in bibliotheca,* 3. *qui inveniuntur in bibliotheca et tamen non sunt descripti in indice* [f. 35-51]. Quid quod et libri parati eorum nominibus inscribendis qui volumina legenda mutuarentur, ac pignorum tradendorum tituli praecepti. Quae extrema institutio satis ostendit quanti codices ii haberentur, dum quae pignori apponuntur sunt tres usque triginta scuti aurei, vel veneti, vel exteri, cechini, doblones, hungari; additis summae coequandae cruciatis, florenis, mocenicis; nec deerant pretiosiora ornamenta *situli, paterae, craterae, cuppae in suis capsis, tazzones, confecteriae, tagerii, pirones* ex argento, saepe deaurato, *adamas ligatus in aureo annulo, annulus cum gemma saphiro, annulus a bulla cum arma, un rubin in chuogolo ligado in oro, doi turchese ligade in oro, catenulae aureae;* nec silentio praeteream Laurentium Maurocenum pro codice *Procli in Parmenidem* obtulisse *filze sei di perle a perle tredese per filza.* Horum elencorum bini (2) extant hodiedum in bibliotheca, quorum uno annis 1545-1547 Rambertus codices, nutu accedente M. Antonii Venerii *reformatoris,* commodat; altero vel eius successor Andreas

(1) *Index librorum rev. q. cardinalis nicaeni, confectus mandato clariss. doctorum domin. Sebastiani Foscareni, Marciantonii Venerii et Nicolai da Ponte gymnasii reformatorum, ut senatusconsultum a decemviris factum tertio calendas ianuarii exequerentur, ordine litterarum servato,* 1545, *praesentatus clar. d. capitibus decem per virum nobilem cl. d.* M. *Antonium Venerium doctorem, die* 17 *martii* 1546. L. XIV, 16. Ab hoc membranaceo exscriptum est exemplum chartaceum. L. XIV, 111.

(2) L. IV, 22, 23.

de Franciscis magnus reipublicae cancellarius annis 1550-1551 per se distribuit, vel qui huic successerunt usque ad annum 1557.

Nostrum minime est grandioris aedificii, quo codices manuscripti locandi erant, opportunitatem ac magnificentiam pluribus referre. Praestantium in subiecta materie virorum sententias appellamus, Palladii praesertim illud vocantis *il più ricco et ornato edificio che forse sia stato fatto dagli antichi* (1), dum eorum quae scitu ea super re digna sunt cupidos ad fusiorem operis narrationem remittimus (2). Id nobis adnotandum sufficiat splendidiorem aulam codicibus asservandis medio fere saeculo decimosexto fuisse absolutam, cuius rei memoriam posteris tradendam voluerunt titulo, qui primum superpositus est fronti externae portae maioris ante scalas, dein sub ipsius aulae ingressu, modo parieti extra bibliothecam, in ducali palatio, loco quo alii plures bibliothecae honori vertentes adhaerent.

BESSARIONIS CARD. EX LEG. SENATVS — IVSSV PROCVRATOR. DIVI MARCI CVRA — PHILIPPI TRONO — ANTONII CAPELLO — ANDREAE LEONO — VICTOR. GRIMANO — IOANNIS A LEGE — IOANN. A LEGE EQ — BIBLIOTHECA INSTRVCTA ET ERECTA — M. ANTONIO TRIVISANO PRINCIPE — AB VRBE CONDITA M. C. XXXIII (1553).

Iis non obstantibus, codices manuscripti anno 1558 adhuc *nel luogo sopra la chiesa* delitescebant, ut evincit reformatorum *pars,* qua decretum quoque quid in posterum bibliothecae utilitati praestandum: « Sollicitando molto li eccell. signori procuratori della chiesa di s. Marco che si debbano levar li libri lasciati all' ill. signoria dal q. rev. card. niceno dal luogo sopra la chiesa, ove si trovano al presente, et ponendoli nella libreria ch' è com-

(1) *I quattro libri dell' architettura.* Venezia, 1601, l. 1, p. 5.
(2) Temanza. *Vita di Jacopo Sansorino.* Venezia, 1752, *passim.*

» pita nella fabbrica della procuratia, et dovendosi tenerli
» in essa ben disposti et ordinati, siccome convien a libri
» di tanta stima, come sono li sopradetti; et essendo stato
» dato carico per deliberazion dell' ill. consiglio di diese, sotto
» il 30 decembre 1554, alli riformatori dello studio di Pado-
» va, et commessa la cura delli predetti libri, con autorità
» di dar il governo a chi loro parerà, et far ogni provvision
» che estimeranno espediente per conservation della detta
» libreria. Noi reformatori dello studio predetto cognoscen-
» do esser necessario che, come altre fiate, una persona di
» qualità ne abbi carico, et specialmente di attender alla
» cura et buon governo della libreria predetta, reponendo
» li libri greci et così li latini ordinatamente in cathena
» nelli luoghi suoi, et incontrandoli col inventario, che si
» trova appresso il magnifico cancellier grande, il qual te-
» ner debba tutte le chiave delle cathene, et medesimamen-
» te l' inventario sì delli libri che si trovano al presente,
» come di quelli che di tempo in tempo si ponessero in
» quella, da essergli dati in nota da quello che haverà, ut
» supra, il carico della libreria predetta. Et avendosi spon-
» taneamente offerto il magnifico m. Bernardin Loredan
» del clariss. m. Andrea, di accettar questo carico solamen-
» te per onorevolezza et per giovar alla patria soa, tenendo
» ben regolati detti libri, li quali invero sono di grande or-
» namento alle cose di questa città, siano stati contenti et
» abbiano avuto grato di avere il sopradetto magnifico m.
» Bernardo al governo delli detti libri, essendo sicuri per
» esser lui versato et versare continuamente nelli studj
» con molta laude, et etiam per la bontà soa di ricever quel
» onorato e diligente servigio, che da persona di nobilissi-
» ma qualità si possi desiderare, et così per tenor delle pre-
» senti contentamo e gli diamo questo carico, ma che non
» si possa mover libro alcuno da essa libreria senza la pre-
» sentia del ditto m. Bernardino per prestar ad alcuno, et

» sia chi esser si voglia, con estremo mandato in scrittura, » sottoscritto almeno per doi delli riformatori, nè si possi » conceder ad alcuno senza deposito de' ducati 50 in con- » tadi almeno per libro, ovvero d' un pegno in oro o in ar- » gento, et non in altro, di tanta valuta, et da là in suso » secondo l' importantia del libro, et far si debba sempre » in esso mandato espressa menzione sì del libro, come del » pegno depositato et della persona a chi sarà stato con- » cesso, siccome si ha fin qui osservado sempre da noi e » dalli altri riformatori, precessori nostri, che hanno avuto » tal carico per osservantia dell' ordine del testamento di » esso rev. testatore. — Marcus Maurocenus doctor refor- » mator. — Matthaeus Dandulus eques reformator. »

Eos situ minime amotos, anno quoque 1574 loco eodem (1) diligenter custoditos, paulo post translatos existimo.

Ordine pluteorum in aula, commodiori elevatione, circum circum distributo, ferreis catenulis, sic ferebant tempora, codices manuscripti, securitatis gratia, ita adhaerebant ut legentem in proximitate minime impedirent, quod hodiedum quoque in bibliothecis Laurentiana florentina et Gambacorta ariminensi usuvenit. Superiori parieti celebriores eius aevi pictores antiquorum philosophorum imagines adpinxerunt, quae serius palatii ducalis aulae exornandae [inde *philosophorum* appellatae] adhibitae, pristino demum loco restitutae sunt.

Num omnes a Bessarione dono oblati codices novis scrimniis recluderentur, arduum est comprobare. Sane quot a principio fuerint nescimus. Index siquidem ori-

(1) « Dum nundinae mense maio [1574] in area s. Marci fierent, nocte ignis erupit, multisque mercibus consumptis, nobilissimus ille locus, ubi Bessarionis cardinalis bibliotheca asservatur, brevi tempore, nisi magna diligentia esset adhibita, fuisset igne consumptus. In nobiliorem et augustiorem formam redactus est locus, et bibliotheca cardinalis Bessarionis nobilissima adhuc eo in loco magna diligentia custoditur. » August. Valerius, *De utilitate capienda ex rebus Venetorum*. L. X, 14. libro XVII, in medio.

ginalis (1), manu Rosati q. Matthaei de Viterbio, notarii rogatus codices graecos numerat quatuor centum octoginta duos, latinos bis centum sexaginta quatuor, cumulative septem centum quadraginta sex : iis tamen addendi sunt qui post mortem donatoris, bibliothecae, uti diximus, accesserunt ; demendi qui modo quovis deperditi desiderantur : utrorunque numerus nobis incompertus. Nec indices posteriores aliquid lucis rei affundunt. *Annotatio librorum* (2) quos cardinalis Bembus consignavit Ramberto die decimatertia augusti anni 1543, habet numerum valde superiorem codicum, nulla linguarum divisione tercentorum triginta et uno pluteis [banchi] A-Q, sexcentorum triginta quinque numeris 1-39, summatim novem centum sexaginta sex, quibus tamen viginti impressa volumina interseruntur. Discrepantem numerum habet catalogus, decreto publico anno 1545 ordine alphabetico exaratus (3), graecos nempe sexcentum sexaginta quatuor, latinos tercentum quadraginta duos, summatim sex super mille, quibus inserti impressi libri novendecim, non iidem prorsus ac in altero. Confusioni eo super amplificandae accedit accuratae designationis defectus in indicibus, puta : *liber antiquus non ligatus — liber antiquus et corrosus — liber antiquus tabulis fractis — diversa opera diversorum — grammaticae liber — liber sine principio et fine — libellus in forma oblonga — liber magnus sine titulo — liber monasticus — liber laceratus — legalis liber in papyro — opera diversa et epistolae.* Demum si libros in sequioribus indicibus advertas, *qui inveniuntur in libraria et tamen non sunt descripti in indice rev. cardinalis,* evinctum erit prorsus integrum Bessarionaeorum codicum schema minime offerri posse. Quod dubio procul fateamur

(1) L. XIV, 14.
(2) L. XIV, 17.
(3) L. XIV, 16, 111

oportet, dum ad inventarium 3 iunii 1575 attingimus, quo codices tantum quingenti quindecim, in iisque libri impressi ab indicum anteriorum prorsus diversi occurrunt, unde coniicimus nihil aut parum his antiquioribus indicibus fidem credendam.

Antequam manum ab opere dimoveam, quasi immarcescibili viri donantis memoriae coronidi imponendae, referam inter coemelia nostra asservari imaginem Bessarionis, eandem quam pro *schola*, uti dicunt, *s. Mariae charitatis* Venetiarum, Giannetus Cordella, verius Cordegliaghi venetus pinxerat, ac aere insculptam publici iuris fecerunt Zanetti (1), Boernerus (2), Schioppalalba (3). Cardinalis, pontificalibus indumentis, tenet crucem sacris lipsanis et arte insignem, ab eodem ei *scholae* dono datam, postmodum vero thesauro vindobonensi divenditam. Tabulam, coenobio sublato, in pulcherrimarum artium accademiam inlatam Jacobus Morelli praefectus, anno 1817, bibliothecae tradi curavit, ac titulum aureis litteris apponi: BESSARIO TRAPEZVNTINVS CARDINALIS — CVIVS CODICIBUS LONGE PRETIOSIS — AN. MCCCCLXVIII REIP. VENETAE DONATIS — BIBLIOTHECA PRIMVM INSTRVCTA EST. Aeque extat in scrimniis bibliothecae, *ex concilio decemvirum*, ut puto, diptycus cupreus quem qui dedicavit anno 1592 dono dedit duci Venetiarum, una cum opere *Bibliotheca apostolica vaticana.* Romae, 1591, 4.° (4), sic inscriptum: *Sereniss. duci Paschali Ciconiae* —

(1) E fronte operis: *Graeca, latina et italica d. Marci bibliotheca.* Venet., 1740, vol. II, f.°

(2) In fronte operis: *De doctis hominibus graecis litterarum graecarum in Italia instauratoribus.* Lipsiae, 1750.

(3) E fronte pariter operis: *Dissertatio in perantiquam sacram tabulam graecam, insigni sodalitio s. Mariae charitatis a Bessarione cardin. donatam.* Venet., 1767, f.° V. pag. 149.

(4) Ita Aldus Manutius donum nunciat Roma, die 31 martii 1592, Aloysio Georgio Venetias. « Dona il r. p. m. Angelo Rocca agostiniano, col donar se stesso, la effigie del gran cardinale Bessarione, di cui resta costì il-

Et excelsae reip. ven. — Angelus Rocca camers augustin. — Sacrarum liter. professus — Bessarionis card. — De veneta reip. benemeriti — Imaginem — Et sepulchri epigrammata — D. D. — Ut — Qua vivens Bessario benevolentia — Venet. remp. illustri testimonio — Bibliothecae legatae — Est prosecutus — Eandem ipse et erga Bessarionem — Coelesti vita perfruentem — Et erga nunquam intermorituram remp. — Viris posterisque patefaciat. Sane interius ex una parte extat picta imago Bessarionis [eadem quae in fronte operis Aloysii Bandini: *De vita et rebus gestis Bessarionis.* Romae, 1777, 4.°], ex *Bibliotheca vaticana;* e regione delineatio duplicis lapidis eius honori *ex aede ss. Apostolis dicata:* BESSARIO . EPISCOPVS . TVSCVLANUS — SANCTAE . ROMANAE . ECCLESIAE . CARDINALIS — PATRIARCHA . CONSTANTINOPOLITANVS — NOBILI . GRAECIA . ORTVS . ORIVNDVSQVE — SIBI . VIVENS . POSVIT — ANNO SALVTIS . M.CCCC.LXVI.

ΤΟΥΤΕΤΙ . ΒΕΣΣΑΡΙΩΝ — ΖΩΝ . ΑΝΤΣΑ . ΣΩΜΑΤΙ — ΣΗΜΑ — ΠΝΕΥΜΑ . ΔΕ . ΦΕΥΞΕΙΤΑΙ — ΠΡΟΣ . ΘΕΟΝ . ΑΘΑΝΑΤΟΝ. Sunt ab extra Bessarionis insignia, scilicet duo brachia album et rubrum, crucem tenentia. His accedit, in nostro nummis asservandis conclavi, numisma aere conflato Bessarionis imaginem referens.

Viri huius, quem nostrum appellare ausim, plures fuerunt qui memoriam honore merito celebrarunt, quos ii excutiant qui de eo, eiusque operibus ac codicibus manuscriptis plura scire desiderant. Primum refero Baptistam Platinam qui celeberrimi hominis, sibi fautoris, mortem digna panegyri (1) prosequutus est. Proxime accedit Boer-

» lustre memoria, e con la memoria niun esempio che renda maggiore la di » lui memoria, al senato: et insieme dona una *Bibliotheca* che si può dire » la bibliotheca delle bibliotheche....... » *Manuzio Aldo,* Lettere. Roma, 1592, p. 252.

(1) *Panegyricus in laudem amplissimi patris Bessarionis episcopi sabini, cardinalis nicaeni et patriarchae constantinopolitani.* Inest in *Platinae Opp.*

nerus qui eius elogium conscripsit (1). Hos excipit Aloysius Bandinus, qui *de vita et rebus gestis Bessarionis cardinalis nicaeni commentarium* [Romae, 1777, p. 16, 4.°], cum *operum catalogo* et *monumentorum appendice* edidit. Nec laude sua caret Michael Battagia qui in Venetiarum athenaeo legit mense decembri anni 1827 *Elogio storico del cardinale Bessarione,* quod serius (2) publici iuris fecit. Nostro item aevo doctor S. C. Hacke scripsit *Disputationem qua Bessarionis aetas, vita, merita, scripta exponuntur* (3), ac E. G. Vogel fuse de Bessarione ac eius codicum transcriptoribus disseruit in ephemeridibus bibliographicis *Seropeum* (4). Nec praetereo liberum baronem Wolfgangum de Göthe, solertissimum historiae litterariae italicae saeculi decimiquinti cultorem, studia in Bessarionem propediem vulganda parasse.

CAP. III.

Codices manuscripti perperam bibliothecae nostrae tributi.

Eo accidit ut codicum Bessarionaeorum in universa litterata Europa adeo fama percrebuerit, ut Marciae collectioni rariores ac pretiosores vulgo tribuerentur, quos vel rei litterariae instituta, vel monasteria, vel privati viri possederant, vel qui humanae mentis figmentum, nunquam

t. II, f. CIII-CXIII. Leges quoque in Christ. Frid. Boerneri, *de doctis hominibus graecis.* Lipsiae, 1750, p. 81-104.

(1) Ibi, p. 36-80.

(2) Venezia, 1833, p. 34, 8.°

(3) Harlemi, 1840, p. VI, 125, 8.°

(4) *Bessarions Stiftung, oder die Anfänge der s. Marcusbibliothek in Venedig, nach Zeno, Morelli, Blume u. A.A.* Leipzig, 1841, t. II, p. 90-107. — *Verzeichniss griechischer Abschreiber aus dem X-XVI Jahrhunderte, nach datirten Handschriften ;* Ibi, 1844, tom. V. p 257-265, 273-288, 295-304, 312-320, 324-335, 346-352.

extiterunt. Ne autem errores hoc super continuo irrepentes, atque idem repetentium auctoritate confirmentur, operae pretium fore censeo potiores, exemplis obiectis, refellere. Epistolas ineditas sancti Isidori Pelusiotae apud nos asservari testati sunt Sixtus Senensis (1) et Cave (2), dum quae codicibus graecis 126, 525 insunt, omnes editae sunt. Jabobus Middendorpius codicibus nostris inserit opus Constantini Porphyrogeniti *de imperii regimine* ab Egnatio allatum, quem codicem suum esse idem Egnatius asserit, rem confirmante Meursio in editione eius operis leydensi anni 1611. Quam opellam politicam nomine *Principe* M. Antonii Pellegrini demortui, a se diligenter exquisitam et in nostram illatam bibliothecam, se auctore, scripserat Tomasinus (3), idem serius, et rite, in penitiori reipublicae tabulario delitescentem fatetur (4). Pariter Thomas Cornelius, testibus Douglas (5) et Fuscareno (6), somniarunt scriptum Pauli Sarpii authenticum de fluxu sanguinis ab eo detecto codicibus nostris inesse. Giuglerus in prooaemio rei litterariae Struvii (7) egregium apud nos demiratur codicem Joannis Chrysostomi *homiliarum in Actus apostolorum*, saeculo octavo manu Theodosii episcopi exaratum, quem, rectius, Theodosius monachus saeculo decimotertio excripsit (8). Didymi operis anecdoti *de plantis Aegypti* ex nostris codicibus sibi exempla parari rogarunt Ismael Bouilland, per gallicum hic oratorem (9), ac Isaacus Vossius per

(1) *Bibl. sanct.*, lib. IV.
(2) *De scriptor. eccles.*, I, p. 390.
(3) *Elogia virorum illustr.*, I, p. 281.
(4) Ibi, p. 49.
(5) *Specimen biblioth. anatom.*, p. 100.
(6) *Storia letteraria ven.*, p. 86.
(7) Tom. I, p. 314.
(8) Z. G. Cod. 574.
(9) Nicol. Heinsius, *Epistola ad I. Fr. Gronov.*, tom. III, *epistolarum Burmanni*, p. 162.

Nicolaum Heinsium (1); verum ex Dydimo nihil est apud nos nisi quod *geoponici* impressi continent. Si fides *bibliothecae latinae* Fabricii [I, p. 215] praestanda, supposititium Ciceronis opusculum *Orpheus* una cum fragmentis librorum illius *de republica,* ac introductione Ausonii ad *alchimiam,* Venetiis ex nostris pluteis anno 1504 editum est, dum ex operis praefatione constat codicem ad mediolanensem Primum de Comitibus pertinuisse, nec ullam ibi Marciae bibliothecae memoriam ingestam, sed reipublicae tantum *thesauri,* quem editor Julius Caesar Giussanus Squarcia in suos usus versum cupiisset, ineditis eiusdem Primi de Comitibus imprimendis. Quo ex penu notitiam operum anecdotorum Attalae Scoti abbatis bobiensis, qua apud nos asservatorum, Thomas Dempsterus, referente Thoma Tannero (2) eruerit, sum nescius. Joannes Augustus Hernestus, cum animadvertisset Petrum Victorium in *commentario ad Ciceronis epistolas familiares* [lib. II, n. 12] codice Cornelii Taciti ex bibliotheca d. Marci usum fuisse, quem indicibus nostris deesse notavit, furto ablatum asseruit (3), dum Victorius non venetam sed florentinam d. Marci ordinis praedicatorum excutit bibliothecam. Sunt qui, eo forsan fisi quod Alexander Zenus, anno 1501 defunctus, rempublicam haeredem fere ex asse instituerit, dictitent vel eius bibliothecam nostrae accessisse, vel rempublicam cardinalis voluntati obsequentem, copiosam librorum seriem sibi coemisse; verum documenta rem comprobantia nulla extant, quae si essent, silentio non obruisset certe Franciscus Pisani orator, qui saeculo decimosexto testatus est Zeni bibliothecam perenne doctrinae eius monumentum esse aextimandum (4). Nec ea Hieronymi Aleandri cardinalis in

(1) Vossius, *Epist. ad Heinsium.* t. III, p. 267, *sylloge Burmann.*
(2) *Biblioth. britannica-hibern.* Londini, 1748, p. 56.
(3) *Praefat in Tacitum.* Lipsiae, 1772, p. XIV; Biponti, p XXXV.
(4) *Oratio de laudibus philosophiae*

nostram invecta est, quod perperam affirmant Sansovinus (1), Manfredi (2), Struvius (3), de Sade (4), Misson (5); eam enim canonicis regularibus *s. Georgii in alga* legatam (6), eodem fato ac Grimanam, de qua inferius, deletam credimus incendio anni 1716. Praetereo memorias romanenses Gaudentii de Luca (7), quas sibi missas effutit a secretario sacrae inquisitionis Bononiae, amico suo M. Bladi bibliothecae s. Marci Venetiarum praefecto. Tandem, mitto caeteros plures, codicem antiquiorem *evangelii s. Marci*, quem falso eius manu exscriptum dictitarunt, quemque in eius ecclesiae thesauro summa cura servatum, non tantum nostrates et exteri scriptores Marciae bibliothecae ornamento cessisse putarunt, sed et hodiedum quoque sunt qui hic inspiciendum rogent.

(1) *Venezia descritta*, p. 112.

(2) *Dignità procuratoria di s. Marco*, p. 33.

(3) *Introductio in rem litterariam.*, ed. Fischer, p. 249.

(4) Memoires de Petrarque, t. III, p. 615.

(5) « La bibliotheque de Petrarque fait aussi partie de celle de s. Marc, » avec celle des cardinaux Aleandro et Grimani. » *Nouveau voyage d' Italie.* A la Haye, 1717, p 218.

(6) Tomasini, *Annales congregationis s. Georgii in alga*, p. 482; *Biblioth. ven.*, p. 88.

(7) *Memoires de Gaudentio di Lucca, ou il rende compte aux péres de l' inquisition de Bologne, qui l' ont fait arréter, de tout ce qui lui est arrivé de plus remarquable dans sa vie, et ou il les instruit d' un pays inconnu, situè au milieu des vastes deserts de l' Afrique, dont les habitans sont aussi anciens, aussi nombreux, et aussi civilisés que les chinois, avec l' histoire de leur origine, de leur religion, de leurs coutumes, leur justice, ec. traduit de l' Italien, sur une copie du manuscrit original de la bibliothéque de s. Marc de Venise, avec des notes critiques et historiques de sçavant M. Rhedi.* 1746, t. II, 12.°

CAP. IV.

Accessiones saeculi decimisexti. Dominicus Grimani cardinalis a. 1523. — Melchior Guilandinus a. 1589. — Aldus Manutius a. 1597. — Tycho Brahė a. 1598.

Supellectilem Bessarionaeam amplificandam, quo eius damna utcumque reficerentur, operam contulerunt, saeculo decimosexto incipiente, quidam rei litterariae benemerentes, quorum nomina de memoria exciderunt. Certe libri graeci et latini, *qui inveniuntur in libraria et tamen non sunt descripti in indice rev. cardinalis,* quorum in catalogo anni 1545 meminimus, utpote numero tercentum tredecim, ex additis sub nece Bessarionis minime censendi sunt, ut et variam originem revelant libri eiusdem catalogi, impressi post eius mortem. Anno 1523 cardinalis Dominicus Grimani unum tantum obtulit volumen (1), quod non modicam thesauri librarii partem affirmare ausim. Id est *breviarium ecclesiasticum romanum,* membranaceum, saeculi decimiquinti ad finem vergentis, foliorum ultra octingenta, miris ultra modum picturis spectabile, quarum numerus potior manu Joannis Hemmeling, cum operculis argenteis affabre sculptis, referentibus imagines ac insignia donatoris, eiusque patris superstitis. Quod volumen, Marco Anto-

(1) Item relinquo breviarium meum pulcherrimum coemptum a praefato Antonio Siculo, reverendo patriarchae aquileiensi, nepoti meo ex fratre, cum hac conditione quod illud quoque modo aut ex quacumque causa alienari non possit, sed utatur eo in vita sua, et post eius mortem volo quod perveniat ad illustrissimum dominium Venetorum, tenendum per eos inter alia mobilia preciosa ecclesiastica. Huiusmodi autem breviarium intelligatur quod debeat compleri cum suis ornamentis. „ Sic in testamento cardinalis, in tabulario generali Venet. *S. Antonio di castello, canonici regolari,* tom. X, f. 54.

nio Barbaro procuratore, collegio oblatum anno 159 eo ipso, ex conditione testamento apposita, in biblioth inlatum est. Utinam idem cardinalis exquisitam, Romae collegerat, bibliothecam, quod eius erat in voti nostrae dono dedisset; non eam enim incendio, sul saeculi decimi septimi absumptam, cum ecclesia et n sterio canonicorum regularium s. Antonii de Castello moriens [ann. 1523] reliquerat (3), modo desiderarem

Bibliothecae incremento contulit anno 1589 Mel Guilandinus marienburgensis, rei botanicae in archi nasio patavino professor, qui, ut beneficia sibi inopi e torri a senatu tributa aliquo modo rependeret, suos universos et scutorum aureorum ultra mille scrimnii struendis, quibus collocarentur, reipublicae dono dedi Quae quidem volumina etsi fere omnia impressa sint dicum manuscriptorum laudem facile sibi vindicare v tur, dum vir qui erat naturae historia apprime eru reique litterariae peritissimus, manu sua annotavit l nibus variis, emendationibus, postillis opera Galeni [tiis, 1556, t. IX, f.°], Theophrasti [Lugduni, 1552], Di ridis [Parisiis, 1549], Plinii [Basileae, 1539], Hiero Mercurialis [Venetiis, 1571], Andreae Caesalpini [Fl

(1) Temanza. *Vita di Sansovino*, p. 6.

(2) « Io credo d' haver fatta bona opera col mons. rev. Griman » de s. Marco, circa l' argomento della libraria, così per modo che » sig. rev. fa conto de venir questa estate costà et portar la meglio » de soi libri, et unirli con quei de Bessarion. » *Epistola archiep.* » *Andreae Naugerio praefecto.* Romae, 8 maii 1517, L. XIV, 17,

(3) Tomasini. *Biblioth. ven. ms.*, p. 1. — Manfredi. *Dignità pr toria*, p. 33. — « Lasciò ottomila volumi in ogni scienza a' padri di s. » nio di Castello. — *Tiara et purpura veneta*, p. 82.

(4) Hessus Paulus, *Defensio problem. Guilandini.* — Riccobon *gymnasio patavino*, p. 51. — Castellanus Petrus. *Vitae medicorum*, » Servantur etiamnum eius libri multi sane et exquisiti in biblioth. » ci, capsis ad id confectis: siquidem cum libris, mille scutatos r » cae reliquerat. »

tiae, 1583], Matthaeoli [Pragae, 1571], aliorumque. Quae, exempli causa, acri censura perstringit sunt *commentaria Matthaeoli in Dioscoridem* [Venetiis, 1565], quorum titulo inscripsit: « Commentarios hos in Dioscoridem non doctis » sed imperitis scriptos esse » et e regione: « Si postrema » haec consarcinata per Matthaeolum in Dioscoridem fa- » bulamenta cum penultimis eiusdem auctoris conferamus, » verissime de eorum architecto dicere poterimus, labora- » re eum hydrope ad matulam; quando ad inextinguibilem, » qua torquetur, sitim recudendi subinde plagii sui raptus, » illud quoque accedit quod recognitum per se iam aliquo- » ties opus, et postrema hac editione multa farragine ex » aliena messe auctum, novumque factum, nulla ferme » qualitate immutatum, sed totidem, quot olim, immo ve- » ro pluribus erroribus refertum et propemodum deterius » redditum, in aures manusque hominum emiserit. » Ex ungue leonem.

Num Joannes Grimani patriarcha aquileiensis, qua munificentia musaeum publicum, datis marmoribus sculptis, instituerat, eadem nostram auxerit bibliothecam, res in comperto minime est; etsi liqueat pretiosis manuscriptis codicibus suam non caruisse. Saltem qui virum, sub eius excessu, laudibus prosecuti sunt, Fabius Paulinus (1), Paulus Tomaelli (2), Joannes Dominicus Salomonius (3), Scipio de Manzano (4), Valconius Valconius (5) nullam tradiderunt de ea bibliotheca notitiam.

Verum ecquid incrementi et honoris retulisset biblio-

(1) *In funere Ioannis Grimani ec.* Oratio in d. Marci aede, III nonas octobris, 1593. Venetiis, 1593, 4.°

(2) *In morte del patriarca Gio. Grimani' poemetti.* Venezia, 4.°

(3) *Orazione nell' esequie di ec. nel duomo d' Udine, il* 21 *ottobre* 1593. Udine, 1593, 4.°

(4) *Lagrime nell' esequie fatte in Cividale di Friuli ec.* Padova, 1594, 4.°

(5) *Orazione recitata nella chiesa maggiore di Cividale, in morte ec.* Udine. 4.°

theca nostra, si ditissimam Manutiorum accedere conti gisset? Aldus Manutius, Pii filius, ac nepos Aldus iunior quisque pro viribus, symbolam contulerunt bibliotheca domesticae ornandae, quam extremus, Romam cum con migrasset, secum detulerat (1), id tamen mente agitans (2 saecularem thesaurum reipublicae venetae, a qua eius fa milia tot extiterat emolumenti ac honoris documentis re creata, grati animi pignus moriens offerre. Quomodocum que res demum sit, generosum Aldi desiderium effectum sortiri minime contigit. Dum Malincrotius aliique externi a Maitaire citati (3) archigymnasio pisano ea volumina legata referunt, fatetur Apostolus Zenus, qui Manutiorum notitias maiori prae caeteris diligentia ac eruditione perscrutatus est, de iis nihil sibi constare (4). Verum ex litteris *[dispaccj]* Joannis Delphini veneti ad pontificem oratoris, senatui veneto datis satis elucet Aldum libros suos universos reipublicae utique legasse, ac oratorem, pontificis accedente consensu, cubicula quibus recludebantur sigillis obsignasse; eius tamen nepotes donationis vim oppugnantes, liti subeundae paratos esse, quam reipublicae dignitati contrariam Delphinus adnotat. Nec inconsulto, quod pontifex pretiosora volumina sibi diligentius excerpenda curaret; reliquum aere alieno plurimum gravaretur; nova

(1) « Octuaginta librorum salmas et supra octuaginta voluminum » millia, in quibus multa extant quae admodum singularia sunt, Romam » deferendas [Aldus] curavit; quibus in itineribus ad duo ferre aureorum » millia insumpsit. » Rocca, *Biblioth. apost. vatic.* p. 402-403.

(2) « Apparirà di certo e in vita e in morte quanto io stimi il giu» dizio della repubblica. » Aldi epistola Aloysio in *Lettere d' Aldo.* Roma 1592, p. 264.

(3) Annal. III, part. II, p. 532.

(4) « Della inestimabile biblioteca aldina, per la morte dell' ultimo » suo possessore, rimasta orfana e desolata, mi è incerto il destino. » Zeno » Notizie dei Manuzj, premesse alle *Lettere di Cicerone.* » Venezia, 1736 p. LXX.

obeunda forent impendia, ubi Venetias transferrentur (1). Negotio intercepto, bibliotheca nepotibus cessit (2).

(1) « Roma, 13 novembre 1597..... Siccome avendo io fatto uffizio con sua santità per la libreria che fu del sig. Aldo Manuzio, in virtù d'un ordine datomi dal magnifico segretario Vianello, a nome degli eccell. signori *Sarj*, dicendo ch'egli l'aveva donata alla sereniss. signoria, come per una lettera di sua mano appare; che si desidera che sua santità voglia che l'intenzione del testator abbia luogo; anco di questo, sebbene la camera vi ha molte pretensioni, e vi sono molti creditori, sua santità disse: Qui non si sa che abbia fatto testamento: lo volemo creder alla semplice parola vostra, e ve ne facciamo un presente volentieri; dicemo a voi e non alla repubblica, perchè per la repubblica faremo cose di maggior momento. Io dissi che baciava umilmente i piedi alla santità sua di questo presente, e lo riceveva volentieri a nome della serenità vostra ..... »

« Roma, 22 novembre 1597. Quanto alla libreria del sig. Aldo Manuzio, saprà la serenità vostra, che dopo la concessione del papa, che io avvisai con le ultime mie, ho ritrovato che già sono in possesso di essa due suoi nipoti da Cingoli della Marca, che sono quì; li quali con aver promesso di satisfar il debito della camera, che dicon essere di 600 scudi, e 1300 o 1400 scudi di debiti de' particolari, hanno ottenuta detta libreria; ed io ho fatto bollar la prima parte delle camere, e fatto far un comandamento a detti nepoti, che non s'abbiano ad ingerir in quei libri, sotto pena ec. Ora vado intendendo ch'essi si vanno consigliando per introdur lite, e particolarmente mostrano copia di quella lettera scritta alla serenità vostra, e pretendono che non sia valida la donazione, perchè non siano eseguite le condizioni con le quali fu fatta, dicendo uno di essi ch'egli è stato quello che ha scritto la detta lettera. Onde io veggo che si dovrà entrar in una buona lite, con qualche pericolo del fine, e della dignità di questo serenissimio dominio, non potendo intender il papa di aver donato con pregiudizio di altri, e contro quello che vorrà la giustizia. Oltrechè quando anche fosse giudicata detta libreria pervenisse alla serenità vostra, sono obbligato a dirlo che sua santità l'ha fatta ricercar tutta diligentemente, molti giorni continui, per quello che ho saputo, e vi ha cavato soli sedici pezzi di libri, non sendo stata stima di alcun momento di tutti li altri, sebben dicono che ascendono al numero di molti migliaia di libri: e bisognerebbe poi sborsar più di 2 mila scudi, e spendervi molti e molti altri nel mandarli a Venezia. Oltre che mi vien scritto di costà che la moglie vi pretende sopra più di tremila scudi, per conto della sua dote. Però piacerà a vostra serenità comandarmi, se devo entrar in questo intricato maneggio, perchè obbedirò ..... » Ex tabulario veneto.

(2) La libreria di Paolo Manuzio e di Aldo passò nelle mani di Sal-

Anno 1598 celeberrimus in Europa universa astronomiae professor Tycho Brahè opus suum ineditum *Restitutio stellarum innerrantium octavi orbis ad Rodulphum II imperatorem,* cuius prooemium tantum edidit Gassendus (1), dat cum epigraphe: *Inclytae atque illustrissimae Venetorum reipublicae submisse dono mittit Tycho Brahè manu propria,* una cum *Astronomiae instauratae mechanica* Vandesburgi publici iuris facta.

CAP. V.

Donationes Fabricii ab Aquapendente a. 1609, Jacobi Gallicii a. 1624.

Singulari argumenti pertractatione conspicui habendi sunt codices manuscripti qui saeculo oriente decimo septimo Marciae accesserunt. Ea sunt opera anatomica, tredecim voluminibus distributa, summi viri Hieronymi Fabricii ab Aquapendente, anatomiae in patavino archigymnasio professoris, anno 1609 demortui, quorum quinque prelo commissa emendationibus originalibus, figuris oleo pictis, tabulis aere impressis praestant: reliqua oleo picta inscripta sunt: *De anatomia capitis et cerebri nervorum — De anatomia animalium — De anatomia ossium — De partibus hominis externis — De anatomia venarum — De anatomia thoracis et partium in thorace contentarum — De anatomia abdominis et partium in ea contentarum — De anatomia musculorum figurae variae.*

Sive antiquam codicum originem, sive rerum pertractatarum indolem, sive emendatam textuum lectionem

« Iustia Cervini Crescenzi, indi in casa Serlupi, dove fu divisa fra i fra- » telli e finalmente venduta. » Gori, *Symbolae litter. Decad. rom*, t. IX, p. 227.

(1) *Operum* t. V, p. 489.

consideres, valde commendari merentur codices graeci viginti duo, quos Jacobus Gallicius anno 1624 reipublicae venetae ea conditione obtulit ut sibi potestas daretur carceri damnatum absolvendi (1). Recito ex his *Catenam in Jobum,* saeculi decimi (2); *Acta apostolorum* (3); *s. Joannis Chrysostomi varia* (4); *s. Maximi varia* (5); Metaphrasten (6), omnes ex saeculo undecimo; *Psalterium* (7); *Acta concilii chalcedonensis* (8); *s. Joannis Chrysostomi sermones* (9), ex duodecimo.

(1) « 1624 10 decembre, in consiglio de dieci. Che affermando, con « la risposta ora letta, li riformatori nostri dello studio di Padova sopra la « esibitione fatta da Giacomo Gallicio di dare alla signoria nostra li vin- « tidue libri scritti a mano in lingua greca, degli autori nominati nella « nota da lui presentata li 23 agosto prossimo passato alli capi di que- « sto consiglio, acquistati in Costantinopoli, sono libri non solamente de- « gni d' esser posti nella libreria pubblica, ma che accresceranno la ripu- « tazione d' essa libreria, essendovene anche fra essi alcuni che nè sono « stati stampati, nè meno si sa che presso altri si ritrovino; siano essi « libri accettati e descritti, prima nell' indice o inventario degli altri libri, « e siano riposti nella detta libreria pubblica, con quei buoni ordini e cau- « zioni che troveranno necessarj li suddetti riformatori dello studio di « Padova, perchè in quella restino conservati sotto la debita custodia. E « per conveniente ricognizione sia data facoltà al sopradetto Giacomo Gal- « licio di poter assolvere e liberare un rilegato o confinato in prigione « d'anni tre in giù, ovvero un bandito a tempo, purchè nella sentenza « non vi sia condizione alcuna di tempo o di strettezza di ballotte, sicco- « me ha ultimamente supplicato. » Cod. riserv. 114, p. 12.

(2) Cod. 538.

(3) Cod. 546.

(4) Codd. 563, 567.

(5) Cod. 570.

(6) Cod. 584.

(7) Cod. 537.

(8) Cod. 555.

(9) Cod. 568.

CAP. VI.

Bibliothecae ratio congruenter digesta.

Dum bibliothecae paulatim succrescentis dignitatem, praeter manuscriptos codices, commissa quoque prelo volumina, senatusconsulto a quoque impressore offerenda (1), tuerentur; cautum ne quid augustum litterarum domicilium detrimenti caperet, quinimmo effectum ut omnia supremo eius institutionis fini responderent ex aequo. Etenim enimvero aere publico librorum scrimnia refecta, quo tempore *catalogus librorum bibliothecae venetae, quae statutis diebus publicae studiosorum commoditati aperietur,* sine nota urbis, anni, impressoris [Venetiis, post annum 1626], paginis 239, sub forma quarti editus est. Praeeuntibus quae in donationis Bessarioneae instrumento originali indici consociantur, paginis 17-68 extat *catalogus librorum man. ex legato Bessarionis,* scamnis triginta octo ita distributorum, ut summatim ad nongentos sex referantur, immixtis impressis ultra viginti. Etsi opere Gregorii Sozomeni custodis publici iuris factus, differt ab indice quem Tomasinus in *Biblioth. ven. manuscriptis* an. 1560, p. 31 editum, eundem ac Sozomeni esse testatur. Nec in posterum deerunt vigiles senatus curae, quibus ceteroquin probandis inuunt quae sequuntur: Bibliothecae praeside equite Hieronymo Superantio, custode Joanne Sozomeno, graecae linguae peritissimo, statutum ut feriis secunda, quarta et sexta in hebdomada, bibliotheca unique pateat, dos quotannis libris coemendis tribuatur (2). Novus insuper anno 1637 instruitur catalogus manuscriptus titulo: *Venetae*

(1) Senatusconsulta 11 maii 1603; 2 decembris 1622 impressum; 26 novembris 1650. Cod. riserv. 114, f. 22-23.

(2) Senatusconsultum 24 novembris 1626. Cod. riserv. 114, f. 13-10

bibliothecae distributio et ordo (1), cuius codices [f. 7-55] *triginta octo pluteis,* pariter ac in superiori, distributi, numerantur mille biscentum quinquaginta.

Bibliothecae fáta, saeculo procedente decimoseptimo aliquantulum immutari visum. Baptista Nani praeside, custode vero sub anno 1669 Ambrosio Gradonico, negligentiae inustum quod pluvia per rimas tectorum in maiorem aulam guttatim defluens libros manuscriptos, praesertim pluteis per catenas affixos, corrumpat; quod iis expositis pulvis officiat, vel facile quipiam folia abscidat. Reapse in *Inventario comune de' libri tutti che di presente si trovano nella pubblica libreria* (2), quod, iussu Silvestri Valerii, custos Gradonicus, die 16 maii 1679, complevit, codices manuscripti [p. 856-900], triginta octo plùteis distributi, numerantur octingenti octuaginta quinque, quorum aliquot notis appositis: *liber a pluvia consumptus — consumptus a principio — omnino consumptus — alter graecus consumptus et inutilis omnino — Luciani opus graece: questo è consumato affatto — ruinato in più luoghi dalla pioggia — consumato in più carte.* Eapropter praeceptum tecta reficere; codices manuscriptos a catenis solutos in scrimnia condere; pluteos amovere; bibliothecam patere quotidie, extra quam librorum usus prohibitus; tabulas legentibus ápparare; indices, non alphabeticum tantum, sed rerum quoque conficere (3).

(1) L. XIV, 19, folia 275.

(2) L. XIV, 20, folia 902.

(3) « Li manuscritti del cardinal Bessarione che restano tutti ora esposti sopra li banchi al danno della polvere ed altri pregiudizj, essendo seguito per questa sola facilità il taglio di qualche carta d'alcuno d'essi, devesi sottrarli al pericolo, tanto più che, come si è inteso, li banchi servono d'impedimento e tolgono la vaghezza alla sala; sia però facoltà al bibliotecario presente di sgomberarla da banchi medesimi, e di andare stabilendo quello crederà aggiustato per la provisione d'armari da riponer li manuscritti. » Senatusconsultum 12 septembris 1680. Cod. riserv. 114, f. 39-44.

Serius [a. 1722] *Hieronymi Venerii equitis, d. Ma procuratoris, praesidis cura,* codici manuscripto cuique, et libris impressis, apposita schedula cum leone aere sci pto, librorum cumulo insistenti ac ensem districtum t nenti, cum lemmate: *Custos vel ultor.*

CAP. VII.

Jacobi Contareni bibliotheca in Marciam inlata anno 1713

Nobis fato auspicato optime vertit quod, saeculo d cimo sexto ad finem vergente, vir antiqua nobilitate co spicuus, Jacobus Contarenus, egregius litterarum et a tium aevo suo fautor (1), quem ideo Henricus III Galli rum rex Venetiis senatoria dignitate ornavit (2), ditiss mam librorum tum manuscriptorum, tum impressorum s riem possideret, cui nullam tunc praeferendam Sansovin censuerat (3). Hanc ille moriens anno 1596, una cum l nearibus picturis, instrumentis mathematicis ac varii g neris coemeliis (4), Marciae iungendam, post propriae f miliae extinctionem jusserat tabulis quas profero: « 159 » adi 1.° luglio »... Omissis... « Io Giacomo Contarini.. » Una delle più care cose che io abbia avuto et che habbi » è il mio studio, dal quale mi sono proceduti tutti li h

(1) Bardi, *Sommario delle età del mondo.* 1580, p. IV, p. 2214. — Le Giambattista, *Lettere*, p. III, p. 22.

(2) Sansovino, *Venezia descritta*, p. 166.

(3) « Fra le librerie particolari è notabile quella di Giacomo Cont » rini a san Samuele, il quale con spesa indicibile ha posto insieme qu » tutte le istorie stampate e le scritte a penna, non pure universali, i » particolari, delle città, con diversi altri libri, e in gran copia nelle scie » ze. » *Venezia descritta*, p. 138.

(4) « Disegni, strumenti matematici ed altre cose di mano dei p » chiari artefici nella pittura, nella scultura, nell'architettura, che abl » avuto l'età nostra, i quali tutti egli ha sempre, come amante de' v » tuosi, favoriti ed accarezzati. » Idem ibi.

» nori et tutta la stima della mia persona. Il qual intendo
» che sia non solamente dove sono i libri, ma tutto quello
» che contengono le quattro stanze delli mezzadi, dove io
» sto ordinariamente, dove vi sono cose esquisite et tali
» che chi ben le considera non lo potrebbe credere, così
» de' libri a stampa come de' scritti a penna, instrumenti
» mathematici, pietre, secreti et altro; le quali tutte cose
» sono state raccolte da me con grandissimo studio et fa-
» tica: però voglio anche che sii conservato et augumen-
» tato, acciocchè i nostri posteri possano godere et sentir
» benefizio di queste mie fatiche, però voglio et ordino che
» al tempo della mia morte, se non sarà finito l'inventario
» che ho cominciato, sia fatto finir da persona fedele et in-
» tendente, et sia consegnato sigillato in mano de un no-
» daro pubblico ad futuram rei memoriam, et si possa aprir
» solamente dalli miei eredi, per poter aggiungervi quello
» che vi mettessero dentro, et per veder qualche cosa che
» havessero bisogno, la qual, vista, sia riposta nel suo luo-
» go, et non possa esser cavata fuori, et voglio che tutte
» queste robe che si trovano in esso, restino in perpetuo
» conditionate, sì che non si possano nè vender, nè donare,
» et lo godi nel modo che si attrova messer Zambattista
» mio fratello finchè egli vive, et dappoi la sua morte lo
» possano goder et servirsi tutti e tre i miei nipoti finchè
» viveranno, cioè Hieronimo Contarini fu de ser Polo, Ber-
» tucci Contarini fu de ser Hieronimo, et Francesco de
» Priuli de ser Michiel, et morendo essi, che Dio li doni
» lunga vita, rimanga nel primo figliuolo maschio di Ber-
» tucci mio nipote, per godimento anche di tutti sui fra-
» telli, et così nel primo come nel secondo caso, vada suc-
» cessive di primogenito in primogenito; et mancando
» questi instituiti senza heredi maschi, voglio che caschi
» nella mia carissima patria, perchè ella s' è degnato d' ho-
norarmi oltre ogni mio merito, et se non fosse l' obbligo

» che si deve al sangue, et la speranza che ho in questi » figliuoli che possano farsi suoi buoni servitori, al pre» sente haverei lasciato ogni cosa al publico, ma son sicu» ro che con l' aiuto di queste mie fatiche, questi miei ni» poti si faranno degni d'essere admessi per ben servirla. » Quod futurum Contarenus vaticinabatur anno demum 1713 accidit. Libris impressis, picturis ac reliquis quae ad rem nostram minime faciunt, missis, centum quinquaginta numerantur codices manuscripti *scholastici,* ideo appellati quod secernerentur ab historicis sexaginta *[carte attinenti a diverse notitie così di Germania come estere]* in publica tabularia inlatis, nutu principis, qui eo ipso anno catalogum (1) conficiendum iusserat. Ex graecis notae melioris memorare iuvat a. *Catenam in Job* saeculo decimo exscriptam (2); b. *Evangelia quatuor* textu graeco et arabico, ex saeculo duodecimo (3); c. *Catenam in Actus Apostolorum* et qui sequuntur libros, pleraque ex saeculo undecimo (4); d. *Homilias d. Joannis Chrysostomi,* quarum quaedam ineditae, ex saeculo undecimo (5); e. tria opuscula hagiographa Nicetae Pectorati ac litteras quatuordecim Joannis Zonarae (6), quae ineditis adnumerantur. Ex latinis publicae laudi commendari merentur a. *Chronicon venetum* Andreae Danduli ducis (7), quod antiquitatis

(1) *Catasticum librorum, tam editorum quam manuscriptorum ser. reip. legatorum a q. r. n. dom. Iacobo Contareno, duplici indice exaratum, uno nominum, altero cognominum auctorum. Accessit index signorum marmoreorum, aeneorum, tabularum pictarum et topographicarum, nec non aliquot instrumentorum mechanichorum, iussu excellentiss. senatus conditum, sub auspiciis illustr. et excell. dom. Hieronymi Venerio, et d. Marci procur. bibliothecarii, anno Dom.* 1714. L. XIV, 21, folia 133.

(2) Cod. 538.

(3) Cod. 539.

(4) Cod. 446.

(5) Cod. 465.

(6) Cod. 575.

(7) Cod. 400.

titulo ceteris praestare asseruerunt Marcus Fuscarenus (1) et Hieronymus Tartarottus (2); b. *Historia belli in Herculem Estensem Ferrariae ducem,* annis 1482-1484, a republica veneta illati (3), manu Joannis Dominici Spazzarini, cancellarii patavini diligenter ac eleganter exarata, nondum publici iuris facta; c. Poema ineditum Thomae Senecae camertis, *de captivitate Hannibalis Bentivoglio,* saeculi XV (4); d. *Historia,* pariter inedita, belli Venetorum in Scaligeros, auctore Jacobo de Placentia (5); e. *Chronicon trevirense* ab urbis origine ad saeculum decimum quartum (6). Italos codices habeo potiores qui sequuntur: a. *Historia Joannis Villani* (7), iam apud fratres s. Mariae Novellae Florentiae, ac inde Speronum Speronum: hanc plurimi aestimandam censuerunt editores vocabularii *della Crusca* anni 1587, qui ea usi sunt, ac idem Salviatus in explanatione praeposita volumini alteri *degli avvertimenti sul Decamerone del Boccaccio;* b. Exemplaria duo *historiae anecdotae* venetae Aloysii Borghi, a secretis reipublicae venetae, ex saeculo decimosexto (8); c. *Carmina Dantis Aligherii, Cini Pistoriensis, Guidi Cavalcanti, Lapi Giani, Fatii de Ubertis,* aliorumque antiquorum quibus quaedam luce carentia interseruntur (9); *d. Bartholomaei Zamberti legum venetarum collectio* (10). Codicibus adnumerandae sunt lineares picturae foliis nonaginta, ex saeculis decimoquinto et decimosexto, quarum tres (11) exhibent *pontem Rivi-*

(1) *Della letteratura veneziana,* lib. II.
(2) *Dissertatio de auctoribus ab Andrea Dandulo citatis,* p. 6, 24.
(3) Cod. 395.
(4) Cod. 460.
(5) Cod. 394.
(6) Cod. 403.
(7) Cod. 34.
(8) Cod. 22.
(9) Cod. 63.
(10) Z. L. Cod. 220.
(11) I. VII, 295.

alti, carceres inferiores palatii ducalis, eius *curtem* cum arca ultra *pontem paleae,* qua serius carceres a Palladio constructae sunt; una cum rerum declaratione originali; picturae ceterae uno volumine (1) distributae, dant veteres typos urbium, oppidorum ac munitorum castrorum reipublicae venetae. Utinam iis accessisset pretiosa antiquorum monumentorum delineatorum collectio (2) in Jacobi Petri Contareni manus delata, cum Palladius apud eum diem extremum obiisset, cuius modo disiectae partes Vicetia adservat (3).

CAP. VIII.

Oblati codices a senatu veneto a. 1719, Nicolao Manutio a. 1722, Joanne Baptista Recanati a. 1734.

Tot splendidioris in bibliothecam munificentiae documenta, virorum de re litteraria benemerentium voluntates ad eandem opportune amplificandam, addito quasi calcare, impulerunt. Si binos practereo codices idiomate serviano (4) a senatu anno 1719 oblatos, qui ex illis saeculo decimo

(1) I. VI, 188.

(2) « Il Palladio avea posto all'ordine un altro libro, col quale si continuano molti disegni di tempj antichi, archi, sepolture, terme, ponti, » specole et altri pubblici edificj dell'antichità romana, e mentre era in » pronto per farlo stampare, essendo soprapreso dalla morte, restorno tutte » queste sue nobili fatiche in mano del sig. Giacomo Contarino nobile » veneziano, suo intrinsechissimo amico, come quello che avea gran gusto » di simili professioni, avendo in Venezia un bellissimo studio ripieno di » bellissime cose. Ma venendo a morte anche il detto senatore, il tutto si » è smarrito, nè vi è stato rimedio poter riavere cosa alcuna. » Gualdo, *Ragguaglio al Tuano* 1627. — Zeno, *Annotazioni alla biblioteca ital. del Fontanini*, II, 398.

(3) Magrini, *Memorie intorno Andrea Palladio.* Padova, 1845, 4.°, p. 296-298.

(4) Codices serviani: I. *Testamenti novi pars ;* II. *Lectiones sacrae in festis.*

octavo primus annorum ordine occurrit est Nicolaus Manutius e Venetiis, qui, cum paulo post dimidium saeculi decimi septimi Mogolum se contulisset, adeo ingenii natura et medicae artis praestantia, amorem cum obsequio eorum populorum sibi vindicavit ut, domicilio apud eos constituto, Tartarorum linguam sibi familiarem redderet, eoque in aula imperatorum magni Mogoli, qua medicinam egregie professus, libentissime fuerit exceptus. Cum vero diuturna consuetudine, non tantum mores et usus nationis, sed imperii tum antiquam, tum recentiorem historiam apprime calluisset, quinque eorum commentariorum libros, a Tamerlano ad sua usque tempora exaravit, eo magis habendos quod auctor, vir ceteroquin acri iudicio, magis ac ceteri ex Europa in ea regna migrantes, ibi commoratus est. Eius opere sibi communicato usus est historiae Mogoli conficiendae Franciscus Catrou e societate Jesu, qui primi auctoris nomine et titulum et prooemium exornavit (1). Ut Manutius historiam impressam perlegit, probe novit opus suum universum non contemnendum omnino, ideoque patriae suae, memoris animi testimonium offerendum censuit. Quod reapse accidit anno 1722, quum procuratori Laurentio Theupolo, veneto ad regem Galliae oratori extraordinario, cum epistola duci Venetiarum, per fratrem cappucinum, tradendum curasset. Eam historiam itale, gallice, lusitanice exaratam, una cum versione itala (2), opera fratrum Didaci et Andreae comitum Cardeira in Marciam delatam, non tantum rerum enarratarum novitate et pretio, quod praesertim pars altera et tertia ineditae sint, magni aestimandam asserimus; sed et ditioribus pi-

(1) *Histoire generale de l'empire du Mogol, depuis sa fondation jusqu'a présent sur les mémoires portugais de m. Manouchi vénetien.* Paris, 1715, 4.º — Ibi, vol. V, 8.º — *Storia generale dell' impero del Mogol dopo la sua fondazione.* Venezia, 1731, 8.º Missa in hac versione pars tertia.

(2) Z. I. Codd. 44-45.

cturae ornamentis, quae imperatoris Mogoli ac eiusdem Manutii imagines, aliaque ex iis locis curiosiora repraesentant. Qui pluribus de re erudiri desiderat, adeat *latinam et italicam d. Marci bibliothecam*, p. 235, ac Marcum Fuscarenum (1).

Litterariae nostrae institutionis ornamento augendo contulit legatum Joannis Baptistae Recanati mense novembri anni 1734 demortui, qui, uti erat optimis litteris imbutus, rempublicam bis centum codicum manuscriptorum antiquioris litteraturae haeredem instituit tabulis supremis: « 12 novembre 1734. » — Omissis. — « Alla sere-
» nissima, eccelsa et immortale repubblica, della quale sono
» sempre stato svisceratissimo figliolo, per testificar anche
» dopo morte l' alta e doverosa mia venerazione, lascio ciò
» che vivendo ebbi di più caro, cioè tutti quei codici scritti
» a penna, che con molto dispendio e varj viaggi ebbi la
» sorte di raccogliere in numero di 200, tanto greci quanto
» latini, italiani e francesi, siano come la maggior parte lo
» sono, in carta pergamena o in bombacina, et in carta co-
» mune, acciò siano collocati nella pubblica libreria di s.
» Marco, supplicando l' augustissimo senato di onorare la
» memoria dell' umilissimo donatore con quell' atto di gra-
» dimento, che sembrerà più opportuno alla di lui clemen-
» tissima e generosa munificenza. » (2). De his aliquid edissere iuvat, ne donantis munificentia et grati animi sensa memoria excidant. Eorum codicum, quorum catalogus anno 1736 exaratus est (3), non ultra centum octoginta quinque in Marciam bibliothecam advecti sunt,

(1) *Della letteratura veneziana*. Venezia, 1854, p. 441-442.

(2) Cod. riserv. 114, p. 108.

(3) *Catalogus codicum mss. quorum amplius CC a Ioanne Baptista Recanato patritio veneto, publicae Venetiarum bibliothecae testamento relicti sunt: reliqui ad privatae suae bibliothecae decus et incrementum a Iacobo Superantio veneto senatore coempti. Anno* 1736 *tertio idus iunii*. L. XIII. 77.

quorum undecim ex saeculo undecimo, septem ex duodecimo, triginta novem ex decimotertio. Caeteri divenditi, ut et libri impressi (1). Ex graecis laudari merentur *Catena in Pentateucum aliosque veteris foederis libros* (2), a Montfauconio in *Diario italico* p. 433 declarata, cum a procuratore Julio Justiniano asservaretur — *Altera in Psalterium* (3) — *Ternum volumen homiliarum s. Joannis Chrysostomi* (4) — *Ternum vitarum Sanctorum Simeonis Metaphrastae* (5) — Eiusdem *chronicon* ab impresso diversum (6) — Pars inedita *historiae byzanthinae Joannis Scilizzae Curopalatae* (7) — *Sermones Philotaei patriarchae constantinopolitani*, publici iuris minime facti (8) — *Expositio in Psalmos* (9) quam sunt qui d. Athanasio tribuant, non Montfauconius (10), qui ineditam dixit. Inter latinos commendandi sunt: *Leges longobardicae aliorumque Italiae regum* (11) — *Historia florentina Poggii* (12) prelo primum commissa Venetiis anno 1715, eodem Recanato curante, iterum a Muratorio aliisque (13) — *Compendium historicum vitarum imperatorum et tyrannorum Romae* (14), quod composuit Joannes Michael Nagonius romanus, poeta laurea-

(1) *Libri di una particolar libreria* [Recanati] *di Venezia, proposti in vendita*. S. l. a. cinque, p. 72, 16.° — *Libri di una particolar libreria* [Recanati] *di Venezia, proposti in vendita*. Venezia, 1735, p. 152, 16.°

(2) Cod. 534.

(3) Cod. 536.

(4) Codd. 560-561, 565.

(5) Codd. 584-586.

(6) Cod. 608.

(7) Cod. 605.

(8) Cod. 582.

(9) Cod. 578.

(10) *Diarium italic.*, p. 433. — *Nova coll. patrum*, II, p. 70.

(11) Cod. 210.

(12) Cod. 332.

(13) *Scriptt. rer. italic.* XX, p. 157. — *Thesaurus antiquitt. Italiae*, VIII, 1.

(14) Cod. 407.

tus — *Lexicon latinum Caelii Lampridii Cervini* racusini poetae laureati (1), ineditum utrumque — *Titi Livii* textus egregius (2), quo Drakenborchius usus est. Potioribus italis tribuantur: exemplar *chronici Joannis Villani* (3), a Muratorio in *Scriptt. rer. ital.* tom. XIII inserti, summaque laude eo elati quod, auctoris aevo exscriptum, ceteris lectionis excellentia anteferatur. Adde *Dantis comoediam* auctoris tempore exscriptam (4); codicem ab Joanne Baptista Casotto laudatum (5), quo *carmina* [quaedam non edita] *Sanazzari, Tebaldei, Titi Vespasiani Strozzi*, aliorumque (6); *carmina Friderici Asinari* comitis Camerani, ab eo emendata (7), quae Zenus elogio prosecutus est (8). Nec oblivione certe delenda, quin immo summo pretio habenda, series, utpote singularis, antiquarum fabularum romanensium seu *provenzali*, uti dicunt, vel gallica lingua exaratarum; quam donator sibi coemerat quo tempore domus mantuanae Gonzagà spolia Venetias delata sunt, ibique, duce Ferdinando demortuo, divendita: eam Antonius Maria Zanetti titulo: *Appendice di alcuni manoscritti in lingua francese antica* publicae notitiae mandavit (9). Ii codices originis gratia spectandi, quod e bibliotheca ducum Neverii, sub initio saeculi decimiseptimi, in ducalem mantuanam, connubii causa, delati sint, plurimi necessest aestimentur, non ex eo tantum quod eius generis libri in regione nostra desiderentur, sed potius quod innumeris in Gallia exstantibus comparati, his praeferri facile mereantur.

(1) Cod. 486.
(2) Cod. 364.
(3) Cod. 33.
(4) Cod. 50.
(5) *Prefazione alle rime di Buonaccorso da Montemagno*, p. LII.
(6) Cod. 60.
(7) Cod. 66.
(8) *Annotazioni alla biblioteca Fontanini*, t. I, p 480.
(9) *Latina et italica d. Marci bibliotecha* Ven. 1741, p. 256-261.

Id munus quanti a republica haberetur ostendit senatus, qui, proponente bibliothecae praeside Hieronymo Venerio [2 decembris 1734], scrimnia codicibus Recanati asservandis parata voluit [9 iulii 1735] litteris aureis inscribi: *Ex legato Jo. Baptistae Recanati patricii veneti*: qui titulus, aliquantisper mutatus, hodiedum quoque in bibliotheca prostat: *Joanni Baptistae Recanato patricio veneto, ob codices reipublicae legatos s. c.*

CAP. IX.

Curae Nicolai Theupoli bibliothecae praesidis. — Catalogi editi codicum mss. graecor., latinor., italorum [a. 1736-1741].

Tot manuscriptis codicibus aucta bibliotheca, reipublicae decori ac magnificentiae plurimi conferre visum, si intimo codicum pretio extimum quoque responderet, eorumque accuratus catalogus conficeretur, non quidem adeo ieiunus ut auctorum nomina et opera tantummodo, sed adiuncta cetera, ut tempora ferebant, recitarentur; nec codicum tantum sed et marmorum signatorum notitiae exhiberentur. Utrumque egregiae praestitit Nicolaus Theupolus praeses, cuius laus maxima quod bibliothecam nostram optimis institutionibus suffulserit eoque eam adeuntibus utiliorem effecerit. Etenim enimvero universam actorum de bibliotheca, ab eius origine, seriem, ad loci historiam illustrandam, in corpus congessit (1); picturas lineares sectionum aulae maximae, qua insculpta marmora antiqua emicabant, apparari (2); uniuscuiusque marmoris repraesentationem rubro colore (3), opere Antonii Mariae Zanetti,

(1) Cod. riserv. 114.
(2) It. IV, 123.
(3) It. IV, 65.

offerri; singula accuratiori catalogo (1) describi curavit. Si vero propius codices manuscriptos attingo, graecorum primo, utpote in Europa litteraria caeteris celebriorum catalogum, senatu assentiente, Antonio M. Zanetti et Antonio Bongiovanni conficiendum praecepit, exemplis propositis operum Lambecii et Nesselii Caesaream, Montfauconii Coislinianam vel Seguerianam bibliothecam illustrantium. Quod pensum auctores mense iulio 1736 insumpserunt, iam absolutum mense septembri anni 1738, praesidi Theupolo offerunt, quo proponente, senatus eorum cuique dat nummum memorialem aureum pretii triginta ducatorum auri; ac catalogum statim imprimendum aere publico praecipit, quod demum anno 1740 accidit. Editores uno volumine in folio, uti dicunt, paginarum XX, 323, cui praeest *Bessarionis cardinalis effigies ex perelegantì pictura quae exstat Venetiis in schola s. Mariae charitatis,* eadem de qua superius relatum, sexcentos viginti codices descripserunt, quorum quingenti triginta tres [p. 1-288] ex Bessarione, caeteri [p. 289-317], appendicis nomine, *ex legato Jacobi Contareni, Jo. Baptistae Recanati aliorumque* procedunt. Serie universa in duodecim classes distributa, *easque primarias dumtaxat, eo consilio ne classes ipsae in immensum protraherentur,* codicis cuiusque magnitudinem, foliorum numerum, materiem, ornamenta, aetatem adnotant, id advertentes ut *auctorum nomina maiori caractere, et opera sine auctorum nominibus notatu digniora* diverso, eoque grandiori describerentur; minus nota cum suis initiis exhiberentur; variantium lectionum specimina ex pretiosioribus offerrentur; adnotationes historicae in codice obviae ederentur. Quid quod et specimina caracterum graecorum a saeculo decimo ad decimum quintum addita [p. I-XX]? Librum vix editum, nomine praesidis Laurentii Theupoli, cui ideo auctoris

(1) It. IV, 122.

meritum a plerisque tributum, publica laude, uti mos est, prosecutae sunt ephemerides italae (1) ac alemannicae, praesertim lipsienses (2), quae proprii *instituti memores, specimina variarum lectionum, tam in graeca antiqui foederis interpretatione, quam in historicis antiquis datarum* adducunt. Qui tamen diligentius librum perscrutati sunt, plura, nec iniuria, obiecerunt (3), quae inferius attingam, ex iis praecipue Villoisonius qui in *Anecdota graeca* [Venetiis, 1771], perperam adnotata frequenter emendat, universo volumine altero additionibus et emendationibus propositis (4). Cui volumini quae ex Bessarionis codicibus insint non abs re erit annotare, nempe fragmenta Euripidis, Archilochi, Anacreontis, Pindari, Ibyci, Alcmenis, Cleocharmi; Libanii et Choricii *declamationes;* Macarii Chrysocephali Ῥοδωνιᾶς descriptio; emendationes in Photii *bibliothecam; oratio* Procopii Gazaei in laudem Athanasii imperatoris; Porphirii *de prosodia;* Herodiani libelli; quaedam ex Nicephoro Chumno, Germano et Gregorio Cyprio patriarchis constantinopolitanis, Constantino Manasse, Georgio Pachymera; Dionysii Thracis *artis grammaticae,* cum scoliis Diomedis Alexandrini, Georgii Chaeroboschi, Stephani, Melampodis, Heliodori.

Interea Theupolus curis minime parcens, ut codices

(1) *Giornale de' letterati di Firenze*, t. I, p. II, p. 137. — *Novelle letterarie di Venezia*. Ven. 1740, p. 257-260. — Zaccaria, *Storia letteraria ital.* vol. II, p. 276.

(2) *Nova acta eruditorum*. 1742, p. 97-105.

(3) « D. Marci bibliothecae et Regiae parisiensis graecorum manuscriptorum catalogi, quos ut recentiores, ita copiosissimos accuratissimosque » fore mihi persuaseram, parum profuere, quippe licet chartae nitore, » marginum amplitudine, litterarum elegantia maxime conspicui; descri» ptione codicum, scriptorum notitia minime commendantur. » Iriarte, *Regiae bibliothecae matritensis*. Matriti, 1769, p. II.

(4) « Quae autem ad codices d. Marci eorumque indicem pertinent, » ea multo melius tractanda relinquimus eruditissimo illo et modestissi» mo viro cl. Iacobo Morellio. » *Anecd. gr.* Venet. 1781, p. 266.

veste dignori pretium innuerent proprium, eos omnes politiori forma, corio nempe vitulino obductos, cum impressione leonis evangeliorum librum aperte tenentis, compingi iussit; ac latinorum, italorum et gallicorum catalogum Antonio Mariae Zanetti, bibliothecae custodi constituto, exarandum dedit. Qua hic ardentiori animi contentione voluntati supremae obsequutus sit, evincit operis sollicitudo, nam anno eodem quo *graeca d. Marci bibliotheca* edita, senatusconsulto 4 iunii, latinam et italicam vulgandam decretum est, quae anno 1741 publico iuri commissa (1). Auctor qui alteram hanc partem methodo fere eadem prosequutus est, imaginem Bessarionis, aeque ac in graeca, titulo praefecit, totamque materiam in quatuor quasi membra distribuit. Codicum latinorum, numero quatuor super quingentos, ex Bessarione, Contareno, Recanato unam tantum seriem confecit [p. 1-106], nomine donantis unicuique praeposito. Proxime succedit *appendix codicum qui nuper in parte superiori ducalis ecclesiae inventi sunt* [p. 207-217], de quibus aliquid, spartae huic exornandae, mihi innuendum. *Procuratores s. Marci de supra,* die 14 septembris 1739 duci referunt, in cubiculo, vulgo *tabulario Petrarchae,* octoginta quatuor codices manuscriptos membraneos, si viginti tres cartaceos ac binos impressos excipias, reperisse (2), quos inter novendecim a Tomasino in *Petrarchae vita* descriptos. Hos statim [24 septembris 1739] senatus in Marciam bibliothecam inferri praecipit, ac de eorum conditione et pretio, per viros rei peritos, erudiri desiderat, quod extremum a Theupolo opportune praestitum (3). Lecti ex his

(1) *Latina et italica d. Marci bibliotheca.* Venet. 1741, p. 268, f.°

(2) Cod. riserv. 114, p. 170-179, cum indice codicum.

(3) « Delli 84 solamente 40 si hanno potuto estraer per ponerli nel-
» l' indice. Il loro contenuto versa sopra varie materie, che non somministrano verun motivo di poter formar ragionevole giudizio, che fossero
» del Petrarca, tanto più che fra gli stessi se n' è ritrovato uno stampato,

quadraginta sex in *appendicem* inlati; ut et in operis praefationem, coronidis loco, notitia *codicis membranacei in bibliothecam nuperrime illati, quem hebraice scriptum nemini ex indicibus nostris inserere potuimus* (1). Hunc obtulerat advocatus Petrus Fondi, ideo senatusconsulto 2 aprilis 1740, duplici nummo aureo, unoquoque pretii viginti ducatorum auri donatus. *Appendicem* excipit *Biblioteca dei manoscritti italiani* [p. 219-255], scilicet codicum octoginta sex ex Contareno, Recanato, Manutio aliisque, quos inter Alexander Guarinus qui anno 1741 dono dederat fabulam romanensem pastoralem *Il pastor fido* (2), auctoris equitis Baptistae Guarini manu, ter cum emendationibus

« che per necessità è posteriore alla morte del detto autore. Li altri sono « in tal maniera logori e consunti che non possono pretender luogo in « una libreria. Questi ultimi sono libri appartenenti al coro e servizio di « chiesa. Non ho omesso veruna diligenza per scoprire se almeno qual- « che fragmento meritasse la conservazione, e mi son valso del dott. Astori « canonico in san Marco, il quale dopo averli ad uno ad uno esaminati, « ha esposto che li medesimi non servirono nè men nella detta chiesa, « per esser li salmi di diversa lezione di quel che si pratica in s. Marco, « e perchè nelle rubriche non vi sono le cerimonie consuete, non nomi- « nandosi nè il serenissimo, nè il primicerio, anzi trovandosi scritto: *duo « fratres in choro, duo fratres exibunt*, si ha fondamento di credere che « fossero di qualche comunità regolare. Di questi però se ne eccettua due, « cioè un piccolo messale, del quale vi sono probabili ragioni che abbia « servito in alcuna chiesa di Francia, e per tal causa potrebbe essere del « Petrarca, che colà più volte si portò; e l'altro è un lezionario, che per « contener alcune vite di santi particolari, benchè logoro, si può conser- « vare. » Notitia senatui exhibita die 16 aprilis 1740, in cod. riserv. 114, p. 185.

(1) « Sacra biblia in eo continentur elegantissime exarata, addita Massora, anno mundi 5058 [Christi 1298], ut ex scriptoris nota colligitur. « Quod notatu dignum est, alius pene simili in bibliotheca olim reperiebatur, quem Henrico III Francorum regi, Venetorum hospiti dono dedit senatus, de quo mentio fit in tomo I Regiae nuper editae mss. bibliothecae. Alter hic in locum illius suffectus est munificentia et incomparabili solertia Laurentii Theupoli . . . . » Vide acta de hoc codice in It. VII, 754, f. 1-19; Cod. riserv. 114, p. 186-187, 190-205, 207-208.

(2) Cod. 65.

exscriptam, cuius lectiones variantes editae sunt (1). Extremo loco data *appendice d' alcuni* [n. 25] *manuscritti in lingua francese antica* [p. 256-261], ex Recanato, manca quidem nec sine mendis, etsi eius catalogi parti rectius absolvendae uti plurimum insudatum sit (2).

Si finem attendo, utrumque volumen, non diffitear, litterarum studiis magno vertit emolumento, quippe *scire unde quid hauriendum sit, eiusque ratio postulanda, dimidium eius est didicisse;* verum si penitius tractationis modum introspicio, plura catalogo tum graeco, tum latino deesse sentio, quae numeris omnibus absolutum constituant. Etenim enimvero mitto errata quae potius oscitantem quam rei ignorantem revelant, ut cum unum eundemque codicem bis adnotant descriptores, nempe inter graecos qui numeris 460, 463 descriptus, inter latinos numeris 238, 239; dant operum partes pro integris; de pluribus mutilis tacent. Quod magis advertendum occurrit, iidem in eis explanandis, membra non ita partiti sunt ut aequa lance singuli pertractarentur. Dum enim quorundam anatomen, venia sit verbo, vel lectionibus variantibus, vel opellarum et fragmentorum enuntiatione, vel animadversionibus historicis, criticis instituerunt, plures aeque habendos sic declararunt: *Biblia sacra, Testamentum novum, Quatuor evangelia, Lectiones dierum festorum, Officium,*

(1) *Alcune varianti del Pastor fido, per cura di Bartolommeo Gamba di Bassano, tolte dall' unico autografo esistente nella i. r. libreria Marciana in Venezia.* Venez. 1840, p. 20, 4.° V. Petit-Radel, *Voyage historique* ec. *de l' Italie.* Paris, 1815, I, p. 184-185.

(2) « Danno fine al tomo li libri manoscritti in lingua galese, ne' quali » non trovandosi nè nomi d' autori, nè titoli, non somministravano adito » di formare veruna descrizione. Fu ripiego di necessità far esattamente » copiare d' ogni libro il principio ed il fine, e dirigerli in Francia a sog- » getto studioso de' caratteri e idiomi antichi, diligenza che riuscì frut- » tuosa; mentre avendosi ritratta conoscenza de' nomi degli autori e dei » titoli de' libri, ci ha dato il modo di farne nella stampa la ricercata » descrizione. » Sic praeses Theupolus senatui, in cod. riserv. 114, p. 217.

Missale latinum in graecum translatum, Origenis philocalia, Plotini enneades sex, Tabulae quaedam astronomicae, Zonarae annales, Heliodori Aethyopica, Harpocrationis lexicon, Suidae lexicon, Hesychii lexicon, Photii bibliotheca, Euchologium, Theocriti idyllia, Sermonarius, Epistolae et alia, Infortiatum, Logica anonyma, Chemia, Institutiones, De arte notaria, Quaestiones medicinales, pluraque eiusmodi, quae insufficientiae notam antiquioribus indicibus inustam non effugiunt. Adde quod codices aliquot, non tantum Gallicii, Contareni, Recanati, sed ipsius Bessarionis minime describendos curarunt, qui ideo serius in manuscriptorum appendicem inlati sunt (1). Etsi foliorum universorum cuiusque codicis numerum, non item operum singulorum in indice contentorum, quod intererat magis, offerunt. De auctoribus, ubi eorum fama haud communis, nullam ingerunt notitiam. Nomina scribentium ; saeculi iudicium ; folia rescripta ; notas musicas, si quae sunt ; item annum et mensem quo liber exaratus, saepius silentio obruunt. Membranaceus ex graecis 289, ex latinis 237 dictus est chartaceus ; chartaceus 44 ex graecis, membranaceus. Quid quod et titulos operum diversos prorsus, non una vice proferunt, quod evincit materiem eos pluries summo vix digito attigisse : exempli gratia codex graecus 344 *Sozomeni historia ecclesiastica,* Theodoro Anagnostae seu Lectori tribuitur, quod Bandurium decepit (2) ; cod. 607 legunt *Agathiae Scholastici daphniaca* ubi de *Leucippis et Clytophontis amo-*

(1) Bessarionis : G. II, 5 ; III, 1 ; IV, 31 ; VI, 3 ; VII, 1, 13 ; IX, 3-4, 7 ; XI, 6. L. II, 3 ; III, 14, 17, 66 ; VIII, 31. — Gallicii : G. I, 4 ; II, 1 ; VI, 1 ; VII, 2 ; VIII, 19. — Contareni : G. II, 6, 15 ; IV, 28 ; VI, 2, 4 ; VII, 3, 15 ; XI, 30. L. I, 10 ; IV, 13, 81 ; XII, 9 ; XIV, 42, 76. I. II, 54 ; IV, 26, 30 ; VI, 53, 57, 188-189 ; VII, 295, 379. — Recanati, L. I, 26 ; II, 37 ; VI, 112 ; VIII, 1 ; XI, 13 ; XII, 71 ; XIII, 11.

(2) « Manifesto apparet integrum opus Theodori Anagnostae seu Lectoris, quod cum magno detrimento rei litterariae, amissum credebatur, Venetiis in bibliotheca d. Marci delitescere. » *Imper. orient.*, p. 784.

ribus, Achillis Tatii agitur; cod. lat. 128 scribunt *ad archidiaconum cudestinum* ubi legere est *tridentinum;* cod. 218 *Statuta veneta* appellant quae sunt *Sebenici;* cod. 401 *Paganum de la Turre* in *Paganum de Latere* vertunt; idem cod. 494 *Thomae Walleis* in *Thomae Valentis;* cod. it. 30 *Statuta Tarvisii* in *Statuta Venetiarum.* Cod. gall. 6 loco tituli *Carlo Magno, ovvero la rotta di Roncisvalle* legatur: 1. *La passione di Cristo in versi francesi.* 2. *Battaglia di Aspramomonte e storia d'Angulant et Heumont.* Propterea non defuerunt qui opus, praeter Villoisonum citatum, asperioribus verbis aggrederentur (1).

CAP. X.

Codices Justi Fontaninii a senatu a. 1743, a d. Marci procuratoribus a. 1748 dati, a Matthaeo Aloysio Canonici a. 1779 coempti.

Cum probe nosset senatus quantum ex editis catalogis Marciae bibliothecae nominis et honoris accessisset, nisus est quidquid in rei periculum vocare quod eiusdem contulisset incremento. Justus Fontaninius, foroiuliensis ex Sanctodaniele, archiepiscopus ancyranus, Romae moriens 17 aprilis 1736, bibliothecae patriae suae, praeter libros impressos, egregiam codicum manuscriptorum de rebus foroiuliensibus seriem, testamento (2) reliquerat, quam,

(1) « Plura nec ad propositum supervacanea nec ad usum doctorum » hominum nihil facientia proferre poterat cl. Theupolus, si bibliotheca » sua divam non exclusisset criticem. » Nota Kollarii ad Lambecii commentar. bibl. vindob. libr. III, 164. — Andres, *Cartas familiares.* Madrid, 1790, III, p. 59.

(2) Omissis. — « Oltre a questi libri stampati ci sono altri codici ma» noscritti, li quali lascio pure alla comunità (Sanctidanielis), con le » regole e ristrettive già dette di sopra: e di questi voglio che se ne deb» ba aver cura e maggior custodia e gelosia, trattandosi di manoscritti » che non si trovano per le strade, e perciò dovranno rimaner divisi nelle

Foroiulii cum esset, undequaque sibi, nec curis nec impensis parcens, collegerat, ut historiam huius regionis absolutissimam daret. Cum ea volumina capsis conclusa venetae reipublicae fines attigissent, iussum Venetias deferri ut ea extraherentur quae ad rem historicam, patriarchatus praecipue aquileiensis, referuntur. His in penitius regiminis tabularium devectis, anno demum 1743, senatusconsulto 28 decembris iussum ut in codices manuscriptos ex Fontaninio animadverteretur, *che furono creduti attinenti alle cose del patriarcato di Aquileia. Come s' intende esservene disparati e dall'affare stesso e da qualunque materia di stato, così ben volentieri concorre che..... se ne faccia una nuova scelta, e nella pubblica libreria siano trasportati quelli che esser non potessero per li pubblici affari di verun uso o profitto* (1). Eo evenit ut Marciae bibliothecae statim accederent pretiosora volumina, non quidem multa, sed quae vel manu ipsius Fontaninii, vel per exempla, foroiuliensis historiae spartam mire ornarent; operum excerpta, chronica, historiolae, bullae pontificum, contractus matrimoniales, testamenta, notariorum regesta, descriptiones oppidorum ut et monasteriorum ac ecclesiarum, virorum ex ea regione illustrium effigies, monumenta, insignia familiarum pictura lineari exhibita. Quid quod ex iis voluminibus quaedam ultra centum eiusmodi tractatiunculas continent. Hos Jacobus Pirona, merito questus Sanctidanielensi bibliothecae surreptos, enumerat elencho (2) inserto pag. 48-51 operis: *Inau-*

« proprie scanzie sotto chiave, *ne pateant omnibus*, avendoli fatti ben legare, acciocchè meglio si conservino, essendo molti di essi composti di carte prima fuggitive e disperse, e da me con particolar studio unite e salvate, e alcuni di questi tomi o libri sono scritti da me stesso e da altri ancora . . . . » Fontanini Domenico, *Memorie della vita di mons. Giusto Fontanini*. Venezia, 1755, p. 215.

(1) Cod. riserv. 114, p. 236.

(2) *Indice di parecchj codici manoscritti che già appartenevano a mons. Giusto Fontanini, e che ora si trovano nella biblioteca Marciana di Venezia.*

gurazione della effigie di mons. Carlo Fontanini vescovo di Concordia, avvenuta in Sandaniele. [Sandaniele del Friuli, 1846, 8.°].

Bibliothecae praesidis Marci Fuscareni cura factum est ut a d. Marci basilica anno 1748 in eam deferrentur codices quindecim membranei, remotioris aetatis, nempe *Biblia sacra* (1), *Psalterium cum glossis* (2), *Missalia* (3), *Legendae Sanctorum* (4) : item opus diligentissime exaratum manu Hieron. Alexandri Capellari vicentini, nempe genealogiae familiarum patriciarum, cum vitis illustrium virorum e Venetiis (5).

Anno 1767 dono nobis obtulerunt nepotes cardinalis Sanctes Veronesii, huius opus *De necessitate communicandi cum sede apostolica, ad sartam tectam tenendam catholicae ecclesiae unitatem* (6), quod serius [a. 1737], titulo aliquantisper mutato *De necessaria fidelium communione cum apostolica sede,* Brixiae publici iuris factum est.

Praesidis Hieronymi Grimani opera, anno 1773 *Historia concilii tridentini* a Paulo Sarpio exarata, suaque manu exscripta, cum emendationibus ac notis pariter autographis, bibliothecae accessit.

Qui venetae rei militaris historiam plurimi intersunt sunt codices numero novem (7), pretio quinquaginta aureorum a Matthaeo Aloysio Canonici, eodem cuius bibliotheca exquisita oxoniensi cessit, anno 1779 coempti. Iis enim lineari pictura exhibita castra munita et propugnacula, insulae, maris tractus ac portus, regionum orientalium praesertim reipublicae subditarum, Dalmatiae nempe,

(1) L. 1, 1-7.
(2) L. I, 21.
(3) L. I, 21 ; III, 45-48.
(4) L. III, 98; IX, 27-28.
(5) I. VII, 15-18.
(6) L. III, 78.
(7) I. IV, 27-28; I. V, 1, 9-10; VI, 75; VII, 13, 94, 171, 200.

insularum quas modo ionicas appellant, Graeciae, Cretae; exterarum item gentium urbes, arces, viae communitae, earum maximae quae communi finium vinculo cum Venetis connectebantur. Sed et praeliorum vel terrestrium, vel navalium schemata cum Turcis annis 1571, 1646-1661, 1666-1669, 1675, 1684, 1686-1688, 1690, 1694-1697 oculis obiecta; fossa et valla ducta, pugnarum praelusiones, hostium congressus, acies perruptae, aditus ad urbes et oppida aperti.

CAP. XI.

Inlata ex bibliothecis canonicorum regularium s. Joannis in Viridario Patavii, s. Leonardi in Monte Donico Veronae, s. Bartholomaei de Vicetia, s. Salvatoris Candianae a. 1784.

Tempus quo codicum manuscriptorum accessio bibliothecam nostram novo quodam lumine affulsit, eo libentius adverto, quod exinde succrescenti quotidie ad nos usque incremento splendidior extiterit. Non tantum monasterii canonicorum regularium sancti Joannis in Viridario Patavii, sed et ipsius urbis ornamentum, usque ab exordio saeculi decimiquinti, constituerat bibliotheca, quam dono aut testamento amplificandam certatim insumpserunt Baptista de Lignamine episcopus concordiensis [a. 1455], Cajetanus Thienaeus vicentinus, Patavii in archigymnasio professor et ecclesiae cathedralis canonicus [a. 1466], Jacobinus de Mantua [a. 1467], Joannes de Marchanova, in archigymnasio bononiensi medicinae antecessor (1), pre-

1) « Ioannes Marchanova, medicus bibliothecam magno ausu instruxit codicibus scriptis veteribus, numeris et inscriptionibus antiquis, legavit [a. 1467] canonicis regularibus s. Ioannis in Viridario. » Laurentius Pignorius, *Symbolicar. epistolar.* ep. III. Idem est Marchanova, qui

sbyter Petrus de Montagnana, grammaticae doctor [*u.* 1478], Joannes Calpurnius, graecarum et latinarum litterarum in archigymnasio patavino interpres, Galeatius de Capitibuslistae poeta laureatus et canonicus Bergomi [1479], Hieremias .de Montagnone, Ludovicus Mussato, Jacobus Gaffarellus, Joannes Vincentius Dulcius, ac monasterii eiusdem priores Celsus de Verona, Lanfrancus de Mediolano, Albertus Ivo, Ascanius Varesius abbas generalis [1733]. Eo monasterio anno 1782 sublato, iussit senatus ut codicum manu descriptorum pars potior, saeculi decimiquinti impressiones, ac ditior rei archeologicae supellex in Marciam bibliothecam inferrentur. Quae porro accessio quanti facienda sit satis abunde ostendunt catalogus ab Jacobo Philippo Tomasino (1); index manuscriptus monasterii anni 1760, quo volumina quatuorcentum septuaginta numerantur; posteriora additamenta centum septendecim voluminum ex suppressis domibus canonicorum regularium Tarvisii, Vicetiae, Bergomi. Horum codicum, universim quingentorum octoginta septem, quos eo pretiosiores puto quod in scrimniis delitescentes, quatuor saeculorum decursu, in impressionibus minime adhibiti sint, anno 1784 pars sequior bibliothecae archigymnasii patavini, ceteri Marciae cesserunt. Sunt vero octo hebraici, sexdecim graeci, latini bis centum quadraginta tres, non unus italus, quod caracterem medii aevi ei collectioni utique expressum tribuit. Si e latinis libros sacros vel canonicos, historicos quoque excipias, reliquos fere omnes philosophicae facultati esse deputatos offendes. Huic enim, in codicum latinorum catalogo numero sextae, centum undecim additi sunt, qui philosophiae aristotelicae et averroisticae saeculorum decimiquinti et decimi sexti, ac praele-

plura quoque volumina de re medica eo legavit, ut divenditis, monasterio utiliora coemerentur.

(1) *Biblioth. patav. manuscr.* Utini, 1639, p. 9-40.

ctionum maxime in archigymnasio patavino habitarum schema offerunt. Historiae litterariae illustrandae gratia proferendi sunt codices Aristotelis, Porphirii, Simplicii, Boethii Avicenae, Henrici Septimalensis, Alberti Magni, Thomae Aquinatis, Petri Hispani, Petri de Apono, Aegidii Columna, Joannis de Janduno, Gualterii Barlaei, Willelmi Britonis, Marsilii de Inguen, Blasii de Parma, Pauli Pergulensis, Dulmenti, Gerardi, Linconiensis, Mesìni, Bartholomaei Recanato, Bartholomaei de Brugis, Aoseti, Varnes, Suyset, Adam Baucher, Joannis Burgo, Angeli de Forosempronio, Jacobi de Placentia, Pauli Veneti, Caietani de Thienis, Appollinaris Offredi, Hieremia de Montagnana, Petri de Mantua, Caesaris Cremonini.

Cum anno eodem 1784 Aloysius Theupolus, officii a monasteriis praeses, Jacobo Moreliio bibliothecae custodi in mandatis dedisset ut inventaria conficeret librorum, qui ex suppressis domibus canonicorum regularium s. Salvatoris Candianae in dioecesi patavina, s. Leonardi in monte Donico Veronae, s. Bartholomaei de Vicetia in suppressam Jesuitarum domum Venetias inlati erant, proindeque classem trinam institueret, eorum nempe qui vel nostrae bibliothecae, vel scolarum publicarum usui tribuendi forent, vel flocci faciendi; nonnisi duo ex monasterio s. Leonardi accesserunt codices, unus ex s. Bartholomaei, viginti vero ex Candianae, qui hebraicae, graece, latine, de re sacra et philosophica agunt. Quibus si eos quoque addas, qui anno eodem, ex aliis quoque monasteriis ac ecclesia d. Marci processerunt, ea supellex ad sexcentos et ultra perducta est (1).

(1) « Quam tu quidem in veteres auctores voluntatem aperte declarasti, nedum in bibliotheca domestica instauranda, verum etiam in hac ipsa publica augenda, cui et e coenobio patavino *d. Joannis in Viridario* aliisque codices manuscripti sexcenti haebraici, graeci, latini, itali . . . . . » Morellius in littera dedicationis Petro Contareno biblioth. praesidi, operi praeposita: *Aristidis oratio adversus Leptinem.* Venet., 1785.

CAP. XII.

Nova a senatu studia coniata in bibliothecam augendam. Codices mss. a procuratoribus de supra [a. 1786], senatu [a. 1790], consilio decemvirum [ann. 1785-1797].

Exinde accidit ut senatus, codicum nostrorum incrementum advertens, bibliothecae praeside Aloysio Contareno proponente, tertium catalogi volumen, opera Iacobi Morelli custodis, impressioni apparari iusserit (1). Quare vir summus id minime praestiterit, etsi bibliothecae praeses Zacarias Vallaresso opus perbrevi absolvendum senatui spoponderit (2), idque iterum successor Franciscus Pisaurus promiserit, ubi caeteris bibliothecae muneribus fungendis socius daretur Petrus Bettio (3); obstiterunt, puto,

(1) « Conoscendo quanto di fama alla libreria medesima e di profitto » agli eruditi nazionali e forastieri apporterebbe la stampa in prosecuzione » alli due già in addietro pubblicati, d'un terzo volume che avesse a comprendere oltre alle indicate pregevoli aggiunte, il copioso indice de' manoscritti ad essa devoluti dalla soppressa canonica di san Giovanni di » Verdara . . . . . . si approva che alli metodi già praticati per gli altri » due tomi usciti alla luce, abbia a promuoversi dalla di lui attività la » edizione del terzo, approvandosi egualmente che per questo oggetto e » per la formazione dell'indice sia stata dal medesimo prescelta la riputata persona di d. Giacomo Morelli. » Senatusconsultum diei 28 iulii 1785.

(2) « Una molto grande parte delle continuazioni di questo indice e » degli accennati supplementi è già compilata con piena intelligenza del » custode [Iacobi Morelli], il quale come è assiduo e indefesso a ogni » parte dell'uffizio suo, così non lasciò mai di faticare in quel lavoro . . . . » 23 ianuarii 1793.

(3) « Non è possibile che distratto da tanti oggetti, egli [Morelli] possa » colla conveniente sedulità e applicazione acudire al proseguimento del » contemplato importantissimo indice, quando v. s. non verifichi quell'assistenza che gli ha esibita, appunto per sollevarlo dalli pesi più meccanici e materiali. Ora un tal sollievo egli potrebbe molto opportuna» mente trovarlo nella persona di d. Pietro Bettio, giovine sacerdote . . . . » 13 iulii 1794.

graviora, quae ingenium ac singularem eius diligentiam occuparunt.

Optimam quoque in Marciam bibliothecam voluntatem aperuerunt anno 1786 *procuratores de supra* (1), ex cubiculo prope aeneos equos ecclesiae s. Marci in bibliothecam inferentes codices *Bibliorum sacrorum* (2), *Missalium* (3), *Homiliarum* (4), *Epistolarum capitanei Dominici Michaelis ex Tergesto* (5), *Actorum venetorum*, pleraque *autographorum* magni pretii (6). Nec silentio hic loci obruenda sunt acta veneta numero sexaginta quinque ab anno 1123 ad 1439, quae ex eorundem tabulario Procuratorum in bibliothecam transferenda curavit anno 1786 praefectus Morelli (7); nec non centum viginti duo volumina ex tabulariis *cancellariae secretae et publicae* a senatu veneto oblata (8). Sed de minoribus taceo, ad maiora digressurus.

(1) « Adi 10 aprile 1786. Che le carte autentiche descritte nella nota » segnata n. 1, ch' erano nella stanza della chiesa di san Marco, vicino » alli quattro cavalli, e li sedici libri di liturgia, ed altri manoscritti in » carta pecora, che esistevano nell' archivio della procuratia, descritti nel- » l' altra nota segnata n. 2, che saranno ambe registrate a piedi della » terminazione presente, siano per una miglior custodia e governo delle » carte e libri medesimi, consignate, previa ricevuta, al n. h. biblioteca- » rio della pubblica libreria, onde siano nella medesima preservate, sem- » pre però a disposizione di questa procuratia, e salve le leggi nel pro- » posito. » Ex tabulario domestico.

(2) L. I, 1-4, 7.

(3) L. III, 45-48.

(4) L. III, 98-100.

(5) L. XI, 14.

(6) L. XIV, 71-72.

(7) Acta veneta. L. XIV, 71-72.

(8) « 1790, 29 decembre, in pregadi. Argomento ben degno della sol- » lecitudine del n. h. sopraintendente alla cancelleria secreta offre l' ora » intesa scrittura, da cui raccoglie il senato il plausibile fine, a cui fu- » rono rivolte le cure del benemerito cittadino, in esecuzione all' ingiun- » tagli commissione col decreto 25 luglio 1789, per riconoscere se in quel » geloso archivio, non men che nell' altro della pubblica cancelleria esi- » stessero monumenti di storia e letteratura, i quali, senza compromette-

Novam codicum, plerumque historicorum, segetem obtulerunt qui, plurium annorum decursu, in concilii decemvirum scrimnia, variis ex causis, congesti sunt, quorum plurimi annis 1785-1797 bibliothecae cesserunt. Ne quid detrimenti ex arcanis imperii scriptotenus evulgatis respublica caperet, cautum erat ut in venditionibus et haereditatibus, libri omnes manuscripti, quandoque etiam typis editi, qui commentarios et acta rerum venetarum comprehenderent, fisco addicti, in decemvirum tabularium inferrentur. Hoc pluries actum evincunt exempla Francisci iunioris de Carraria, cuius epistolarum regesta Venetias delata sunt (1) ac, senatus iussu minime obstante, aliquot superfuerunt, ex quibus bibliothecae nostrae codex annorum 1402-1403 (2). Adde schedas Livii Podacathari

» re i riguardi del governo nostro, potessero rendersi di utilità e di or-
» namento, riposti nella pubblica libreria. »

« Riuscito perciò essendo ad esso n. h, diligente conoscitore del circ.
» segr. Giuseppe Gradenigo, di raccogliere 99 codici manuscritti, e 23
» libri stampati, riconosciuti interamente immuni da qualunque rapporto
» di governo, e de' quali accompagna l' indice, si trova opportuno di
» secondare i di lui riputati suggerimenti, commettendosi che, sulla base
» dell' inventario medesimo, e previa controricevuta, i suddetti codici e
» libri mss. siano passati nella pubblica biblioteca, per esservi custoditi. »
Ex tabulario domestico.

(1) « Quia in scripturis nuper portatis de Padua, facta diligenti in-
» quisitione, non est repertum aliquid per quod sit necesse ut possit esse
» proficuum facere aliquam aliam inquisitionem, processum, vel provi-
» sionem; vadit pars quod omnes scripturae quae nunc fuerunt portatae
» de Padua, per nobiles viros ser Marcum Iustiniano caput et ser Ioan-
» nem Lauredano inquisitorem concilii de decem, qui sunt in camera ar-
» morum, comburantur, ita quod nunquam appareant in mundo, et com-
» burantur in illo honesto et habili loco qui ordinabitur per dominum et
» capita de decem. » Senatusconsultum 20 octobris 1406, ex tabulario gener. Venetiarum.

(2) L. XIV, 93 Ex iis editae sunt epistolae vigintiquatuor anni 1402 duci Venetiarum [Patavii, 1859, p. 22, 4.°]; quadraginta quinque Austriae principibus et episcopo tridentino [Vindobonae, 1861, p. 24, 8.°]; viginti et una Henrico de Galliis et Lucae de Leone, nunciis Francisci Novelli [Patavii, 1863, p. 18, 8.°].

archiepiscopi leucosiensis, mense ianuario anni 1556 defuncti, ex cuius asse sublatae epistolae pontificum, virorum principum, scientia illustrium, cum actis pontificum Sixti IV, Innocentii VIII, Alexandri VI (1); Ioannis Vincentii Pinelli, saeculo decimoseptimo incipiente demortui, cuius libri capsis centenis et amplius conclusi Neapolim traducendi parabantur. Ut enim liquerat *collegisse illum per quadraginta annos quidquid legatis venetis legatione perfunctis adnotare et in senatu exponere moris est: opibus et gratiae illius patuisse tabularia senatus, rei videlicet amatori*; iussu supremo ducenta exinde volumina conscripta, ac in arcanum tabularium condita sunt, apposita ibi scheda: *Decerpta haec imperio senatus e Pinelliana bibliotheca* (2). Idem notamus peractum quo, post eius saeculi dimidium presbyter athestinus Caspar Leonicus, supremus Venetiis in re feudali consultor, ac bullae clementinae conservator, propriam librorum philosophiae et iuris bibliothecae nostrae moriens dono obtulit, proptereaque respublica effigiem cum epigraphe: CASPAR LEONICUS — JURIS SCIENTIARUM PERITISSIMUS — A REPUBLICA DIVITIIS — NECNON VARIIS MUNERIBUS AUCTUS — AD JURIS CONSILIUM ADSCRIPTUS — LIBROS SUMPTU COLLECTOS — GRATIS BIBLIOTHECAE DONAVIT — ANNO MDCLXIII, pingendam curavit (3). Codices enim manuscripti numero octo (4), quibus vir summus de re canonica veneta disputaverat, tabulario eodem repositi sunt. Nec, diversam sequutus rationem, indulsit senatus bibliothecae Iacobi Contareni, quae anno

(1) L. X, 174-178.

(2) Gualdus Paulus, *Vita Ioann. Vincentii Pinelli*. Aug. Vindel. 1607, p. 109-110. Ceterum eos codices in bibliothecam illico devectos perperam asserunt pater Aloysius de S. Carolo in *Traité des bibliothèques*, p. 134; ac Morhofius in *Polyhistor. literar.* l. I, c. III, n. 19.

(3) Et effigiem et titulum bibliothecam ornasse principio saeculi proxime exacti refert Tomasinus: *De familia Leonico*, p. 41.

(4) L. IV, 14, 64, 86, 87, 89; V, 29, 48; I. XI, 12.

1713 nostrae obtigit. Nam ex ea, viri eo deputati tabulario penitiori adiudicarunt *capitularia, senatusconsulta, litteras ducales membranaceas, regesta epistolarum, relationes legatorum, bullas pontificum, conclavia,* varia de *lacuna, armamentario, re tormentaria, locis munitis;* praesertim vero syllogem, regestorum modo, legum venetarum, quas *consilium maius* annis 1232-1523 vulgavit, opera notarii Bartholomaei Zamberti octo voluminibus digestarum (1). Quae post anuum 1736, in re codicum manuscriptorum Iusti Fontaninii senatus egerit, superius enarrata sunt.

Tot historicorum documentorum thesauro amplificando contulerunt quae vel ab oratoribus ad exteras nationes, reipublicae auctoritati supremae praemissa; vel a privatis viris obsequii causa; vel ab *officialibus* publicis, proprii muneris ergo, oblata sunt. Id testantur Raymundi Lulli opera varia, ab eo duci Venet. [a. 1289-1311] inscripta (2) plura volumina epistolarum viroruin principum ad pontificem annis 1476-1506; bullae Leonis papae decimi a Iacobo Contareno Romae oratore coemptae ac senatui missae anno 1529 (3); Caesaris Cremonini (4), in patavino archi-

(1) Operis pretium, quo anno bibliothecae accessit, exposuit Angelus Sabini, a magistratu legum condendarum, cod. riserv. 114, p. 220-224.

(2) Est codex [L. VI, 200] primo folio inscriptus: « Vobis illustr. do- » mino Petro Gradonico inclyto Venet. duci, et honorabili vestro consi- » lio, et communi vestro ven. ego magister Raymundus cathelanus trans- » mitto et do istum librum . . . . . sed supplico quod nobilis vir domi- » nus Petrus Ceno possit habere usum de ipso, quamdiu sibi placuerit. » Eapropter in Naniam bibliothecam [L. 40] serius inlatus, quod fortassis Zeno creditus, deperditus sit. Ex ea habuit nostra.

(3) « Mi sono venute alla mano alcune bolle de papa Lion, le qual » mi ha parso al proposito di vostra serenità et de sui gentilhomeni et » subditi, et furon prese al sacco di Roma: le ho recuperate per uno » scudo et mezo, et cusi le mando a v. eccel. » Epistola 6 iulii 1529 in cod. I. VII, 1043.

(4) « Le dernier représentant de la scolastique averroïste est César » Cremonini [m. 1631], successeur de Zabarella à Padoue. » Renan, *Averroes et l'averroisme.* Paris, 1852, p. 325.

gymnasio philosophiae antecessoris, praelectiones (1), quas anno 1619 *consilio decemvirum* eo dedit ut contra *sacrae inquisitionis* incriminationes, disciplinae a se traditae sanctitatem tueretur (2); Ioannis Meursii, qui patris sui tria volumina autographa, per Ioannem Zenum venetum Hagae Comitum legatum, reipublicae dono obtulit (3); Faustini Moisessi, qui Foriiulii historiam a se exaratam eidem dicavit (4); Fortunati Ulmi, qui historiam schismatis inter ecclesiam et imperium, annis 1159-1177 a se compositam (5) eidem obtulit.

(1) L. VI, 176-197.

(2) Egregius Renan epistolam patavini inquisitoris ut et responsum ex bibliotheca Montiscassini obtulit ibi, p. 359-361. — « Non caruit impietatis suspicione, magisque libertatis philosophicae quam religionis studiosus, ex Aristotelis doctrina dubia et ancipiti aliquando contendit excessa vita totum hominem deleri. Attamen morti proximus errorem suum agnovit, veniamque a Deo petiit his verbis, quae testamento praemisit: In philosophia totus fui. Si quid philosophando peccavi, memento me esse hominem, cui innatum est peccare, te vero esse Deum, cui proprium es misereri et parcere. » Facciolati, *Fasti gymnasii patavini*, t. II, p. 275. — Operum suorum manu scriptorum reliquorum haeredem instituit Cremoninus bibliothecam archigymn. patavini. V. *Stratico Sim.* Relaz. della pubbl. bibliot. di Padova. Padova, Sicca, 1850, pag. 6.

(3) « Libri, quorum iam mentionem feci, fuerunt *Creta*, *Cyprus* et *Rhodus*, opus sane inaestimabile quod gloriam et antiquitatem, sed quod magis, immortale nomen conciliaturum multis sane nobilium Venetorum familiis. Pro hoc autem labore parentis, quid mihi filio a sereniss. republica continget gratitudinis, eventus docebit. » Ita Meursius, paulo post a Venetis eques renuntiatus, in epistola Balthassari Bonifacio archidiac. tarvisino, data Hagae Comitis 20 iunii 1642, ex autogr. in bibliotheca Concordiensi Rodigii. *Cretam* habet musaeum Corrarium Venetiis; bibliotheca nostra *Cyprum* et *Rhodum* [L. X, 99-100], quos codices egregie, uti solet, illustrat Iacobus Morellius p. 439-447 operis *Biblioth. regia d. Marci ms.* Bassani, 1802, 4.°

(4) L. VI, 31. Codicis operculum inscriptum: « Historia del Friuli presentata da da d. Faustino Moisesso, 1623, 21 febr. in cons. de' X, fu concessa voce col detto di liberar un bandito, relegato e confinato in prigione. »

(5) L. VII, 215-221.

Item Marcus Aurelius Superantius, propriae Ovidii et Juvenalis versionis (1) haeredem bibliothecam instituit.

Porro tanta haec manuscriptorum series annis 1785-1797, vel publici tabularii, vel Marciae bibliothecae usui deputata est, ita ut plus quam biscentena volumina huic paulatim accederent. Quem numerum longe praetergressa est exquisita codicum manuscriptorum series fere universa bibliothecae monasterii ordinis praedicatorum ss. Joannis et Pauli, in nostram inlata, de qua disserendum tractationis ordo expostulat.

CAP. XIII.

Codices mss. ex bibliotheca monasterii ss. Joannis et Pauli a. 1789; archigymnasii patavini ann. 1791-1792.

Cum *decemvirum consilium* anno 1789, regiminis *inquisitoribus* damnum conquerentibus, animadverteret libros seu impressos, seu calamo exaratos, in urbis coenobiorum bibliothecis, aut furto, aut venditione, aut permutatione paulatim desiderari, nec iis asservandis curas diligentiores adhibitas, nostrae bibliothecae praesidi mandavit, ut in unoquoque monasterio catalogi librorum manuscriptorum ut et impressorum, qui pretiosores viderentur, conficerentur; volumina nota speciali obsignarentur; visitationes identidem instituendae forent, religiosorum familiarum praepositis in eorum custodia vadibus constitutis (2). Quo munere

(1) I. IX, 278-281.

(2) « 1789, 25 settembre in C. X. » — Omissis — « Dimostrano gli » inquisitori di stato, a merito delle prestate osservazioni e col fondamento » de' scoperti disordini la necessità di un presidio che generalmente assicuri nell' avvenire la preservazione e custodia di manoscritti, e libri » di primitive stampe, ed altri utili e rari monumenti di letteratura nelle » biblioteche dei regolari della dominante. Approfittar però volendo il consiglio stesso delle prestate applicazioni e dei maturi divisamenti degli

egregio functus est custos Jacobus Morelli, qui anno eodem, coenobiis inspectis s. Georgii maioris; s. Michaelis de Muriano; s. Mathiae et s. Petri martyris item de Muriano; s. Andreae de Chartusia; Somaschae *della Salute* appellato; Praedicatorum observantium, appellatione *Gesuati;* s. Francisci a vinea; clericorum regularium Teatinorum; Augustinianorum heremitarum s. Stephani; Minorum conventualium, vulgo *Frari;* Minorum reformatorum s. Bonaventurae; Carmelitarum; eorundem discalceatorum; refert singula optimis libris, maiori vel minori numero, abundare; notat vero plura volumina magni pretii in antecessum vel rapta, vel divendita; reliqua a monachis neglecta; eoque proponit ut quae magis habenda ad Marciam bibliothecam transferantur, praecipue ex s. Andrea de Carthusia, *dove que' religiosi hanno venduto il buono e il meglio,* et ex s. Petro martyre, *perchè la libreria è senza scuri e finestre.* Quod autem bibliothecam ordinis praedicatorum ss. Joannis et Pauli, quam locupletissimam publicus rumor ferebat; *consilium decemvirum* frequentiores abalienationes conquestus, mandat ut, *importando in vista dei passati e recenti trafugamenti* .... *di preservar dai pericoli, ai quali ciò non ostante potrebbero essere esposti li preziosi rimanenti libri a stampa e mss. in gran parte greci, arabici, e di altre straniere lingue, che vi esistono, e sono inutili totalmente agli studj di quei padri, e da loro non intesi, che debbano essere*

» inquisitori medesimi, trova opportuno di stabilire che sia rimesso il com-
» plesso degli accompagnati cataloghi fatti formare da persona intelli-
» gente, nei quali sono descritti alcuni codici e libri a stampa della mag-
» gior rarità ch' esistono in molte librarie de' suddetti regolari al n. h.
» soprintendente alla pubblica libreria, con incarico di farli proseguire e
» perfezionare sopra le rimanenti che non furono ancor visitate. Resta pur
» demandata ad esso n. h. pubbl. bibliotecario la cura ed ispezione sopra
» tutti essi codici e libri, facendoli contrassegnare con qualche pubblica
» marca che li distingua dagli altri, col chiamare responsabili della loro
» custodia e conservazione li superiori delle respettive comunità regolari. »
Ex actis bibliothecae.

i libri e codici suddetti, fatti passare dal nostro bibliotecario in custodia nella libreria di s. Marco Quae iussa suprema, quamvis severiora, minime exprobrabunt qui sciant eam bibliothecam a dimidio usque saeculo decimoquinto Joachimi Turriani summa cura, magnisque impensis collectam; Hieronymi Vielmi episcopi aemoniensis librorum copia fuisse ditatam; codices turcicos, arabicos, persicos in eam plures inlatos, ut infra monebimus; propterea Montfauconium, in eius monasterii laudes effusum, scripsisse: *Amplissima ecclesia* .... *nec impar bibliotheca* (1). Eam potius litteratorum virorum usui in perpetuum aestimabunt assertam qui advertant, saeculo proxime elapso, identidem, ex testimonio domestico (2), *plusquam centum diversae magnitudinis volumina, fere omnia selecta, direpta ab homine nequam, qui eorum pretium certe non ignorabat, et tempus opportunum pro huiusmodi sacrilego furto exequendo novit invenire.* Nec libri tantum calamo exarati ac folio maiori impressi subrepti sunt, sed et folia cum picturis miro artificio elaboratis abscissa. Fato nobis auspicato igitur contigit ut codices manuscripti plusquam tercenti bibliothecae dignitatem amplificarent. Ex his octo supra quadraginta orientalium linguarum turcicae, arabicae, persicae fere omnes, Venetias, anno 1691, othomanicae aulae illecebris vale dicto, secum attulerat Paulus Antoninus Affendi, qui Alcorani deliria detestatus, baptismate recreatus est, et humilem fratrum laicorum habitum hoc in coenobio induit. Sunt autem partes Bibliorum; libri lithurgici, historici, rhythmici, poetici, grammatici. Graeci codices nonaginta ad rem classicam antiquiorem, ad grammaticam, praecipue vero ad philosophiam

(1) *Iter italicum.* Paris, 1724, I, p. 202.

(2) Berardelli, *Codicum biblioth. ss. Ioannis et Pauli Venet. catalogus, sectio secunda*, in *Nova raccolta d' opuscoli Calogerà*, t. XXXIII, p. 4.

pertinent; eorum quatuor saeculo undecimo, duobus duodecimo, quatuor decimotertio, decimoquarto viginti septem exscriptis. Latini et itali numero centumseptuaginta, etsi generatim remotiora tempora minime attingant, unus enim tantum ad undecimum, quinque ad duodecimum, decem ad saeculum decimum tertium referuntur; tamen eorum plures rerum pertractatarum indole, accuratae scripturae modo, picturis elegantioribus et ornamentis cuiusvis generis ita ceteris praestant, ut potiorum notitiam ingerere opportunum autumem, iis qui de serie universa erudiri desiderant, ad catalogos iam antehac publici iuris factos (1), vel opera eius bibliothecae notitias referentia (2), remissis. Quis aequa laude persequi valeat codices a. Antonii Averulini florentini, *de architectura*, seu *de construenda urbe* (3), honori Matthiae Corvini regis Hungariae, splendidioribus miniaturis exornatum; b. Martiani Capellae, *de nuptiis Mercurii et Philologiae, et de septem artibus liberalibus*, elegantissime scriptum ac affabre depictum ab Attavante florentino, aeque Mathiae Corvini dignitati oblatum (4); c. Benedicti Rinnii, *de simplicibus* (5), manu magistri Andreae Amadio veneti ad veritatem pictum, quem summe habebat

(1) *Bibliotheca ss. Ioannis et Pauli Ven.* in Tommasini *Biblioth. ven. manuscr.* Utini, 1750, p. 20-30. — *Codicum . . . . . . qui manuscripti in biblioth. ss. Ioannis et Pauli* ec. in *Nuova raccolta opuscoli*, t. XX, p. 161-240; t. XXXII, p. 1-132; t. XXXIII, p. 1-164; t. XXXV, p. 1-158; t XXXVII, p. 1-96; t. XXXVIII, p. 97-170; t. XXXIX, p. 1-194; t. XL, p. 1-78.

(2) Moschini, *Letteratura venez.* II, p. 31-32. — Cicogna, *Inscriz. ven.*, t. II, p. 21-26, 364-365, VI, p. 806. — Blume, Iter. ital. t. I, p. 228; t. IV, p. 178-179. — Vogel, in *Serapeum*, 1841, t. II, p. 29-30.

(3) L. VIII, 2.

(4) L. XIV, 35, Codici illustrando edidit Tullius Dandolo dissertatiunculam: *D' una preziosità della biblioteca Marciana, e d' un' arte in cui furono principi gli italiani.* Venezia, 1837, p. 12, 8.°, ex ephemeridibus: *Gondoliere di Venezia* eius anni. n. 10-11.

(5) L. VI, 59. Deo eo confer *Inscrizioni veneziane* Eman. Cicogna, t. III, p. 152.

donator (1)? Hos diligenter illustrarunt Berardellus (2) et Morelli (3). Nec minus aestimandi veniunt codices 1. Silii Italici, *de bello punico* (4), cui manus iniqua quatuor miri operis picturas iamdiu abscidit; 2. operis inediti *de viris illustribus* Joannis de Columna (5); 3. *chronici universalis* Godefridi Viterbiensis (6), 4. *speculi historialis* Vincentii Bellovacensis (7); 5. operum omnium Sixti Medices ex ordine praedicatorum (8).

Bibliothecae impressae, non item manuscriptae augendae symbolam quoque dedit suam Hieron. Ascan. Justinianus ante annum 1791, quod adnoto tantum ne titulus tanto viro positus silentio obruatur: HIERONIMO ASCANIO JUSTINIANO — EQUITI — BONIS ARTIBUS — PRAESERTIM CIVILI PRUDENTIA — INSTRUCTISSIMO — MAXIMIS REIP. MUNERIBUS — DOMI FORISQUE PRAECLARE FUNCTO — QUOD BIBLIOTHECAE PRAEFECTUS — LIBROS SUOS EIDEM LEGAVERIT — SENATUS — MONUMENTUM POSUIT — A. MDCCLXXXXI.

Thesauro domestico ornando operam contulit anno 1791 Franciscus Pisaurus *procurator de supra,* qui antequam bibliothecae praeesset, huic addendos ex publica archigymnasii patavini sexaginta et ultra codices manuscri-

(1) « Un libro de' semplici che vale un tesoro, miniato al vivo, chiamato herbolaro . . . . . Essendo io rimasto solo senza figliuoli, et venendo occasione della mia morte, ordino e voglio che il detto libro sia posto nella libreria delli reverendi padri di santi Giovanni e Paolo, il quale sia bene et diligentemente custodito, legandolo con una catena di ferro, acciò non sia trasportato, et possi esser goduto et visto da elevati ingegni . . . . . » Particula testam. 10 sept. 1593.

(2) *Biblioth. ss. Io. et Pauli* in *Nuova raccolta d'opuscoli,* tom. XXXVII, p. 23-38, 51-58, 102-105.

(3) *Biblioth. regiae d. Marci Venet.* Bassani, 1802, p. 325-338, 398-419.

(4) L. XII, 68.

(5) L. XI, 11. Fuse illustravit Berardellus op. cit., t. XXXIX, p. 58-65 ut et chronicum quod sequitur, p. 34-52.

(6) L. X, 48.

(7) L. X, 93-95.

(8) L. IV, 58-66. De iis sigillatim op. cit. tom. XXXIII, p. 111-129.

ptos, permutationis titulo, curavit, quod reapse documenta nostra annis 1791-1792 actum comprobant. Ex quibus, etsi cum praecedentibus minime comparandis, se se exerunt aliquot ex libris classicis latinis, ex canonicis, ex historicis, e mathematicis; affero, exempli gratia, *tragoedias Senecae,* saeculi XIV (1) varia *Francisci de Zabarellis, in decretalia* (2); opus *de bello trojano Guidonis de Columna,* ex saeculo decimoquarto (3); *epitomen de restitutione solis et lunae Tychonis Brahè* (4); pretiosum membranaceum ex saeculo decimoquarto: *Moamyn. Les livres de costumes et de la election des oiseaux de rapine, traduites de la version lat. de Theodore, par Daniel de Cremone* (5).

CAP. XIV.

Codices mss. a Thoma Josepho Farsetti legati a. 1792; ex bibliotheca Amaedei Svajer coempti a. 1794.

Quod autem codicum manuscriptorum, eorumque undequaque praestantium, copiam cumulavit anno 1792, fuit exquisita librorum supellex, quam, regio sumptu et curis non intermissis, sibi instituerat patricius venetus Thomas Joseph Farsetti, baiulivus hierosolymitanus, idemque suavis litterarum cultor (6). Is enim ex familia spectatis-

(1) L. XII, 26.
(2) L. IV, 31-32, 36.
(3) L. X, 50.
(4) L. VIII, 37.
(5) Gall. 14.
(6) Clementinus Vannetius eum sic laudat in epistola, Roboreto, a. 1778: « Gratulor igitur tibi qui, summa tua laude, amaeniora haec stu» dia cum maximis occupationibus coniungere potuisti; gratulor amplis» simae istae urbi, ad cuius gloriam, quae quidem ex litteris proficisci» tur, magna per te fit accessio; nostrae Italiae denique gratulor, in qua » nondum, ut quidam falso dictitant, eorum copia exaruit, qui antiquam

sima (1), adhuc iuvenis, optimis imbutus studiis, urbes Europae principes Parisios, Londinum invisit, maxime vero Italiam peregrinatus est, ubique codicibus manuscriptis et recentioribus nummis, quibus summopere delectabatur, comparatis. Nullibi vero sedem, ut ita dicam, et quasi domicilium constituit quam in Etruria, ubi doctorum virorum necessitudine recreatus, in sociorum numerum eius academiae, quam appellant *della Crusca,* meruit cooptari. Eapropter codicum philologicorum, praesertim quos vocant *testi di lingua,* quorum collegit tres supra septuaginta, seriem exquisitam sibi coemit, quorum plures iam possederant comes Guido Novello Salvaticus palatinus Etruriae; Cosimus II magnus dux; bibliothecae Strotiana et Dal Turco-Roseliana, societas *battutorum* s. Zenobi; monasteria florentinum s. Lucae, et aretinum s. Margaritae; Cosimus Bernardi Capponi; medicus Antonius Cocchi; Joannes Simeonis Berti; Julius del Claro; Dominicus Maria Manni; Antonius Maria Biscioni; Lazzarus Malaspina marchio de Fosdenovo. Iis annumeranda sunt Dantis, Boccacii, Petrarchae opera varia; poemata; carmina diversa; fabulae romanenses; eclogae pastorales; repraesentationes praesertim sacrae; *legendae* historicae; laudes spirituales; libri appellationibus propriis noti, uti *Fioretti di s. Francesco, Fiore di virtù, Fiorità d' Italia fratris Guidonis del Carmine, Pungilingua* f. D. Cavalca, *Medicina del cuore,* vel *libro della pazienza* eiusdem, *Quadriga spirituale, Lucidario, Libro dei trenta gradi,* s. Hieronymi, *Tesoro* et *Pataffio* Brunetti Latini, *Somma di penitenza, Ordine della vita cristiana* fr. Simeonis de Cassia, *Dottrina di tacere e parlare*

» latine scribendi laudem retinent. » *Nuova raccolta d' opuscoli,* t. XXXV, n. VIII.

(1) *Notizie della famiglia Farsetti, con l' albero e le vite di sei uomini illustri a quella spettanti.* Cosmopoli, p. 177, 8.°

Albertani de Brixia. Venetiis autem ceterisque conterminis provinciis, vir ille eruditissimus codices manuscriptos delegit, in quibus res historica (1), praesertim veneta (2) excuteretur. Nec latinos codices asper natus, eorum ultra centum sibi paraverat, pleraque vel ex hagiographis (3), vel ex scriptoribus classicis antiquis (4), cui spartae exornandae egregie contulerunt, codicibus propriis oblatis, veneti Vincentius Grimani, Franciscus Amadi, Landus Baldus; patavini Antonius Quarengus, Raphael Savonarola, Joannes Brunacci, Joannes Baptista Gorgo; Bernardinus Scroffa, Julius Poggiana; coenobium s. Bartholomaei de Vicetia; tarvisinus Joannes Trieste; Petrus Paulus Vergerius senior, iustinopolitanus. Quo vero animi ardore proprium librorum manuscriptorum thesaurum fuerit prosecutus Farsettius, documento sit quod eorum catalogum, familiaris sui Jacobi Morelli consilio accedente, confecit typisque edidit (5); ac iure timens ne, se demortuo, operis membra, diuturnis sollicitudinibus in unum quasi corpus coacta, paulatim dissociarentur, Marciae bibliothecae, extremae voluntatis desiderio, cum libris etiam impressis, ac grandioribus nummis in honorem virorum illu-

(1) L. VI, 5, 7, 9, 11, 16-17, 21, 26, 30, 32, 36, 45, 54, 56, 58, 63-64, 68, 79, 95; XI, 14, 26.

(2) L. VI, 64; VII, 11, 19-20, 24, 36-37, 45-46, 11?-114, 117-118, 127, 141, 159, 173, 191-195, 197-199, 210-213.

(3) L. I, 31-32; II, 6, 24, 51; III, 8-9, 19, 31, 43, 67-69, 71, 81; XIV, 33.

(4) L. VI, 114, 247; X, 26, 88; XI, 29, 34, 40-41; XII, 1, 11, 13, 33, 36, 50-51, 56, 60, 64-65; XIII, 8.

(5) *Biblioteca manoscritta di Tommaso Giuseppe Farsetti, patrizio veneto e bali del sacro ordine gerosolimitano.* Venezia, 1771-1780, parti II, 8.° Huius catalogi partem retulit compendio, nomine *Nachricht von der Farsettischen Manuscripten-Sammlung*, Ioannes Fridericus Le Bret in *Magazin zum Gebrauch der Staaten-und Kirchengeschichte.* Ulm. Francfurt und Leipzig, vol IV, p. 168-215; V, p. 443-457.

strium cusis, legavit. Omissis . . . . . « Venezia, 30 settembre 1788 . . . . . Lascio alla pubblica libreria di s. » Marco tutti li miei manuscritti, tutte le mie commedie e » tutti li miei libri di lingua dei quali il catalogo è a stampa in più volumi; e basterà l' incontro con esso, onde » non si possa smarrire la più piccola cosa; pregando gli » eccellentissimi bibliotecarj pro tempore, non che li custodi di averne cura, perchè sono rarissime gioie, e so » per prova quanta fatica e spesa nel farne l' acquisto mi » siano costati; e però li colloco in sì degno luogo con la » fiducia che si conservino tutti uniti insieme. Lascio pure alla medesima libreria lo studio di medaglie d' uomini » illustri, ed i bronzi col ritratto del Bembo, di Tiziano, ed » altri del Petrarca e Dante, sperando di riportarne il pubblico gradimento; e perchè non essendosi combinato che » io serva mai la repubblica con alcuna spesa, o con impiego della mia persona, come a buon cittadino si conveniva, non avendo in me mai conosciuto talenti da poterlo fare; intendo almeno di darle questo piccolo attestato di amore e di stima al presente. » Ea propter grata respublica titulum apponi iussit in atrio bibliothecae hodie legendum: THOMAE JOSEPHO FARSETIO — EQUITI BAIULIVO HIEROSOLYMITANO — ELEGANTIORUM LITTERARUM — CULTORI EGREGIO — OB AUCTAM EXQUISITIS LIBRIS BIBLIOTHECAM — EX S. C. MDCCXCII.

Nec praestiterunt minus bibliothecae nostrae decori amplificando quatuorcentum fere volumina codicum manuscriptorum, quae anno 1794, ex amplissima Amaedei Svajer, emptionis iure, accesserunt. Hic ex honesta familia quae a saeculo usque decimoseptimo Augusta Vindelicorum Venetias, mercaturae exercendae gratia, transiecerat, nationis alemannicae penes rempublicam consul, adeo studiis, praesertim historicis, delectabatur, ut non tantum ingentem impressorum librorum seriem, sed et codices manuscriptos

ad duo millia et ultra voluminum congesserit (1). Eo demortuo, universam codicum segetem trifariam sic haredes partiti sunt, ut pars una in secretum reipublicae tabularium inferretur, altera duci Venetiarum Ludovico Manin, extrema bibliothecae nostrae divenderetur. Quae ea accessione bibliothecam ditaverint, silentio minime obruendum censeo. Praetereo classicos auctores antiquiores: quae praestant partes sunt historia varia (2), veneta (3); statuta (4); poemata latina Castellani Bassanensis, *de pace veneta* (5), Ambrosii Granelli *de Marchiana ruina* (6); itala Alexandri Tassoni, *la secchia rapita* (7), Francisci Nursii, *de febre* (8), Joannis Francisci Puteolani (9), Ascanii Rovere de Lusiana, *Marostica difesa* (10); Gori Dati *la sfera* (11), Blasii Schiavo, *la causa del nobil Arco* (12). Quae vero partis potioris eorum codicum pretium augent ac dignitatem, ea sunt quae ad rempublicam venetam se referunt, documenta historica (13); annales, chronica, diaria,

(1) V. *Vom Schweyerischen Manuscripten-Cabinet in Venedig* in opere Joannis Frider. Le Bret, *Magazin* ec. vol. IV, p. 1-167. Idem coaevus scribit: « Ich kenne in Italien keine privat-Person, die einem solchen Vorrath » zusammen gebracht hat. »

(2) L. II, 10, 25, 28, 316; VI, 113, 116, 120, 136; X, 83, 86, 181; XI, 27, 39, 43-44; XII, 9, 14, 32, 38, 52, 54-55, 59, 62; I. VII, 66; XI, 24; Gall. 3-5.

(3) L. V, 17, 58-59; IX, 21; X, 16, 36, 97; XI, 62; XII, 22; XIV, 208. I. II, 11, 49; V, 4-5, 14, 16; VI, 2, 8, 10, 13-15, 19-20, 22, 27-29, 35, 37-39, 41, 44, 50-51, 59-60, 69, 71, 90, 140; XI, 53. Gall. 2, 9.

(4) L. IV, 41, 69; V, 5, 33-34, 39-40, 43, 46; I. II, 37-39, 41, 50.

(5) L. XII, 77.

(6) L. X, 3.

(7) I. IX, 6.

(8) I. IX, 49.

(9) I. IX, 58.

(10) I. IX, 12.

(11) I. VII, 69.

(12) I. IX, 21.

(13) L. IV, 52; V, 5, 8-9, 17, 58-59; X, 12; XIV, 4, 37, 41, 105. I. II, 20, 33; VI, 69; VII, 93; XI, 25.

historiae demum quocumque nomine veniant (1), quae studiorum historicorum in codicibus manuscriptis nostrae bibliothecae quasi fundamentum iecisse censendum est.

Praeterco libros tùm impressos, quos Andreas Quirinus anno 1795 bibliothecae legaverat (2), de iis enim, temporum fortasse iniuria, nihil constat, etsi Morellius omnem moverit lapidem ut bibliothecae compararet (3). Eadem repetas de legatis a Jacobo Gradonico anno 1796 demortuo (4);

(1) L. X, 5, 7, 9, 15, 42, 85, 89; XI, 16, 30; XII, 5, 77. I. V, 58-59, 125; VI, 1, 12, 29, 51, 59, 73; VII, 1-3, 8, 10, 14, 27-35, 38-44, 47-48, 51, 54, 56-57, 69-92, 95, 102-103, 121-124, 128-129, 131-135, 138, 143, 148, 152-154, 156, 158, 162, 166-170, 176, 183, 187-188, 192-193, 196; X, 5; XI, 32.

(2) Omissis — « Rapporto alla mia libreria, acquistata coi miei pro-
» prj e particolari danari, voglio che dal rev. d. Giacomo Morelli biblio-
» tecario pubblico, siano prima scelti tutti que' libri che a lui parerà man-
» care nella pubblica libreria, e che siano posti nella medesima, acciò
» abbiano a servire ad uso pubblico. »

« Quanto poi alli miei manuscritti, voglio che siano esaminati dal
» rev. Morelli suddetto, che scielga quella porzione che credesse propria
» per uso suo e della pubblica libreria ..... Venezia, 16 maggio 1795. »

(3) « Al comitato di pubblica istruzione il cittadino d. Giacomo Mo-
» relli. » — Omissis — « Intorno al quale [Andrea Querini] altro non è
» a mia cognizione se non quello che comunemente fu detto, che li nipoti
» di lui hanno reso inofficioso il testamento, come che il zio avesse intac-
» cati li fideicommissi, e avesse fatta disposizione che non potea fare. Re-
» stò abbandonato il pensiero su questo legato: ma potrebbesi ora vedere
» se legalmente sia reso inofficioso quel testamento, e se nello stato pre-
» sente di cose resti niente da fare a vantaggio della libreria nazionale:
» trattandosi di ricchissima collezione di libri, lasciata dal Querini, nella
» quale si potrebbe scegliere assai di buono. Venezia, 12 settembre 1797. »

(4) Omissis — « 3 maggio 1793. Tutte le medaglie d'oro, d'argento,
» rame e di ogni altro metallo, pietre incise di qualche rimarco, tanta di mia
» ragione, quanto di famiglia, delle quali posso disponere, come sopra; e così
» pure li miei libri, intendo e voglio che tutto sia del sunnominato mio dilet-
» tissimo figlio Vincenzo Domenico Pietro, sua vita durante, al quale proibi-
» sco qualunque distrazione o alienazione, con libertà peraltro di disporre
» delle medesime, e libri al caso della sua morte, in favore di quello de' suoi
» discendenti maschi che più li piacerà; quale sarà tenuto all'esatta custodia
» di tutto, e gravato di una simile disposizione a favore di un altro di-

quorum indices (1), rarioribus etsi libris expunctis, sibi comparari et in bibliotheca asservari curavit Morellius, iuribus et actionibus eius in posterum, testamenti vi, tutandis.

Rei botanicae ornamento cessit, anno proxime insequenti 1796, opus manuscriptum egregium Petri Antonii Micheli patritii florentini (2), quod Antonius Bonato botanicae in archigymnasio patavino antecessor dono reipublicae obtulit, ideoque nummo memoriali aureo donatus est.

CAP. XV.

Bibliothecae pretiosora Parisios delata; quaedam a municipio veneto a dono data a. 1797.

Verum thesauri quotidie magis succrescentis pretium inaestimabile minuit, fato aspero, vetustissimae, nec satis unquam laudatae venetae reipublicae occasus. Gallus enim summa rerum potitus, libertatem, cuius iuribus asserendis se providenter missum iactitabat, cum servitute commutans, non tantum pulcherrimarum artium monumentis, quae nationis historiam magna ex parte ob oculos ponunt

» scendente maschio, sempre in linea retta; così proceder dovendosi fino » che vi saranno di tali discendenti maschi, et in caso che non vi fossero » discendenti maschi per linea retta di detto mio figlio, o non venisse in » tal modo disposto; lascio e le une e gli altri alla pubblica libreria di » s. Marco, da essere tutto custodito dalli ispettori pro tempore, con quel» le cautele e previdenze che ne assicurino la perpetua esistenza in detto » luogo, e ciò in testimonio della affettuosa venerazione per l'adorata mia » patria; dovendosene formare un esatto inventario et indice di tutto, da » esser consegnato alli ispettori suddetti, quando non l'avessi io fatto in » vita. »

(1) I. X, 60.

(2) I. II, 26-30. Codicem voluminibus quinque illustravit botanices in archigymnasio patavino professor Ioannes Marsili opella: *Di Pier Antonio Michieli, Antonio botanico insigne del secolo XVI, e di una sua opera manoscritta*, quam ex bibliotheca horti patavini, anno 1845, edidit Ludovicus Ioseph Manin, Venetiis, p. 23, 8.° Eo magis miror Ioannem Targioni-

et supremi magistratus dignitatem exornant, manus impias admovit; verum et codices manuscriptos ac typographiae incunabula ex coenobiorum bibliothecis, sed praesertim ex palatina praedatus est. Etenim enimvero statim ac in conventu mediolanensi de foedere inter Galliam et rempublicam venetam feriendo die 16 maii 1797 actum est, praepotenti supremi ducis Napoleonis pacto in secretis articulis decretum, ut Veneti Gallis quantocies viginti tabulas pictas artis egregiae, ac quingentos codices manuscriptos (1) offerrent. Eapropter Galliarum commissarii Bertholet et Monge, mensibus iunio et iulio eius anni, Vilthardi a secretis legationis gallicae et Baraguey d'Hilliers armorum ducis opera, coenobiis sub nomine *ss. Giovanni e Paolo, Gesuati, s. Domenico di Castello, s. Giorgio maggiore, s. Stefano, s. Salvadore, Carmini, Scalzi, Frari, s. Francesco della Vigna, s. Michele di Murano, s. Bonaventura, Riformati, Teatini, Salute, Filippini, della Fava* praeceperunt primo, ut libros manuscriptos ac impressos nullo modo alienarent (2); dein, investigatione praehabita, in nostram inferrent bibliothecam quae potiora videbantur (3),

Tozzetti, auctorem operis *Notizie della vita e delle opere di Pier Antonio Micheli* [Firenze, 1858, 8.°] codicem latuisse.

(1) « Art. V. La république de Venise remettra enfin aux commis-
» saires à ce déstines, vingt tableaux et cinq cents manuscrits au choix du
» général en chef » Martens, *Recueil des principaux traités*, t. VI, p. 393.

(2) « Il comitato di salute pubblica della municipalità provvisoria ve-
» neziana, alli cittadini pp. superiore e bibliotecario delli seguenti con-
» venti . . . . . »

« Vi si commette di non alienare, nè cambiare, senza pubblico ordine
» libri manoscritti o stampati della libreria di codesto convento, e di con-
» servarlo fedelmente nel suo stato attuale, con l'indice della medesima.
» Lo stesso vi si commette quanto a medaglie, mappamondi, strumenti ma-
» tematici . . . . . 6 luglio 1797. »

(3) « Il comitato di salute pubblica della municipalità provvisoria ve-
» neziana, alli padri superiore e bibliotecario . . . . »

« S' ingiunge alla vostra diligenza di far trasportare immancabilmen-

ut ex iis nec non ex nostris legerentur qui, ex mediolanensi conventu, Lutetiam Parisiorum, triumphi modo, forent vehendi. Eo accidit ut bibliothecae nostrae codices pretiosiores, graeci numero centum septuaginta unus (1), latini tres supra viginti (2), arabici duo (3), italici (4) et gallici totidem (5), musices impressi pariter duo (6), summatim tres super biscentos raperentur. Plures manuscriptos codices dederunt spolia coenobiorum, maxime vero s. Georgii maioris, s. Michaelis de Muriano, *della Salute* ac capitulum cathedrale patavinum Typographiae incunabula, quorum aliquot membranacea (7), ac prima vice prolata (8), numero centum viginti; editiones quas dicunt

» te, dentro il periodo di tre giorni, e consegnare alla pubblica biblioteca » in s. Marco li libri descritti nell' occlusa nota . . . . 19 luglio 1797. »

(1) Zan. Gr. 1-4, 8-9, 12, 15, 17, 21, 27-29, 34-36, 40, 46, 50-59, 61-71, 74, 78-79, 84, 86-88, 90-93, 95-102, 104-107, 109-118, 125, 128, 131, 137-138, 141, 143, 155, 172, 177, 184-185, 189, 196, 201, 208, 224, 226, 236, 246, 249-250, 269, 273, 276, 278, 288, 299, 306-308, 311-313, 324-326, 331, 338, 340, 343-344, 346-347, 375, 381, 383, 386, 388-389, 395, 398, 400, 405, 409, 416, 418, 434, 445-447, 451, 453-454, 461, 468, 471, 474, 491, 511, 534-535, 537-542, 555, 558-567, 569-570, 573, 616. — Gr. I, 14; II, 20; IV, 55; VII, 50.

(2) Zan. L. 1, 298-300, 305-306, 332, 349, 395, 401, 403, 497, 549. — L. I, 77; II, 84: VI, 52, 247; IX, 69; X, 182; XI, 115; XII, 125; XIV, 203-204.

(3) Orient. 123, 199.

(4) I. I, 55; X, 127.

(5) Zan. Gall. 2, 20.

(6) *Missae*, compositoribus Iosquin, Montoy, Gerin, Delaruy, Brumel, Agricola, Ghiselin, Nastupes, Usai. S. l. et a, 4.° obl. — *Mottetti della Corona*. Forosempronii, 1519, 4.° obl.

(7) Guillelmi Durandi, *Rationale divinorum officiorum*. Moguntiae, 1459. — Guarini Veronensis, *Grammatica*, S. l. 1470. — Quintiliani, *Opera*. Venetiis, 1471. — Plauti, *Opera*. Ven. 1472. — S. Augustini, *De civitate Dei*. Ven., Ienson, 1475. — Nonii Marcelli, *Opera*. Venet., Ienson, 1476. — Petrarca, *Canzoniere*. Ven. , 1478. — *Breviarium romanum*. Ven., Ienson, 1478. — *Biblia sacra*. Ven., Ienson, 1479. — Homeri, *Opera*. Florentiae, 1488.

(8) Boccaccio, *Decamerone*. Ven. 1471; *Fiammetta*. Patavii, 1472; *Filocopo*. Ven. 1472; *Teseide*. Ferrariae, 1475. — Chalcondilae, *Erotemata*.

aldinas quinquagintanovem, cum principibus (1) ac exemplaribus pariter membraneis (2), bibliotbccae aliquot monasteriorum Venetiarum, Patavii (3), Tarvisii (4), pretiosissima musices impressa opera quinquaginta (5) nostra et bibliothecae *della Satute*. Cum vero triginta codices manuscripti numero quingentorum coaequando adhuc deesent, annuit municipium ut votis Berthollet et Monge foret indultum ; ideoque Jovis Aegioci antiquissima imago agatonice insculpta, vulgo *cammeo*, pretio trium millium aureo-

Mediolani, s. l. et a.—Daretis Phrygii, S. l. et a. —Dathi Augustini, *De variis loquendi figuris*. Ferrariae, 1475. — Diomedis, *De arte grammatica*. Venet., Ienson, s. a. — Dionysii, *De situ orbis*. Ven., 1477. — Durandi, *Rationale*. Moguntiae, 1459. — Eutropii. Romae, 1471. — Fenestrellae, *De magistratibus*. S. l. et a. — Guarini Veronensis, *Grammatica*. S. l. 1470. — Herodoti. Romae, 1475. — Homeri., *Opera* Florentiae, 1488. — Sancti Leonis, *Sermones*. Romae, s. a. —Lucani. Romae, 1469. — *Macrobii*. Ven., 1472. —Manilii S. l. et a. — Nonii Marcelli. S. l., 1471.—Pomponii Melae. Ven., 1474. — Marci Musuri, *Etymologicum magnum*. Venet., 1499. — Petrarca, *Canzoniere*. Ven., 1470 ; *Uomini illustri*. Pogliano, 1476 ; *Vite dei papi e imperatori*. Florentiae, 1478. —Plinii primi, *De gestis Romanorum*. S. l. et a. — Plinii secundi, *Historia naturalis*. Ven. 1469. — Platina, *Vitae pontificum*. Ven. 1479 ; *De honesta voluptate*. In Civitate Austriae. Ven., Ienson, 1471. — Sallustii. Ven., 1470.—Sedulii. Mediol., 1501. — Prisciani. S. l., 1470. — Corn. Nepotis. Ven., Ienson, 1471. — Servii Honorati. Romae, S a. — Silii Italici. Romae, 1471. — Simplicii, *in Aristotelem*. Ven., 1409. — Statii. S. l. et a. — Strabonis, *Geographia*. Romae, S. a. — Thomae Aquinatis, *Catena*. Romae, 1470. —Thucydidis. S. l. et a. — Georgii Trapezuntii, *Rhetorica*. Ven., s. a. — Valerii Flacci, *Argonautica*. Bononiae, 1474. — Laurentii Valla, *Elegantiae*. Ven., 1471. — Virgilii. Ven., 1470. — Vitruvii, *Architectura*. S. l. et a. — Xenophontis. S. l. et a. — Corn. Celsi. Florentiae, 1475.

(1) Ammonii 1503 — Aristotelis 1495-1498 — Iamblichi 1497 — Lascaris, *Grammatica* 1494-1495 — Laurentii Valla, *Expetendarum* ec.

(2) Euripidis, *Ecuba et Iphigenia*. Ven. Aldus, 1507, f.°

(3) Ex monasterio s. Iustinae codices manuscripti septemdecim ac impressiones duae supra triginta ; ex bibliotheca capitulari impressiones sex.

(4) In universum libri impressi decem.

(5) In iis nomina compositorum occurrunt Petri Aaron, Alexandri Romani, Antegnati, Archadet, Aretii, Ioannis Mariae Artusi, Augustini, Asola, Balbi, Bccussi, Berchean, Bertani, Laelii Bertoni, Bianco, Buontempi, Iulii Caccini, Cambio, Flaminii Corradi, Corvi, Croce, Balthassaris Donato, Ni-

rum aestimata (6) iis traderetur. Libros cum gemma commissariis Gallorum datos testatur apocha (7) in scrimniis tabularii nostri. Quis tamen crederet finem, iis non obstantibus, rapinae minime fuisse impositum? Anno tristissimo 1797 ad finem vergente, municipium, peiora urbi superventura extimescens, commissarii Brunet Brennum repetentis, voluntati obsequitur, dum Jacobo Morellio praecipit (1) ut codices mss. binos (2), tria incunabula typo-

colai Donati, La Fayen, Ferretti, Fiesco, Floridi, Francino, Andreae Gabrieli, Gero, Rogerii Giovanelli, Gortina, Iachetto, Ihan, Ingegneri, Ioannis Mariae Iuvarini, Orlandi Lasso, Ludovici Iulii Maiotti, Manara, Marcello, Lucae Marenzio, Marian, De Mayne, Marci Antonii Mazzone, Claudii Merulo, Willelmi Maniscalchi, Molino, Philippi de Monte, Monte verde, Ioannis Nasco, Perinone, Petri Antonii Petrino, Dominici Phinet, Giaches Da Ponte, Pordenon, Porta, Francisci Portinaro, Iulii Renadi, Annibalis et Cypriani de Rore, Rubini, Hyppoliti Sabino, Marci de Sagliano, Sirtori, Spontoni, Stabile, Stirari, Alexandri Struggio, Horatii Tarditi, Tigrini, Hieronymi de Utino, Verdelot, Alphonsi de Viola, Iaches de Wert, Zacchino, Iosephi Zarlino.

(6) Visconti Enrico Quirino, *Osservazioni sopra un antico cammeo, rappresentante Giove Egioco, posseduto dal caval. Zulian.* Padova, 1792, 4.°, cum icone Iovis, aere sculpta a Bapt. Morgen.

(7) « Nous soussignés commissaires des sciences et arts reconnoisons » que le citoyen Iacques Morelli, bibliothecaire de la bibliotheque natio» nale de cette ville de Venise nous a remis les manuscrits et autres li» vres indiqués dans la note ci dessus au nombre de quattrecent soixante » et dix, qui avec le cammée de Iupiter Aegiocus evalué a trente ma» nuscripts reçus par le citoyen Couturier, et que nous avons deja entre » les mains, forment le nombre complet de cinq cent livres et manuscrits » dûs par le gouvernement de Venise, suivant l'article du traité du Mi» lan y relatif, de quels nous donnons quittance et decharge au dit ci» toyen Morelli. A Venise, le 20 vindemiaire, an. 6 rep. Berthollet. Monge. »

(1) « 21 decembre 1797. La deputazione dei V cogli *aggionti*. Ine» rentemente al decreto della municipalità 15 corr., che autorizza questa » commissione a valersi di tutti que' mezzi, che riuscir potessero a far » cessare ogni pretesto di molestia per le pretese francesi, viene incari» cato il cittadino Giacomo Morelli pubblico bibliotecario, a farci tenere » li libri contenuti nella inserta nota, che furono nominatamente ricercati » dal cittadino Brunet, come pure una pietra intagliata e legata in anello » d'oro. »

(2) *Biblia sacra* et *Evangelia quatuor.*

graphica (1), bonae notae editiones duas (2), annulum aureum cum gemma insculpta (3) tradat.

Haec inter, dum fatum bibliothecae nostrae sortes quasi irridebat, municipium venetum, ut tantae iacturae remedium aliquod adhiberetur, anno eodem praecepit bibliothecam amplificandam, novis aulis adiectis (4) ; libris additis qui ex coenobiorum suppressione publico usui deputandi forent (5) ; iure bibliothecae asserto, e proprietatibus fisco addictis potiora quae viderentur volumina praeeligendi (6). Mitto quae ad onus centies repetitum se refert, quo typographi cogebantur, librorum ex suis prelis exemplar offerre ; non item quod decretum fuerit libros manuscriptos ac impressos coenobiorum, qui a Gallorum raptu reliqui erant, eidem iungendos (7), potestate praefecto data

1) *Quintilianus.* Venet., 1471. — *Aulus Gellius* et *Priscianus.* Ibi, 1472. — *Breviarium romanum.* Ven., Ienson, 1578.

(2) *Marchi Francesco, Architettura militare.* Brixiae, 1599. — *Geographi graeci minores.* Oxonii, 1698-1712, tom. IV.

(3) Ex legato equitis Zulian, repraesentat amorem curru, duobus equis tracto, insidentem.

(4) « La municipalità provvisoria decreta : 1.° che nella porzione di » fabbrica esistente sul piano stesso della biblioteca nazionale, che corri- » sponde sulla piazzetta e che giunge fino alla pescheria, la quale serviva « ad uso de' ministri degli ex procuratori di san Marco, resti preservata » per l'aumento della libreria nazionale, al quale oggetto sia eccezio- » nata dalla vendita della fabbrica, detta in passato *Procuratie nuove*, ora » *Galleria della eguaglianza*, stabilita con decreto della municipalità. » Monitore veneto, 1797, 20 settembre.

(5) « 2.° Che al caso di soppressione di conventi di regolari, le loro » biblioteche e tutto ciò che in esse vi fosse di relativo agli studj, non » abbiano ad esser disposte ad altro uso se non che per l'aumento della » libreria nazionale, alla quale dovranno essere preservate. » Ibi.

(6) « 3.° Che in caso di confische fatte o da farsi a particolari, le loro » biblioteche e tutto ciò che in esse vi fosse di relativo agli studj, non » abbiano ad esser disposte se non previa la scelta di ciò che mancasse » alla libreria nazionale, alla quale dovranno in tal parte essere preser- » vate. » Ibi.

(7) « La municipalità provvisoria veneziana dichiara, 1.° che i libri » stampati e manoscritti estratti da alcune librerie di regolari di Venezia

duplicia exempla commutandi (1). Re quidem vera quaedam nec multa, nec maioris momenti coenobiorum spolia suppeditarunt; monasterium s. Michaelis de Muriano plura eaque non aspernenda. Fortunae vertit secundae quod municipium anno eodem *Breviarium romanum* ecclesiasticum (2) a Dominico cardinali Grimano reipublicae iamdiu oblatum, in sedem antiquam, scilicet bibliothecam nostram, e s. Marci *thesauro* transferendum iusserit (3). Cuius municipii laudi quoque tribuendum quod una dederit libros Marini Sanudi, titulo *Diarj veneti* (4), quos numero octo supra quinquaginta (5), sua manu vir ille vere eruditus ac patriae amantissimus, annis 1496-1533 exscripserat. Opus sane admirandum, non tantum quod auctor, triginta

» e dalla libreria di s. Michele di Murano, trasportati nella pubblica al- » l'occasione della contribuzione convenuta colla repubblica francese, ma » non trascelti dai commissarj della medesima, ed apparenti dalla nota al » comitato nostro prodotta dal cittadino Morelli, restino assegnati alla bi- » blioteca nazionale. Data li 17 annebbiatore [7 novembre] 1797. Dabalà » presidente. »

(1) « La municipalità ec. dichiara: 3.° che in questi libri . . . . es- » sendovene di duplicati, il bibliotecario Morelli sia autorizzato, secondo » il solito, a poterne vendere o cambiare a profitto della libreria sopra- » detta, passando però d' intelligenza col comitato di pubblica istruzione » e tenendone l'opportuno registro. »

(2) *Fac-simile delle miniature contenute nel breviario Grimani, conservato nella biblioteca di s. Marco, eseguite in fotografia da Antonio Perini con illustrazioni di Francesco Zanotto* [qui eius libri historiam evulgavit]. Venezia, 1862, p. XLVI, 200, 4.° cum tabulis ultra centum.

(3) « La municipalità provvisoria di Venezia . . . . » Omissis . . . . » Che il Breviario, documento illustre dell' arte del disegno, lasciato al » passato governo dal cardinale Domenico Grimani, che esisteva nel te- » soro della così detta chiesa ducale, sia preservato nella pubblica biblio- » teca, a cui in origine apparteneva. Data 13 vindemmiatore [4 ottobre]. »

(4) « La municipalità provvisoria decreta . . . . . » Omissis . . . . . » che i cinquantasei [58] volumi mss. esistenti nell' archivio dell' ex-con- » siglio de' X, i quali contengono la storia veneta del celebre cronista Ma- » rin Sanudo, siano presentati alla pubblica biblioteca. 28 vindemmiatore. » [19 ottobre 1797].

(5) I. VII, 228-286.

octo annorum decursu, diligentia ad portentum perseveranti, universas diei cuiusque notitias descripserit, verum etiam folia impressa ac imagines virorum illustrium sui temporis, ligno sculptas, passim compingi curaverit.

CAP. XVI.

Bibliotheca manuscripta a Jacobo Nani dono data a. 1797.

Verum qui bibliothecam novae et augustae, si non pristinae, restituit dignitati, is fuit Jacobus Nani, qui anno millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, quasi praescius damni ingentissimi, voluntatis extremae documento iusserat codices suos manuscriptos orientales cuphicos, latinos, graecos, italos, una cum nummis cuphicis in nostram bibliothecam esse inferendos, nummo aureorum duodecim praefecto Morellio, pro collocandis codicibus exhibito (1). — Omissis. — « Alla pubblica libreria di s. Mar-
» co lascio tutti i miei mss. latini, italiani, greci, copti et
» altri orientali che ascenderanno al numero di circa 1000,
» e lascio ancora la cassetta gialla contenente le medaglie
» orientali, che principiando dalle medaglie fenicio-puni-
» che, e venendo sino alle moderne, presentano anche la
» serie più copiosa che sia nota in Europa delle medaglie
» cufiche, come appar dalle illustrazioni pubblicate dalla
» virtù del sig. abbate Assemani.... Venezia 13 gennajo
» 1796. »

Naniorum familia, patriciae nobilitatis fama Venetiis conspicua, magis vero nominis amplitudine, quae ex literarum et artium pulcherrimarum, ac eruditionis in primis antiquae profluit, ab ineunte saeculo decimo octavo « ne-

(1) Omissis. — « Al virtuosissimo sig. ab. Morelli sarà data una meda-
» glia d'oro di 12 cecchini per le cure che si sarà prese di convenientemente
» mente assettare i manoscritti sopradetti nella pubblica libreria. »

» dum marmoribus inscriptis, signis, toreumatibus, num- » mis, papyris, aliisque id genius monumentis; verum etiam » codicibus manuscriptis colligendis impense animum ad- » iunxit. Ex iis Bernardus, natu maior, reipublicae admi- » nistrationem, in qua erat summe versatus, cum littera- » torum hominum patrocinio felici iungens connubio, in » domesticam bibliothecam instruendam egregiam operam » contulit. Qui tamen potiora dedit incrementa, is fuit fra- » ter Jacobus eques, qui cum primum pro republica navi- » bus gubernandis praeesset, in iis praesertim insulis quae » ionico, cretico et aegeo mari interspersae sunt, una cum » antiquitatis reliquiis quamplurimis, codices graecos, quo » etiam Aloysio fratri, senatorii ordinis viro, gratum face- » ret, ad fratres afferri diligentissime curavit. Iis vero vita » immature functis, quo graecis latini quoque, italici, o- » rientales, cuphici codices accederent, equitis eiusdem » ac Joannis fratris episcopi brixiensis, litteris sacris orna- » tissimi, cura, Antonii Cocchii viri celeberrimi libri ma- » nuscripti magno pretio coempti sunt, iisque alii ex aliis » bibliothecis postmodum adiuncti. »

« Neque vero tanta est a Naniis diligentia adhibita, » ut [quod hominibus plenisque vanis et illiberalibus usu- » venit] monumenta haec omnia semetipsis tantummodo » congesta vellent: quin rei litterariae consulentes, stu- » diosis quibuscumque viris eadem numquam non patere » voluerunt.... Codicum vero quam saepe copia facta sit, » novissimae scriptorum ecclesiae veterum editiones ma- » ximae declarant; in quibus a Bongiovannio, Mingarelliis » fratribus, Galliciollio et Gallando, quum scripta gravissi- » ma sunt iis recensita, tum opuscula nonnulla vulgata. » Ac idipsum ex eo etiam cognoscere est, quod vir claris- » simus Joannes Benedictus Mittarellius abbas camaldu- » lensis, de codice saeculo decimoquinto exarato, quem a » Naniis mutuo acceperat, opellas plurimas, illius praeser-

» tim aevi, sumpsit, ac in *bibliotheca manuscripta coenobii* » *s. Michaelis murianensis* nuper impressa dedit, nullum » quamvis indicium fecerit codicis Naniani, quo usus ipse » fuerat. »

« At quum e re litteraria sit, ac ex more quoque ut » qui codices multos habent, eosque luce dignos, quo docti » hominibus innotescant, publico aliquo scripto de iis refer- » ri curent; neque hoc a Naniis praetermissum est. » (1).

Tamen ut probe constet qualis et quantus bibliothecae nostrae thesaurus accesserit, unamquamque, iuxta linguam, uti mos est, qua excripti sunt, codicum syllogem penitius introspiciendam censeo.

Graecorum codicum, numero ultra tercentos, si aetatem considero, septuaginta ante saeculum decimum quartum excripti sunt; si loca unde sumpti, ii ex Thessalonica, Cypro, Creta, Casopo, Corcyra; ex monasteriis sanctae Catherinae Sinaitarum, ac s. Georgii de Zacyntho, s. Joannis Chrysostomi prope Jordanem, s. Ciriacae, magni Antonii Sabatiorum, Strophadum, Jesu Christi Selymbriae in Thracia familiae coempti sunt: si viros apud quos servabantur, nomina occurrunt Michaelis Pselli, Metodii patriarchae constantinopolitani, Joannis Trullini diaconi, Pachomii hieromonachi Doxiani, comitis Anastasii Metaxà, Macarii hieromonachi, presbyteri Marini Comità, Panage Frungati, Nicephori monachi, Bartholomaei Siropuli, Gregorii Melisseni, Ciriaci Benere, Georgii Blaci. Quanti vero aestimandi sint, liceat mihi iisdem verbis referre, quibus Carolus Andres, spartae huius studiorum peritissimus usus est: « Los codices griegos llaman mas la atencion. Hay » un codice antiquisimo de los quatro evangelios con le-

(1) Obelis annotata ex praefatione Iacobi Morellii ad codices mss. Nanianos [Venet. 1876, 4.º], quo nec aptius nec concinne magis dixissem, omnino sumpsimus.

» tras de oro, con letras coloradas, y con pinturas bastan-
» te buenas; varios otros evangeliarios del siglo XIII, XII,
» XI, y X; uno de ellos en papel de algodon escrito en el
» siglo XIII por un monge llamado Joasaph, pero las seis
» primeras hoias en pergamino, tomadas de otro codice del
» siglo XII: otros, aunque no tantos, de algunos libros del
» viejo testamento, entre los quales de los salmos en grie-
» go y en latin, con los canticos de Isaias, Esequias ec.
» Una coleccion de canones del siglo X; varios comentos
» de la escritura y cadenas de santos padres sobre algunos
» libros de ella; muchisimos y antiquisimos codices de san-
» tos padres, en algunos de los quales se hallan cosas ine-
» ditas, y en otros muchas y notables lecciones variantes.
» Son muy apreciables varios codices de autores eclesiasti-
» cos, los mas ineditos des los siglos baxos, algunos cato-
» licos, y otros cismaticos, donde se puede estudiar mejor
» la verdadera doctrina de la iglesia griega. Hay tambien
» varios aun de estos nuestros siglos hasta el presente, de
» los quales hubiera leido con particular gusto uno dê un
» monge cismatico Pacomio Rhacendita contra Lutero, à
» quien dá todavia el nombre de fraile κατὰ τῦ φρα Μαρτὶ
» Λῦτερι. Hay tambien varios codices en griego vulgar, y
» uno de ellos escrito en parte en caracteres latinos; varios
» liturgicos antiquos y modernos, y generalmente para in-
» struirse a fondo en la doctrina y disciplina de la iglesia
» griega, con dificultad podrá hallarse tanta proporcion en
» otra alguna biblioteca. Además de los codices sacros y
» eclesiasticos hay no pocos otros historicos, filosoficos ec.
» si bien en esta clase non se vé cosa particular, sino lo
» son algunos comentos interlineales y marginales de al-
» gunas comedias y tragedias. Lo que se halla de curioso
» son varias traduciones de cosas italianas, como la del
» *Pastor fido* de Guarino, las de la pintura de Leonardo de
» Vinci, de Leon Bautista Alberti, y de Andres Pozzo. »

» Pero una de las cosas que bastan para hacer mu
» preciosa aquella biblioteca, es la continuada serie de có
» dices en que se hallan notas musicales y pinturas.....
» Si Burney hubiera visto los códices de esta bibliotec
» con quanto major fundamento no hubiera podido hablar
» y con quantas bellas noticias y reflexîones sobre la mu
» sica griega no hubiera podido enriquecer su historia....
» Para entender pues el estado de la música entre los grie
» gos, no se hallan en otra parte tantos monumentos com
» en la biblioteca Naniana, donde se ven sucesivament
» desde hácia el siglo X hasta estos ultimos, varios códice
» con sus notas musicales. »

» Aun podrá dar mas luces aquella biblioteca, para la
» historia de la pintura de los griegos, siendo meior auxi-
» lio para esta las pinturas de los códices, que para la de
» la música las notas musicales. Te he citado arriba un an-
» tiquisimo evangeliario con sus pinturas, se encuentran
» pinturas en otras evangeliarios, y se ven pinturas en
» gran número en aquellos códices de todos los siglos, y en
» ellos se puede ver sucesivamente la decadencia ó los pro-
» gresos de la invencion, del diseño, y del colorido entre
» los pintores de la Grecia (1). »

Tanti thesauri copiam illustrandam Bernardus Na-
nius, Joanni Aloysio Mingarellio, congregationis canonico-
rum regularium s. Salvatoris Bononiae abbati commisit, ibi-
que propriis sumptibus catalogum (2) dedit, in quo quidem
accuratam rerum pertractatarum descriptionem, non item
lautiora critices studia commendamus.

Singularem utique laudem in hac sparta exornand

(1) *Cartas familiares*. Madrid, 1790, t. III, p. 187-191.

(2) *Graeci codices manu scripti apud Nanios patricios venetos asservati*. Bononiae, 1784, p. VIII, 539, 4.º

adeptus est Jacobus Morellius, dum latinos (1) et italos (2) codices describit; non enim tantum cuiusque etiam tractatiunculae principia [quod minutiori, plus aequo, diligentia prosequitur Mingarellius] ac externum codicis habitum obtulit; sed in opus et auctorem, notis brevioribus, animadvertit; lectorem monuit de textibus ineditis; editos quandoque contulit; adiuncta historica minime praeteriit; opuscula inedita ex codicibus deprompta fini utriusque catalogi suffixit; expositionem indicibus instruxit, veste politiori ornavit. Utinam eundem numerum, idem pretium latini et itali, ac graeci codices gloriarentur. Ex illis enim quatuor tantum saeculum decimum secundum, duo duodecimum attingunt; unus ex istis decimum tertium, tredecim decimum quartum, decimum sextum fere omnes. Nihilotamensecius ex latinis profero a. *partem psalmorum et hymnorum* saeculi decimi secundi; b. *officium b. Mariae virginis*; c. *statuta urbium Etrurie*; d. librum *de machinis bellicis* Mariani Jacobi, cognomento *Tacolae,* quo usus est Napoleon tertius imperator operi ornando: *Etudes sur le passé et l' avenir de l' artillerie.* Paris, 1846-1863, tom. IV, 4.° e. Theophili monachi opus *de coloribus et arte vitraria ac fusili* (3), a Morellio, quasi per anatomen, catalogo eodem p. 33-41 excussum. Italis vero insunt opera antiquio-

(1) *Codices manuscripti latini bibliothecae Nanianae a Jacobo Morellio relati. Opuscula inedita accedunt ex iisdem deprompta.* Venetiis, 1776, p. IV, 202, 4.°

(2) *I codici manoscritti volgari della libreria Naniana, riferiti da don Giacomo Morelli. S' aggiungono alcune operette inedite da essi tratte.* In Venezia, 1776, p. 204, 4.°

(3) L. VI, 199 « De los latinos el que hubiera yo examinado con mas » gusto, y desearia mucho que se imprimiese, es uno que tien por titulo: » *Theophili monachi* . . . . . Este, como ves, es una copia del codice de » Viena, lo que le hace perdere mucho de su merito extrinseco, pero le » queda el intrinseco por la muchas y apreciables noticias que dà de la » pintura y de las otras artes de aquellos tiempos. » Andres, *Cartas,* III. p. 186.

ra de mathesi (1), chemia (2), artibus politioribus (3), humanioribus litteris (4), historia (5), praesertim Etruriae (6). Quos vero praeter ceteros codices commendes sunt a. *liber precum* elegantissime depictus, in usum Herculis Atestii Ferrariae principis, b. opera varia Danielis Barbari *de re theologica, architectonica, perspectiva*; c. *de arte fusili*, Benvenuti Cellini; d. *de militia maritima* Christophori Canal; e. *tabulae geographicae* Georgii Calapode et Baptistae Palnese; f. *comoedia* Dantis Alighcrii; g. poemata *provenzali*, uti dicunt, sermone exarata. Unde codicum latinorum et italicorum pars potior originem ducat, edocent nomina inscripta eorum quibus pertinuerant: hi sunt, praeter nostros Franciscum et Danielem Barbarum, Dominicum cardinalem Grimanum, Marinum Sanudum, Marium Savorgnanum; florentini Antonius, Raimundus et Jacobus Cocchi, Gones Manettus, Vincentius Vivianus, Joannes de Ghirigoro, Andreas de Signorino; volaterrani Caspar Zucchi episcopus Auximi, Petrus Riccobaldus, Justus Guiducci; chartusia Senarum ac Antonius Landucius senensis; Antonius Leonardi filius de Montepulciano; Silvius Antonianus cardinalis; Angelus Marzi episcopus assisiensis; Leo Baptista Alberti, Julianus Roberti de Corsinis, Josephus del Papa.

Quod vero splendidioris bibliothecae dignitatem, quam augustam dixerim, auxerat, nomenque Naniae familiae nova luce suffunderat, series est centum sexdecim codicum mss. orientalium, lingua nempe siriaca, assiriaca, ara-

(1) I. IV, 41-43, 60.
(2) I. IV, 54-56.
(3) I. IV, 44-47.
(4) I. II, 71-72, 74, VI, 34-35, 82, 116; IX, 123, 139; X, 37, 41-45; XI, 36, 38-39.
(5) I. V, 34-35, 37-38; VI, 81, 83-86; VII, 88, 222-224.
(6) I. II, 82, 125, 130; IV, 53; V, 36, 39; VI, 89-101, 106, 108, 111-115, 118-121, 123-124, 127-128, 139; VIII, 10-12; X, 38; XI, 37.

bica, persica, turcica, coptica, sinensi, a saeculo usque decimoquarto ad decimum octavum exaratorum. Ex his qui de religione, mathesi, iure, medicina, historia, arte rethorica, poesi pertractant, viri rem penitus callentes laudarunt a. *grammaticam arabicam* lingua hispanica (1); b. historiam Alexandri Magni, cum picturis (2); c. *historiam Taberi*, codicem pretiosissimum habitum (3); d. *lexicon verborum et dictionum rariorum quae in Corano, ceterisque libris legalibus occurrunt* (4); e. *historiam animalium* a Domairi exscriptam (5). Exinde quantam orientales codices Naniani thesauri partem in Marciam bibliothecam intulerint, iure testatus est vir horum studiorum peritissimus Simeon Assemani, in seminario patavino linguarum orientalium antecessor, qui, voluntati equitis Jacobi Nanii morem gerens, eorum catalogum (6) ampliori forma contexit, una cum

(1) Or. 54. « Gramatica arabiga en castellano con su dizionario de » nuestro monge Geronimo fr. Pedro de Alcalà, la qual tien las pala- » bras arabigas en arabe, quando en las impresas, si mal no me ne acuer- » de, están en caractéres castellanos o latinos. » Andres, *Cartas*, III, p. 191.

(2) Or. 40. « Romance persiano o historia de Alexandro, quien era para los orientales, como para los nuestros lo es Carlo-Magno, asunto » de fabulas y romances. Lo que tien este codice de particular, à mas de una serie aunque imperfecta de los monarcas persianos, que puede dar » algunas luces para la historia, son las muchas pinturas que se ven por » todo él, todas llenas de oro, de algunos colores muy vivos, pero de » mal diseño. Entre otras hay dos de Mahoma montado en un caballo, » con cabeza y cara, como las de los angeles que están á su rededor, y » arrebatado al septimo cielo, y todo el contorno está lleno de angeles; en una se ve hácia lo alto la mano de Dios, y en la otra á la parte » de abaxo la mezquita de la Meca, que està bastante bien diseñada. Generalmente observaba que los cabalos y otros animales están mucho me- » jor diseñados que los hombres. » Andres, ibi, p. 191-102.

(3) Iosephus de Hamer in *Biblioteca italiana*, t. LXII, p. 307.

(4) *Moghribsil-lughat*, o *rarità della lingua del Motarraz* Ibi, p. 308.

(5) Or. 115-116.

(6) *Catalogo de' codici manoscritti orientali della biblioteca Naniana, compilato dall' abate Simone Assemani. Vi si aggiunge l' illustrazione delle monete cufiche del museo Naniano. Padova*, 1787-1792, parti II, 4.°

nummorum cuphicorum musaei indice, a nobili testatore bibliothecae nostrae pariter legati. In quo etsi sint qui, linguarum orientalium studiis nostro aevo adauctis addicti, errata deprehendant (1); maximam certe laudem auctori tribuendam sentient, quod ditissimae codicum syllogis (2) partem non aspernendam, ante octoginta annos, describendam auserit. Ne vero tantae orientalium codicum segeti varietas deesset, clarissimus donator sexaginta quatuor membranas collegerat codicum aegyptiorum, sahidica vel thebaidica dialecto, ante saeculum decimum conscriptorum fragmenta (3) continentes, quas, eius impensis, Joannes Aloysius Mingarellius describendas (4) insumpsit. Utinam collectionis nostrae dignitati incrementa dedissent codices haebraici sexaginta tres, quos Joannes Bernardus De-Rossi publice commendaverat (5) et Joannes Baptista Galliciollus in indicem contulerat (6)!

Modo quis credat eam, cui maxime inerat defuncti coniugis voluntatem devenerari, omnem e converso movisse lapidem, ut testamenti temeraret sanctitatem? Ete-

(1) « . . . . Più numerosi sono gli sbagli del suo catalogo, tutte le » volte che si tratta di un codice in lingua turca o persiana, le quali lin» gue furono qualche volta da lui prese l'una per l'altra. » *Bibliot. ital.* t. LVII, p. II, p. 107.

(2) Iosephus de Hamer de Purgstahl, qui tamen nostrorum codicum numerum plus aequo auget, sic scribit; « Di codici antichi persiani o tur» chi ricca è la biblioteca di san Marco, che gareggia coll' Imperiale di » Vienna, quanto al numero de' codici, possedendone in circa quattrocento, » compresavi la biblioteca Naniana. » *Bibl. ital.*, ibi, p. 306.

(3) Or. 192-193.

(4) *Aegyptiorum codicum reliquiae, Venetiis, in bibliotheca Naniana asservatae.* Bononiae, 1785, p. CCCLXIII. LXXII, 4.°

(5) « Superiores tres codices [Iob, proverbia, Isaiam]. Nanianos, » partim ego Venetiis, partim pro me in selectis locis perhumaniter con» tulit cl. Galliciolli. In eadem bibliotheca vidi etiam et in selectis locis » contuli Iobum metrice distributum, in Machazor membran. in 4.° sub » initio mutilo. » *Variae lectiones.* Parmae, 1784, I, p. CXXX-CXXXI.

(6) *Catalogus* [autographus] *codicum haebraicorum bibliothecae Nanianae.* L. XIV, 163, f. 1-4.

nim enimvero cum vidua Mocenigo-Vendramin, primum filii sui iurium patrocinio insimulato, codicum partem denegaret; dein a commissariis gallicis Brunet et Rolland, in eorundem raptum anno 1798 nitentibus, aureorum octoginta pretio se redemisse testaretur; rei traditio usque ad maium anni millesimi octingentesimi dilata est. In eo tamen, ne veritatem praeteream, hoc turpe prava haeredis voluntate accidit, ut libri in impressis catalogis minime descripti subtraherentur; haebraici nimirum et samaritani, de quibus superius relatum; plures arabici, latini et italici, nec non omnes a familia iadertina Danieli, post impressionem catalogi, coempti.

Ne grati animi testimonium tanto debitum donatori, deesset; memoriam tradidit posteris hic tutulus marmore insculptus: JACOBO . NANIO . EQVITI — LITTERIS . AC . SCIENTIA . VSVQ . REI . NAVALIS . CLARO — OB . CODICES . GRAECOS . LATINOS . ITALICOS — ORIENTALES . ET . NVMMOS . CVFICOS — INSIGNI . BIBLIOTHECAE . INCREMENTO — A. M.DCC.LXXXXVII — LEGATOS . M. P.

CAP. XVII

Lodovici Arnaldi legatum a. 1800 — Catalogi auctio a. 1802 — Ab Austriacis Vindobonam translata ann. 1804-1805.

Viris de re nostra benemerentibus, sub fine saeculi decimi octavi, merito tribuendus est comes Ludovicus Arnaldi, quondam Vincentii, qui bibliothecae nostrae, praeter exemplar membranaceum propriae orationis Marco Fuscareno [Venezia, 1765] volumina tredecim, manu propria exscripta, studiorum ex operibus Wolfii, cui spartae ornandae magnam vitae partem insumpserat, legavit. « Padova, 24 febbraro 1800. » — Omissis... « Tutte le mie

» fatiche sul Volfio metto alla libreria di s. Marco e la mia » orazione in pecora. » Ex codicillo authentico apud notarium Julium Storni. Ea sunt: a. *Saggio sopra la filosofia in genere*; b. *Saggio di logica teorica e pratica*; c. *Cosmologia generale*; d. *Psicologia razionale ed empirica*; e. *Saggio di ontologia*; f. *Teologia naturale*; g. *Corso mnemonico di fisica sperimentale*; h. *Gius delle genti*; i. *Gius pubblico universale* (1).

Qui vero, saeculo incipiente decimo nono, spem ingesserat, ut tanta codicum accessio in publicum usum opportune describeretur, is fuit Jacobus Morelli praeclarissimus bibliothecae praefectus, quod ante annos aliquot libros tum manuscriptos, tum impressos familiarum Farsetti, Nanii, Pinelli (2) pari laude illustraverit. Anno reapse millesimo octingentesimo secundo *Marciae bibliothecae* tomus primus, eius opera, editus est (3), quem proxime insequentes breviori vel longiori intervallo exciperent censendum erat. At egregium auctoris incoeptum non tantum muneris sibi demandati curae sexcentae, ac praesertim cum exteris viris epistolarum de re litteraria commercium distulerunt, quam methodus in codicibus ad unguem, uti dicunt, excutiendis adhibita. Exemplo sit editum volumen, quo codices, summatim bis centum octoginta septem, ita descripti sunt, ut ex graecis, numero biscentum septuaginta [p. 1-320], centum viginti sex a Zanetti et Bongiovanni illustratos, emendationibus datis, egregie siquidem, retractaverit; ex latinis septemdecim tantum [p. 324-477] ex bibliothecis palatina d. Marci, Matthaei Canonici, propria obtulerit.

(1) I. II, 58-70.

(2) *Bibliotheca Maphaei Pinelli, magno iam studio collecta, descripta, et annotationibus illustrata a Iacobo Morelli.* Venetiis, 1787, vol. VI, 8.°

(3) Morelli Iacobi, bibliothecae regiae d. Marci Venetiarum custodis, *Bibliotheca manuscripta graeca et latina.* Bassani, ex typogr. Remondiniana. 1802. p. XI, 499. 4.°

Gallicae depraedationis turpitudo e mente nondum exciderat, cum novas iacturas, doloso prorsus ingenio, austriacus dominator parabat. Taceo quod anno millesimo octingentesimo secundo pretiosa incunabula membranacea, non ullo redimenda pretio [v. p. 21], in bibliothecam palatinam vindobonensem invehi iusserit imperator Franciscus, qui rapacitatis dedecus dono librorum, qui in Marcia desiderarentur, fucato tutelae velamine, obduxit (1). Quod autem ad codices manuscriptos, in subiecta materia, propius se refert, nullo modo praetermittere licet. Franciscus Sebastianus Gassler, a tabulario aulico vindobonensi, missus est Venetias sub initio anni millesimi octingentesimi quarti, specie venetae historiae in codicibus manuscriptis scrutandae, verius tamen consilio monumenta historica subtrahendi. Data a potestate suprema bibliothecae praefecto facultas libros a Gassler petitos commodandi. Apochae redditae, ne ulla deesset iniquae fraudi forma iuridica. Dolet proinde referre annis 1804-1805 Gasslero Venetiis commoranti oblata domicilio tractanda opera manuscripta: a. *Pacta veneta cum imperatoribus Occidentis, annis* 840-1349, ab Andrea Dandulo duce collecta (2), nomine *Liber*

(1) Decretum datum Venetiis, die 13 maii 1802, bibliothecae praefecto: « Volendo sua maestà, per quella protezione che deve alle scienze, » raccogliere nell' i r. biblioteca di Vienna, dove trovansi ora tutti i libri » più rari, già sparsi nelle varie biblioteche di tutta la monarchia, anche » i più insigni ora esistenti nell' i. r. biblioteca di s. Marco, ma volendo » nel tempo medesimo accrescere sempre più i mezzi di erudizione nelle » sue nuove provincie, e dare alla principal biblioteca che ha in Italia un pegno della sua munificenza, ha commesso al governo di farsi consegnare dall' i. r. bibliotecario abate Morelli li sei libri nell' annessa specifica, per trasmetterli colle dovute cautele a Vienna, e di eccitare il medesimo a specificare quali delle opere più cospicue, che potrebbonsi facilmente trovare o in Vienna, o in altra città degli ii. rr. stati, manchino alla biblioteca di s. Marco, onde poternela arricchire . . . . . »

(2) L. XIV, 73.

Blancus (1) ; b. *Hieronymi Bogii, historiarum de bellis italicis ann.* 1494-1541 (2) ; c. *Chronicon venetum Caspari Zancaruolo tributum,* ad annum 1446 (3) ; d. *Repertorium chronici Marini Sanudo* (4) ; e. *Chronicon venetum Antonii f. Matthaei Curato,* ad annum 1457 (5) ; f. *Index codicis diplomatici Trevisanaei,* ab Apostolo Zeno confectus (6); g. *Le livre des Assises et des Usages du royaume de Jerusalem* (7). Quid quod et pretiosissima Marini Sanudi diaria autographa (8), de quibus supra, decretum vindobonense, ne simulato quidem pudore, cum ceteris Gasslero commodatis ad urbem imperii principem mandat transmitti. Porro, cum longo annorum decursu, commodata volumina minime restituerentur, putavi mei esse officii haec solemnioribus formis repetere, eo magis quod Josephus Chmel, a tabulario vindobonensi, me certiorem redderet codices, apochis retro datis, posse redimi. Vindobonam, anno millesimo octingentesimo quinquagesimo, contendo; negotiorum exterorum ministerium rogo de bibliotheca nostra in iura propria vindicanda. Quid illud? Apochas prolatas detinet per infamiam, respondens consultius esse eos codices tabulario aulico [Haus-Hof-und Staats-Archiv] asseri (9).

(1) Regesta huius libri, ex tabulario vindobonensi, dederunt doctores Tafel ac Thomas, volumine octavo dissertationum regiae academiae monacensis [München, 1856, p. 45-54]: *Der doge Andreas Dandolo und die von demselben angelegten Urkunden-Sammlungen zur Staats-und Handelsgeschichte Venedigs; mit den Originalregistern des Liber Albus, des Liber Blancus, und der Libri Pactorum, aus dem Wiener Archiv.*

(2) L. IX, 98.

(3) I. VII, 49-50.

(4) I. VII, 158.

(5) I. VII, 152.

(6) I. II, 20.

(7) Gall. 5.

(8) I. VII, 228-286.

(9) Omissis . . . . . . « In quanto concerne la restituzione di questi

CAP. XVIII.

Manuscripti codices a. 1811 ex monasteriis abrogatis; a tabulario generali veneto ann. 1809, 1812, 1813; ab Hieronymo Ascanio Molin a. 1813.

Novum, idque splendidissimum, accessionis argumentum Napoleonis decretum, quo cuiusque ordinis monasteria sublata, eorumque bona fisco addicta sunt, anno 1810 obtulisset, nisi eorum bibliothecae [optimorum studiorum, usque a dimidio saeculo decimo octavo, fervore decrescente] voluminum numero et pretio imminutae fuerint; Gallorum violentia quod reliquum summi erat habendum subtraxerit; longus denique a data lege ad librorum traditionem temporis decursus facilem surripiendi occasionem praebuerit. Plures siquidem in tabulario domestico reperio venetorum coenobiorum memorias, quorum bibliotheca nostra quasi haeres dicta est. Ea sunt septem s. Matthaei in insula s. Michaelis de Muriano; quatuordecim Carmelitarum discalceatorum; novem Capuccinorum in insula Judaica; quinque Minorum observantium ad sanctum Franciscum *della Vigna;* centum triginta quinque congregationis fratrum de Somasca, nomine *della Salute;* octo clericorum regularium quos *Teatini* vocant; quindecim presbyterorum oratorii quo loco dicunt *alla Fava.* Pauca admodum et quae vix commendanda sint, obtulerunt domus Benedictinorum s. Georgii majoris, ordinis Praedicatorum ad ss. Joannem et Paulum, Eremitarum s.

» manoscritti, il ministro degli affari esteri non è in grado di aderire alla
» domanda dell' ab. Valentinelli, perchè interessi eminenti di stato motivarono la loro consegna all' archivio di stato, ed esigono che siano anco
» in avvenire custoditi in questo deposito centrale. . . . . Vienna, 30 novembre 1850. Hann. »

Clementis, ordinis Servorum D. Mariae, Reformatorum d. Bonaventurae, Minorum conventualium ad s. Mariam *de Frari.* Potiora, hac vice quoque, Camaldulenses s. Michaelis de Muriano dederunt; ex ea enim bibliotheca, quam Joannes Benedictus Mittarellius egregie descripsit (8), in nostram codices manuscripti octoginta graeci, latini, itali, gallici invecti sunt. Utinam conspicui huius thesauri partem potissimam minime subtraxissent monachi domestici Maurus Cappellari [Gregorius papa XVI] et Placidus Zurla [cardinalis], ac secum Romam deduxissent; pars enim ornatissima bibliothecae s. Gregorii in Monte Coelio, quam spolia s. Michaelis ditarunt, nostrae incremento cessisset.

His additi sunt anno millesimo octingentesimo nono, duodecimo, decimotertio codices manuscripti numero ultra viginti, graeci, latini, itali, de rebus sacris, historicis, philologicis, ex tabulario generali Venetiarum.

Qui vero institutum nostrum universum basilice ornavit, is est Hieronymus Ascanius Molin patritius venenetus, qui moriens die octava maii anni millesimi octingentesimi decimi quarti, bibliothecam haeredem instituit librorum impressorum; monumentorum antiquiorum et ex aevo medio; nummorum cuiusque aetatis et metalli; *coemeliorum* multiplicis generis et materiei; lapillorum nobilium exsculptorum; tabularum ex cupro cum figuris incisis. — Omissis — « Venezia, 24 febbrajo 1813. Ma
» perchè ..... mi ricordo di aver una patria da me singo-
» larmente amata, per dare ad essa di questo mio attacca-
» mento l' ultimo saggio, lascio *iure legati* alla comun di
» Venezia e a quei magistrati che la rappresentano, ripor-
» tate dal governo le necessarie abilitazioni, onde la comu-

(8) *Bibliotheca codicum mss. monasterii s. Michaelis Venetiar. prop Murianum, una cum appendice librorum impressorum saeculi XV. Opus posthumum.* Venetiis, 1779, vol. XXIV, 1256, f.o Appendix, col. VIII, 491

» ne suddetta debba interamente godere del legato infra-
» scritto, quattro mila volumi, trascelti questi a giudizio
» del bibliotecario di s. Marco fra li più di numero da me
» posseduti a stampa, e le stampe tutte cavate da pittorici
» disegni, ed altri disegni pure a penna, ad acquerello e
» colori, ch' esistono presso di me, detratte quelle stampe
» che in quadri adornano qualche stanza ec., ed essere ap-
» plicati nel modo che segue, cioè : i libri, stampe e dise-
» gni, li cammei, pietre incise, piccoli bronzi, vasi, e tutti
» gli altri oggetti che hanno merito non solo per titolo del-
» l'arte, ma ancora di antichità, e così pure tutte le me-
» daglie, saranno applicati e applicate alla biblioteca reale
» di s. Marco di Venezia, per essere perpetuamente conser-
» vati e conservate rispettivamente a benefizio del pubbli-
» co studioso. » Quae autem ad codices manuscriptos propius se referunt, ea sunt diagrammata numero ultra tercenta, auctorum pleraque, donatoris tempore celebriorum: Casparis Diziani, Francisci Simonini, Petri Antonii Novello, Joannis Baptistae Piazzetta, Joannis Baptistae Tiepolo, Francisci et Jacobi Guardi, Marci et Sebastiani Ricci, Gregorii Lazzarini, Laurentii Garzieri, Antonii Molinari, Nicolai Renieri, Elisabeth Sirani, Hieronymi Pilotti, Antonii Piva, Antonii Pellegrini ; nec non summorum in arte, Jacobi Palma iunioris, Paris Bordone, Julii Caesaris Proccacini. Reapse picturae hae lineares voluminibus tribus (1) distributae, referunt vel haematite [*a matita*, a lapis], vel coloribus aqua dilutis *[all' acquerello, a guazzo, a tempera]*, vel iis tritis et in pastillum figuratis *[a pastello]*, vel oleo, vel scita lucis et umbrae compositione *[a chiaroscuro]*, virorum et mulierum imagines, monumentorum prospectus, visus regionum, constructionum inventa, amaenioris picturae argutias. Grata exinde bibliotheca titulum marmo-

(1) I. IV, 153-155.

re inscripsit : HIERONIMO ASCANIO MOLINO HIER. F. P. V. — OB QVATVOR MILLIA VOLVMINA TYPIS EDITA — SIGNA AENAEA MARMOREA — ALIAQ. MONVMENTA — ET NVMISMATA CVIVSQVE AETATIS — IN VSVM CIVIVM LEGATA — AN. M. DCCC.XIII.

CAP. XIX.

Rapta a Gallis a. 1797, nobis a. 1816 restituta.

Napoleonis caesaris fortuna, anno millesimo octingentesimo decimo quinto, penitus occidente, qui rei publicae in Europa gerendae praesunt, per legatos Vindobonam conveniunt, ibique, angli marescalli Wellingtonis praecipue officiis (1), inter cetera pacis universae componenda instrumenta, monumenta artium et litterarum violenter sublata Italiae curant restituenda. Exinde liber baro de Ottenfels, qua austriacae aulae legatus, die vigesima octobris eius anni nuntiat Morellio praefecto : « Sa maiesté l' empereur » notre auguste maître ayant daigné me charger de la com- » mission honorable de reclamer du gouvernement français » tous les livres, manuscrits et autres objets de litterature, » enlevés pendant la guerre de revolution, par des commis- » missaires français aux villes et établissements litteraires » du royaume lombardo-venetien, je m'empresse de vous » donner la nouvelle agréable, Monsieur, que j' ai terminé » heuresement cette commission.

» I' ai en particulier eu le bonheur de retrouver touts » les manuscrits grecs, latins, orientaux et autres appar- » tenant á la celebre bibliothéque de s. Marc, confiée a vos » soins, monsieur l'abbé. Les listes exactes et detaillées que

(1) Vide eius epistolam legato Castlereagh Parisiis datam 23 septembris 1815, in *Martens, Recueil des Traités*, t. X, p. 642-651.

» vous avez fournies à cet effet, m'ont été d' un grand se-
» cours, de sort qu' il ne manque pas un seul des obiets
» réclamés par votre établissement. Il en est de même des
» editions du 15.me siecle et des editions aldines, ainsi que
» des anciennes ouvrages de musique; trois ou quatre seu-
» lement des derniers qui d' après la declaration des con-
» servateurs de la bibliotheque de Paris, n' y sont jamais
» arrivés, n' ont pu être retrouvės. »

Reapse mense martio anni proxime insequentis ipse liber baro codices manuscriptos, editiones rariores, harum exemplaria membranacea bibliothecae nostrae tradidit, non ita tamen ut verba: *de sorte qu' il ne manque pas un seul des objets réclamés* facto respondeant.

Volumina Parisios anno 1797, partim ex bibliotheca nostra, partim ex coenobiis delata sunt numero quatuorcentum triginta duo; anno vero millesimo octingentesimo decimo sexto quatuorcentum septendecim tantum restituuntur. Eorum quae ex Marcia bibliotheca idem quidem numerus, nisi quod lòco codicis membranacei longe pretiosi *historiae Thucydidis* ex saeculo decimo (1), datus est chartaceus ex decimoquinto (2): non idem ex coenobiis. His anno millesimo octingentesimo decimo sublatis; iustitiae congruum videbatur ut, antiquis in urbe domiciliis eversis, in Marcianam, quasi in securitatis portum deveherentur. Quod accidit revera; quo modo dicam. Ex codicibus deerat membranaceus saeculi XII, *Joannis Cassiani collationes* continens: item editiones quinque saeculi deci-

(1) Codicem hunc a coenobio ss. Ioannis et Pauli Venetiar. anno 1789, ostris adiectum summa laude prosecutus est Montfauconius in *Diar. ital.* . 47; descripsit vero Berardellus in *Catal. codd. gr. bibl. ss. Io. et Pauli*, ı *Nuova raccolta Calogerà*, t. XX, p. 223.

(2) Gr. VII, 50.

miquinti (1), tres decimisexti (2), duae ex Aldi praelo (3), tres ad musicem se referentes (4). Artem iniquiorem ostendunt permutationes impressorum saeculo decimoquinto (5), et quae Aldi officinam illustrant (6); volumina deficientia (7); folia avulsa (8); picturae lineares abscissae (9). Adde quod ex impressis volumina plura sine marginibus, non compacta restituta sunt. Turpiora enarrabo. Etsi epistolae exemplo Ottenfelsio a Morellio dato, hic clam adscripserit: « La consegna de' libri fatta in libreria lo fa conoscere un » grand' ignorante, » nihilotamensecius non inscitiae tantum, sed perfidiae quoque nota Ottenfelsio inurenda, quod

(1) A. Gellii, *Noctes atticae*. Brixiae, s. a. f.° — Strabonis, *Geographia*. Venet. 1472, f.° — Terentii, *Comoediae*. Venet., 1471; Mediolani, 1476. — Xenophon [compactus cum Caesare] 1480. S. nota f.°

(2) Guarini Veronensis, *Erotemata graeca*. Ferrariae, Mazochius, 1509, 8.° — Franc. Philelphi, *Epistolae*. Venet. 1502, f.° — Sedulii, *Opera*. Mediolani, 1501, 8.°

(3) *Anthol. graeca*, 1503, 8.° — Bembi, *Aetna*, 1495, 4.°

(4) Da Sagliano Marco, *La Dafne*. Firenze, 1608, f.° — Corradi Flaminio, *Stravaganze d' amore*. Venezia, 1616, f.° — Lasso Orlando, *Le lagrime di s. Pietro del Tansillo*. S. l. 1598, f.°

(5) Pro editione mediolanensi Gafurii, *de musica* a. 1497, data est brixiensis eiusdem anni; pro veneta Perotti, *rudimenta grammatices* a. 1476, editio anni 1488; pro Plinii, *de gestis Romanorum* sine nota, opus anonymum pariter sine nota; pro Prisciano a. 1470, alter a. 1472; pro Virgilii operibus a. 1473 Venetiis impressis, eius *Georgica*, sine nota.

(6) Ea sunt: a. exemplar chartaceum suffectum membranaceo Ecubae et Iphigeniae Euripidis anni 1507; b. editio communis anni 1514 Virgilii perrarae a. 1501; c. *Institutiones* Quintiliani a. 1521 excellentiori a. 1514; d. mutilae sub fine editiones *comoediae* Dantis ac *de factis et dictis* Valerii Maximi impressionibus annor. 1502, 1534; e. *Enarratiunculae in Thucydidem* anni 1503 Xenophonti compacto cum Herodoto a. 1502.

(7) Aristotelis operibus ex praelo Aldi, sex voluminibus a. 1495–1498 deest *Organum*, seu volumen primum.

(8) Tredecim *historiae naturali* Plinii a Londino versae [Venetiis, 1476]; extrema operi eidem [Venet., Ienson, 1472]; quinque cum Arato et Proclo *veteribus astronomis* [Venet., Aldus, 1499].

(9) Desiderantur figurae xilographicae in *comoedia* Dantis [Firenze, 1481]; picturae minio obductae in *Le cose volgari* Francisci Petrarchae [Aldus, 1501].

: libris coenobiorum venetorum Marciae restituendis bi-
, incunabula membranacea (1) cesareae vindobonensis
cessise instruat parisiensis praefectus Van Praet (2): ex
o rite suspicor et alia inibi esse nobis surrepta.

Codices mss. ex Venetiarum coenobiis Lutetiam Pa-
iorum missi, tunc temporis nobis restituti sunt duo-
im graeci, latini septem, tres itali. Annoto ex primis,
nibus ex bibliotheca s. Michaelis de Muriano, membra-
naceos saeculi undecimi: *Quatuor Evangelia; Catenam
ecorum patrum et Evangelia; s. Joannis Chrysostomi
melias* XLIX, *Homelias* XII; *Theodoreti enarrationes in
ilmos*; item saeculi duodecimi *s. Joannis Chrysost. in
istolas Pauli, eiusdem Statuarum libros*. In latinis prae-
lunt *S. Augustini expositio in Psalmos* et *s. Gregorii
alia* saeculi duodecimi. Qui vero et habitus dignitate
ectionis emendatione commendantur, sunt duo codices
enonis (3) saec. decimitertii et decimiquarti, ex cleri-
regularibus, quos vocant Teatinos s. Nicolai *dei To-
ini* Venetiarum. Ex italis laudem sibi maximam vin-
it Dantis comoedia, cum picturis ex saeculo decimo-
rto. Longe pretiosora intulerunt volumina impressa,
rum tractationi nullus hic locus.

Perenni huic custodiendae codicum vindicatorum
noriae, Francisci imperatoris, qua restitutoris, protome
o 1817 decreta, anno vero 1824, opera Josephi Pisani
ariensis exculpta est, cum titulo: MVNIFICENTIA —
FRANCISCI . I. AVG. — BIBLIOTHECA — AMPLIATA . AVCTA
CODICIBVSQVE — RVRSVS . ADEPTIS — LOCVPLETATA . A.
CCXVII.

.) S. Augustini, *De civitate Dei*. Venet. Ienson, 1745, f.° — *Biblia*
Venet. Ienson, 1479, f.°
2) Catal. des livres imprimés sur velin, t. I, p. 29, 279.
3) L. II, 83, 85.

CAP. XX.

Aucti codices mss. legatis Joannis Antonii Ruzzini et Francisci Donà annis 1816-1817.

Anno eodem 1816, Joannes Antonius Ruzzini supremum amoris testimonium tribuit patriae, cui moriens codices mss. latinos (1), italos (2), gallicos (3) reliquit. Eos, pleraque de re veneta publica agentes, clarissimus donator iure haereditario, a Carolo Ruzzino receperat, quod confirmant quoque acta in conventibus caroloviciano a. 1699, traiectino, passeroviciano, quibus vir hic aderat pacis sequester, antequam supremam reipublicae dignitatem iniret. Nec deerant in iis scripta de re historica, diplomatica externa, militari, numismatica.

Jacturae porro gravissimae, quam superius attigimus, ubi de diariis autographis Marini Sanudi Vindobonam translatis scripsimus, partim vindicandae occurrit Franciscus Donà, qui, cum reipublicae historiographus esset, exemplar ex eo describendum in proprios usus curavit, idque moriens nobis legavit. Quae prona generosi animi dispositio etsi mala haeredum voluntate in annum diferretur, tamen fisci officio intercedente, anno 1817, eius operis volumina novem supra quinquaginta (4) bibliothecam ditarunt; eoque magis quod eorum unicuique nominum et rerum index satis amplus addatur. Quantum emolumenti historiae non tantum venetae sed et exterae quoque studiosi inde hauserint, evincunt opellae exinde identidem sumptae. Ravvdon Brown anglus, Venetiis, patria propemodum cha-

(1) XIV, 206-207.
(2) IV, 156-159; VI, 190-193; VII, 380-418; X, 128-131; XI, 95-96.
(3) 21-22.
(4) I. VII, 419-477.

ritate devinctus, narrationem, diligentia incomparabili, ex opere contexit, excerpta interserens quae Sanudi vitae et operibus lucem affundunt plurimam (1). Idem dedit anglice ex eodem sub forma compendii, regesta notitiarum quae ad res anglicas referuntur (2). Societas historica zagabriensis ea protulit ex integro, quae Slavorum meridionalium historiam attinent (3). Gustavus Wenzel archigymnasii pestinensis antecessor in *Actis academiae scientiarum pestinensis,* vitae Christophori Frangipane periodum [1514-1518] digessit qua carcere Venetiis detentus est (4); serius summarium relationis [19 iulii 1519] Aloysii Bon veneti in Hungaria oratoris (5). Epistolae quoque (6); solemnitatum narrationes (7), aliaque eiusmodi eruta exinde sunt.

(1) *Ragguaglio sulla vita e sulle opere di Marin Sanuto detto il iuniore, veneto patrizio e cronista pregevolissimo dei secoli XV e XVI, intitolato dall' amicizia di uno straniero* [Rawdon Brown] *al nobile Iacopo Vincenzo Foscarini.* Venezia, Alvisopoli, 1837-1838, vol. III, 8.º

(2) *Calendar of State Papers and Manuscripts, relating to english affairs, existing in the Archives and Collections of Venice, and in other libraries of Northern Italy.* London, 1864, vol II, 8.º

(3) *Esposizione di rapporti fra la repubblica veneta e gli Slavi meridionali. Brani tratti dai diarj di Marin Sanudo esistenti nella r. biblioteca di s. Marco* 1496-1533. Venezia, 1863-1867, vol. II, 8.º

(4) I. VII, 436-444.

(5) *Bon Alajos jelentése Magyarorszàgròl a Velencei nagytanàcshoz.* Pesten, 1850, p. 14, 8.º [I. VII, 445, p. 382-387].

(6) Lettere due inedite di Paolo Giovio [15 dec. 1517; 14 feb. 1527] in Cicogna, *Iscrizioni veneziane,* vol. III, p. 341-347. Ex Sanudo [I. VII, 439, 456].

(7) *Della solenne processione fatta in Venezia per la lega conchiusa tra Carlo V imperatore e la repubblica veneta nel* 1523 [15 Agosto]. *Inedita narrazione di Marin Sanuto scrittore contemporaneo* [I. VII, 452, p. 282-284]. Antonelli, 1852, p. 18, 8.º — *Narrazione della festa solenne data in Venezia dalla compagnia della calza nel* 1520, *adì* 13 *febraro, per l' accettazione di tre socj* [I. VII, 446, p. 200]. Venezia, Naratovich, 1852, p. 19, 8.º — *Narrazione delle nozze di Paolo Contarini q. Zaccaria e di Vienna Gritti figliuola di Francesco, nel gennajo* 1526, *e descritte da Marino Sanuto storico veneziano* [I. VII, 455, p. 331, 335-436, 343, 354-356]. Venezia, Grimaldo, 1853, p. 24, 8.º

CAP. XXI.

Jacobus Morellius bibliothecae praefectus, eam codicum mss. suorum a. 1819 instituit haeredem.

Quod novo bibliothecam splendore adauxit, id fuit munus, quod augustum dixerim, Jacobi Morellii, eiusdem ab annis ultra quadraginta praefecti. Cum ille ab iuvenili usque aetate codices manuscriptos ut et libellos impressos, praesertim saeculorum decimi quinti et decimi sexti, eo pretiosiores quod parvae molis gratia neglecti, facile perdantur, sibi coemendos undequaque curasset; eorumque segetis postmodum amplificandae occasionem ex coenobiorum abrogatione, ac horum bibliothecis disiectis nancisceretur; ingentem pro homine privato seriem collegerat. Hanc moriens die quinta mai 1819, bibliothecae, quae tot annis ei fuerat in deliciis, extremo voluntatis documento, qua sponsus dilectissimae coniugi, legavit, unaque eius scripta quae ad bibliothecam quoquo modo possent referri. « 25 settembre 1819 » — Omissis — « Finalmente avendo » io sino dalli primi anni della mia gioventù presa cura di » raccogliere codici manoscritti pregevoli, ne ho messo in» sieme un numero non picciolo; li quali è conveniente che » io procuri che siano conservati uniti dopo di me. Pertanto » ordino e voglio che da mia sorella Laura siano consegnati » all'i. r. biblioteca di Venezia, nella quale voglio che siano » trasportati dopo la mia morte, ed in essa siano perpetua» mente e con fedeltà conservati ad uso degli studiosi che » sapranno profittare di quelli nella dovuta maniera, ed a » vantaggio delle lettere; alli quali manoscritti saranno » uniti li libri stampati con note manoscritte, che ad essi » codici ritrovansi frammesse. Intorno li quali codici ma-

» noscritti e libri stampati con note manoscritte, dichiaro » che essi sono collocati nel mio terzo mezzà, nelli sette » colti delle tre scansie attaccate al muro, segnate P-Q-R, » e nell' ultimo colto delle scansie segnate A e B, e nel » quarto colto della scansia segnata PP.

» Inotre dono alla stessa i. r. biblioteca la mia prezio- » sissima miscellanea di opuscoli stampati, legati in volu- » mi oltre mille, al di fuori numerati, li quali volumi sono » collocati nelle scansie del secondo mezzà, segnate AA- » BB-CC-DD-GG-HH-II-KK, e nel colto quinto della scan- » sia segnata OO, nel primo mezzà, e nelle scansie segnate » QQ-RR di esso primo mezzà; alli quali volumi di opu- » scoli legati vanno uniti tutti li opuscoli sciolti, che sono » nella scansia segnata QQ nel primo mezzà, e dono pure » ad essa biblioteca l' indice della miscellanea per autori, » in otto buste, che è nella scansia segnata EE, e l' indice » della medesima per materie, che è in due volumi in » foglio, legati con spago in cartone, nella scansia se- » gnata Y.

» Faccio dono ancora ad essa i. r. biblioteca dei fasci » di carte legati con spago in numero di quattordici, con- » tenenti li miei studj sopra li codici manoscritti della bi- » blioteca stessa e inediti e stampati nel tomo primo della » mia *Bibliotheca graeca et latina,* della quale vi è unito » un esemplare stampato con giunte e correzioni mie ma- » noscritte, ed un esemplare della mia *Dissertazione storica* » intorno alla biblioteca suddetta, con giunte e correzioni » mie manoscritte: ambedue questi esemplari si troveran- » no con li fasci suindicati insieme, nel colto quinto della » scansia segnata P; e nelli fasci stessi uno se ne troverà » di miei studj intorno al museo d' antiquaria, annesso alla » biblioteca. Tutto ciò io dono alla i. r. biblioteca, essendo » affatto degno di esso nobilissimo stabilimento, ovvero » opportuno al buon governo di esso; e in conformità del-

» la sollecitudine, che ho sempre avuta per l'aumento e
» per il decoro di esso, affinchè ne facciano buon uso i let-
» terati onesti e capaci di bene servirsene. »

Quantam thesauro domestico amplificando tribuerint codices manuscripti segetem, iuvat paucis verbis referre. Si remotiorem originem considero, unus tantum saeculum undecimum, quinque decimum secundum, decimum tertium quatuor attingunt. Graeci viginti duo (1), latini et itali pari fere quantitate numerantur. Pars potior ad historiam venetam (2); reliquae ad patavinam (3), mediolanensem (4); ad statuta ecclesiastica, urbium, artium (5); ad geographiam (6); ad archaeologiam et artes pulchriores (7); ad epigraphiam (8); ad medicinam et hygienem (9); ad astronomiam et astrologiam (10). In litteris abundant carmina (11) et epistolae (12) nec non itala recte scribendi exem-

(1) III, 16; IV, 56-62; VI, 11; VII, 51-54; IX, 27-28, 30-31, X, 34-37; VI, 31.

(2) L. II, 96; V, 87, 90; IX, 70, 74, 85; X, 189-193, 222, 224-225, 228, 230, 234, 236-239, 242, 245, 259-262, 268-269, 272; XI, 130; XII, 171, 180; XIV, 211-213, 227. I. IV, 164-165, 168, 172, 179; VII, 513-530, 532-534, 536-544, 546-563, 565-569, 571-572, 574-578; XI, 124.

(3) L. V, 92; IX, 78, 86; X, 199-204, 211, 217, 226, 263, 270, 282; XI, 120; XIII, 115. I. VI, 207, 215, 226, 228, 234; X, 142.

(4) L. IX, 80; X, 207; XI, 124. I. VI, 217.

(5) L. IV, 61; V, 83, 88, 91-92; IX, 73, 81; X, 223, 232. I. II, 128; IV, 179; VII, 560, 564, 572.

(6) I. VI, 203, 208-210, 212-213.

(7) L. VIII, 85. I. IV, 180; VI, 167, 175, 204; VIII, 82; XI, 111-113.

(8) L. X, 195-197, 205, 211-213, 219, 241, 250, 257-258; XIV, 211-213.

(9) L. VII, 43, 45. I. III, 27, 30-32; VII, 557.

(10) L. VIII, 79, 86, 89; XII, 194. I. IV, 171, 176.

(11) L. XII, 135, 137-147, 149-153, 156, 158-165, 169-170, 172-198; XIV, 237. I. IX, 284-291, 293, 296-297, 300-308, 310-314, 318-321, 323, 325-327, 330, 339; X, 154, 156; XI, 101; XIII, 120.

(12) L. XI, 127; XIII, 68-71, 73, 75-76, 86, 90, 106-107, 109, 113, 116; XIV, 214, 221, 234, 238. I. X, 135-136, 143, 147-148, 150-151, 153, 155, 157.

plaria (1). Plura anecdota habent auctores, quorum nomina ordine alphabetico subiicio: Adeniva Candidus [Didacus a Vidania], Aemilius Romanus, Alberghetti Sigismundus, Amadi Franciscus, Antiquus Laurentius leontinus, Arrigoni Franciscus, Augustinis [de] Ludovicus, Bandinus Dominicus aretinus, Baratella Antonius Laureius, Barbarus Franciscus, Barocius Franciscus, Bembo Bernardus, Bernardus Antonius, Blancus Marcus Titus Vespasianus, Blotius Hugo, Bononia [de] Joannes, Brunacci Joannes, Burgundus Joannes, Calderia Joannes, Cassiani Cassianus sacellensis, Contarenus Franciscus, Cornelius Aloysius, Corrarius Gregorius, Davanzati Bernardus, Dondi Joannes, Drachius Quintius Balthassar, Ferrari Octavius, Fundulus Hieronymus, Fuscarenus Marcus, Justinianus [d.] Leonardus, Lazarini Petrus, Longo Antonius, Lunianus Nicolaus, Magnus Stephanus, Malatesta Joseph, Mapheius Scipio, Marangoni Joannes, Marcellus Christophorus, Maripetrus Fridericus, Martinelli Dominicus, Martius Galeottus, Motta Joseph, Nagonius Joannes Michael, Negri Franciscus, Nicoletti Marcus Antonius, Pacificus archidiaconus veronensis, Pagello Bartholomaeus, Pancirolus Guido, Panormita Antonius, Pasqualis Ludovicus Catharinus, Picus Hieronymus, Pignoria Laurentius, Plegafetta Matthaeus, Poggius florentinus, Poleni Joannes, Pontanus Jovianus, Ponte [da] Aloysius, Porta [della] Franciscus, Rapicius Jovita, Rotelli Ludovicus, Sabinus Petrus, Salio Joseph, Sanutus Marinus, Savonarola Michael, Sarte Christophorus, Spazzarini Joannes Dominicus, Strozius Hercules et Titus Vespasianus, Traversagnis [de] Laurentius, Trinagius Bernardus, Ugurgieri Isidorus, Vegius Maphaeus, Verdani

(1) L. I, 58-60, 62-63; II, 108, 125; III, 27, 31; VI, 218-219, IX, 298-299, 309, 315-316, 322, 324, 336; X, 146-147, 152; XI, 100, 102-104, 106, 109, 118, 120, 126, 211.

Joannes Antonius, Volpi Joseph, Joannes Antonius et Caietanus, Zambertus Bartholomaeus, Zambonus de Favafuschis Antonius, Zanetti Hieronymus Franciscus, Zovenzonus Raphael tergestinus, quorum plura autographa. Qui vero eminent codices manuscripti vel remotioris aetatis titulo, vel lectionis puritate, vel rerum anecdotarum copia, sunt: a. *Francisci Petrarchae epistolae* saeculi XIV; b. *Eiusdem carmina itala eius saeculi;* c. Joannis de Dondis et aliorum opera iis coaeva; d. *Petri Sabini inscriptiones antiquae,* saec. XV; e. *Nautica Petri de Versi* anni 1444; quos autem picturae magisterium commendat, sunt *Nigri aristocratia, Raphaelis Zovenzonii carmina, Promissio Joannis Bragadeni procuratoris s. Marci, Commissio Leonardi Lauredani ducis Paulo Antonio Miani duci Cretae,* item *Hieronymo Bono, capitaneo castri Rasparch, Businii Parmensis astronomicon,* carmine.

Nec codices manuscriptos tantum reliquit, sed et studiorum in eosdem lucubrationes, quas, annos ultra quadraginta in bibliothecam nostram diligentissimus instituerat: a. Historiam Marciae bibliothecae (1) cum emendationibus et additionibus autographis; b. eamdem latine versam a Ludovico Ulandio (2); c. studia, citata, observata de musaeo archaelogico Marciano; d. studia, in usum identidem factum codicum mss. graecorum, latinorum, italorum bibliothecae; e. schedas autographas ad illustrationem codicum graecorum, quae suppleant a Zanetti et Bongiovanni in catalogo a. 1840 edito vel non sufficienter vel errate scripta; f. item schedas codicum latinorum pariter Zanetto et Bongiovannio supplendis; g. *Bibliothecam manuscriptam graecam et latinam* Bassani editam anno 1802, eius manu emenda-

(1) Ris. 71. *Della pubblica libreria di s. Marco in Venezia. Dissertazione istorica di don Iacopo Morelli.* Venezia, 1774, p. XCVI, 8.°

(2) Ris. 86.

tam et auctam; h. schedas pro altero *Bibliothecae* volumine paratas; i. catalogum quorumdam codicum mss. familiae Contarenae qui anno 1843 Marciae cesserunt; k. codices mss. graecos illustratos s. Joannis in Viridario; l. latinos illustratos ss. Joannis et Pauli Venetiarum; m. studia in speciales bibliothecae codices; n. de versione itala inedita operis graeci Georgii Leontini *raptus Helenae* a cardinali Bembo instituta; o. suppleta quae de codicibus mss. Homeri Zanettus et Bongiovannius ediderunt; p. illustrationes codicum latinorum, quibus ss. Patrum homeliae et legendae Sanctorum insunt; q. animadversiones philologicas in descriptionem statuarum Callistrati; r. vitam Francisci Petrarchae auctore Boccaccio, cum notis Morellii, bis post eius mortem editam; s. studia in carmina itala Francisci Petrarchae; t. studia in Natalem Lastesium; u. indicem codicum mss. graecor., latin., italor. quos bibliothecae s. Marci reliquit, annis 1817-1818 exscriptum (1).

Studiorum messem longe ampliorem dilectissimo suo Petro Bettio, in eius locum suffecto, reliquerat, quae Marciae bibliothecae serius, quod erat sperandum, oblata, huius patrimonium novis amplificasset divitiis. Verum optimus vir, qui me in hac honoris palaestra antecessit, moribus ut erat antiquis, necessitudinis vincula ceteris praetulit. Cum frater negotiator egregia aeris summa familiae Foramiti ex Civitate Austriae gravaretur, nec rei domesticae angustia solvere valeret, Petrus, vade se constituto, dat quod magis erat in deliciis, Morellii studia. Bettio anno 1846 vita functo, collectio prostat venalis, elencho publici iuris facto (2).

(1) Ris. 72-82, 84-85, 87, 92-100, 131, 185-186.

(2) *Catalogo degli studj e carteggi del fu bibliotecario della Marciana, ab. Iacopo Morelli, esistenti presso l' ill. e rev. mons. Fr. Pietro dott. Pianton ec., dei quali i proprietarj vogliono fare la vendita.* Venezia, 1847, p. 16, 8.° Eundem retulerunt ephemerides alemannicae, titulo; *Die litterarische Verlassenschaft des Bibliothekars der Marciana Giacomo Morelli, mit-*

In eo quantum litterarii thesauri ineat facile evincunt volumina centum novem historiae litterariae ac eruditionis variae; studia in antiquos Aristoxenum, Libanium, Aristidem, Theochritum, Alcandrum, Dionem Cassium, Moscum, Pelagonium; in summos ex saeculis nobis proximioribus Marcum Polum, Thomam a Kempis, Joannem Dondi dall'Orologio, Christophorum Columbum, Albertum Durerum, Antonellum de Messina, Franciscum Aretinum, Franciscum Barbarum, Manutios, Augustinum Valerium, Marinum Sanudum, Antonium Agostini, Onuphrium Panvinium, Andream Gritti ducem Venetiarum, Titianum Vecellium, Leonardum a Vincio, Victorinum de Feltrio, Leonem Baptistam Alberti, Gerardum Spini, Muretum, Marcum Antonium Flaminium, Cottam, Cornelium Castalium, Hieronymum Balbi, Dominicum Molinum, Paulum Sarpium, Apostolum Zeno, Marcum Fuscarenum; schedarum millia de bibliothecis, catalogis, codicibus mss. plurimis, editionibus saeculi XV; archigymnasio patavino; academiis *aldina, della fama, della Crusca.* Quod autem pretium collectionis in immensum auget est commercium autographum epistolarum mille biscentum triginta unius, quas inter dederunt centum Caietanus Marini, sexaginta duas Joannes Andres, unam supra quinquaginta Christophorus Theophilus Harles, binas supra quadraginta Joseph Gennari, triginta septem Hieronymus Tiraboschi, triginta Albinus Aloysius Millin, totidem Caspar de Villoison, viginti novem Chardon-la-Rochette, viginti octo Petrus Antonius Serassi, viginti septem dominus Barbier, tres supra viginti Silvester de Sacy. Cum pretium merci impar peteretur, eadem nempe ingens aeris summa qua negotiator Bettio gravabatur, nec emptor exinde offerretur, pretiosa haec

getheilt vom Stadtbibliothekar D.r Naumann in *Serapeum.* Leipzig, 1847, t. VIII, p. 209-217. — *Bibliothekwissenschaft für* 1847. Dresden, 1849, p. 88.

supellex horreo terreno, referens stomachor, Venetiis locata est, quo situs udore correpta brevi marcescet.

Tanto praefecti Morellii muneri, de quo supra, coronidem imponit series voluminum mille biscentum quadraginta trium, cum opellis typis datis ultra viginti millibus, ex quibus rarae plures ex saeculo decimo quinto tercentae, septuaginta a Manutiis Venetiis impressae.

Eapropter, ut insignis beneficii memoria posteris commendaretur, grata bibliotheca titulum marmore inscripsit: JACOBO MORELLIO PRAESBYTERO PETRI F. — DOMO VENETIIS — CONSILIARIO . REG. EQVITI ORD. AVSTR. CORONAE FERREAE — VARIA ERVDITIONE CLARISSIMO — QVI PER ANNOS XLI SOLERTIA SINGVLARI — BIBLIOTHECAE PRAEFVIT — EAMQ. SVIS OPERIBVS EXORNAVIT — ET ANTIQVIS CODICIBVS — NVMEROSISQ. OPVSCVLIS LONGE PRETIOSIS — EX TESTAMENTO LOCVPLETAVIT — AN. MDCCC.XIX.

Codicum manuscriptorum historiae inserviendi tantum gratia, refero quos Marcus Aurelius Superantius annis 1786-1797 conscripsit, Ovidii et Juvenalis opera carminibus italis reddita; ac poemation *la cagnetta*, quosque Regina eius vidua die 21 iulii 1820 nobis legavit (1).

CAP. XXII.

Codices mss. matheseos, ex familia Filippini in Marciam invecti a. 1820?

Quae matheseos, huiusque scientiae quasi dicam, surculorum, arithmeticae, algebrae, geometriae, mechanicae, staticae, idrostaticae, gnomonicae, prospectivae, architecturae civilis et militaris, nauticae patrimonium Marcia-

(1) l. IX, 279-281.

num auxerunt, ea sunt quae aliquis ex familia veneta Filippini, domesticis scrimniis condita, sub huius saeculi initio, nobis largitus est. Qui ac quo anno ea obtulerit, difficile dictu est: nulla enim in tabulario nostro extat memoria. Tamen ex quo praecessor meus spectatissimus Petrus Betthio, eos codices anno circiter 1820 in catalogum retulit, originis nota addita *Fil.*; facile mihi suadeo donatorem fuisse Laurentium Filippini Stephani filium, muneribus pluribus in veneto armamentario navali ac re tormentaria ab anno 1784 ad 1820 egregie functum. De iis pauca. Andreas Musalus cretensis, philosophiae et iurisprudentiae doctor, non tam Philippi Verneda, rei tormentariae praeceptoris auxilio, quam marte proprio, ita mathematicis studiis egregie profecit ut *Sapientes* quos dicunt *Consilii* ei munus praelectionum mathematicarum publice Venetiis vice prima tradendarum, anno 1697 contulerint. Ex iis qui Musali scholam frequentarunt diligentius appello annis 1711-1713 Petrum Antonium et Joannem fratres Filippini venetos. Hi Musali praeceptoris memoriam suavissimam repetentes, non secus ac filii venerabundi, aliquot annorum spatio, exempla dederunt, propria manu, praelectionum queis aderant, codicibus quinque supra sexaginta belle exscriptis cum figuris, ac ornate compactis. Sunt autem: a. mathematicae elementaris ex Euclide, Archimede, Apollonio, aliisque, volumina quindecim; b. item compendium mathematicae elementaris Joannis Christophori Sturmii trinum volumen; c. arithmeticae duo; d. elementorum geometriae planae et solidae, undecim; e. Geometriae practicae cum stereometria et celeometria, duodecim; f. trigonometria; g. prospectiva; h. gnomonicae volumina duo; i. mechanicae duo; k. staticae duo; l. idrostaticae duo; m. architecturae civilis duo; n. architecturae militaris item; o. item nauticae; p. introductio in geographiam et astronomiam. Haec omnia ex iisdem codicibus accurate recen-

sere insumpsit qui Musali elogium ephemeridibus *Giornale de' letterati d' Italia* (1) inseruit.

Nec strenui fratres Filippini, ab Apostolo Zeno laudati (2), quorum Petrus Antonius mathesim in archigymnasio vindobonensi, summa cum laude, annis certe 1719-1725 professus est (3); Joannes architecti seu proti, uti aiebant, officii provisorum super aquis, in patria munus obivit; auctorum carent laude, quippe quod ille libellum memorialem praelectionum mathematicarum, ac dictionarium architecturae; iste studia architecturae civilis ac militaris in thesaurum domesticum intulit. Quibus serius ad nos, fortuna secunda, delatis accesserunt ex eodem fonte volumen de civitate munienda, alamannice; praxis musices Casparis Vecchia; ac tractationes de lacuna Venetiarum Aloysii Cornelii et Christophori Sabbadini.

CAP. XXIII.

Bibliotheca ms. Apostoli Zeni et domusdei Gesuati a. 1822.

Quod vero bibliothecam nostram insperato splendidissimoque adauxit ornamento, id est ditissima, quae ad vi-

(1) Venezia, 1724, t. XXXV, p. 320–339.

(2) In epistola diei 18 novembris 1719 ex Vindobona: « Esibitore » della presente sarà il sig. Giovanni Filippini mio concittadino e fratel- » lo del sig. Pierantonio, mio caro amico e dimorante quì in Vienna . . » . . . . che sta per trasferirsi in cotesta città [Mediolanum], per l'affare » a lei ben noto del general perticato, da farsi sotto l' ispezione e dire- » zione del sig. Marinoni. Io credo che il merito del sig. Pierantonio, ver- » satissimo nelle cose matematiche, sia ben noto a v. s. illustriss., e io » l'assicuro che ben degno di lui fratello è il sig. Giovanni. » Zeno, *Lettere*. Venezia, 1785, III, p. 79. — « I matematici quì sono pochi, » e si restringono nel sig. Marinoni, e nel sig. Filippini, che ne fanno » professione. » Ibi, IV. p. 98.

(3) Idem Vindobonae anno 1747 venditionem collectionis numismaticae Apostoli Zeno canonicis regularibus s. Floriani prope Lincium, viginti millium florenorum pretio curavit.

rum in omni litteraturae genere spectatissimum Apostolum Zenum pertinuerat, quamque ille moriens anno 1750 Dominicanis strictioris observantiae domus quam dicunt *dei Gesuati* testamento reliquerat. « Venezia, 18 ottobre » 1747. » Omissis « Avendo io in tutto il corso della » mia vita raccolta e unita, con sommo studio e dispendio, una non dispregevole libreria, ho desiderato e maturatamente stabilito di lasciarla in mano di chi ne conosce il prezzo e sappia farne buon uso, e non permetta » ch' essa vada, come per lo più suol farsi di somiglianti » tesori, miseramente distrutta e dispersa. A tale oggetto, » fermamente persuaso di non poterla meglio, nè in migliori mani collocare, ordino e voglio che essa mia libreria, cioè tutti i libri sì stampati che manoscritti di » mia ragione, e che in qualsivoglia modo appartenermi potessero, sia data subito e consegnata liberamente, e senza alcuna riserva, dal mio fedel commissario » ai sopranominati più volte rr. padri Domenicani osservanti su le Zattere, in caso che peranco non gli avessi a » loro, come è mia intenzione, ceduti e donati in vita, acciocchè ne rimangano subito dopo la mia morte assoluti » e perpetui posseditori e padroni; senza potere però mai, » nemmeno in parte alienare, quando anche ne avessero di » duplicati, pregando la loro carità a me pienamente nota, » a titolo di grata corrispondenza, di raccomandare al Signore l'anima mia. Son certo che ne faranno un catalogo a parte, assai più esatto di quello ch' io ne ho fatto » stendere da altri in gran parte, e da me pure continuato, » ma imperfettamente, e che nondimeno esser potria ad » essi loro di qualche uso. Abbiano egli similmente il mio » ritratto dipinto bravamente dal sig. Bartolomeo Nazari » in tela, da collocarsi e tenersi nella stanza della libreria. » Ex archetypo dedit de Rubeis in : *De rebus congregationis sub titulo b. Iacobi Salomonii*. Ven., 1751, p. 322, 4.°. Eam,

monasteriis anno 1810 sublatis, fisco addictam, Franciscus I imperator iussit in Marciam, una cum propriis domus eiusdem codicibus manuscriptis, deferri (1).

Mitto de viginti impressorum voluminum millibus a Zeno, secretiori loco, ut satis caesari donanti fieret, conclusis; codices tantum manuscriptos ex fonte utroque excussurus. Ex iis primum, ratione originis, nomino Gesuatenses (2), quorum iam pridem sexcentorum numero, ut ex catalogis antiquioribus coniicio, biscenti quadraginta tantum nobis obvenerunt. Si contra, distributionem per linguas considero, quinque graeci, centum latini, centum quinquaginta itali, unus gallicus, duo orientales numerantur; si res in iis pertractatas, ad historiam plerumque se referunt, venetam praesertim et ecclesiasticam ordinis praedicatorum nec non diligentissimos domesticae bibliothecae catalogos (3). Syllogem complent codices manuscripti fere sexaginta quos doctissimus vir Bernardus Joannes Maria De Rubeis, spartae exornandae graviorum theologicarum

(1) « L'i. r. governo alla r. delegazione provinciale di Venezia — » Venezia, 7 novembre 1821. — S. M. cui è stata rassegnata la vertenza » risguardante la biblioteca di appartenenza una volta dei Domenicani alle » Zattere, costituita in gran parte dai libri lasciati loro dal letterato Apo» stolo Zeno, si è degnata di ordinare con venerata risoluzione 4 settem» bre pross. pass., che tutti i libri componenti la biblioteca Zeniana, sia » che esistano ancora uniti a quelli dei Domenicani, sia che in dipendenza » delle disposizioni del cessato governo siano stati ceduti alla Marciana, » all'Accademia delle belle arti, od altrove, come pure quelli che traspor» tati in Francia, vennero quindi dalla clemenza di sua maestà ridonati » e consegnati alla Marciana, debbano appunto essere rimessi a questa » biblioteca, da cui dovranno diligentemente custodirsi sotto il nome di » collezione Zeniana, formante un tutto separato, destinato a pubblico uso » scientifico; al quale oggetto dovrà formarsi un catalogo esatto, a te» nore delle disposizioni dello stesso Zeno, in quanto però questo non fosse » già stato dai Domenicani eseguito . . . . . »

(2) Domus bibliothecam describunt Blume in *Iter italicum*. I, p. 229, 221. — Vogel in *Serapeum*, 1841, II, p. 25-27.

(3) Ris. 103-112.

disciplinarum (1), vel studiorum in res historicas (2), maxime aquileienses (3) magnam partem sua manu exaravit. Sic responsum I. B. Baseggio sciscitanti in vita Bernardi M. De Rubeis, inserta operi: *Biografia degli italiani illustri.* Ven. 1845, vol. X, p. 95: « Tutti questi manoscritti » si conservavano nella libreria de' Domenicani *a ss. Gio.* » *e Paolo* (a s. Maria del Rosario) di Venezia. *Ora chi sa* » *dove siano?* »

Attamen longe ditior ac pretiosior seges accessit. Apostolus Zeno, Creta oriundus, natus Venetiis a. 1668, plura in familia manuscriptis codicibus colligendis incitamenta nactus erat. Patruus Franciscus episcopus iustinopolitanus ut optimas, quibus erat imbutus, litteras iuniorem Apostolum patre orbatum edocuerat, sic bibliothecae domesticae haeredem constituit. Insunt, inter alia, res historica cretensis (4); opera varia Nicolai eius avi, arcium Cretae munitarum praefecti; item epistolae Petri eius patris [1650-1658]; academica et itinerarium Sanctes, epistolae Matthaei qui sibi erant patrui. Magnam denique partem reliquerat patruus Franciscus; codices ab eo exaratos de re homiletica, historica, litteraria; eius epistolas; quae denique propria manu exscripsit (5). Adde alia plura quorum Franciscus manu propria indicem adeo obtulit ieiunum, ut collationem cum catalogo Apostoli nepotis effugiat.

Nobiliori familiae exemplo illectus Apostolus, a prima usque aetate, dum monumentis colligendis in historiam

(1) L. III, 180-189; I. I, 68; V, 87.
(2) L. IX, 43, 89, 90, 119-122, 140; I. VI, 244.
(3) L. IX, 44, 56-57, 125, 134-152, 287; XIV, 137, 140. I. VI, 235.
(4) L. X, 158, 163; XI, 108; XIV, 173. I. V, 55; VI, 154-156, 159-160, 177; VII, 310, 332, 362-365, 371; IX, 209; XI, 79-80, 83-84.
(5) L. X, 138, 167; XIV, 184; I. V, 52; VIII, 20; IX, 260-263; X, 115, 120; XI, 80, 83-84. Ved. *Lettere d'Apost. Zeno.* Venezia, 1785, I, p. 117-119.

poetarum italorum, scriptorum venetorum, academiarum; in rem drammaticam; in ephemerides litterarias; in *rerum italicarum scriptorum hactenus desideratorum* (1) syllogem [quod opus, Muratorio idem aggrediente, deseruit] incubuisset; libros plurimos tum impressos, tum manuscriptos Venetiis ac in universo dominio veneto sibi adeo sollicite comparavit, ut, antequam ad aulam vindobonensem poeta a. 1718 accederet, non aspernendam bibliothecae suae partem paraverit. Verum ubi Vindobonae stipendia caesarea sumptus largiores permiserant, ac virorum illustrium cum eo consuetudo frequentiorem libris coemendis occasionem praebuerat, adeo bibliothecam auxit ut moriens codices septemcentum manuscriptos reliquerit. Utinam omnes Marciae nostrae accessissent! Etenim enimvero, etsi vivens ac tabulis quoque extremis donator caverit ne tantus imminueretur thesaurus, ideoque catalogus, ut donantis desiderio fieret satis, ante eius mortem conficeretur (2), quod probat nota sub fine: *Cominciato* 1.° *marzo*, 1748, *finito* 9 *ottobre* 1749; tamen ultra sexaginta, iique pretiosiores, membranacei plures, cum picturis affabre elaboratis, defuerunt. Recito membranaceos summi habendos a. *Marci Trevisani de microcosmo*, cum effigie auctoris, ex saeculo decimoquarto, anno 1865 Augustae Taurinorum prostantem; b. *Statuta veneta* ab Andrea Quirino dono data Apostolo Zeno (3), nunc vero in scrimniis familiae Qui-

(1) V. *Lettere Zeno.* 1, p. 68-69, 117-119.

(2) Cod. riserv. 22. Catalogum breviorem ipse Apostolus cod. riserv. 24 obtulerat; serius non absolutum pater Canciani cod. riserv. 21. Ceterum quae ad historiam bibliothecae Apostoli Zeni familiae *Gesuati delle Lettere* donatae, se referunt, ea congessit Bernardus Ioannes Maria de Rubeis [I. X, 55].

(3) « Un codice di questo statuto ci fu comunicato dal sig. Andrea » Querini, senatore ornatissimo e grande amatore de' buoni studj. Vi si » legge in fronte: *Haec sunt statuta et ordinamenta super navibus et aliis lignis, quae de mandato d. Rainerii Ceno* ec. Il detto codice è una delle

rinae ad s. Mariae Formosae delitescentia, quod donator munus mendaciter revocaverit (1); c. Petrarchae *Canzoniere* (2), modo in familia Trivultia ad s. Alexandri Mediolani (3) quod ipse quoque vidi; d. *I quattro evangelj accordati in uno*, ab Iacobo Gradonico versibus redditos, codicem membranaceum ab auctore anno 1389, cum picturis pro tempore elegantioribus, exaratum (4); e. *Insularia duo* basilice exscripta, picta et compacta, illud Antonii Millo, ab auctore Iacobo Contareno anno 1581 dono oblatum, istud Christophori Bondelmontii, quod Antonius Venerius Patavii praetor, saeculo decimoxesto possederat; f. *Antiquitates aliquot Galliae, olim ex musaeo Iacobi Francisci Arpini philos et medic. doctoris* [1566]; g. codices quinque ex saeculo decimotertio aeque splendide pictos, hii sunt; *Aeneis Virgilii; Persii satyrae; Evangelium s. Ioannis,* cum glosiis, *s. Prosperi epigrammata; Flos Rolandini bononiensis.* Nec mirum. Taceo quod Gesuatorum bibliotheca, cuius scrimnis deerant claves, cuique quotidie patuerit [?]; quod anno nefasto 1797 commissarii gallici libros

» più belle raccolte che siasi veduta di leggi veneziane . . . . . Lo sta-
» tuto delle navi mostra d' essere stato copiato . . . . . nel principio del
» secolo quartodecimo. È membranaceo, in foglio grande a due colonne,
» con margini spaziosi e magnifici, estremità dorate, rubriche di cinabro,
» iniziali di cinabro ed azzurro, miniature figurate e lavorietti gentili. *Per*
» *liberalità dello stesso senatore Quirini è passato fra i codici di Apostolo*
» *Zeno* ». Foscarini, *Letteratura Veneziana.* Venezia, 1752, p. 16.

(1) Haec apocha autographa in *cod riserv.* 22: « Addi 20 decembre » 1767 — Ricevo io Andrea Querini fu m. Zuane Procurator, dal reverendo padre Bernardo De Rubeis il codice delle leggi veneziane in pergamena, passato per equivoco nella biblioteca delli padri Domenicani osservanti alli Gesuati in Venezia »

(2) « Il sig. Andrea Corner, fratello uterino del sig. Apostolo Zeno, » quando questi comandò vivendo il trasporto de' suoi libri e mss. al » convento de' pp. Gesuati, tolse e tenne presso di se il detto codice, sotto » pretesto che avendolo donato una volta ad Apostolo, non gliel donò perchè il desse a' Gesuati. » Sic in cod. riserv. 22 ad num. 516.

(3) V. Rosini, *Storia della pittura italiana*, parte V. p. 143.

(4) V. *Lettere Zeno.* IV, p. 174-175.

lures abstulerint, nec a. 1816 restituerint omnes; quod, oenobiis a. 1810 sublatis, quosdam melioris notae secum ionachi detulerint. Quod autem nullo modo praetereundum ›nseo, id est eos libros a coenobiorum eversione, hac illac ›u corporis grandioris membra disiecta, nullo stabili domilio locatos, furtis fuisse obnoxios: eos denique a caesaris unificentia Marciae bibliothecae anno 1821 donatos, nonsi a. 1828 in novam sedem invectos.

Nihilo tamen secius codices manuscripti a Zeno coacti xcenti, fortuna nobis secunda, obvenerunt. Si ex iis aliiot excipias rem medicam et chirurgicam, astronomicam, ilitarem pertractantes, reliqua de historia, humanioribus teris ac poesi praesertim disserunt. Historiae civilis coam adaugent plura rempublicam venetam, ac Italiae urs illustrantia: chronica Andreae Danduli vel ex iis excerı; veneti dominii narrationes historicae, ut et *capitulare ditorum novorum* ac *commissiones ducales:* item monoaphica Aęsis, Aretii, Bononiae, Florentiae, Foriiulii, Iaae, Italiae, Mediolani, Neapolis, Opitergii, Patavii, Pisan, Romae, Sarzanae, Veronae. Quaedam ad historiam ›lesiasticam attinent (1); multo plura ad litterariam (2). piosissima epistolarum tum latinarum, tum italarum loges (3) habet auctores Abrianum Paulum, Cantaliım, Foscolo Leonardum procuratorem s. Marci, Gaspari-

(1) L. I, 75-76; II, 75-79, 137; III, 133, 135, 137-141; IV, 62-63, -107; V, 68; IX, 59-62, 64-65; X, 166; XI, 108; XII, 109-112 a; , 180-181, 184, 188. I. I, 47, 50-51; II, 48, 100, 106; V, 47-48, 50-56; VI, 166, 171 b; VII, 326, 331, 361; IX, 251; XI, 70, 84. Haebr. 15.

(2) L. III, 135; VI, 239-241, 246; X, 147, 160-161; XI, 99, 101, 104-107, 109, 110; XII, 108, 117, 134; XIII, 58-59; XIV, 169, 171, 176, 159, 182, 183, 185-187, 189. I. I, 46-49; II; 98, 101-105, 107; 171 a; VIII; 15-18, 20-22; IX; 183, 187, 189-192, 214, 223-253: 66, 79, 85, 94-95, 118, 121. Orient. 194.

(3) L. III, 122; XI, 101-102, 105; XII, 116; XIV, 169, 179. I. V. 9; VII, 310, 340, 352; IX, 90-91: X. 87-89, 91-92, 96-98, 104-114, 120, 123; XI. 70, 76. 83.

num bergomensem, Gradonicum Vincentium legatum ad caesarem, Gratianum Antonium Mariam episcopum ameliensem, Luna Leonardum, Maggi Bartholomaeum, Mantua Benavides Marcum, de Monte Petrum, Mutium Hieronymum, Obicium Hippolytum, Querenghi Antonium patavinum, Redi Franciscum, Riccio Ioannem, Tassoni Alexandrum, Zeno Franciscum, Matthaeum, Nicolaum et Petrum. Cum vero italorum poetarum historiam summus vir describendam [quod aliis negotiis obrutus minime praestitit] sibi proposuerit (1), adeo locupletem carminum copiam collegit, ut eorum auctorum numerus omnem excedat fidem. Mitto classicos antiquiores tum latinos, tum italos: item poemata: a. *Austriados* Sigismundi Guindani; b. *Stupenda electio ad papatum* fr. Petri de Murrone [Caelestini] ac *canonizatio Iacobi cardinalis s. Georgii;* c. *gli amori di Veraulo e di Gilbera;* d. *gesti d'Aragoneschi e Sforzeschi,* Ioannis Antonii Antodari; e. *li sette salmi penitenziali,* Ioannis Pauli Baldini romani; f. *la battaglia angelica,* Georgii Polani; g. *il Feragrebo;* h. *Amadio;* i. *la Cortona convertita,* Francisci Manetti; l. *Venezia conservata,* Nicolai Crassi. Non item praeterco agmen poetarum minorum, quorum plures vix innotescunt, quosque numero fere biscentos quinquaginta, alphabeti ordine profero. — Accolti Bernardus — Achillini Claudius — Suor Agnetina — Agosti Iulius — Alamanni Aloysius — Albertus Ioannes Michael — Aldovrandinus — Altanus Anton. de Salvarolo — Amalthaci Aurelius et Ioannes Baptista — Ammanius Nicolaus — Angelucci Theodorus — d'Arcano Ioannes Maurus — Areostus Ludovicus — Aretinus Petrus — Arimineus Philippus — Augurellus Aurelius — Aurelius Ioannes — Azzolinus Bernardinus — Baduarius Iacobus — Ballarini Ioannes Baptista — Bar-

(1) V. *Lettere Zeno.* I, p. 18, 68-69, 103, 116-119, 443; II, p. 43, 113, 192; III, p. 324.

badicus Sanctes — Barignanus Petrus — Basile Ioannes Baptista — Baltiferra de Ammanatis Laura — Beatianus Augustinus — de Beccari Ioannes Antonius — Beccari Nicolaus — Bellandi Puccius — Bembo Petrus — Benallius Iacobus Antonius — Bernardi Ioannes Baptista — Berni Franciscus — Bertuccius Ioannes Baptista — Betricus regiensis — Blancus jesuatus — Boccaccius Ioannes certaldensis — Bocchi Achilles — Bolognatti Franciscus — Bonagente Annibal — Bonfio Lucas — Boninsegni Franciscus — Bononius Hieronymus tarvisinus — del Borgo Antonius coneglanensis — Boschini Marcus — Brevius Ioannes — Brocardus Antonius — Brunacci Caesar — Bucinelli della Torre Marcus patavinus — Burchiellus — Businello Ioannes Franciscus — Caesareus Paris iunior — Camilli Fidentius et Iulius — da Canal Paulus — Cantalicius — Cantelius Ioannes Baptista — Caodelista Franciscus — Capilupus Laelius — Cappello Bernardus et Carolus — dei Caratori Iacobus imolensis — Caro Annibal et Ioannes Baptista — della Casa Ioannes — Castaldi M. Cornelius feltrensis — de Castelfiorentino Gerardus — de Castello Paulus — Castelvetro Ludovicus — Castiglione Balthassar — Castoreus Bartholomaeus — Cataneo Horatius — Cavalcanti Guido — Cavalieri Caesar medicus — Cesana Antonius — della Chiesa Ludovicus — Cinus pistoriensis — Cizzaferro Antonius — Coccianus Augustus — Colonna Iacobus — Contareus Pandulphus — Conternius Franciscus — Corradi Seastianus — da Coreggio Nicolaus — Coriglia Elisabeth — Corinius Nicolaus ianuensis — Cornelius Andreas — Corsi Hieronymus florentinus — Cosmicus — Cotta Ioannes — Curtius ianuensis — Dapolio Nicolaus — Davanzati Clarus — David Dominicus — Delphinus Nicolaus — Diotisalvi Petrus senensis — de Dondi Ioannes — Dotti Bartholomaeus — Fabretti Ioannes Benedictus urbinas —

Felicianus Felix — da Feltre Cornelius — Fenaruolo Hieronymus — Feretti Ioannes — Fontanini Iustus — Fortebraccio Ciprianus patavinus — Frescobaldus Philippus — Gabriel Triphon — Gallo Ioannes Baptista — Gambara Maria et Veronica — Garzoni Ioannes — Gianfigliacci Geri — Giliolo Victor — Giraldo Ioannes Baptista — Giustiniano Thomas — Gosellini Ioannes — Grisonius Sanctes — Gritti Ioannes — Guidi Alexander — Guidiccioni Ioannes — Guinizello Guido — Herasmus de Valvasono — Hippolitus papiensis — Honestus bononiensis — Iacobonus de Tuderto — Ioannes de Terranova — Lamberti Marinus — Lauredanus Franciscus — Laurus Ioannes Maria picenus — Leo papa X — Leoni Io. Baptista — Lolli Franciscus ravennatensis — Lorenzini Laurentius — Luisinus Franciscus — Magagnò — Maganza Ioannes Baptista — Magnus Caelius et Marcus Antonius — Malombra Bartholomaeus — Maonius Georgius — Marcellini Valerius — Marianus de Volaterra — Marinius Ioannes Baptista — Marinus Domitius — Martegli Ludovicus et Vincentius — Martini Sebastianus faventinus — Marulus Marcus — Maurus Ioannes — de Medicis Laurentius florentinus — Menon — Mezzabarba Antonius — Mocenigo Iacobus et Marcus Antonius — Molino Hieronymus — Molza Franciscus Maria — de Montealcino Antonius — de Montecenere Iacobus — de Montefalco Ludovicus — Moratti Ioannes lucensis — Morolli Sebastianus — Mottensis Liberalis portusnaonensis — Mozzarello Ioannes — Navagerus Andreas — Nostradamus — Novello Guido — Nuccius senensis — Panizia Ludovicus — Paruta Paulus — Pasius patavinus — Patelarius Eustachius — Paulinus Statilius auximensis — Paulinus pistoriensis — de Pers Cirus — Persiani Horatius — Persius Ioannes Carolus — Philelphus Marius — Piazza Cosimus de Castrofranco — Pisan

Leonardus — Pontanus Ioannes Iovianus — Quirini Hieronymus et Vincentius — Ramusius Hieronymus — Ranius Hieronymus — Raolfin ferrariensis — de Renda Bernardinus — Riccardi Ioannes Baptista — Rinaldi Caesar bononiensis — Roncione Antonius — Rossi Ioannes Hieronymus episcop. ticinensis — Rosso Nicolaus — Rota Antonius bergomensis — Rudolphinus Alexander — Salernus Hieronymus — Salvi Virginia — Sanguinaccius Simon patavinus — Sannazzaro Iacobus — Saxus Pamphilus mutinensis — Scarampa Camilla — Senno de Ubaldinis Ioannes — Sennuccius — dalli Sonetti Bartholomaeus venetus — Sorro Ioannes — Stramazzo perusinus — Strozzi Hercules et Ioannes Baptista — Superchius Valerius — Tafuri Lucretius — Taurellus Laelius — Tebaldeus Antonius — Tebaldi magister — Teglia Franciscus — Terletti Franciscus — Terzi Ioannes Maria et Philippus — Teupolus Ioannes Dominicus et Nicolaus — Tolomei Claudius et Iacobus senenses — Toro Camillus — dalla Torre Baptista — Trissino Ioannes Georgius — Tuscanus Ioannes Aloysius — Uccellini Ioannes — Valerius Ioannes Franciscus — Varotari Darius — Venerius Dominicus — Maphaeus Marcus — Venzato Palmerinus — Verdizotti Ioannes Maria — Verità Hieronymus — Vidali Ioannes Baptista — Zambeccari Peregrinus — Zancarol P. — Zeno Sanctes — Zon Valerius.

Nec codicibus tantum manuscriptis, a viro illo celeberrimo collectis, bibliotheca nostra adaucta est, sed et eius autographis numero ferme centenis, quibus insunt studia varia in historiam litterariam, et philologicam, praesertim venetam (1), in academias Italiae (2), rem sceni-

1. L. IX: 43; XIV, 62, 177, 196, 221. I. II, 97; VII, 300, 316: X, 54. 83-84; XI, 44, 59, 60. Ris. 11, 15, 18, 20, 26, 58-59, 61-63.

2 I. X. 95: XI, 46. Ris. 19.

cam (1); plura de poetis Italiae (2); collectanea (3); numismata illustrata (4), epistolae (5); catalogi librorum vel manu, vel typis exaratorum, ac ex eis excerpta (6). Quod apprime evincit eruditissimum virum tantam codicum supellectilem, non quasi ornamentum nulli profuturum domi asservasse, sed ex ea, tamquam ex altero scientiae penu, ditissimam litterariis investigationibus materiam hausisse. Horum enim vero usum frequentiorem a collectore factum reperias in a. ephemeridibus *Giornale de' letterati d' Italia*, annis 1710-1718, eo exactore, Venetiis editis, ac in postumis eius operibus; b. *Lettere*. Venezia, 1752, vol. III, 8.° — Ivi, 1785, vol. VI, 8.°; c. *Annotazioni alla biblioteca dell' eloquenza italiana di mons. Giusto Fontanini*. Venezia, 1753, vol. II, 4.°; d. *Dissertazioni Vossiane, con giunte e osservazioni*. Venezia, 1753, vol. II, 4.° Quid quod et amplissimam apparasse codicum suorum alienorumque descriptionem illi in animo fuisse ex eius inferimus epistolis (7). Ea tamen promissa curis sexcentis distentum minime implevisse animadvertimus, etsi vires in eo pares satis ostendat specimen oblatum descriptionis codicum manuscriptorum Bernardi Trevisani (8). Eam spartam, cuius particulam, qua nempe historiam ordinis Praedica-

(1) I. IX, 9, 10, 55. Ris. 11, 64, 137.
(2) I. X, 74-80, 82. Ris. 6-8, 13.
(3) I. XI, 61-65.
(4) L. XIV, 154-161. I. XI, 71. Ris. 14, 29, 137.
(5) I. VII, 754; X, 3, 169, 173, 176; XI, 121. Ris. 57, 60.
(6) I. X, 55. Ris. 9-10, 12, 24-25, 27-28, 30-36, 67-70.
(7) « Godo di aver campo di favellare nella prima centuria de' codici » manoscritti che sto per dare alle stampe . . . . Ho poste assieme » molte mie osservazioni su più di cinquecento codici manoscritti da me » esaminati. » *Lettere*. I, p. 63, 265.
(8) Zeno. *Lettere*. Ibidem, p. 222-237.

torum spectat, ornandam eruditissimus vir Bernardus Maria de Rubeis sumpserat (1), posteris ex integro reliquit.

Tanto thesauro coronidem impositura accessit donatoris imago, oleo egregie picta a Josepho Nazari, qui adhuc viventem, nummos et librum numismaticum Vaillant contrectantem expressit. Haec tabula, quae aere exsculpta frontem voluminis primi alterius editionis operis *Lettere di Apostolo Zeno* exornat, a monasterio *gesuatensi* quo, bibliotheca sublata, delituerat (2), in Marciam invecta est, ac in atrio propalam collocata cum epigrammate: EFFIGIES APOSTOLI ZENI — CVIVS BIBLIOTHECA — IVSSV ET PROVIDENTIA — FRANCISCI I. AUSTR. IMP. — REG. NOSTRI CLEMENTISS. — MARCIANAM LOCUPLETAVIT AN. MDCCCXXII. Huiusce tabulae exemplum prostat in nummophilacio monasterii canonicorum regularium ad s. Florianum prope Lincium, cui Zenus lectissimam antiquorum nummorum seriem anno 1747 pretio viginti millium florenorum vendiderat.

CAP. XXIV.

Accessiones annorum 1820-1836.

Qui post Morellium bibliothecae praefuit Petrus Bettio, officio par, annis 1820-1831 thesaurum manuscriptum adauxit codicibus centum viginti latinis et italis, vel rem ecclesiasticam, vel historicam pleraque pertractantes. Quam tamen spartam diligens vir ornandam egregie suscepit, ea

(1) *De rebus congregationis sub titulo beati Iacobi Salomonii.* Venet. 1751, p. 50-51, 78, 329-335.

(2) « L'opera di Giuseppe Nazari venne a lungo custodita nella biblioteca de' Domenicani osservanti, ed ora che la biblioteca è disciolta, in un ripostiglio si cela, di dove è da sperarsi che un giorno o l'altro risusciti. » Negri, *Vita di Apostolo Zeno*, p. 340.

fuit musices, ubi sorte insperata obtigit ut anno 1835 haeredes familiae Contarenae d. Benedicti Venetiis codices manuscriptos septuaginta res musicae coemendos offerrent. Extant reapse classe quarta codicum italorum symphoniae Sebastiani Alberi, Dominici Scarlati; chori, praeludia, ac nocturni concentus Benedicti Marcelli, ac Josephi Sarti, Graun, Perotti, Haydcn; Petri Metastasii drammata: *la Didone abbandonata, l' Olimpiade, l'Adriano in Siria, Alessandro nelle Indie, Artaserse, l' Eroe cinese, il Demofoonte, il Siroe, Ipermestra, il Farnace, Giuseppe riconosciuto, la Nitteti, Amor prigioniero, il Re pastore, l' Isola disabitata,* quae modulati sunt David Perez, Pasqualis Cafara, Thomas Traietta, Leonardus Vinci, Joannes Adolphus Hasse nomine Saxon, Joseph Misliwecek appellatus *Boemus,* Joseph Bonno, Petrus Guglielmi, Amadeus Naiimann; sacra carmina musicis modis aptata a Saxone; melos *Venere al tempio* Petri Chiari, a Balthassare Galuppi, quem *Buranello* dicunt.

Nec praetereundum quod idem Bettio anno 1823 ab egregia foemina Sibylla Sala bibliothecae coemit statuta manuscripta Adriae, Avesanae, Collalti, Murani, Palatii, Rovigni, Taleggii, vallium bergomensium; ac senatusconsulta, litteras ducales, acta varia de re venetu.

Iisdem ferme annis 1820-1836 codices aliquot manuscriptos munere obtulerunt Jacobus Coleti, Julius Molin, Leo Bembo, Petrus Oliva del Turco avianensis, Jacobus Dei feltriensis.

CAP. XXV.

Simeonis Stratico codices mss. dono dati a. 1831-1841.

Munus, quod splendidissimum appellare non ambigo, dederunt Joseph Bellori ac comes Joannes Baptista Stra-

tico rei publicae foroiuliensis administrandae Utini curator, qui haeredes comitis Simeonis Stratico ea conditione dicti ut *i suoi lavori letterarj deposti fossero in qualche pubblica biblioteca,* die 23 augusti 1831 obtulerunt codices omnes ab eo manu exaratos, numero ultra centum, *reputando loro dovere scegliere per questo oggetto la biblioteca Marciana..... già per tanti titoli celebre fra i pubblici stabilimenti;* ac iterum unus Stratico anno 1841 codices manuscriptos decem de architectura Vitruviana, quibus coegendis symbolam quoque contulit Simeon Stratico (1). Ingentem exinde thesaurum, et rerum copia et varietate, et summa scriptoris eruditione, in nostram bibliothecam inlatum fuisse non is mirabitur qui sciat solertissimum virum a dimidio fere saeculo decimo octavo ad annum 1824, quo occubuit, studiis, intermisso nunquam opere, vacasse.

Simeon Stratico anno 1733 honestis parentibus Jaderae natus, Patavium decennis missus est ut in collegio Cottunio, patruo rectore, primis litterarum rudimentis imbueretur. Ibi, *fui aggregato,* ita ille, *alla milizia come cadetto, e ne ho riscosso la paga per molti anni. L'oggetto lon-*

(1) Sic donator in epistola 27 aprilis 1841, bibliothecae huius praefecto: » Il chiar. Marchese Poleni, professore di fisica sperimentale nell'università di Padova, fece per più di trent'anni i più laboriosi studj sopra Vitruvio. Alla morte di questo grand'uomo, la repubblica di Venezia fece comperare dagli eredi suoi, e quindi regalò al co. Simone Stratico mio zio, che fu poi successore nella cattedra al Poleni, tutti i manoscritti di questo sopra quel classico autore. Mio zio aggiunse i proprj lunghissimi studj a quelli del Poleni, e ne venne in seguito la famosa edizione del Vitruvio udinese ...... di cui ho sostenuto, con mio grave incomodo, la spesa, cogli unici oggetti e della pubblica utilità, e dell'onore di mio zio, che fu il mio educatore e benefattore. »
» Ora trovandomi possessore di sei o sette volumi che contengono in originale gli studj del marchese Poleni, vorrei presentarli a codesta r. biblioteca, col solo scopo che gli scritti originali del celebre Poleni fossero conservati in mezzo ai manoscritti di tanti grandi uomini ..... »

tano era di farmi militare, il più vicino di riscuotere quelle paghe, con licenza del Savio, per gli studj che dovea fare e realmente faceva, giacchè dell' età forse di 12 *anni il disegno, la lingua francese, la geometria e lo studio del libro Le travaux des Mons, ou l' art de la guerre par Mallet, erano per me assidui, oltre gli studj di umane lettere.* Annum vix vigesimum quartum attigerat, cum muneri sibi a veneto senatu anno 1757 novo exemplo imposito respondit, tradendi institutiones medicinae theoricae extraordinariae in archigymnasio patavino. Quas annis 1760-1763, de phisyologia, pathologia, diaetetica praelectiones, dissertationibus numero centumtredecim, habuit, retulit in volumen; quo serius sub initio notavit: « Son lavori fatti in gioventù e dimostrano però molto studio e molta premura di raccogliere delle cognizioni e di esporle in modo chiaro, e per quanto porta l' argomento, in modo convincente. Sono persuaso che si potrebbe trarne una dozzina di dissertazioni erudite. » Illud excipit ternum volumen de re medica, chirurgica, pharmaceutica. Nec tanta in iuventute erudienda solertia minuit alacritatem qua studia uno eodemque tempore in Vitruvium cum Joanne Poleno instituerat, quaeque postmodum egregie complevit, ut superius innueram, in usum editionis a Quirico Viviani, post eius mortem, annis 1825-1830, Utini curatae. Statim vero ac marchio Joannes Polenus e vivis excessit [1761], in eius locum Simeon Stratico discipulus venerabundus, qua matheseos et nauticae professor, suffectus est. Cui obeundo muneri ita ad annum usque millesimum septingentesimum nonagesimum octavum incubuit, ut eius scientiae praelectiones ac tractationes varias voluminibus octodecim (1) exscripserit. Quod mirum profecto, si animadvertas eum annis 1763-1764 iter in Angliam, mentis erudiendae gra-

(1) L. VIII, 106-115, 120-121. I. IV, 275-276, 288-293.

tia, una com legatis venetis extraordinariis ad Georgium tertium, egisse; annis 1768-1771 curatorem itineris italici datum iuveni equiti Francisco Mauroceno; annis item 1773-1776 archigymnasii bibliothecae praefuisse; anno demum 1778 patavinae scientiarum academiae fundamenta iecisse. Quid quod mandatis sexcentis regiminis parere advocatus, vel locorum inspectionibus deputatur, vel in consilium adhibetur investigationibus mature instituendis de re nautica, armamentario et architectura navali; de lacuna veneta, fluviis, molendinis, portubus; de fluminibus Athesi, Medoaco maiori [Brenta]; de vallibus veronensibus exsiccandis; de viarum reparatione. Eodem accessit ut anno 1779 a senatu veneto in magisterium phisicae generalis et specialis experimentis comprobatae cooptaretur, quo munere sibi antea a studiorum triumviris commisso, usque ab antecessore Joanne Alberto Columbo demortuo, perfungebatur; proptereaque diligentiae ad miraculum singularis documenta, hac quoque sparta, reliquerit (1).

Venetae reipublicae occasus Simeoni Stratico calamitosus evasit, quod regiminis patavini municipalis primum, postmodum vero *centralis,* uti dicunt, in partem adlectus, anno 1798, Austriacis adventantibus, archigymnasio pulsus fuerit. Mediolanum anno 1801 accitus, commissioni idraulicae membrum adiungitur, unaque officio restituitur qua studii ticinensis antecessor, phisicae praelectionibus tradendis, vice aegrotantis Alexandri Volta. Quo munere tribus annis [1801-1803] egregie functus, solertiae suae monumenta reliquit. Rude donatus [1808]; regni italici senator [1809]; eques coronae ferreae, legionis honoratorum, ordinis austriaci Leopoldi; in regium scientiarum institutum cooptatus; commissioni idraulicae mutinensi praepositus, pubblicae instructioni administer, quantum

(1) L. VIII, 116-119. I. IV, 277-287, 289.

muneribus singulis, opere numquam intermisso, praestiterit evincunt codices dono dati (1).

Nec praetereundum censeo tanto thesauro codices mss. quoque additos, quibus studia, emendationes, additamenta insunt operum a doctissimo viro vel editorum, vel typis paratorum, nempe: a. *Riflessioni sul binomio di Newton* typis datae, sine anno et impressore; b. *Serie degli argomenti di lezioni per il corso di fisica sperimentale,* sine anno et impressore; c. *Series propositionum quas demonstrabit hoc anno litterario* [1772] *Simon Stratico* ec. *Continet elementa mechanicae et staticae.* Patavii, 1772; d. *Elementi d' Idrostatica ed Idraulica.* Padova [1791], vol. III; e. *Esame marittimo di Giorgio Ivan.* Milano, 1819, vol. II; f. *Vocabolario di marina in tre lingue.* Milano, 1814, vol. III; g. *Bibliografia di Marina.* Milano, 1823; *Vocabolario di commercio marittimo.* Versiones item profero operum: 1. *Traité élémentaire des mathematiques, par M. E. M. I. Lemoine d' Essaies.* Paris, 1789; 2. De la Caille. *Lectiones elementares mechanicae.* Parisiis, 1756 — Venetiis 1773; missis dissertationibus in ephemeridibus litterariis editis: *Saggi scientifici e letterarj dell' accademia di Padova — Memorie di matematica e fisica della Società italiana — Memorie dell' Istituto nazionale italiano.* Propriis immixti sunt codices mss. fratris Michaelis de musice ut et tractationibus ineditis rei litterariae, geographiae, corographiae artium humaniorum, picturae, sculpturae, architecturae, scientiae a recentioribus economicae appellatae: adde scripta varia de aquis, codicibus turbate inserta, auctoribus fratre Joanne Jocundo, Alexio Aleardi, Michaele Sancto Micheli, Michaele Fuscareno, Josepho Suzzi, Daniele Albertis, Stephano Foin, Joanne Poleno, Rogero Boscovich, Marco Antonio Cerdoni, Francisco Bembo, Leonardo Xi-

(1) I. IV, 326-327, 329-330, 334.

menes, Angelo Fassi, Antonio Pastori, Dominico Roselli, Paulo Frisi, Petro Bassi, Angelo Quirini, Antonio Maria Lorgna, Thoma Scalfarotto, Aloysio Michieli, Zenone Rizzi, Alexandro Carlotti, Francisco Maria Colle, Antonio Belloni, Petro Antonio Linussio, Aloysio Diotti, Camillo Spreti, De Bron, Rossi, Cumano, Nicolai, Buiovich, Guglielmini, Bonati, Masetti, Cagnardi novariensi.

CAP. XXVI.

Bibliotheca universa Hieronymi Contareni Marciae anno 1843 testamento legata.

Quae tamen ditissimam saeculo nostro Marciae bibliothecae dedit accessionem ea est ingens, prope dicam, collectio librorum tum manu tum typis editorum, quam conspicua gens Contarena *a scrimniis* appellata, tribus certe saeculis, filiali reverentia asservaverat, quamque comes Hieronymus supremus familiae suae, antiqua munificentia legavit: — Omissis — « Lascio a codesta pubblica libre-
» ria Marciana, in piena proprietà, l' intera mia libreria,
» compresi di già i manoscritti e rami; e caso mai nel far-
» ne l' incontro fosse riconosciuto esserne di doppj con
» quelli esistenti nella suddetta libreria Marciana, i doppj
» da essa gratuitamente siano passati divisi fra codesto
» seminario patriarcale ed il ritiro dei Minori conventuali
» a s. Tommaso, parrocchia di s. Maria gloriosa de' Frari. »
Testamentum Hieronymi Contareni 2 novembris 1839, publici iuris factum 16 septembris 1843.

Mitto volumina impressa, litteraturae et historiae, fere quatuor mille, quibus rarae editiones ac pretiosa cunabula interseruntur. Codices autem manuscriptos uno oblatos mille et ultra, quorum octo graeci, centum quinquaginta octo latini, octingenti quadraginta

tres itali, non possum quin summa efferam laude. Sive enim rerum momentum, sive originem, sive raritatem consideres, plurimi ex iis, de historia praesertim et musice, maxime habendi sunt pretio. Generalem historiam qui excutiant numerabis bis centum, venetam vero fere sexcentos, de quibus speciatim, utpote praestantioribus, classe italorum mss. coactis, non abs re puto paululum disserere. Venetiarum historiae et chronica habent auctores Raphaelem de Caresinis, Casparem Zancaruolo, Dominicum Maripetrum, Franciscum et Antonium Longo, Marinum Sanutum, Danielem Barbarum, Joannem Jacobum Caroldum, Hieronymum Priolum, Nicolaum Contarenum, Marcum Fuscarenum. Chronica anonyma insunt codicibus 759, 788-796, 798, 804-805 ut et fasti ecclesiastici codicibus 1264-1267, 1269-1270, 1343, 1825, 1909-1911, 1914-1918, 1938. Codices plures [925-928, 935-940, 942, 1257-1260, 1908, 1920] patriciarum gentium historiam excutiunt, nominatim Contarenae [codd. 894, 915, 941, 980, 1268, 1820, 1921, 1932-1933, 1945]; innumeri prope [774, 776-779, 785, 806-871, 914, 918, 924, 930-931, 994, 998, 1169, 1222-1224, 1228-1243, 1261, 1263, 1271, 1273, 1278-1376, 1849-1859, 1884-1896, 1899-1907, 1937, 1940-1946] qui reipublicae administrandae instrumenta ac normas occludunt. Picturis elegantioribus ornantur mandata seu commissiones officialibus reipublicae [codd. 1346-1376, 1867-1870]. Quae inter cetera, negotiorum pertractatorum gravitate, excellunt sunt acta legationum, quas summo honore praesertim obierunt ex familia Contarena Caspar, Franciscus, Marcus, Petrus, Simeon, Thomas, Zaccarias; quos omnes merito excedit Aloysius annis 1627-1650 legatus in Anglia, in Gallia, Romae, Constantinopoleos, Monasterii. Nec minori numero sunt *relationes,* seu compendia notitiarum eorum quae legati varii ad exteras virorum principum aulas gesserunt ac in senatu veneto legerunt.

Hi sunt Andreas Gritti a. 1503; Joannes Jacobus Caroldo ann. 1503, 1520; Vincentius Quirinus a. 1506; Joannes Mocenigo a. 1512; Marcus Foscari ann. 1527, 1537; Caspar Contarenus a. 1530; Nicolaus Theupolus a. 1533; Antonius Surian a. 1535; Marinus Justinianus ann. 1536, 1541; Franciscus Justinianus a. 1538; Matthaeus Dandolo ann. 1542, 1551; Bernardus Naugerius ann. 1546, 1552, 1558; Marinus Cavalli ann. 1546, 1551, 1560, 1572; Laurentius Contarenus a. 1548; Carolus Cappello a. 1550; Daniel Barbaro a. 1551; Joannes Cappello a. 1553; Dominicus Trevisan a. 1554; Michael Surian ann. 1555, 1571; Fridericus Badoer a. 1557; Joannes Michiel ann. 1557, 1575, 1587; Aloysius Lippomano a. 1560; Jacobus Soranzo ann. 1562, 1571, 1581; Paulus Theupolus ann. 1563, 1566, 1569; Laurentius Priolus ann. 1565, 1586; Sigismundus Cavalli a. 1566; Antonius Theupolus ann. 1567, 1576, 1578; Lazzarus Mocenigo a. 1570; Joannes Cornelius ann. 1570, 1578, 1581; Aloysius Contarenus a. 1571; Marcus Antonius Barbarus a. 1573; Vincentius de Alexandris et Hieronymus Lippomanus a. 1574; Constantinus Garzoni ann. 1574, 1577; Aemilius Manolesso et Franciscus Molin a. 1575; Andreas Gussoni a. 1576; Franciscus Barbaro a. 1579; Franciscus Maurocenus a. 1581; Joannes Franciscus Maurocenus a. 1585; Franciscus Contarenus a. 1588; Joannes Gritti a. 1589; Thomas Contarenus ann. 1589, 1593, 1612; Petrus Duodo a. 1592; Franciscus Vendraminus a. 1596; Joannes Delphinus a. 1597. Etsi sequioribus saeculis decimo septimo et decimo octavo longe minor extet generatim *relationum* numerus, tamen recensendae sunt Simeonis Contareni ann. 1605, 1612; Benedicti Zorzi a. 1606; Nicolai Molini et Petri Prioli a. 1607; Christophori Valerii a. 1615; Petri Contareni ann. 1616, 1627; Raineri Zeni a. 1623; Georgii Zeni a. 1638; Michaelis Mauroceni a. 1653; Joannis Sa-

gredo ann. 1654, 1657, 1665; Baptistae Nani a. 1658
cobi Quirini a. 1659; Petri Basadonna ann. 1664, 1(
Marci Antonii Justiniani a. 1667; Petri Mocenici a. 1
Joannis Landi et Hieronymi Venerii a. 1689; hui
Laurentii Superantii a. 1696; Caroli Ruzzini a. 1(
Nicolai Ericii a. 1702; Danielis Delphini et Laurentii T
poli a. 1708; Francisci Donati a. 1726; Barboni Mau
ni a. 1731; Marci Fuscareni ann. 1736, 1743; Andrea
Lezze a. 1743; Pauli Rainerii a. 1769; Francisci Mi
a. 1774.

Codices manuscriptos pretiosiores rem historican
netam, maxime politicam, excutientes, splendidissin
re musica, saeculis decimoseptimo et decimoctavo ex
excipiunt, testimonium studii ardentioris, quo familia
tarena in pulcherrimarum artium cultum ferebatur.
cus Contarenus procurator sancti Marci, dimidio saecul
cimoseptimo, vico *Piazzola* appellato, villam adeo regalis
nificentiae miraculis instructam aedificaverat ut et viri
cipes augustam privati hominis pompam obstupescerer
Eodem, ne quae sensum animumque afficiunt oblecta
ta deessent, theatrum quoque tam magno ausu con
xerat, ut nullum par in Europa extaret (2). Ibi vero

(1) V. Piccioli. *L' orologio del piacere, che mostra l' ora del dil soggiorno avuto dall' altezza serenissima di Ernesto Augusto vescoro nabruk, duca di Brunswick, Luneburgo ec. ec. nel luogo di Piazz s. e. il sig. Marco Contarini, procuratore di san Marco.* Piazzola, nel luogo delle vergini.

(2) « Teatro capace di 1000 persone, la di cui vastezza nella
» de' famosi drammi fu nicchio proporzionato al caracollo di centi
» destrieri, e formò campo agevole al passaggio di più di 400 per
» gi oltre sei stanze grandi dai lati per il vestire delle compars
» riposte per 100 cavalli. Il soffitto di questa gran mole è stuccat
» con rabeschi rimessi di specchi, nel pavimento è tutto perforat
» tagli, vuoto nel seno per renderlo più armonioso e fresco, abile
» verlo da condotte occulte di vento; gli ordini dei palchi sono al
« tro dipinti ad oglio color porporino, al di fuori abbigliati da intr

mum, opera Dominici Freschi, in cathedrali ecclesia vicetina phonasci; dein scriptorum musices celebriorum Francisci Cavalli (1), Alexandri Scarlatti (2), Alexandri Leardini (3), Caroli Grossi (4) drammata musica oblata sunt; item Joannes Adolphi Hasse cognomento *Saxonis* (5); nec non tria super octoginta scriptorum quorum nomina ignoramus, totidem voluminibus egregie compactis ac corio purpureo deaurato obductis (6). Nec drammata tantum, sed et concentus, mela, cantilenae, itale venientes nominibus: *solfeggi, preludj, introduzioni, finali, duetti, rondò, arie, sarabande, fughe, cavatine, sinfonie, sonate, serenate, concerti, cantate, oratorj* Nicolai Mattheis senioris, Bernardi Pasquini, Caroli Rossi, equitis Rainaldi, Herculis Bernabei, Francisci Gasperini, Flavii Caroli Lanciani, Hieronymi Venerii, Francisci Bianchi, Petri Guglielmi, F. Manfredini, Vincentii Marsinii, Antonii Martinelli, Caroli Monza, Joannis Paisiello, Josephi Sarti, Josephi Tartini, Antonii Vescovi, Joannis Wanhell, Balthassaris Galuppi, Josephi

» stuccadure con figure dorate: le mura de' corridori che guidano a que- » sti dipinte a fresco con molta vaghezza di varie tinture, le scale spa- » ziose e di pietra con statue sui limitari delle stesse scene, orchestra » assai grande, e nei lati del proscenio s' alzano due elefanti al naturale » con castella sopra il dorso, che all' occorrenza si aggirano, resi movi- » bili ad arte » *L' orologio del piacere.* V. quoque Tiraboschi. *Storia*, t. VIII, p. II, p. 465. — Quadrio. *Storia*, t. V, p. 455. — Biblioteca ital. n. CLX, p. 11.

(1) Codicibus 351-374 extant eius drammata: *Alcibiade, l' Artemisia, il Calisto, il Ciro, la Didone, la Doriclea, Elena rapita da Paride, l' Eliogabalo, l' Ercole, l' Erismena, l' Eritrea, l' Hipermestra, il Giasone, Muziò Scevola, le nozze di Teti e Peleo, l' Orimonte, l' Oristeo, l' Ormindo, il rapimento d' Elena, la Rosinda, Scipione Africano, la Statira, i strali d' amore, Xerse.*

(2) Codd. 375-377. *L' Eurillo, l' Odoacre, il Pompeo Magno.*

(3) Cod. 378. *Psiche.*

(4) Cod. 379. *La Romilda.*

(5) Codd. 481-483. *Artaserse* et *il Demetrio* Petri Metastasii: *Attalo.*

(6) Codd. 380-462. *L' Adelaide, Alessandro Magno, Almerico, l' Amante muto loquace, le Amazoni, l' Amore guerriero, Amori di Apollo e Leu-*

Saratelli aliorumque (1). Adde libellorum *[libretti]* textus impressos, cum diagrammatibus, quo anno 1681 Joannes Georgius tertius dux Saxoniae (2), seriusque [1685] Ernestus Augustus episcopus osnabrugensis ac dux Brunsvici et Selenopolis (3) a Marco Contareno ibi basilico excepti sunt. Nec silentio praeteream modulamina Joannis Francisci Brusa, Antonii Giay, Joannis Porta, Nicolai Porpora, Dominici Terradellas in theatro s. Joannis Chrysostomi Venetiis, annis 1724-1725, 1727, 1738, 1744 [codd. 377-380] oblata. Quae vero musicum hoc patrimonium maxime exornant sunt mela *[cantate]* numero quidem pauca, sed valde extimanda, auctore Alexandro Stradella, ante aliquot annos primum edita (4), de quibus, ut-

cotoe, l'Annibale in Capua, l'Antigone, Antigona, l'Apollo, l'Arsinoe, l'Artaserse, Attila, Berenice, La caduta di Sejano, Caligola, Artabano, Candaule, la Circe, Claudio Cesare, la Cleopatra, la Cloridea, la Dafne, la Damira placata, il Dario, il Delio, Demetrio, il Diocleziano, la Dori, l'Egisto, Elena, Eliogabalo, Enea in Italia, Ercole, Ercole in Tebe, l'Erismena, Ermelinda, Eurindo, le fatiche d' Ercole, la fede greca, la Fidalba, la Flora, il Galieno, Germondo, il Giustino, il Genserico, l'Heraclio, Iphide, Irene e Costantino, il Leonida, il Lisimaco, Lizarda, il Marcello, Medea in Atene, il Medoro, la Messalina, il Narciso, il Nerone, il Nicomede in Bitinia, il Numa Pompilio, Odorico, Olimpia sola, l'Orfeo, l'Orione, Oronte, l'ospedale, il pio Enea, il Pompeo Magno in Cilicia, il ratto delle Sabine, Rodopea, Rosiclea, il Sardanapalo, la schiava fortunata, il Seleuco, la Semiramide, le sfortune di Pirro, Teseo, Thesée, il Tito il Totila, Tullia superba, il Vespasiano.

(1) Codd. 464–472, 475–476, 484.

(2) *Tributi di ossequio all'a. s. e. di Gio. Giorgio terzo, duca di Sassonia consecrati da Marco Contarini* ec. Piazzola, nel loco delle vergini, 8.°

(3) Piccioli dottor. *Il vaticinio della fortuna. Musicali acclamationi consecrate da s. e. Marco Contarini, procurator di s. Marco all' o. s. d'Ernesto Augusto, vescovo d' Osnabrug, duca di Brunswich, Luneburgo* ec Piazzola, 1685, 4.° — Lo stesso. *La schiavitù fortunata di Nettuno. Voti di musicale applauso consecrati* ec. Ivi 4.° — Lo stesso. *Il ritratto della gloria donato all' eternità. Musicali applausi consecrati* ec. Ivi, 4.° ed 8.° — Lo stesso. *Il preludio felice. Musicali acclamazioni consacrate* ec. Ivi 4.° ed 8.° — Lo stesso. *Il marito acclamato. Armonici tributi d' ossequio consacrati* ec. Ivi, 4.° ed 8.°

(4) *Canti a voce sola dell' insigne A. Stradella, legati alla biblioteca*

pote et de universa musices collectione, egregie disseruit doctor Philippus Filippi (1).

Codices manuscriptos Contarinianos fuse illustrandos praeclarissimus Jacobus Morelli, quasi sortis futurae praescius, susceperat (2), aliis vero curis distentus intercepit. Eam spartam egregie inceptam, pari laude ornandam sumpserat Andreas Baretta, mihi quoadusque vixit adiutor et amicus. Additamenta enim operi Morelliano confecit, ac studia, methodo plus quam par est latiori, in centenos codices congessit (3). Morte praeventus [a. 1852] eorum omnium descriptionem ac in classes distributionem solertissimo viro Joanni Veludo, eius in munere successori reliquit.

CAP. XXVII.

Joannes Rossi a. 1852, Carolus Ghega a. 1860 rem propriam manuscriptam nobis testamento relinquunt.

Die decimaquarta ianuarii anni 1852 mortem occubuit eruditissimus vir Joannes Rossi e Venetiis, cuius in re historica veneta scientiam, studia diuturna, singularem in libris impressis et codicibus manuscriptis colligendis diligentiam congrua narratione (4) Emmanuel Cicogna prosecutus est. Eius hominis iure laudati recordationem

di san Marco di Venezia dalla nobile famiglia Contarini. Paris, Léon Escudier, éditeur. 4.°

(1) *Alessandro Stradella e l'archivio musicale dei Contarini alla biblioteca di s. Marco in Venezia.* Lege in ephemeridibus: *Il Politecnico.* Milano, Parte letteraria, Ottobre 1866.

(2) Ris. 131. *Indice dei codici manoscritti di casa Contarini a san Trovaso, compilato da me don Iacopo Morelli, custode della libreria di san Marco, negli anni 1780 e seguenti.*

(3) Ris. 134. *Codici latini e italiani Contariniani illustrati.*

(4) *Cenni intorno alla vita ed agli scritti del dottore Giovanni Rossi del fu Gerardo, veneziano.* Venezia, 1852, p. 22, 8.°

ideo memori animo repeto quod tabulis extremis diei decimae quintae kalend. augusti anni 1852 bibliothecam nostram librorum impressorum ac manuscriptorum codicum suorum haeredem instituerit. — Omissis — « Alla biblio-
» teca pubblica Marciana di Venezia lascio tutti i volumi
» dei miei drammi musicali cantati in Venezia, cantate,
» intermedj e simili relativi, raccolta di cui non conosco
» la più perfetta, coll'obbligazione però di continuare sem-
» pre la serie di anno in anno possibilmente compita; se a
» tale condizione non si adempisse, allora sottentrerà con
» proprietà piena il Museo Correr, ma coll'obbligo stesso. »

» Inoltre lascio alla prelodata pubblica biblioteca tut-
» te le buste grosse in carta finta pelle e bolletini arancj,
» in varie forme, poco finora meno di seicento, contenenti
» opuscoli veneziani e cose che a Venezia si riferiscono,
» con obbligo che a quattro e sei buste per volta possano
» esaminarsi in congruo periodo di tempo a casa sua dallo
» studioso sig. Emmanuele Antonio Cicogna, verso analo-
» ga quitanza, e che non si cavino, per traslocarli in altro
» modo, gli opuscoli dalle buste. »

» Al sig. caval. consigliere accademico, segretario di
» Appello Emman. Antonio Cicogna otto volumi, a sua
» scelta, dei mss. da me acquistati. »

» Il mio erede si sceglierà trenta volumi tra i mss.
» da me acquistati, quali da me si lasciano a lui in piena
» proprieta. »

» Ciò premesso, tutti i rimanenti mss. da me acqui-
» stati apparterranno alla suddetta biblioteca Marciana. »

» Quanto all' opera voluminosa da me composta sulle
» leggi e sui costumi di Venezia, la quale coi documenti
» oltrepassa forse il numero di 100 volumi in 4.° [anzi di
» 120 circa], questa voglio che sia a beneficio della sud-
» detta Marciana biblioteca. Ma siccome nel lungo periodo
» di circa 45 anni non potei compirla, limarla e darci quel

» miglior metodo che mi aveva proposto, e per la mia ot- » tuagenarietà devo temere di non finirla a mio modo, co- » sì ne sarà libera la lettura e l' esame, ma ne proibisco » qualunque copia od estratto, non che la stampa. »

Praetereo syllogem duplicem drammatum quae musicis numeris Venetiis acta sunt, ut et opusculorum miscellanorum impressorum, quae sexcentis fere thecis contenta, varia historiae venetae adiuncta exprimunt. Quae autem potissimum animadversionum nostrarum aciem in se convertunt sunt septuaginta supra quadringenta volumina, universim, si pauca quaedam excipias, de historia veneta civili, politica, ecclesiastica, litteraria cuiusque generis institutionum. Singulis seorsum enumerandis impar essem, quippe quod plura codicibus gregatim congesta sint. In id sufficiat varios referre titulos: narrationes historicas tum Venetiarum, tum subditarum urbium; annales, commentarios diarios, chronica dominii; bella et pacis compositiones cum Turcis ac Imperialibus; litteras *[dispaccj]* et commissiones ducales; legatorum itinera, epistolas et relationes; magistratus tum Venetiis tum in ceteris reipublicae civitatibus; leges civiles et criminales, statuta; familias et eorum privilegia; artes; commercium; vectigalia; rem monetariam. Quid quod et historiae ecclesiasticae materia excussa est, de bullis papalibus, clero saeculari et regulari, consultis theologicis, frataleis, interdicto anni 1606, patriarchatus aquileiensis extinctione, festis abrogandis, monasteriis tollendis. Ne vero amplissimi operis, in quod testator maximam vitae suae partem impenderat, cuiusque mentionem in extremis ingerit tabulis, momentum qualecumque aspernari videamur, liceat quaedam de eo dicere. Cum donator clarissimus anno millesimo octingentesimo sexto tabulariis venetis in ordinem digerendis aliquantisper deputaretur, arduum dictu est quantum in patriae historiae studia incaluerit. Propterea, curis et impensis

minime parcens, sibi proposuit legum ac consuetudinum Venetiarum cuiusque aevi historiam contexere, documentis in medium allatis quae sententias obfirmarent. Exinde, quinquaginta ferme annorum spatio, centum viginti volumina (1) sub forma quarti congessit, quorum septem supra triginta textum, septem super octoginta documenta, quatuor summarium, textus et documentorum indices comprehendunt. Etsi, quibusdam exceptis, quae in athaenaeo veneto perlegebantur, pleraque inter anecdota referenda sunt, ea tamen indigestam notitiarum congeriem quam opus absolutum appellare malo. Quod auctor quoque notavit, usum quidem lectionis, non autem exscriptionis concedens. Si qui sunt quibus intersit titulos centenos de rebus variis adire, iis eruditissimus vir Ioannes Veludo, egregius mihi in hac honoris palaestra adiutor, qui et omnes testatoris codices manuscriptos in catalogum intulit ut superius notavi, indicem paravit absolutissimum. Fusius de opere Emmanuel Cicogna in donatoris vita.

Tot de bibliotheca nostra benemerentibus colophonem imponit venetus e Venetiis Carolus Ghega. Qui cum technologiae, uti dicunt, et affinibus studiis sic incubuisset ut adhuc iunior in America egregiam nominis famam esset adeptus, eamque obsignaret operibus serius editis de via ferrata Baltimora-Ohio (2) ac de nova pontium forma in America septentrionali inventa (3); ad Europam redux

(1) I. VII, 1386-1512.

(2) *Die Baltimore — Ohio — Eisenban über das Alleghany-Gebirg, mit besonderer Berücksichtigung der Steigungs - und Krümmungsverhältnisse untersucht von Carl Ghega ec. mit einer Beschreibung über die Leistungsfähigkeit einiger nordamerikanischen Lokomotive, und einer vergleichenden Berechnung der Lokomotiv-und Pferdekraft bei verschiedenen Bahnsteigungen.* Wien, 1844, p, XVI, 264, mit einer Landkarte und einem Atlas von 19 Zeichnungstafeln.

(3) *Ueber nordamericanischen Brückenbau und Berechnung des Tragungsvermögens des Howe'schen Brücken mit Tabellen über die absolute, re-*

Vindobonam accessit; ibique altero quasi dexteritatis theatro constitutus, vias ferratis axibus in imperio, praesertim semeringensem (1) egregio construxit, de iisque disseruit (2) ita, ut eorum operum, in universo imperio, directioni generali praeponi meruerit. Ubi vero ille vigens adhuc aetate, Vindobonae pridie idus martias anni millesimi octingentesimi sexagesimi occubuisset, patriae memor, bibliothecae nostrae suam, non eam quidem magnam, sed lectis tecnologicae scientiae voluminibus et manuscriptis et tipis editis apprime instructam testamento reliquit. «..... Vienna, 21 gennaio 1858.» — Omissis .... « Ben » lungi dall' attribuire un pregio ai miei libri, ed ancor » meno ai miei manoscritti e stampe ec. desidero però » che siano essi consegnati ad uno o più istituti pubblici, » affinchè non siano dispersi o venduti. A tal fine lascio » tutti i miei libri e manoscritti italiani, francesi, tedeschi » in proprietà della pubblica biblioteca di s. Marco in Ve- » nezia.» Quod quantum emolumenti nobis intulerit ii dumtaxat recte iudicabunt qui eam studiorum spartam, sicut specialem, propriis sumptibus sciant exornatam iri. Voluminibus impressis fere quadringentis, quibus accedunt chartae geohraphicae, tabulae variae, diagrammata, codices insunt quatuordecim, partim studia egregii viri in vias ferreis axibus stratas comprehendentes, partim scripta ac breviaria de re eadem, auctoribus Amedeo Demarteau, S. Grandis, Carolo Maisner, Georgio Sthephenson, Floriano Pasetti, Germano Sommeiller, Edmondo Teisserenc, E. Meticke, W. Norris, G. Langer, Fed. Stach-Wen-

lative und rückwirkende Festigkeit einiger Baumaterialien, und zwei Zeichnungstafeln. Wien, 1845, p. VI, 85, 4.°

(1) *Malerischer Atlas der Eisenban über den Semmering, mit vorausgehender historisch-statistischer Uebersicht der Eisenbahnen in Oesterreich.* Wien, 1855.

(2) *Uebersicht der Hauptfortschritte des Eisenbahnwesens in dem Iahr-*

ke, Sam. Clegg, Dionisio Street, Marinovich et Hoffmanno, Petro Selvatico, Aloysio Erizzo, Aloysio Leonarduzzi.

Nec laude quadam propria fraudandi sunt qui ab anno millesimo octingentesimo quadragesimo secundo ad nos, aliquot codices manuscriptos obtulerunt Nicolaus Tommaseo, Franciscus Zantedeschi, Rawdon Brown, comes Giustinian-Cavalli-Barbarigo, Ludovicus Pasini, Albertus Camesina, Petrus Marasca, Ioannes Veludo, Ioseph Valentinelli.

CAP. XXVIII.

Quae nequiora anno 1866 bibliothecae supervenerint.

Modo splendidioris instituti historiam absolutam crediderim, nisi memoriae revocare cogerer quod anno tristissimo millesimo octingesimo sexagesimo sexto nobis obtigit. Dimidio reapse mense iulio eius anni Beda Dudikius moravus, Benedictinorum familiae olim alumnus, bibliothecam, milite insequente, adit, ac decreto, militaris licentiae teste, quod caesaris armorum administer Krenevillius subscripserit, sibi datam potestatem aperit ea a publicis tabulariis sumendi quae sibi Vindobonam transferenda viderentur. Cum hanc esse bibliothecam, non tabularium, obiicerem, effrons proconsul redit postridie, decreto insistens quo supremus armorum praefectus Vene-

zehnde 1840–1850, *und die Ergebnisse der Probefahrten auf einer Strecke der Staatsbahn ueber den Semmering in Oesterreich ; mit einem Atlas in VII Blättern*. Wien, 1852, p. IV, 81, 8.° — *Dritte verbesserte und vermehrte Auflage, mit einem Atlas in VIII Blättern*. Wien, 1853, p. VI, 140, 8.° — *Quadro dei progressi principali delle strade ferrate nel decennio* 1840–1850, *e dei risultamenti delle corse di prova con le locomotive di concorso sulla strada ferrata del Semmering in Austria. Seconda edizione corretta ed ampliata con un atlante di VII tavole*. Vienna, 1852, p. VI, 120, 8.°

tiarum addit, novis sibi collatis instructionibus, eius auctoritatem bibliothecae quoque applicandam. Quid inde? Dudikius nobiliores agendi modos primum insimulans, catalogorum inspectionem respuit, eos tantum codices manuscriptos sibi offerri rogans quae historiam austriacam, bohemicam, *moravam*, dalmaticam, histriensem, foroiuliensem excutiunt. His actis, alter Verres singula catalogorum volumina biduo scrutatur. Fato auspicato cessit ut vir, rei nostrae prorsus ignarus, res quasdam pretio minori habendas, aliis dignioribus postabitis, selegerit. Verum nefandi operis administer centum fere codices manuscriptos surripuit, quibus praestant: a. quingentorum documentorum membraneorum syllogo, quam Iustus Fontaninius in historiae foroiuliensis commodum contulit; b. pleraque huius opuscula; plura aquileiensia; c. regesta notariorum foroiuliensium; d. conciliorum constantiensis et basileensis acta; e. Illyricum sacrum Danielis Farlati, cum emendationibus et additionibus autographis; f. Ioannis Lucii inscriptiones autographae; g. opus Marini Sanudo dicti Torsello; h. Philippi Callimachi Experientis historia; i. chronica Martini Poloni, Andreae Spalatini, jadertina; k. Annales Hungariae Melchioris Inchofer; l. historiae Foriiulii, Faustini Moisesso; Tergesti, Vincentii Scussa; Histriae, Iacobi Philippi Tommasini; m. instructiones Ferdinandi caesaris Hieronymo Verantio legato ad Turcas a. 1533; n. legatio veneta Hungariae a. 1379; o. Relationes dalmaticae a Vincentio Dandulo Napoleoni ann. 1806-1809 oblatae. Utinam quae militaris licentia violenter abstulit, ea pacis cum Austria italicae pacta nobis cito et ex integro restituant. Cuius desiderii absolutionem integram spondent acta Mediolani mense augusto 1867 et in praesentiarum pro rei definitione agenda.

CAP. XXIX.

Studia in codices mss. Marcianos instituta.

Relatis quae de origine, incrementis, fatis, praestantia codicum manuscriptorum bibliothecae ad d. Marci Venetiarum opportuniora censuimus, restat ut quaedam perbrevi de eorum usu interseramus, ne qui generatim bibliothecam nostram vel consulto, vel occasione data, excutierunt, turpi obruere silentio videamur. Mittimus de quibus in commentarii decursu meminimus, eos potissimum in medium proferentes qui recens manus iis admoverunt, operi absolutiori symbolam collaturi.

Varia Ubertini Pusculi, Galilaei Galilei, Pauli Amalthaei, Constantiae Varaneae Sfortiae, Herasmi Valvasonis, Camilli Silvestri, ex nostris codicibus in opellarum syllogen (1) ingessit typographus venetus Joannes Maria Lazzaroni.

Joannes Baptista Maria Contarenus, e congregatione b. Jacobi Salomonii Venetiarum, quaedam ex Marciae bibliothecae, vel ex domus propriae codicibus, qui serius nostrae accesserunt, auctoribus Gregorio Corrario, Leonardo Justiniano, Caspare Barzizio, Augustino Valerio, Joanne Michaele Alberto de Carraria, intulit in *Anecdota veneta* (2).

Meritis efferendum censemus laudibus Joannem Franciscum Bernardum Mariam de Rubeis qui *variantes lectiones ex codicibus graecis venetis Marcianis* addidit Theophylacti operibus (3).

(1) *Miscellanea di varie operette.* Venezia, 1740-1744, vol VIII, 8.°

(2) Venetiis, 1754. tom I, 4.°, p. XV, 344.

(3) Theophylacti Bulgariae archiepiscopi opera omnia ec. Venetiis, 1754-1763, vot. IV, f.°

Patrum sanctorum utriusque ecclesiae, graecae et latinae codicibus, post dimidium saeculum decimum octavum usus est Andreas Gallandus in *Bibliothecam veterum patrum, antiquorumque scriptorum ecclesiasticorum*, numero tercentorum (1), adornandam. Nam et Bessarionaeos (2), et Nanianos (3), opera praesertim Antonii Bongiovanni (4), qui materiam luculentissimam operis continuatori Joanni Baptistae Gallicioli reliquerat (5), diligenter contulit.

Iisdem ferme annis idem Galliciolus s. Gregorii Magni operum codices omnes in proprios usus convertit, ubi absolutissimam eius scriptorum editionem (6) curavit. Sic enim ille in prooemio: « Primo quidem s. Gregorium ite-

(1) Venetiis, 1765-1781, tom. XI, f.º

(2) » Primum itaque mihi celebrandus Hieronymus Grimani, senator » amplissimus ac summus venetae bibliothecae praeses et moderator, quo » benigne favente atque annuente, tum pro sibi congenita humanitate, tum » pro singulari disciplinarum litterarumque studio, codices graecos et lati- » nos manu exaratos consulendi latam facilemque mihi praebuit facultatem » v. c. Antonius Zanetti, tantae bibliothecae dignus custos; cui propterea » multum admodum me debere palam facio. » Operis curator in prooemio, p. X.

(3) « Is (Bernardus Nani) enim, dum in vivis ageret, bibliothecam » suam luculenta mss. codicum, in primis graecorum, copia refertam » mihi patere adeo humaniter annuit iussitque, ut beneficentia liberalior » ne voto quidem fin gipossit. » Ibi.

(4) « Porro iniquus sim nisi Antonii Bongiovanni officiis me fuisse » devinctum profitear, coniunctissimi quondam collegae atque optimi inter » amicos . . . » Ibi.

(5) « Cum absolvendae venetae patrum ecclesiasticorumque scripto- » rum Gallandianae bibliothecae provinciam administrarem . . . . . sta- » tui apud me ipse aliquammulta ex autographis Bongioannianis quae » apud Gallandium reperta sunt, seligere, latinitate donare atque eo pa- » cto postremum bibliothecae volumen absolvere. » . . . . « Inter plura » quae Bongioannius ex aliis atque aliis codicibus descripsit, ea tantum » elegi quae maxime ad institutum nostrum accederent, atque ex iis ipsis » nonnisi potiora accipienda constitui. » Ibidem, tom XIV, pag. III. Ceterum vide codices nostros a Bongioannio congestos [L. II, 172-176].

(6) S. Gregorii Magni papae, *Opera omnia, ad codices praesertim Marcianos iterum exacta*. Venetiis, 1768-1776, tom. XVII, 4.º

» rum cum mss. codicibus ipsemet contuli, quotquot po-
» tissimum in Marciana nostra bibliotheca invenire potui.
» Hi pro majori parte ex bibliotheca cardinalis Bessario-
» nis in Marcianam emigrarunt . . . . . Variantes igitur
» ex iss aliisque codicibus lectiones in subiectis notis ex-
» hibeo. »

Iis quae superius ab eruditissimo Jacobo Morellio in codices nostros studiis congestis memoravimus, addi merentur: a. *Epistolae septem variae eruditionis* (1) Christophoro Friderico Ammonio, Jo. Bapt. Caspari de Ansse Villoisonio, Theophilo Christophoro Harlesio (2), Albino Ludovico Millino, Dominico Mariae Morenio, Antonio Isaaco Silvestro de Sacy et Joanni Francisco Boissonade, Philippo Schiasso; quibus recusis (3) additae sunt quatuor Armando Gastoni Camus, Josepho de Retzer, Danieli Wittembachio (4); b. *Notitia codicum venetorum Hesiodi, in qua Trincavellianae editionis fontes ostenduntur* (5); c. *Epistola Morgensternio de codicibus venetis Platonis*, de republica (6).

Quanquam unius tantum Aristotelis operibus, academiae regiae borussicae sumptu edendis (7), praeclarissimus Emmanuel Bekkerus post obitum Jacobi Morellii, codicibus nostris graecis ultra septuaginta accederet, eorum sexdecim (8), utpote pretiosiores, in studia contulit sua.

(1) Patavii, ex officina sociorum titulo Minervae, 1818, 8.°

(2) Epistolam hanc *de codicibus mss. Theocriti in bibl. reg. Venetiis asservatis* primum edidit Kiessling in *Theocriti reliquiae* [Lipsiae, 1819, 8.°], p. 977-989.

(3) Operette di Iacopo Morelli. Venezia, 1820, vol. II, p. 201-306.

(4) Ibi. p. 315-325.

(5) F. A. Wolf, *Literarische Analecten*. Fascic. III, p. 263-274.

(6) Dorptische Beiträge. Iahrg. 1814, p. 260-262.

(7) *Aristotelis opera graece et latine, ex recensione Immanuelis Bekkeri, edidit academia regia borussica*. Berolini, apud Georgium Reimerum, 1831-1836, vol. IV, 4.°

(8) Z. Gr. 200-201, 206-208, 211-216, 259, 263. — L. IV, 3, 53, 58.

Idem historiae byzantinae analecta quaedam ex nostris passim codicibus edidit in actis academiae regiae berolinensis (1). Quae Bekkeri tentamina serius persequutus est et emendavit Josephus Müllerus (2), modo in archygimnasio ticinensi graecae linguae antecessor.

His merito laudandus accedit Julius Sommerbrodt, qui ex praediviti Luciani codicum messe (3) et variantes lectiones edidit singulatim (4), et quae ad Luciani somnium se referunt (5) illustravit.

Elenchum codicum manuscriptorum, historiam alamannicam et italicam medii aevi illustrantium expressit eruditissimus vir G. H. Pertz, ediditque anno 1822 (6). Opere eodem clarissimus Fridericus Blume dedit notitiam codicum rei iuridicae et canonicae, praesertim vero qui ad Aquilejam et Forumiulii se referunt, ex Justo Fontaninio et Joanne Francisco Bernardo Maria de Rubeis. Idem bibliothecae nostrae historiam obtulit (7) ut et denuo catalogum iuris civilis et canonici (8).

(1) *Die ungedruckten Byzantinischen Historiker der St. Marcus Bibliothek. Proben und Auszüge der Akademie der Wissenschaften vorgelet am 1 April 1841, von H.rn Bekker.* Philologische und historis. Abhand. der kön. Akad. der Wissensch. zu Berlin, aus dem Iahre 1841. Berlin, 1843, p. 43-65.

(2) *Byzantinische Analekten aus Handschriften der S. Marcus-Bibliothek zu Venedig.* Wien, Braümüller in Comm. 1852, p. 86, 8.° edita in Sitzungsberichte der phil.-hist. Classe der kais. Akad. der Wiss. vol. IX, p. 336-418.

(3) Z. Gr. Codd. 427, 434, 436, 438, 445, 517.

(4) *Luciani codicum Marcianorum lectiones edidit Iulius Sommerbrodt.* Berolini, apud Weidmannos, 1851, p. XII, 106, 8.°

(5) *Luciani somnium sive vita Luciani. Ex codicibus Marcianis recognovit Iulius Sommerbrodt.* Tanglini [Anclam] 1859, p. 11, 4.°

(6) *Verzeichniss der Handschriften der St. Marcus-Bibliothek zu Venedig, für deutsche und italienische Geschichte des Mittelalters, aus deren gedruckten und handschriftlichen Verzeichneissen, mit einigen Bemerkungen.* Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschicht-Kunde. Frankfurt am Mein — Hannover, 1819-1853, vol. XI, 8.° Vide vol. IV, p. 139-167.

(7) *Iter Italicum,* Halle, 1827-1835, vol. II, p. 213-222 ; IV, p. 171-173.

(8) *Bibliotheca manuscriptorum librorum italica.* Gottingae, 1834, p. 12-29.

Hos excipit eruditissimus vir Emmanuel Cicogna, qui codicibus nostris manuscriptis, annos ultra qudraginta, in amplissimum historiae venetae thesaurum (1) apparandum ita usus est ut me plurimum exinde utilitatis hiis illustrandis eruisse gratus libensque non diffitear. Diligentissimus enim patriae historiae investigator opera inedita auctorum venetorum excussit; cum ceteris manuscriptis aut impressis contulit; gesta virorum venetorum praeclara, in iisdem codicibus narrata, ad trutinam revocavit ac aequa lance perpendit; novis, si quae erant, lucem admovit. Utinam qui recens mortalem cum vita perenni commutavit, opus, cui nostri manuscripti codices materiem inexhaustam praebuerant, absolvisset.

Ipse obtuli regesta codicum manuscriptorum nostrorum, qua parte historiam Dalmatiae (2), Aquilejae (3), Foriiulii (4), Germaniae (5) illustrant.

Curtam sane sed pretiosam supellectilem, quippe codicibus viginti tribus distributam, offerunt, Joanne Baptista Recanato donante, codices gallica lingua antiquiori exscripti, iamdiu bibliothecae ducum nivernensium. Hos varie, ab annis non ultra triginta ad nos, plures excusserunt. Eorum singulorum notitiam satis amplam ac dili-

(1) *Delle iscrizioni veneziane raccolte ed illustrate da E. A. Cicogna.* Venezia, 1824-1853, vol. VI, 4.°

(2) *Bibliografia dalmata, tratta dai codici della Marciana.* Venezia, 1845, p. 45, 8.° cum supplemento in ephemeridibus vindobonensibus *Notizenblatt*, 1853, n. 1-2

(3) *Regesta ex codicibus bibliothecae palatinae, ad d. Marci Venetiarum.* Edita sunt Vindobonae in *Notizenblatt*, titulo *Oesterreichische Geschichtsquellen. Zur Geschichte der Patriarchen von Aquileja.* ann. 1854, num. 3, 4, 22; 1855, n. 8, 10, 12; 1857, n. 6-11.

(4) *Catalogus codicum manuscriptorum de rebus foroiuliensibus, ex bibliotheca palatina ad d. Marci Venetiarum.* Extat in *Archiv für Kunde österreich. Geschichtsquellen.* Wien, 1857, vol. XVIII, p. 331-473.

(5) *Regesten zur deutschen Geschichte aus den Handschriften der Marcusbibliothek in Venedig.* München, 1861-1866 partes duae, p. 561, 4.°

gentem dedit Paulus Lacroix nomine Jacob (1), catalogi nostri impressi angustias conquestus, qui in historiae gallicae usum quaedam quoque ex aliarum classium codicibus paginis 183-190 sui operis inseruit; de iisque omnibus testatum reliquit: « Les trente ou quarante manu» scrits français que possède la bibliotheque de Sain-Marc » à Venise, mériteraient à eux seuls le voyage d' Italie. » Emmanuel Bekkerus, de quo superius, quatuor codicum nostrorum partes in acta academiae berolinensis (2) intulit. Maiora protulit Adalbertus Keller, qui ex singulis quos appellat *Kostbaren Handschriften der Marciana* fragmenta potiora impressit (3). Eorum vestigia ingressi sunt Franciscus Gérin (4), Paulus Heyse (5), Franciscus Guessard (6), Leo Gautier (7), Paulus Meyer (8), Carolus

(1) *Dissertations sur quelques points curieux de l' histoire de France et de l' histoire littéraire.* Paris, 1839, vol. VII, p. 147-183, recusae in Champollion Figeac: *Documents historiques inédits.* Paris, 1842-1848, vol. III, p. 345. — *Rapport sur les manuscrits de Venise,* lectu in *Collection des monuments inédits sur l' histoire de France.* Melanges historiques, III, p. 355.

(2) Z. Gall. 4-7. *Die altfranzösische Romanc der St. Marcus Bibliothek. Proben und Auszüge,* in *Philologische und historische Abhandlungen der kön. Akademie der Wissenschaften, aus dem Iahre* 1839. Berlin, 1841, p. 213-293.

(3) *Romvart. Beiträge zur Kunde mittelalterlicher Dichtung aus italiänischen Bibliotheken.* Mannheim, 1844. p. 1-97.

(4) *Chanson de Roland.* Paris, 1850.

(5) *Romanische inedita auf italiänischen Bibliotheken gesammelt.* Berlin, 1856, p. XII, 174, 8.°

(6) *Notes sur un Manuscrit français* [Doon de Mayence] *de la Bibliothèque de St. Marc,* in *Bibliothèque de l' école des chartes.* Paris, 1857, IV, 3, p. 393-414. — *Macaire. Chanson de geste, publiée d' apres le manuscrit unique de Venise, avec un essai de restitution en regard du texte,* in *Bibliothèque* eadem. Paris, 1864, V, 5, p. 489-551. — *Les anciens poetes de la France, publiés sous les auspices de s. ex. m. le Ministre de l' instruction publique et des cultes, et sous la direction de. M. F. Guessard.* Paris, 1859-1863, vol. IX, 12.°

(7) *L' entrée en Espagne. Chanson de geste, inédite, renfermée dans un manuscrit de la Bibliothèque de s. Marc à Venise.* Lege in *Bibliothèque de l' école des chartes.* Paris, 1858, IV, 4, p. 217-270.

(8) *Gui de Nanteuil.* Paris, 1861.

Bartsch (1), Theodorus Müller (2), Gastonus Paris (3). His omnibus, ausu felici, antecellit amicus meus Adolphus Mussafia spalatensis, linguarum neo-latinarum in archigymnasio vindobonensi antecessor, qui operam assiduam ac diligentissimam, ab anno usque 1863, in hanc spartam ornandam contulit. Ille enim ab aliis animadversa iterum excussit, codicum lectiones variantes jam editas emendavit, rerum subiectarum argumenta ac dialecti rationes perpendit (4); nec non spondet maiora in posterum se praestaturum.

Iamdiu in Italia solemne fuit domesticos eventus carminibus celebrare, vel occasione diei natalis, nuptiarum, ordinis sacri collati; aut absolutis praedicationibus quadragesimalibus, vel spectaculis ludicris; vel cum viri aut faeminae in asceteriis monasticam vestem assumerent, aut vota emitterent; seu quando aliquis laurea in archigymnasio donaretur, aut officium iniret. Consuetudo haec, gestientis animi testimonium, ita sub fine saeculi decimi octavi immutata est ut carminibus, diei vitam minime praetergredientibus, opellae historicae, vitae et epistolae virorum illustrium, tractatiunculae peculiares de re theologica, iuridica, medica, mathematica, technologica, archaeologica, artium pulcherrimarum, non antea plerumque editae sufficerentur. Eapropter codices nostri manuscripti

(1) *Pfeiffer's Germania*, 1861, Iahrg. VI, p. 28-43.

(2) *La chanson de Roland, nach der Oxforden Handschrift* [et venetos Gall. 4, 5, 7], *von neuem herausgegeben, erläutert und mit einem vollständigen Glossar versehen von Theodor Müller, Professor an der Universität zu Göttingen*. Göttingen, 1863, p. 274, 8.°

(3) *Histoire poetique de Charlemagne*. Paris, 1865, *passim*.

(4) *Zu den altfranzösischen Handschriften der Marcusbibliothek in Venedig*. Wien, 1863, p. 53, 8.° — *La prise de Pampelune. Ein altfranzösische Gedicht* [*aus venezianischen Handschriften*]. Wien, 1864, p. XVI, 178. 8.° — *Macaire. Ein altfranzösisches Gedicht* [*aus venezianischen Handschriften*]. Wien, 1864, p. XVI, 14, 8.°. — *Ein Beitrag zur Bibliographie der Cancioneros aus der Marcusbibliothek in Venedig*. Wien, 1867, 8.°

frequenter excussi; nec abhorrebant qui praeerant, opportuniores deligere, dedicationis litteras ac praefationes componere, emendationes ac vitas addere; unde factum est ut hoc modo opuscula sexcenta, de quibus in uniuscuiusque codicis illustratione erit sermo, ex scrimniis nostris publici iuris fierent. Testes appello diligentiores Jacobum Morellium et Petrum Bettio, bibliothecae praefectos. Nemo autem, quod sciam, Bartholamaeo Gamba, praefecti in Marcia bibliotheca vicem gerenti, praestitit, qui operam suam cuique sciscitanti libertissimo animo dabat. Quod institutum, maximo historiae litterariae emolumento, hodiedum quoque viget.

CAP. XXX.

Methodus codicum mss. excutiendorum.

Antequam enarrem quam in codicibus declarandis methodum praetulerim, referendum censeo quid ii praestiterint qui me in hac honoris palaestra antecesserunt. Zanetti et Bongiovanni, de quibus plura superius, ita mss. codicum graecorum catalogum impressum digesserunt ut sexcentos viginti quinque per classes sic distribuerent:

I.	Biblia sacra et interpretes	Codd.	1-38
II.	Patres et scriptores ecclesiastici . .	»	39-163
III.	Concilia et canones	»	164-171
IV.	Jus civile	»	172-183
V.	Philosophi	»	184-268
VI.	Medici	»	269-299
VII.	Mathematici et astronomi	»	300-336
VIII.	Historia eccles. et vitae sanctorum .	»	337-363
IX.	Historia profana	»	364-414
X.	Rhetores	»	415-452
XI.	Poetae	»	453-481

XII. Grammatici . . . . » 482-493
XIII. Miscellanea . . . . » 494-533
XIV. Appendix ex legato Jacobi Conterenì,
Jo. Bapt. Recanati, aliorumque . » 534-625

Unus Zanetti manuscriptorum codicum latinorum quinquaginta super quingentos syllabum hoc ordine impressum exhibuit:

I. Biblia sacra et interpretes . . . Codd. 1-37
II. Patres et scriptores ecclesiastici . . » 38-95
III. Theologi . . . . » 96-162
IV. Concilia et ius canonicum . . . . » 163-199
V. Ius civile . . . . » 200-224
VI. Philosophi . . . . » 225-312
VII. Medici . . . . » 313-326
VIII. Mathematici et Astronomi . . . . » 327-344
IX. Historia ecclesiastica . . . . . . » 345-360
X. Historia profana . . . . » 361-410
XI. Rhetores . . . . » 411-437
XII. Poetae . . . . » 438-461
XIII. Philologi et grammatici . . . . . » 462-489
XIV. Miscellanea . . . . » 490-504
XV. Appendix codicum, *qui nuper in parte superiori ducalis ecclesiae inventi sunt* . . . . » 505-550

italorum summatim, nulla partitione, octoginta sex; gallicorum vigintiquinque. Egregiam Zanetti et Biongiovanni operam vix fuit qui ad huius saeculi initium prosequeretur, nec iniuria, quod codices sane pauci adderentur, quorum, numero septuaginta septem, indicem ieiunum satis, manu exscriptum legimus sub fine duplicis exemplaris impressi, in usum bibliothecae nostrae. Ex quo vero ditissima codicum manuscriptorum copia, sub fine saeculi proxime exacti et nostri initio, in bibliothecam inlata est, diligentissimus Petrus Bettio, Jacobo Morellio praefecto anno 1794

datus adiutor, varios codicum, qui identidem accesserant, titulos describendos insumpsit, eadem linguarum, familiarum, classium et codicum distributione, cui Zanetti et Bongiovanni adhaeserant; nisi quod non tantum tres linguarum graecae, latinae, italicae, verum etiam orientalium, ac recentiorum externarum gallicae, hispanicae, alamannicae, anglicae, hollandicae familias excussit. Ut autem quaeque classis ab altera, primo intuitu, discerneretur, numerum cuique, a primis illis descriptoribus omissum, apposuit; codicum vero numeratorum seriem non unam dedit pro unaquaque familia, sed singulas pro unaquaque classe, ut in posterum quoque, nullo impedimento, novi addi possent. Eo materiam universam sic distributam habes. In codicum orientalium familia sunt classes binae, quarum prima habet codices quatuor super biscentos arabicos, turcicos, persicos, sinenses, copticos, armeniacos, syriacos; altera novendecim hebraicos, summatim 223.

Ex graeca classes undecim:

I.	Biblia sacra	Codd.	63
II.	Patres et scriptores ecclesiastici	»	196
III.	Concilia et canones	»	16
IV.	Philosophi	»	63
V.	Medici	»	22
VI.	Mathematici	»	11
VII.	Historia ecclesiastica et profana	»	54
VIII.	Rhetores	»	20
IX.	Poetae	»	40
X.	Grammatici	»	41
XI.	Miscellanea	»	32
		Summatim	558

Familiam latinam componunt classes quatuordecim:

I.	Biblia sacra et interpretes	Codd.	96
II.	Patres et scriptores ecclesiastici	»	117
III.	Theologi	»	224

IV.	Concilia et ius canonicum	»	119
V.	Ius civile	»	125
VI.	Philosophi	»	302
VII.	Medici	»	51
VIII.	Mathematici et astronomi	»	123
IX.	Historia ecclesiastica	»	184
X.	Historia profana	»	348
XI.	Rhetores	»	160
XII.	Poetae	»	232
XIII.	Philologi et grammatici	»	140
XIV.	Miscellanea	»	293
		Summatim	2504

italam undecim:

I.	Bibbia sacra e scrittori ecclesiastici	Codd.	92
II.	Giurisprudenza e filosofia	»	166
III.	Medici	»	43
IV.	Matematici, arti del disegno, musica	»	520
V.	Istoria ecclesiastica	»	116
VI.	Istoria civile e geografia	»	342
VII.	Istoria ecclesiastica e civile veneziana	»	1953
VIII.	Oratori	»	29
IX.	Poeti	»	455
X.	Grammatici, filologi ed epistolarj	»	221
XI.	Miscellanea	»	194
		Summatim	4131

Ex familia gallica sunt codices trigintaseptem, hispanica duplex, alamannica quatuor, hollandica unus, anglica item, slavica tres, scilicet russici duo characteribus servianis, ac fragmenta glagolitica, summatim 48.

Penitiori bibliothecae usui deserviunt codices manuscripti latini et itali centum quinquaginta tres in syllabo cui titulus: *Elenco dei codici manoscritti latini, italiani riservati, in appendice ai descritti negli altri elenchi*, summatim 153.

Familiae cuique index appositus est nominum virorum, rerum, locorum, quae in descriptionis textu notatu digniora occurrunt. Nec mitto diligentiores elenchos confectos latinum et italum rerum venetarum quae in universo codicum cumulo obviae sunt; ut et autographorum graecorum, latinorum, italorum.

Codicis characteres proprii rei pertractatae illustrationem antecedunt, nempe ordinis numerus; foliorum natura membraneorum, vel chartaceorum, vel hombycinorum; aetas; nomen viri seu instituti ex quo in bibliothecam illatus est. Ultra saemisecularem Petri Bettio operam pari diligentia subsequuti sunt ego ipse, vicebibliothecarius Andreas Baretta, citius, quam par erat, hisce studiis morte praereptus: ac demum conlega meus praestantissimus Joannes Veludo, qui duo millia fere codicum manuscriptorum Joannis Rossi, Hieronymi Contareni, Caroli Ghega descripsit.

Quid ego? Aperte fateor nec unguem transversum a bibliothecae nostrae institutis, quoad ordinem, abhoruisse. Verum eiusmodi impressi operis indoles et forma ita a communi catalogi, in usum bibliothecae manu exarati, differt ut quid ipse in subiecta materie egerim referre opportunum existimem. Ubi in catalogo manuscripto codicis numerum, chartae speciem, aetatem, foliorum seriem, characteris formam, nomen auctoris et operis titulum advertas, tuo officio par eris: in impresso non item. Adde quod codicum identidem succrescentium numerus novam eorum distributionem ac uberiorem classium seriem necessariam evincit. Subeunt enim codices vel eundem textum, vel materiam eandem aut affinem tractantes, vel res novas ingerentes; unde descriptori extremo praestandum quod primus catalogi editor utique praestitisset, si ditior codicum copia se se una vice obtulisset. Propterea, eorum exemplo qui nos in hac provincia praecesserunt, insisten-

tes plura nobis codices descripturis demandata cogitaveramus, quae sequentibus titulis complexi sumus.

1. *Materia.* Ea vel membrana, vel charta papiracea, vel bombycina, vel lintea esse potest. Ex earum qualibet, extrema praesertim, quaedam fabricationis signa praeseferenti, plura in historiae subsidium eruuntur.

2. *Ætas.* Judicium de tempore quo codex descriptus a palaeographia aliisque internis et externis argumentis coniecimus, characterum quoque speciminibus cum iis conlatis quae eruditi eius rei scriptores operibus in id editis incidi curarunt. Saepius iudicio ferendo exemplo fuerunt codices aliqua temporis nota insignes. Ceterum quoties criteria defecerant, quod in pluribus codicibus latinis, a saeculo nono usque duodecimum, non raro contingit, aetatem cum solitis dubitationis signis tribuimus, illud semper mente volventes quod Casleus scriptum reliquit, satius esse veteres codices uno aut altero saeculo antiquiores pronunciare, quam nullam omnino eorum aetatem definire.

3. *Forma.* Etsi proximiorem voluminis amplitudinem nomina generatim adhibita *in folio, in quarto, in octavo* designent, tamen oculis minime obiiciunt; quod nos assecutos speramus, dum metri particulas illius tum altitudini tum latitudini applicuerimus.

4. *Numerus foliorum.* Sunt qui aequo plus antiquarum institutionum solliciti, codicum manuscriptorum integritatem temeratam existiment, si foliis numeri, ubi desunt, addantur. Hanc ego e converso consuetudinem non possum quin enixe commendem, ubi considero folia avellendi occasionem pluries exinde sublatam, ac lectoribus servitium adhibitum, qui citationes, mora nulla, adnotant.

5. *Scriptura.* Quantum codicis aetati divinandae conferat scripturae forma iam animadvertimus. Eapropter de ea, quoties erit occasio, iuxta scientiae diplomaticae nor-

mas disseremus, excutientes quot sint scribentium manus; num scriptura interlinearis et marginalis coeva sit aut recentior; ad quod saeculum folia membranacea rescripta se referant; quid illis insit.

6. *Textus.* Maxime interest ut, studiis egregiae provehendis, constet num codicis textus editus sit, si pluries, ubi primum publici iuris factus sit. Quibus obeundis me perscrutationibus diligentioribus minime pepercisse scio, opus sane longum et aleae plenum, ubi plures, centenas quandoque opellas, codex complectatur. Eas omnes, vel levioris momenti, ut epistolas; prologos; cartas venditionis, donationis, constitutionis; diplomata; versus; adagia; apposito cuiusque initio et foliorum numero, non opportunum tantum sed necessarium existimavi singillatim enunciare, quod in antiquioribus catalogis non semper obtinuisse animadverto. Opuscula vero anecdota vel, etsi impressa rariora, melioris notae catalogo inseri [id iamdiu usuvenerat] eo exprobo, quod ad catalogi indolem minime conveniat.

7. *Lectio.* Etsi non diffitear studiosis utilissimum scire quomodo codices manuscripti, primae praesertim familiae, legendi sint; tamen officii mei minime esse censeo lectiones operum variantes, comparatione cum editis aut notae potioris codicibus instituta, colligere; cui oneri impares vires exemplo testati sunt qui in eiusmodi catalogis unum vel alterum codicem, non certe universos excusserunt. Verum materiem summo digito attingere par erat; specimina tantum eaque breviora adferre, ut libri usuram facturi admonerentur, qui codices hac parte praestarent.

8. *Auctor.* Ubi eius nomen tractationi appositum vulgo ignorari sensi, breviores addidi indicationes quae eius gesta ac operis in codice descripti occasionem illustrarent, vel nomen supposititium assererent, vel inter dubia recenserent, vel corruptum emendarent. Opus anonymum cui

verosimilius sit tribuendum evincere sum aggressus, facem ubique praeferentibus viris eruditissimis.

9. *Ornamenta.* Veniunt hoc nomine characteris elegantia; diagrammata in universum, lineares scilicet picturae, litterae initiales frondibus et floribus exornatae, icones coloribus expressae; quorum ornamentorum quae sensu ad textum se referunt enodare insumpsi; tum habitus externus codicis antiquitus compacti, cum operculis ligneis, corio, vel metallo, vel serico obductis, insertis musivis, *smaltis,* uti dicunt, ebore, lapidibus nobilioribus sculptis, margaritis.

10. *Vitia.* Ne aliquid quod ad intimam codicis confert notitiam praetermisisse videar, adnotavi et codices mutilos; temporis iniuria detritos; hominum malitia abrasos, abscissos; bibliopegi imperitia male compactos.

11. *Adiuncta historica.* Ea vel interna vel externa appello, qua ex codice ipso vel aliunde eruuntur. Primis annumero nomen amanuensis et pictoris, loci quo liber exscriptus aut depictus est; anni notam; nomen illius qui operis scriptionem commisit, vel ad quem pertinuit; item scripta cuiusque generis a codicis textu abhorrentia, sive in fronte, sive ad calcem, sive in marginibus, aut in intimis ac extimis operculis. Cum demum summopere historiam intersit externa, quae codicem afficiunt, adiuncta cognoscere, pro virili perscrutari studui quibus locis vagati fuerint; eos enim in ecclesiarum capitulis, monasteriis, saecularibus institutis, privatorum hominum bibliothecis et tabulariis quandoque delituisse scimus. Propterea nomina eorum, ex quorum bibliothecis aliquot codices manuscripti in nostram inlati sunt, missis qui unum vel alterum tantum obtulerunt, per litteras initiales nominibus congruentes, ordine sequenti, brevitatis causa, annotavi.

Codices mss. a reipublicae regimine.

Ya. — Basilica d. Marci ann. 1748, 1785, 1810.

Yb. — Senatus venetus ann. 1719, 1790.
Yc. — Consilium decemvirum ann. 1743, 1785-1788, 1795, 1797.
Yd. — Tabularium generale venetum ann. 1809, 1812-1813.
Ye. — Bibliotheca archigymnasii patavini a. 1791.

Viri quorum codices mss. quoquo modo in Marciam bibl. inlati sunt.

A. Arnaldi Ludovicus a. 1800.
B. Bessarion cardinalis a. 1468.
C. Canonici Matthaeus Aloysius a. 1779.
D. Contarini Hieronymus a. 1843.
E. Contarini Jacobus a. 1713.
F. Farsetti Thomas Joseph a. 1792.
G. Filippini Laurentius post a. 1820.
H. Gallicius Jacobus a. 1624.
I. Ghega Carolus a. 1860.
K. Leonicus Caspar a. 1663.
L. Molin Ascanius a. 1814.
N. Morelli Jacobus a. 1820.
O. Nani Jacobus a. 1796.
P. Recanati Joannes Baptista a. 1734.
Q. Rossi Joannes a. 1852.
R. De Rubeis Jo. Franc. Bern. Maria a. 1821.
S. Ruzzini Joannes Antonius a. 1816.
T. Sala Sibylla a. 1823.
U. Soranzo Regina a. 1820.
V. Stratico Jo. Baptista et Bellori Joseph a. 1831.
X. Svajer Amedeus a. 1794.
Z. Zeno Apostolus a. 1821.

Codices mss. a monasteriis sublatis.

Ma. Domus Canonic. s. Joan. in viridario Patavii a. 1782.
Mb. — — s. Salvatoris Cand. ann. 1784, 1789.
Mc. — — s. Leonardi in monte Donico prope Veronam a. 1784.

Md. Domus Canonic. s. Bartholomaei de Vicetia a. 1784.
Me. Monasteria Venet. in genere, nomine *Frati* a. 1811.
Mf. — Benedictinorum s. Georgii majoris ann. 1797, 1811, 1815.
Mg. — Camaldul. s. Michaelis de Muriano a. 1811.
Mh. — — s. Matthaei de Muriano a. 1811.
Mi. — — in insula s. Clementis a. 1811.
Mk. — Dominicanorum ss. Joannis et Pauli ann. 1789, 1797, 1815.
Ml. — — *Gesuati* appellatorum a. 1811.
Mm. — Cappucinorum in Judaica a. 1811.
Mn. — Minorum obser. s. Franc. *della vigna* a. 1811.
Mo. — — reformat. ad s. Bonavent. a. 1811.
Mp. — Carmelitarum discalceatorum a. 1811.
Mq. — Servorum b. Mariae a. 1811.
Mr. — Somaschensium nomine *della Salute* a. 4811.
Ms. — Teatin. s. Nicolai de Tolent. ann. 1811, 1815.
Mt. — Presbyteror. oratorii, vulgo *la Fava* a. 1811.
Mu. — Sodalitatis s. Mariae Charitatis a. 1811.

12. *Usus.* Quae studia et a quibus in codices nostros jamdiu generatim instituta sint, praesertim si in lucem prolata, late superius exposuimus, ne qui codicem excutiendum su mit crambem habeat recoctam; quorum vero in singulos codices habita sunt, notitiam satis continentem ingessimus, ne quae de unoquoque tractant ignorentur, ulterius erudiri cupientes ad opera citata remittentes.

13. *Distributio rei universa.* Codicum mss. copiae uberioris gratia, visum est eos in classes plerasque partiri; variis antiquioris catalogi vel impressi seu manuscripti familiis earumque membris, per *litteras initiales* et numeros romanos ac arabicos, uti dicunt, significatis.

CODICES MSS. LATINI

CLASSIS I.

HAGIOGRAPHA

Codices 1-2 membran., saec. X. altit. millim. 630, latit. millim. 418, (Zanetti, Lat. I. B.

Biblia sacra veteris et novi testamenti ex versione *vulgata* 1), duobus voluminibus contenta, quorum primum folia numerat 220, alterum 179. Binae columnae, quarum unaquaeque octo supra quinquaginta lineis, paginam partiuntur. Capitulorum et paginarum tituli, indicatio finis, litterae initiales, numeri romani plerumque rubrica signantur. Forma litterarum maiuscularum romana unciali commixta, cum litteris tenuioribus maioribus insertis, monogrammatibus quoque ad trium usque litterarum nexum: litterarum minuscularum forma est romana diplomatica. Quibus si addas pingendi artem qua lineae in singulis maioribus litteris multipliciter innectuntur ac ita producuntur quandoque ut ex his una altitudinem marginis aequet, vividioribus rubro et caeruleo coloribus praepolleat: saeculo certe decimo codicem exscriptum asseres. Quid quod et ficta animalia vel integra, vel per partes depicta artium langobardicarum reliquias tunc in Italia exstantes enuntiant. Serius puto exscripta quaedam folia passim, quod ex membranae *flore*, uti dicunt, ac rudiori in litteris librorum initialibus pingendis coniicias. Non abs re sit annotare quod in characteribus rubrica appositis, capitulorum numeris, textu generatim σφάλματα eoque adeo graviora occurrunt ut exscribentium inscitiae notam ingerant pessimam.

Quod singillatim ad codicem hunc se refert, his habes: Distributio et lectio plerumque cum Vaticano 4220 et veteri latina editione ex septuaginta interpretibus congruit. Capitulorum indices vel tituli iidem plane sunt quos Iosephus Thomasius car-

(1) Ceteri Bibliorum codices eandem referunt versionem.

dinalis sub nomine Iosephi Cari ex bibliothecis romanis sancti Pauli et patrum Oratorii, protulit in *Collectione titulorum* eiusmodi, anno 1688 Romae impressa, quos titulos inter opera Thomasii an. 1747 Romae coniunctim edita, tomo primo videre est: ii tituli textus partitioni raro respondent. Quaedam tantum nomina hebraica habentur librorum: horum sub fine numeri versiculorum sic: $\overline{V}\,\overline{III}$, i. e. versiculorum tria millia.

Initio epistola est Hieronymi ad Paulinum, de studio Scripturarum. Prooemia insunt quae tum in codicibus manuscriptis tum in vetustis editionibus reperiri solent, vel Hieronymo adscripta, vel sine auctoris nomine posita. Adduntur prologis argumenta breviora praeposita Prophetis, libro Iob, et fere omnibus novi foederis libris.

Haec librorum distributio: Pentateuchus ad Regum quartum ut in vulgata edita; Prophetae; Psalmi; Sapientiae libri; Paralipomena; Iob; Tobias; Iudith; Esther; Esdrae libri I et II; Machabaeorum I et II. Desunt oratio Manassae ac Esdrae libri III et IV. Libro psalmorum adduntur cantica Isaiae [Is. XII], Ezechiae [Is. XXXVIII, 10-20], Annae prophetisse [I. Reg. II, 1-10]; epinicium Israelitarum [Ex. XV, 1-19]; oratio Habacuc [Hab. III]; cantica Moysis morituri [Deuter. XXXII, 1-43], trium puerorum [Dan. III, 57-88], Zachariae [Luc. I, 68-79], Mariae virginis [Luc. I, 46-55]; hymnus Angelorum *Gloria in excelsis* ec.; canticum Symeonis [Luc. II, 29-32]; hymnus ss. Ambrosii et Augustini, symbola s. Athanasii et apostolorum, oratio dominica, salutatio angelica.

Per Canticum canticorum nomina eorum qui ad loquendum inducuntur interposita sunt; eadem ratione qua in codicibus bibliothecae romanae patrum Oratorii a Thomasio relatis et in codice Bibliorum amiatino, de quo cl. Bandinius dissertationem edidit.

Novi foederis libri sic distribuntur: Evangelia Matthaei, Marci, Lucae, Ioannis; Actus Apostolorum; septem Epistolae canonicae Iacobi, Petri, Ioannis, Iudae; Apocalypsis; Epistulae Pauli ad Romanos, Corinthios, Galatas, Ephesios, Philippenses, Colossenses, Thessalonicenses, Timotheum, Titum, Philemonem, Hebraeos. In calce primi Evangelii exhibita series, per columnas

em , *canonum evangeliorum.* Deest capitulo vigesimooctavo torum Apostolorum versiculus nonus supra vicesimum, ut in dice alexandrino : *Et cum haec dixisset, exierunt ab eo Iudaei* ., quod et in codicibus 3-6 quoque notandum. Ioannis locus leberrimus [epist. I, V, 6-8] ita se exhibet : « Et spiritus est qui testificatur quoniam Christus est veritas, quia tres sunt qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua et sanguis, et tres unum sunt. Et tres sunt qui testimonium dant in caelo, Pater, Verbum et Spiritus sanctus et tres unum sunt. »

Codd. 3-6 membr., saec. XII, a. 568, l. 367 [Append. ad tal. mss. lat. I, I-IV]. Ya.

Biblia quatuor voluminibus distributa, quorum primum fol. 50, alterum 242, tertium 282, quartum 291, binis columnis nearum quadraginta. Characteres rotundi, litteris majoribus ro- anis uncialibus commixtis : litterarum compendia leviora ac in raecedentibus. Exemplar ceterum splendidissimum, membrana rassiori, integrum, rubricis distinctum, litterisque initiorum pi- uratis et deauratis insigne, exaratum est in usum basilicae d. arci Venetiarum, cuius opera musiva litterae maximae formae pictae identidem repraesentare videntur.

Epistola Hieronymi ad Paulinum [quam Alcuini epigramma cipit : *In hoc quinque libri retinentur codice Mosis* (1)], prolo- , argumenta capitulorum indices insunt, ut in codicibus prae- dentibus. Post librum Iob fragmentum est epistolae Hiero- mi ad Paulinum, cuius initium : *Iob quoque exemplar patientiae* . quod in codicibus praecedentibus, *argumenti* nomine, librum ndem antecedit. In Psalterio, sancti Hieronymi prologo accedit us incipiens : *David filius Iesse, cum esset in regno suo* ec.; Cantico nomina habes obloquentium : utrumque ut in codici- s superioribus. Prologus alter ad Pauli Epistolas : *Pauli Apo- li epistolae sunt numero XIV,* a Thomasio ex codice romano trum Oratorii editus est.

1 Lambecius, *Comment. bibl. caesar.*, tom. II, p. 403 ; ed. novae, tom. p. 618. — Alcuinus, *Opera*, tom. II, p. 205.

Varias lectiones quas afferre operae pretium sit, non ego offendi: bene vero librarii σφάλματα haud pauca inesse cognovi. Vel ipse insignis Ioannis locus legitur: « Et spiritus est qui te-» stificatur, quia tres sunt qui testimonium dant in caelo, Pater » et Verbum et Spiritus sanctus: et hi tres unum sunt; quoniam » Christus est veritas. Et tres sunt qui testimonium dant in ter-» ra, spiritus, aqua et sanguis, et tres unum sunt. »

Folio secundo primi voluminis serior manus notavit: *San marcho la soa giexia la qual si e polita est Veneciis et el suo corpo e in la dicta giexia in lo altar grando.* Primum et secundum volumen dat partem primam, [Octoteuchum, Regum libros quatuor, Prophetas] sub cuius fine: *Deo gratias. Alleluia Alleluia. Sit gloriosa benedicta pars biblie prima finita.* Tertium et quartum secundam complectitur: Iob usque ad Ecclesiasticum, ut in recens editis, Paralipomenon libros duos, Esdrae duos priores, Tobiam, Iudith, Esther, Machabaeorum libros binos. Eodem quo in recentoribus impressis ordine sunt Evangelia, Actus Apostolorum, Epistolae canonicae septem, Apocalypsis, Pauli Epistolae.

Cod. 7 membr., saec. XIII, a. 169, l. 115 [L. I, LXXVIII]. N.

Biblia foliis 342 duarum columnarum [unaquaeque lineis 54]. Membrana mirae tenuitatis; tenues characteres solitis compendiis, variisque schematibus coloratis.

Pars prima, f. 1-264, dat libros veteris testamenti cum prologis et argumentis [addito duplici Machabaeorum sub fine] eo ordine ac in editis; Esdrae tres primos, quorum secundus sine lemmate *Verba Nehemie filii Elchie.* Altera, f. 267-331, aeque cum prologis et argumentis, Evangelia, Epistolas Pauli, Acta Apostolorum, Epistolas canonicas, Apocalypsim, Interpretationes [Remigii antissiodorensis] sine titulo, Bedae vel etiam Hieronymo falso tributas, f. 331-351, triplici columna oblatas. Plura ab amanuensi in textu praetermissa margini inscripsit manus coaeva.

Voluminis fol. 1 inscriptum: *Hic biblia est . . . . . Morandi de Bergomo.*

Cod. 8 membr., saec. XIV, a. 209, l. 140 [L. I, LX]. O.

Biblia foliorum 411, in Gallia exscripta, ut denotant tractus litterarum longiores, aliaque externa testimonia, de quibus infra. Litterae initiales librorum deauratae lineis simplicioribus rubri et caerulei coloris ornantur.

Ordinem librorum indicat rhythmus fol. 410 inscriptus:

» Biblia quos capit hii sunt omnes ordine libri :
» Lex, Iosue, Iudicum, Ruth, Regum, Paralipomenon,
» Esdra, Neemia, Tobias, Iudith, Hester, themata Iob,
» Psalterium, Salomon, Prophete, Machabeorum,
» Evangeliste Mathe, Mar, Luc, Io, Paulus et Actus,
» Septem canonicas, subiungitur Apocalypsis. »

Esdrae sunt libri tres, quorom duo canonici unum efficiunt nomine *primi*, ut apud Hebraeos : tertius appellatur *secundus*. Machabaeorum libris praeposita est duplex Rabani Mauri epistola in codd. 9, 17, 20, 21 lectu. Ea Ludovico Francorum regi inc.: *Cum sim promptus animorum*..., haec Geroldo sacrii palatii archidiacono: *Memini me Urangionum in civitate constitutum*, quae praefationum loco ad commentaria eiusdem Rabani in Machabaeos leguntur tomo IV eius operum. Coloniae Agrippinae, 1836, f.° Capiti vigesimo octavo Actorum Apostolorum deest versiculus vigesimus nonus. Foliis 374-408 sunt *interpretationes*, sub quarum fine legitur: « Expliciunt interpretationes hebraicorum nominum secun» dum Remigium. » Series Epistolarum et Evangeliorum in festis mobilibus et Sanctorum per annum legendorum extat f. 1-3; folio autem quarto calendarium ecclesiasticum ipso saeculo XIV scriptum, in quo Sanctorum, qui apud Gallos culti sunt, nomina bene multa se se offerunt; eorum praecipue quos ecclesia senonensis honore solemnius prosequuta est, ita ut calendarium senonense appellaverim. Festa reapse occurrunt illius ecclesiae episcoporum; sancti Saviniani martyris, X cal. febr.; sancti Ebbonis episc. et confess., XV cal. martii; sancti Ulfranni episc. et confess., XIII cal. aprilis; sancti Leonis episc. et confess., X cal. maii; sancti Arthemii episcopi, IV cal. maii; s. Aldrisci episc. et confess., VIII idus iunii; aliaque quae ecclesiae senonensi Andreas Saussayus in

martyrologio gallicano tribuit. Septimo idus ianuarii *Inventio sanctarum reliquiarium* recolitur, quam ecclesiae quoque illi Saussayus ad eam diem adscribit. Decimoseptimo cal. aprilis mentio fit s. Colloquilli regis, cuius de cultu apud Senones tantum constat (1).

Codicem iampridem e Gallia ad nostrates delatum evincit nota fol. 411 : « Anno domini MCCCLX in Este circa festum » beati I. Baptiste incepit mortalitas in buvadia. » Serior manus fol. 408 exscripsit. « Honor sit Deo trino et uno et beatae Mariae » semper virgini, beato Matthie apostolo, Luce evangeliste, » Prosdocimo prothoepiscopo Padue, Maximo secundo episcopo » eiusdem, beatissime Iustine virgini et martyri atque filie regis, » sanctisque Iuliano, Felicitati et Innocentibus, monachisque » congregationis unitatis, alias sancte Iustine sub regulari ob- » servantia sanctissimi a Deo acceptissimi atque gloriosissimi » . . . . (2), Sanctorum precibus et meritis, et aliorum » multorum Sanctorum, quorum corpora in prefati monasterii » ecclesia collocata sunt, et per omnium Sanctorum merita, sit » perpetua salus, et gratia augeatur in virtute Spiritus sancti per » Iesum Christum dominum ac salvatorem nostrum qui est super » omnia Deus benedictus. Amen. Detque nobis legem suam et » mandata atque beneplacitum, que in hoc libro scripta sunt per- » fecte implere eique qui hoc [sic] monasterio et societati donavit » det Dominus, similiter et nobis, vitam eternam. Amen. » Vertit laudi Iacobi Morellii quod ex numero 180 inscripto foliis 5,408, 411 ac ex nota fol. 299. *Biblia monasterio s. Iustine deputata* 189, eorum monachorum bibliothecam lustraverit, omniumque eius librorum enumerationem anno 1453 factam offenderit, in eaque nostrum Bibliorum codicem hisce descriptum : « 189. Bi- » blia integra cum expositione nominum hebreorum secundum » Remigium, portatilis, littera parisina, in columnis, carta bona, » tabulis et corio rubeo obvoluta. » Ligneum in chartaceum operculum vitulino corio obductum codex immutavit quo tempore bibliothecae Nanianae accessit.

(1) *Acta ss. Bolland.* t. II, martii, p. 444.
(2) Nomen abbatis expunctum.

Cod. 9 membr., saec. XIV, a. 210, l. 143 [Z. L. III]. B.

Biblia foliis 504 membranae tenuissime, duabus columnis, charactere minutiori exscripta per compendia. Litterae initiales, tituli librorum, capitulorum numeri atramento rubro et caeruleo, alterna vice, exhibentur. Coloribus et auro nitentes imagines praeeunt epistolae Hieron. ad Paulinum initio Geneseos, capitulo primo Geneseos, Parabolis: primo loco monachus legit; secundo septem viri circulis conclusi imaginem septem dierum creationis exhibent: prope est Christi crucifixi effigies; tertio rex in throno sedens iuvenem genuflexum verberat.

Octoteuchum excipiunt *Regum quatuor* et *Paralipomenon libri duo*. Librorum quatuor *Esdrae* secundum *Neemiae* inscribitur, tertius *secundus*, quartus *Esdrae prophetiae secundus apochriphus;* divisione capitulorum in tertio et quarto libro turbata. Idem ac in editis reliquorum librorum ordo, nisi quod *Epistolae Pauli Actibus Apostolorum* praeferantur. Psalmi habent partitionem versiculorum.

Prologo in libros Machabaeorum praemittitur duplex epistola Rabani Mauri. Versiculo octavo capituli quinti primae epistolae Joannis desunt verba: *Et hi tres unum sunt,* quo loco animadvertendum clausulam hanc ineunte saeculo decimoquarto plerumque reiectam; quod tamen perperam factum ostendit Bernardus de Rubeis, qui in opella hac de re edita et in *Dissertatione prima variae eruditionis,* de sinceritate commatis uberrime, atque adeo exquisitissime disputavit. *Prologi* plures; minori numero ac in antiquioribus *argumenta.*

Interpretationes verborum hebraicorum sine titulo, fol. 460-500, lectionem castigatiorem ac in cod. 8 offerunt.

Folio 500 leguntur graece versiculi capituli primi Epistolae Pauli ad Hebreos: Ολλυμερῶς χαί πολλυ τρόπῶς usque χαί τὰ ἔτη σὸυ οὔκ ἐχλάψον σὶν. Foliis 501-504 loci in bibliis indicantur *ubi iacent Epistolae et Evangelia tam de tempore quam de Sanctis.*

Cod. 10 membr., saec. XIV, a. 184, l. 133 [Z. L. V]. B.

Biblia foliis 518 digesta, charactere minuto cum compend Convenit cum codice antecedenti : manus fera eadem, fere id numerus linearum, colorum modus, ornamentorum distribu Folium 74 dimidio exsectum.

Foliis 1-5 exstant index librorum cum anecephalaeosi : *O nes isti libri bibliorum sunt* 79 *inclusive: summa omnium ca tulorum bibliorum* 1373 ; ut et *Tabula Evangeliorum et Epi larum in Evangeliis et Epistolis tocius anni.*

Ordo librorum, fol. 6-464, non idem prorsus ac in edi bibliis recentioribus. Ubi Esdrae libri numerantur, secundus nit nomine *Neemie* tertius *secundi ;* quartum ita partitus amanuensis ut duo priora capitula librum tertium ; tertium que decimum constituant quartum. *Epistolae Pauli* praec *Actibus Apostolorum.* Psalmi versiculorum partitiones admitt Quae notatu digna occurrit est lectio capituli vigesimi octavi ctuum Apostolorum a versiculo vigesimonono ad finem: *Et non essent intelligentes, egressi sunt Iudaei multi secum con rentes. Mansit autem Paulus biennio toto in suo conducto di tans, et suscipiebat omnes qui ingrediebantur ad eum.* In ca Epist. primae Ioannis versiculum octavum excipit septi Extant prologi et argumenta ut in Bibliis antiquioribus.

Manus diversa grandioribus litteris exscripsit fol. 470-: duplici columna, interpretationes solitas vocum hebraicarum, titulo.

Sub fine legitur : *Ego Taddeus de Bononia generalis o nis Cruciferorum, prior venetus emi Veneliis hanc bibliam di februari* 1464. Folio 518 legitur fragmentum tractatiunc piae, que inc : « Absit, Domino, absit a corde servi tui qui » fitetur te . . . . » finit vero : « Ve adversitatibus secli seme » iterum et tercio a desiderio prosperitatis, et quoniam adv » tas dura est naufragat tollerantia. »

Cod. II membr., saec. XIV, a. 238, l. 168 [L. Z. VI]. B.

Biblia fol. 561 duplici columna, charactere paulisper grandiori ac in codice praecedenti, iisdem litterarum compendiis. Codex membranae tenuissimae, litteris initialibus formae oblongae luculentur picturatis auroque illitis insignis: expressam praecipue tabulis septem creationis historiam principio Geneseos advertas, cui imago Christi cruci affixi coronidem imponit.

Ordo librorum ut in editionibus recentioribus, si excipias quod duobus libris Esdrae tertius deuterocanonicus additus est, capitulorum tamen ordine turbato; ac Epistolae Pauli Actibus Apostolorum praeponuntur. Versiculorum partitiones in Psalmis ut et obloquentium nomina in Cantico, litterae initiales vel lineae rubrica notatae significant. Ioannis locus missus est: *Et hi tres unum sunt.* Non desunt prologi et argumenta vel Hieronymo tributa vel sine titulo.

Interpretationes nominum hebraicorum triplici columna, fol. 517-553, excipiunt: a. index festorum, f. 554-558, cum principio Epistolarum et Evangeliorum quae in iis recitantur; b. decem canonum doctrina per versus leoninos expressa, f. 558-560,; c. calendarium antiquum, f. 560-561. De duobus extremis aliquid. Primum inc: « Decem sunt canones Evangeliorum. » Canon idem est quod regula. Regula dicitur convenientia plu- » rium in aliquo . . . . » Doctrina haec finit: . . . . « hac exclusa » decem remanent, unde versus:

» Quatuor est primus · primus tribus alter opimus.
» Quinto vir mugit · sexto vir canone rugit.
» Marcus abit terno · Luca canone cede quaterno.
» Septimus est vir avis · octavus bos leo maius.
» Bos volat in nono · decimo sua cumque repono. »

Exinde habes rhythmos quatuor canonum singulorum Evangelistarum Matthaei, Marci, Lucae, Ioannis capitibus inservientium, quorum primus incipit: I. *Hic generat.* II *magos vocat, egyptum petit, exit.*

secundus: *Baptizat Christum sed predicat ante Iohannes.*
tertius: I. *Ad Zachariam Gabriel venit inde Mariam.*

quartus: I. *Principio verbum testis baptistam probatum.*

Calendarium dat unoquoque mense numerum dierum solarium et lunarium; horas noctis et diei; indicationes astronomicas; litteras dominicales; distributionem nonarum, iduum et calendarum; festa praecipua, solemnioribus rubricatis. Refero versus, non sine notis, mensibus appositos.

Ian. 6. » A festo stelle numerando perfice lunam;
» Et si bisextus fuerit, superadditur unus,
» Si cadat in lucem Domini suprapone sequentem.
29. » Claves XLe
Febr. A princ. » Alterius mensis post quartum tertius ensis,
7. » Post VII.º idus februarii ubi inveneris lunam, serva sequenti dominica die XL.^a
21. » Preveniens cathedra dat tardius alle vacare.
22. » Cedit yēps [hiems] retro cathedra simone petro.
23. » Locus bisexti.
28. » Nullus ut octave vel deno dixerit ave.
» Bisextum sexte martis tenuere kalende.
» Postereaque die celebratur festa Mathiae.
Mart. A princ. » Martius in prima cum quarta dividit ad ima.
7. » Post nonam martis vel prima luna notatur,
» Inque dies domini tertia pasca tene.
11. » Claves pasce.
Apr. A princ. » Cui decimus cedit undecimus aprilis obodit.
23. » Extrema pasce tua decet pasio marce.
Sub fine » Prima petit tellus quem nona requirit aprilis.
Mai. A princ. » Tercius hic aptat madii quem septimus aptat.
Sub fine. » Sexta minus sordet cum vulnera dena remordet.
Iun. A princ. » Cui vildena dabit vinum quindena negabit.
Sub fine. » Dedit quinta cutem, nullam dat quarta salutem.
Iul. Sub init. » Ter decimus fortis. Iulii sextam via mortis.
19. » Quarto decimo calendis augusti vel nona septembris non minuas sanguinem.
Sub fine. » Est lupus undena pariter quoque nona leena.
Aug. In princ. » Sexti prima furit. a fine secunda perurit.
23. » Regnat in autumpno festum clementis ad usum ordinis de gḡ · pp̄.

31. » Cuspida prima ferit quem septima perdere querit.
Sept. In fine. » Tertia sept. et quarta dabunt mala membris.
Oct. In fine. » Quinta dat octubris quem neci venena colubris.
Nov. In princ. » Quinta novembris obest nulli. lux tercia prodest.
Dec. In princ. » Est octava canis et quarta videtur inanis.
» Hoc dat bis sena decimique septima dena.
Sub fine. » Prima parat luctum. nullum dat septima fructum.

Addas calendariis Ambrosiano et Sitoniano, de quibus Muratorius in *Script. rer. ital.* tom. II, part. II, p. 1021-1041.

Cod. 12 membr., saec. XIV, a. 182, l. 132 [Z. L. VII]. B.

Biblia foliis 399, charactere minutissimo cum compendiis, codicibus octavo et undecimo respondent.

Idem fere librorum ordo ac in recens editis, nisi quod libri tres primi Esdrae post Regum quatuor, Paralipomenis praeponuntur, ac Psalmi desunt. In Canticis nomina adsunt obloquentium. Novi foederis libri aeque ac in codicibus praecedentibus distribuuntur. Verba : *Et hi tres unum sunt* desiderantur in noto loco Iohannis. Iidem prologi, eadem argumenta ac in ceteris. Foliis 371-398 exstant solitae interpretationes verborum hebraicorum sine titulo.

Folio 2 *verso* manus serior inscripsit elenchum ex bibliis rhythmicum epulantium, hospitalium, superborum, iracundorum, invidorum, accidiosorum, avarorum, gulosorum, luxuriosorum, humilium, mansuetorum, fortium, piorum, abstinentium, castorum ; qui incipit :

« Mon Iudea nati Iob Loth Godolia »

finit vero :

« Hester cum Sara cum Iuda casta Susanna
» Virtus septena talibus est appropriata. »

Cod. 13 membr., saec. XIV, a. 270, l. 185 [Z. L. VIII]. B.

Biblia foliis 311, duabus columnis linearum 72-73, perpaucis litterarum compendiis, litteris initialibus pictis rubro et caeruleo colore alterno.

Libros cum solitis prologis, non vero argumentis, amanuensis sic distribuit: parte prima, f. 2-250, dedit Octoteuchum Reges; Paralipomena; Prophetas; Psalterium; Sapientiae libros quinque; Iob; Tobiam; Iudith; Ester; Esdrae libros duos priores in unum more Hebraeorum digestos, divisione capitulorum paulisper turbata; Machabaeorum libros. Altera, f. 254-309, Evangelia quatuor; Actus Apostolorum; Epistolas canonicas; Apocalypsim; Epistolas Pauli. Desideratur versiculus vigesimus nonus capite vigesimo octavo Actuum Apostolorum; octavus praeit septimo in capite quinto epistolae primae Ioannis. Notae marginales breviores magis memoriae iuvandae quam rei explanandae veniunt.

Foliis vacuis a principio et sub fine quaedam sine ordine inscripta leges quae, aevi gratia quo sunt exarata, praetereunda minime censeo. Ea sunt: medicamina *ad omnem dolorem et puztam, ad usum equorum* — elenchus vestium sacerdotalium reficiendarum, cum nominibus *frisum* nempe opus phrygium, *samitum* i. e. pannus holosericus, *grammata* seu fimbriae, *disprum* [deest Duchangio] quidam pannus. *Planetae* nominantur *de pallio ad leones, ad aves, ab avibus grifis,* ad *ratos.* — Memoria terni operis sacri iudici Nicolao Pichulo de Iuvenacio commodati. — Fragmentum ex Sallustio. — Excerpta sine cohaerentia ex scripturis et patribus. — Folio 310 opusculum de solatio in infortunio quaerendo, ab anonimo cuidam poeseos academiae perlectum incipit: « Licet cunctorum poetarum carmina gre» mium vestrum sepe illustrant, hoc tibi opusculum pro acciden» tibus casibus dirigere curavi . . . . » finit vero: « Felix est qui » non aliis videtur, sed qui sibi. Vides autem quantum domi sit » ista felicitas. »

Reliquis, ratione temporis quo codex exaratus, praestat elenchus cardinalium coaevorum Guidonis de Bononia, Aegidii Albornotii, Nicolai Capocii, Raimundi de Canilliaco, Ioannis de Blandiac, Willelmi de Agrifolio senioris et iunioris, Aegidii Aiscellini, Andoini, Stephani Alberti, Willelmi Bragose, Ugonis de Sancto Martiale, Nicolai de Besso, Petri Rogerii, Arnaldi de Ursinis, Marci de Viterbo, Matthaei massiliensis ordinis Praedicatorum, Anglici: unde constat hanc notam anno 1367 conscriptam.

Folio *verso* cardinalis Bessario scripsit manu propria: « Iste li- » ber est mei b. cardinalis tusculani, legati bononiensis, emptus » Bononiae anno domini 1443.

Cod. 14 membr., saec. XIV, a. 177, l. 125 [L. I, VI]. Ma.

Biblia foliis 370, duabus columnis, numero linearum vario, litteris initialibus ac capitulorum numeris atramento rubro ac caeruleo diversimode pictis, maximis vero sub initio Psalmorum, Epistolarum novi foederis ac Actuum apostolorum per lineas egregiae formae ductis. Manus exscribentis multiplex. Volumen paulisper mutilum incipit versiculo decimo octavo capituli trigesimi Geneseos, desinit octavo capituli vigesimi octavi Actuum Apostolorum: mendis pluribus laborat, ita quandoque ut sensum corrumpant, quemadmodum capitulo extremo Actuum Apostolorum *Mitilene* loco *Melita*.

Ordo librorum hic: Octoteuchum, Reges, Paralipomena, Psalmi, libri sapientiales, Iob, Tobias, Iudith, Ester, Esdrae libri duo priores, Prophetae, Machabaei, Evangelia quatuor, Epistolae Pauli et canonicae, Actus Apostolorum. Solitis prologis et argumentis adduntur capitulorum indices praepositi libris primo, tertio et quarto Regum, Ecclesiastes, Sapientiae, Ecclesiastici, Machabaeorum primo et alteri, Actuum Apostolorum.

Libri quarti Regum singula fere vigintiquinque capitula in plures sectiones partitus est amanuensis. Post Psalterium, cuius versiculorum partitiones litterae maiores indicant, exstant Cantica sacra ut in codicibus primo et secundo, ac Litaniae Sanctorum cum precibus: has quidem in usum Fratrum Minorum sancti Francisci haec verba suadent: *Oremus pro Ministro nostro* ec. Ante librum Baruc legitur rubrica: *Incipit prophetia in libro Baruc. Liber iste qui Baruc nomine prenotatur, in hebreo canone non habetur, sed tamen in vulgata editione, sicut epistola Ieremie, per notitiam autem legentium hec scripta sunt quia multa de Christi temporibus ac novissimis indicant.* Post Epistolas omnes Pauli ea quoque exstat quae ad Laodicenses sub eius nomine conficta est, ac in Bibliis tum manuscriptis, tum etiam impressis quandoque occurrit. Quidam proxime elapso saeculo mar-

gini inscripsit: *Hec epistola missa fuit a Xisto Senensi, qui eam transcripsit ac in Vaticana bibliotheca, cuius erat custos, reposuit. Habemus traditionem et insuper testatur idem Lomeierus in sua Bibliotheca, p. 264, et ipsam diu ante Lomeierum Gabriel Perenotus in sua Tripartita, p. 630, col. 2, § licet.* Epistola prima s. Ioannis inscribitur: *Incipit epistola s. Ioannis ad Parthos* [ex opinione d. Augustini]. Passim habes notas marginales varii generis.

Etsi qui in praefectura bibliothecae me praecessit, spectabilis Petrus Bettio, codicem asserat ex scriniis basilicae d. Marci Venetiarum anno 1748 ad nos delatum, contrarium evinco ex nota folio secundo, saeculo proxime elapso, adscripta:

« Canonicis patribus deseruit pagina presens
» Quos tenet in patava sede reposta domus. »

quae verba ad canonicos regulares s. Ioannis de Viridario Patavii, ex quorum reapse bibliotheca codices plures mss., reipublicae voluntate, nostrae accesserunt, certo referuntur.

Cod. 15 membr., saec. XIV, a. 310, l. 223 [L. I, V]. Ma.

Biblia foliis 515, duabus columnis, charactere grandiori litteris maioribus pictis, maxime quae libri cuiusque initium facit. Prima Geneseos ante alias, coloribus vividioribus auro insignibus, repraesentat creationem Adam et Evae, tentationem serpentis, expulsionem a Paradiso terrestri: insunt Pater aeternus, angeli duo, pavo, flores margines exornantes.

Distributio librorum haec: Octoteuchum, Reges, Paralipomena, Esdrae libri tres, [secundus nomine *Neemias*, tertius desinit: *Explicit liber Esdrae apocrifus*], Tobias, Iudith, Esther, Iob, Parabolae, Ecclesiastes, Cantica [cum nomine obloquentium] Sapientia, Ecclesiasticus, Prophetae, Machabeaorum libri duo, Evangelia, Epistolae Pauli, Actus Apostolorum, Epistolae canonicae, Apocalypsis. In celeberrimo Ioannis commate praeit: *Tres sunt qui testimonium dant in terra* ec. Exhibentur prologi et argumenta ut in ceteris.

Fol. 485-513 exstant interpretationes sine auctoris nomine. Foliis 513-514 serior manus ordinem Epistolarum et Evangelio-

rum per annum inscripsit. Folio 515 lego: « Hunc librum dona-
» vit venerabilis presbiter et eximius grammaticae latinae, grae-
» cae ac hebraicae doctor, dominus Petrus de Montagnana con-
» gregationi canonicorum regularium Lateranensium sancti Au-
» gustini, ita ut sit tantum ad usum dictorum canonicorum in
» monasterio sancti Ioannis in Viridario Padue commorantium,
» quare omnes pro eo orent 1478.

Cod. 16 membr., saec. XIV, a. 138, l. 90 [L. I, LIX]. O.

Biblia foliis 609, membranis nitidioribus litterisque minutissimis, cum figuris et ornamentis pictis.

Ordo librorum ut in editis cum prologis et argumentis. Trium librorum Esdrae secundus appellatur *Neemias*. Actis Apostolorum epistolae Pauli praeponuntur. Clausula noti lemmatis ex Ioanne: *Et hi tres unum sunt* desideratur, ut et in codice sequenti. Foliis 586-606 exstat interpretationum breviarium; 606-607 vero ordo Epistolarum et Evangeliorum in festis; 608-699 nota Epistola apocripha Pilati ad Claudium imperatorem.

Cod. 17 membr., saec. XV, a. 340, l. 238 [Z. L. II]. B.

Biblia foliis 601 nitidioris membranae in binas columnas digesta: characteres romani compendiis lectu facillimis: idem unaquaque pagina linearum numerus i. e. 46: lectio universe mendosa. Quod eximum commendat voluminis pretium sunt picturae centenae colorum vi, auri copia, castigato linearum usu tum in figuris, tum in ornamentis per margines frondescentibus, praestantes. Argumenta principio librorum adpicta rem de qua agitur in textu, adeo minutatim attingunt ut eius aevi, quo ber exaratus, architectura, consuetudines, cubilia, mensae, vestes, arma, instrumenta vel musica vel artium repraesententur. od singulare pictoris ingenium revelat sunt humanae figurae flores vel frondes desinentes, cornubus vel auribus abnormibus pictis, belluae palliatae vel earum partes, alis longioribus, falis ultra modum promissis instructae.

Distributio librorum eadem est ac in Bibliis recentioribus

editis, nisi quod, loco duorum librorum Esdrae, tres priores offeruntur, quorum secundus *Neemiae* nomine inscriptus, tertius: *Incipit liber Esdrae;* huius tamen capitula, turbatim partita, tredecim numerantur. Item liber *Actuum Apostolorum* epistolas Pauli excipit. Series capitulorum nulla. Etsi prologi et argumenta minori numero habeantur ac in codicibus praecedentibus, tamen libro Amos praeunt prologi: 1. *Ozias rex cum Dei religionem.* 2. *Amos propheta et rusticus.* 3. *Amos propheta non fuit pater Isaie,* quorum extremus in illis desideratur. Praeit Machabaeorum libris duplex epistola Rabani Mauri, ut in codd. 8, 9, 20, 21. Deest in *Actuum Apostolorum* capitulo XXVIII versiculus 28: *Et cum haec dixisset.* Iacobus et Iudas Epistolarum titulis *apostoli* vocantur. In prima Ioannis epistola capit X, versiculus septimus octavum excipit. Foliis 560-601, *Interpretationes super vocabula biblie,* terna columna distributae perperam Hieronymo tribuuntur; in iis vitia lectionis quamlibet excedunt fidem.

Codd. 18-19 membr., saec. XV, a. 272, l. 190 [Z. L. IV]. B.

Biblia voluminibus duobus comprehensa aequalis et teretis membranae, belle duplici columna exscriptis; utinam et bene, quod in desiderio est, plura enim ex textu, amanuensis oscitatione, desunt quae postmodum marginibus apposita sunt. Litteris initialibus communibus pictis praestant quae libris dant initium, figuris et frondibus auro illitis insignes.

Volumen primum foliis 353 continet libros a Genesi ad Ecclesiasticum, eo ordine quo in editis. Esdrae libro secundo nomine *Neemiae* additur tertius nomine *secundus* in capitula vigintiseptem, loco novem, distributus. Nomina obloquentium in Canticis. Volumen alterum comprehendit foliis 301 Prophetas, Machabaeorum libros, Evangelia, Epistolas Pauli, Actus Apostolorum, Epistolas canonicas, Apocalypsim. Noto lemmati Epistolae primae Ioannis deest: *et hi tres unum sunt.* Adsunt prologi et argumenta. Foliis 304-326 interpretationes nominum hebraicorum quadruplici columna exhibentur.

Cod. 20 membr., saec. XV, a. 135, l. 82 [L. I, XC]. E.

Biblia foliis 591 membranae tenuissimae, cum ornamentis, columna duplici. Ordo librorum aeque ac in editis. Trium librorum Esdrae secundus venit nomine *Neemias*, tertius *secundus*. Machabaeorum libro primo praeit duplex Rabani Mauri epistola, ut in sequenti; Evangelia excipiunt Epistolae Pauli, has Actus Apostolorum. Foliis 544-591 exstat index inscriptus: *Hic incipiunt interpretationes hebraicorum nominum.*

Volumen egregie compactum.

Cod. 21 membr., saec. XV, a. 192, l. 132 [L. I, XCVI].

Biblia foliis 443 cum bicolori ornamento lineari, rubro et caeruleo. In veteri testamento idem ordo librorum ac in recentioribus editis. Principio libri secundi Esdrae deest locus: *Verba Nehemiae filii Helchiae.* Ante Machabaeos legitur epistola duplex Rabani Mauri, quam habent quoque codices octavus, nonus, decimus septimus, vigesimus. Distributio librorum novi Testamenti haec: Evangelia, Epistolae Pauli [eam ad Titum excipit epistola ad Laodicenses, de qua vide codicem decimum quartum], Actus Apostolorum, Epistolae canonicae, Apocalypsis. Capite octavo super vigesimum Actuum Apostolorum deest versiculus 29: *Et cum haec dixisset* ec. Missum est *et hi tres unum sunt* versiculo septimo capituli quinti primae Ioannis Epistolae. Foliis 435-443 alia manus inscripsit librum tertium Esdrae.

Textus generatim mendosus, cum omissionibus ab eo suppletis qui notas parvi momenti hac illac adiecit.

Interioribus libri operculis inscripta nomina mensium hebraica, notae in historiam sacram, rude poemation in arcam Noe, quod sequitur:

« Hec mensura fuit geometrica que facit archam.
» Non aliter caperet tanta tot illa simul.
» Hic cubitus quo mensor habet geometricus uti
» Senos sive novem fertur habere pedes.
» Sed cubitus dicitur quem communis tenet usus
» Ex uno constat dimidioque pede. »

Bibliorum libri aliquot duobus voluminibus folior. 269, 22 turbate comprehensi. Paginas, duplici columna linearum novem supra triginta, crassiori scriptura exaratas ornant litterae librorum initiales, coloribus et auro affabre pictae cum imaginibus virorum plerumque fasciolas ἀνεπίγραφας tenentes. Exstant primo volumine Parabolae Salomonis [pericopen cap. extremi, versic. 10-31 in laudem mulieris, per litteras hebraicas partitus est amanuensis ab Aleph usque Sin], Ecclesiastes, Sapientia, Ecclesiasticus [cuius ad finem *Oratio Iesu filii Syrach* seorsim data est], Iob, Tobias, Ester, Iudith, Machabaeorum libri duo: volumini alteri insunt Paralipomena, Reges nomine hebraico *Malachim*, Epistolae Pauli, Actus Apostolorum, Epistolae canonicae, Apocalypsis, cum prologis. Versiculo vigesimonono, capit. 28 Actuum Apostolorum, loco *Et cum haec dixisset, exierunt ab eo Iudaei multam habentes inter se quaestionem,* legitur: *Et cum non essent intelligentes, ingressi sunt multa secum conquirentes;* ut versic. 30 qui finit *ad eum,* in codice legitur *ad eum Iudeos atque Grecos.* Sic notus Ioannis versiculus octavus praeit septimo. Lectio, quandoque errata, in multis a textu edito differt, non ita tamen ut sensum immutet.

Codicem utrumque in usum monachorum Cartusiensium a Caspare *cremonensis nationis* ann. 1456-1457 excriptum testantur notae sub fine librorum Machabaeorum, Regum, Apocalypsis. Marginibus litterae maiusculae accedunt [si excipias libros Paralipomenon, Danielis, Naum, Aggaei], quae quonam tempore sacri textus segmenta essent legenda designant, quod declarat rubrica libris Machabaeorum apposita: « A kalendis novembris » usque ad Adventum Domini, Ezechielem et XII Prophetas legimus. Item quando kalende predicte veniunt feria IIII, tunc » et non alias terminantur lectiones feriales in libro Ezechieli » duabus ebdomadibus per a. b. c. *de açuro,* et per illud spatium » duarum ebdomadarum ille terminationes *de rubeo* vacant. Omni » autem tempore quo predicte calende veniunt extra quartam » feriam, ille *de açuro* vacant. Et non quia in tali termino temporis non legitur terminatio aliqua in refectorio » cc.

Unum et alterum volumen ligneo tegumento obductum: illud exornant bullae ex aere miri operis conflatae, inscriptae: *Ave Maria gratia plena: Dominus tecum.*

Cod. 24 membr., saec. XIV, a. 300, l. 214 [Z. L. XVIII]. B.

Postillae Nicolai Lyrani in Pentateuchum. Codex folior. 222, bina columna per compendia oscitanter exscriptus, habet litteram initialem primi prologi inauratam, ac in Exodo picturas lineares, flavo colore obductas, arcae cum et sine propitiatorio; panium propositionum; candelabri septem lucernarum; operimentorum et unius lateris tabernaculi; altaris iuxta *magistrum P. Commestorem et Rabi Salomonem,* Aaronis sacerdotali veste induti, tabularum legis *secundum doctores catholicos et hebraeos;* tabernaculi. His repraesentationibus, quae in plures *Lyrani postillarum* editiones ex manuscriptis codicibus irrepsere, splendidiorem romanam anni 1471 carere deprehendo, spatio tamen opportuno pictoribus dato.

Habent sua fata libelli. Folio 222 sub fine leges: *Anno Domini MCCCC nono ser Henricus de Berchingen ec.,* infra: *Iste liber est domini Ioannis de Berchingen canonici novi collegii Spald* [Spalt in Bavaria]: *hunc qui abstulerit vel ablatum emere presumpserit anathema sit . . . . . anno decimo.* Folio vero primo: *Iste liber est fratrum Cartusianorum in Nuremberga, quem legavit eis cum aliis tribus consimilibus voluminibus honorabilis dominus Iohannes de Berchingen canonicus novi collegi in Spalt et plebanus in Abenberg, anno Domini* 1458 *in die Gervasii et Protasii martyrum* [19 iunii], *et dictus Iohannes habet apud predictos Cartusianos perpetuum anniversarium.* Folio secundo propria manu Bessarion scripsit; *b. cardin. tusculani emptus Nuremberge de Cartusiensibus.*

Cod. 25 membr., saec. XIV, a. 304, l. 222 [L. II, VII]. Ma.

S. Augustini. *De Genesi ad litteram libri duodecim.*

Volumen folior. 91, duplici columna habet pictos titulos librorum, capitulorum numeros, litteras initiales. Margines vero

folii secundi et litterae initiales cuiusque libri ditioribus ornamentis insigniuntur frondium, fructuum, imaginibus s. Augustini, ac avium cum serpentibus pro ingenio iunctorum. Libris praeest caput XXIV libri II *Retractationum* eiusdem Augustini, quo de ratione tituli, de ordine et ambitu operis disputatum.

Extremo folio lego: « Iste liber est Canonicorum regula-
» rium sancti Augustini, qui vocantur congregationis latera-
» nensis, deputatus ad usum dictorum Canonicorum tantum, qui
» morantur in monasterio sancti Ioannis in Viridario Padue, quem
» videlicet emit venerabilis pater d. Lanfrancus de Mediolano
» prior dicti monasterii ex denariis librorum in medicina quon-
» dam magistri Ioannis Marchanove venditorum. Quare omnes
» pro magistro Ioanne nec non pro emptore Deum pie orent.
» MCCCCLXVIII. »

Cod. 26 membr., saec. XV, a. 342, l. 240 [Z. L. LXXV] P.

1. Cassiodori senatoris, *liber de anima,* f. 1-18. Folio primo avulso inerat prologus fere universus.

2. S. Augustini *de Genesi ad litteram libri duodecim,* fol. 14-146.

Codicem splendidiorem tereti membrana ornant litterae initiales coloribus et auro conspicuae, ex quo causam abscissionis primi folii coniicio.

Cod. 27 chart., saec. XV, a. 290, l. 216 [L. I, XLIV]. Mk.

Candiani Bollani, *libellus super principium Genesis,* et quidem libri octodecim in tria prima capita eius libri. Codici foliorum 115, cum notis marginalibus adfixa est epistola: « Patri
» suo ac domino fratri Andree Pannonio Cartusiensi Candianus
» Bolanus sal. pl. Nuntius iste tuus letificavit animam meam.
» cum iam te ex hac vita migrasse ex nonnullorum relatu cre-
» derem, quamqnam et in Christo letus essem, qui te crederem
» ex hac mortali vita ad supernam illam Hierusalem avolasse.
» Sed rogo te ut ores pro me, qui ad preturam cretensem voca-
» tus sum. ut Dominus nos custodiat et bonorum operum finem

» largiatur. Librum super Genesim ad litteram propter te ac tuo » nomini dedicatum manuque mea exscriptum per latorem pre- » sentium tui ordinis virum ad te mitto. Interim vero ora pro » me peccatore. Vale. Proficiscar usque ad dies octo decemve ad » plus ad preturam cretensem. Ex urbe, die XIIII martii 1466. » Epistolam edidit Ioannes degli Agostini in *Scrittori veneziani*, II, 160; qui de auctore fuse disseruit ac operis mentionem ex codice nostro dedit, pariter ac Mazzuchellius.

Ex nota folii extremi: 1498, *adi* 21 *mazo. Io Pietro Bollani*, coniicio volumen serius bibliothecae ss. Ioannis et Pauli [cui Iacob. Philippus Tomasini pag. 28 *Bibliothecae venetae*, anno 1650 Utini editae, adscribit] accessisse. In monasterio ss. Ioannis et Pauli ut et apud cardinalem Grimanum vidit opus Apostolus Zeno, qui de eo, illiusque operibus *de signis caelestibus, in Aristotelis meteora, in Ciceronis rhetoricam*, ac *de laudibus Francisci Sfortia mediolanensis* disserit in *Lettere*. Ven., 1785. III, p. 231-232.

Codd. 28-29 chart., saec. XVII, a. 231, l. 170 [L. I, XLVI-XLVII].

Constantii Rusconi, *enarratio in Genesim*. Auctor brixiensis, ubi dedit volumine primo *praefationem generalem in libros Mosis de modo interpretandi scripturas*, fol. II-XI, et *enarrationem in libros Mosis*, fol. XI-XXII, sic fol. 1 universi operis distributionem orsus est: « Genesis octo partibus absolvitur. Prima pars » solius creatoris opera enarrat. Secunda primi hominis texit hi- » storiam. Tertia Noah cui post obitum primi Adam sermo Dei » factus est. Quarta describitur Abraham iustitia fidei probatus, » cui certior promissio regni perpetui in Christo facta est. Isahac » filius promissionis quinta parte explicatur. Sexta vero in scala » pastor ecclesiae Iacob constituitur, cui adhuc viventi adiutor » et successor electus Ioseph pluribus virtutibus insignis, septi- » mam partem, conficit. Octava vero testamento Israel ordines » ecclesiae perpetuae usque ad dies novissimos instituuntur. » Primam libri partem quam auctor appellat *de principiis* vel *de opere sex dierum*, continet volumen primum, et quidem diei primi seu lucis tractationem fol. 1-108; secundi usque septimum

fol. 1-170. Volumen alterum folior. IV 157, quo septem reliquae partes pertractantur, dicat auctor *Canonicus Augustinianus, Margaritae regiae sorori ex Ravenna, ad Deiparae Virginis in portu, anno ab eiusdem partu* 1457. Operis maioris continuationem innuunt verba sub fine: « Populus electus a Deo, Iosepho defun- » cto, sine pastore relictus, maximis calamitatibus et angustiis » afflictus est, donec rursum summus pastor electum pastorem » et prophetam mitteret, de quo in sequentibus dicendum erit. » Gabriel Pennotus in *Sacra ordinis Clericorum Canonicorum historia tripartita* [Romae, 1624, f. p. 615] laudat auctorem *vitae integritate et linguarum peritia conspicuum, qui inter alia ingenii sui monimenta scripsit commentarium in Genesim octo in partes divisum*: de eo quoque Leonardus Cozzando in *Libreria bresciana*. Brescia, 1694, part. sec., p. 224; ac Vincentius Peronius in *Bibliotheca bresciana*. Brescia, 1823, vol. III, p. 172.

Codices non quos Peronius in bibliotheca monasterii s. Afrae Brixiae saeculo proxime exacto servatos esse suspicor, sed qui Patavii in monasterio s. Ioannis in Viridario. Hanc sententiam roborant notae codici cuidam eiusdem auctoris additae, de quo mihi alibi agendum.

Cod. 30 membr., saec. XII, a. 280, l. 184 [L. I, X]. E.

Exodus mutilus ad extremum finit versic. 29 capit. XXXV: *Omnes viri et mulieres mente devota obtulerunt donaria ut fierent opera*... Glossis interlinearibus accedunt amplis marginibus ordinariae, sanctorum patrum ac scriptorum aevi sequioris, Origenis, Augustini, Gregorii, Bedae, Rabani Mauri, aliorumque quorum contracta nomina leguntur. Lectio textus grandioribus litteris, sine divisione capitulorum exarati, mendosa est. Glossae non una manu exscriptae quandoque repetuntur vel sensu, vel iisdem verbis, ut plagae aegyptiae versibus recitatae:

Sanguis, rana, culex, muscae, pecus, ulcera, grando,
Brucus, caligo, mors pignora prima necando.

Prima rubens unda, ranarum plaga secunda,
Inde culex istis, post musca nocentior illis,

Quinta pecus stravit, vescicas sexta cavavit,
Pone subit grando, post brucus dente nefando,
Nona tegit solem, primam necat ultima prolem.

Volumen folior. 144, linearum octodecim unaquaque pagina.

Cod. 31 membr., saec. XIII, a. 352, l. 236 [L. I, XI]. Ma.

Pentateuchi libri tres, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, cum glossis ordinariis ac rarius interlinearibus. Triplicis columnae media dat scriptura crassiori textum biblicum, ceterae commentaria propria, moralia, allegorica, tropologica, mystica ex Septuaginta, Origene, Hieronymo, Augustino, Ambrosio, Hesychio Hierosolimorum episcopo, Gregorio Magno, Isidoro, Beda, Rabano Mauro, Alberto.

Volumen foliorum 238, litteris coloribus et auro belle illitis, scatet mendis lectionis. Extremum folium inscribitur: *Habui Paduae pro ducatis quinque et solidis viginti a.* 1437.

Cod. 32 membr., saec. XIII, a. 208, l. 145 [L. II, XXXIII]. Mk.

S. Gregorii magni, *Moralium in Iob libri* XXXV. Codex foliorum 235, duplici columna, litteris minutissimis, tenuiori membrana. Amanuensis sub fine exscripsit: « Laus tibi sit Christe . » quoniam liber explicit iste . Tebaldus dictus . cum a Christo » sit benedictus . Qui scripsit scribat divino numine vivat. » sub initio vero serior manus: « Iste liber est archipresbyteri sancti » Fidencii de Meliadino quem emit a ser Antonio da Cap. vini » notario episcopalis curiae paduane de anno 1450. »

Cod. 33 membr., saec. XII, a. 386, l. 283 [L. II, LXXXI]. Mg.

Gregorii Magni, *in Iob partes quatuor ;* i. e. libris I-XXII. Codex egregius, foliorum 321, duplici columna, Lutetiam Parisiorum anno 1797 ex monasterio s. Mich. de Muriano armorum vi, delatus est, ibique splendide compactus cum aquila imperii et littera N sub corona; inde anno 1816 Venetiis restitutus Marcianae accessit.

Cod. 34 membr., saec. XII, a. 442, l. 327 [Z. XXIV]. B.

S. Gregorii Magni, *Moralium sive expositionum in Iob* libri sexdecim priores, partes primam usque tertiam offerentes. Codex egregius foliorum 204, duplici columna, cum litteris librorum initialibus affabre pictis; nexus linearum pro ingenio compositos, frondes, flores, hominem nudum, canes, aviculas, serpentes, dracones, pisces referentibus. Librorum tituli rubricati litteris uncialibus abundant. Praeest titulus litteris colligatis: « Incipit » prologus beati Gregorii pape urbis Rome ad Leandrum sedis » ispalensis. » Lectionem castigatam, ut huius ita et duorum codicum proxime insequentium, commendat cura ab Ioanne Baptista Galliccioli adhibita in iis ac in reliquis Bessarionaeis excutiendis (1), pro editione operum s. Gregorii exornanda (2).

Cod. 35 membr., saec. XII, a. 385, l. 276 [Z. XXVI]. B.

Gregorii Magni, *in Iob expositionum partes tertia et quarta* sive libri undecimus usque vigesimum secundum. Codicem foliorum 174, si picturas excipias, eundem dicas ac proxime praecedentem.

Cod. 36 membr., saec. XIII, a. 269, l. 262 [Z. XXV]. B.

Gregorii Magni, *in Iob expositionum pars quinta et sexta*, scilicet libri vigesimus tertius usque tricesimum quintum, nomine *partis tertiae* in codice oblatorum. Codex foliorum 228, venuste, non una manu, exscriptus, cum litteris librorum initialibus

(1) « Primo quidem s. Gregorium iterum cum mss. codicibus ipsemet » contuli, quotquot potissimum in Marciana nostra bibliotheca invenire po- » tui. Hi pro maiore parte ex bibliotheca cardinalis Bessarionis in Marcia- » nam emigrarunt . . . . » . . . « Neque cassum hunc laborem existimabit is » cui notae sint querelae Simonii de veterum monachorum in exscribendis » codicibus oscitantia et temeritate . . . . » . . . . « Variantes igitur ex iis ali- » isque codicibus lectiones in subiectis notis exhibeo . . . » Gallicioli in proaemio operis seq. I, VI.

(2) S. Gregorii papae ec., *Opera omnia* ec. *ad codices praesertim Marcianos iterum exacta*. Venetiis, 1768-1770, tom. XVII, vol. VIII, 4.°

ineleganter depictis, sub fine habet monogrammata intellectu difficiliora, nomen auctoris verosimilius referentia.

Cod. 37 membr., saec. XIII, a. 326, l. 237 [L. I, XV]. Mk.

Glossae in Iob. Codex foliorum 147, columnis duabus vel tribus, quarum una vel binae textum biblicum grandioribus litteris offerunt.

Praeeunt prologi duplicis versionis Hieronymianae: « Cogor » per singulos divinae scripturae libros . . . » [Hieron. a Vallarsio, IX, 1096-1102]: « sicut fiscellam iunco texerem aut palmarum folia complicarem . . . . . » [Ibi, X, 47-48]; nec non alius prologus, Hieronymo tributus, edito ditior, quem Meibomius ex suo commentario ms. dedit primus in *Actis erudit. lipsiens.* anni 1711; Veronae Vallarsius [ibi, III, 903-905, 913-914]. Glossae interlineares rariores aliquid commune habent cum *expositione in Iob,* Philippi praesbyteri, discipuli s. Hieronymi, quam primus ex codice Corbeiensi Martianaeus in editionem parisiensem [II, 70-114], serius Vallarsius in veronensem [III, 833-901] invexit; magis vero cum postillis cardinalis Hugonis a S. Caro. Glossis ordinariis amplioribus, sensu litterali, morali, allegorico, mystico ab anonymo exhibitis, fragmenta ex codice Meibomiano [III, 905-912] edita inserta sunt. Lectio codicis omnino vitiata praesertim in glossis. Dominicus Maria Berardelli, codicem saeculo proxime exacto, in bibliotheca ss. Ioannis et Pauli servatum descripsit: « Liber Iob cum glossis, ordinaria a Walafrido Strabo » fuldensi et interlineari ab Anselmo Laudensi [Laudunensi], ut » fertur, collectis. » (1).

Folio 147 inscriptum: « Gregorius . hoc mihi opere pre» tium credo quod fraternis auribus hoc quod in me latenter re» prehendo incunctanter aperio . Explicit Iob. » Extremo folio deducto hanc idem Berardellus notam legit: « In nomine Iesu Chri» sti . amen . 1425 . die V octobris solvi pro hoc libro Iob glos» sato ego frater Petrus Contareno de Venetiis, ordin. frater. prae» dicat. ducatos auri novos quatuor praesbytero Antonio Grade-

(1) *Nuova racc. d'opuscoli letterarj ec.* — Venezia, 1778, t. XXXII, p. 10.

» nicho quondam domini Petri de contrata sanctorum Aposto-
» lorum. »

Cod. 38 membr., saec. XIII, a. 230, l. 150 [L. I, LXXXII]. X.

Psalmi cum calendario ecclesiae gallicanae et canticis ex veteri et novo foedere. Codex foliorum 188 summa diligentia exaratus, cum imaginibus Sanctorum coloribus et auro fulgentibus, ac ornamentis, quibus volumen universum vel in litteris initialibus vel in vacuis linearum spatiis mire coruscat. Foliis 1-6 pictor rudiori linearum ductu expressit divos Christophorum, Catherinam, Margaritam, Stephanum, Laurentium, Eustachium, carnificem caput regi cuidam obtruncantem, ac episcopum monasterium monalium instituentem. Area vero picturae, crassioris auri superpositione, sic est expolita ut ab ea quasi a speculo lucis radii replicenter.

In calendario, f. 7-12, aureis characteribus notantur defectus numeri aurei; litterae dominicales; verba *Kalenda, Nonas, Idus;* nomina mensium ac caelitum in mense praecellentium; marginibus emblemata mensium plerumque ex agricultura sumpta, et zodiaci figurae appinguntur. Primo cuiuslibet mensis diei praeest versus:

Ianuar. Prima dies mensis et septima truncat ut ensis.
Februar. Quarta subit mortem, prosternit tercia fortem.
Martius. Prima necat flentem dum mutat quarta bibentem.
Aprilis. Denus et undenus est mortis vulnere plenus.
Maius. Tercius occidit et septimus ora relidit.
Iunius. Denus pallescit, quindenus federa nescit.
Iulius. Tredecimus mactat, iulii denus labefactat.
Augustus. Prima necat fortem perditque secunda cohortem.
September. Tertia septembris et denus fert mala novembris.
October. Tercius et denus est sicut mors alienus.
November. Scorpius est quintus et tercius est nece cinctus.
December. Septimus exanguis, virosus denus ut anguis.

Innuunt calendaria Europaee septentrionalis, maxime ver ecclesiae gallicanae, nomina quae sequuntur: Adelvuldus, Aida nus, Alphegus, Amandus, Arnulphus, Bonifacius, Botulfus, Bri

cius, Caprasius, Cuthbertus, Dunstanus, Eadmundus, Ethelrida, Evurcius, Fides, Fritheswida, Genesius, Germanus, Kenelmus, Leodegarius, Leufredus, Macutus, Olavus, Petronilla, Ricardus, Swertchunus, Syla, Vedastus, Vilfridus, Wolstanus, quorum aliquot in martyrologiis gallicano, germanico, scotico desiderantur.

Foliis 13-26 eodem penicillo exprimuntur mater misericordiae, annuntiatio b. virginis Mariae, visitatio Elisabeth, partus virginis, nuncium pastoribus factum, caedes innocentium, adoratio regum, praesentatio, fuga in Egyptum, coena extrema, delatio crucis, crucifixio, resurrectio, coronatio virginis, Christi triumphus.

Psalmi cum figurarum ornamentis praeeuntibus et in textum quoque passim insertis, belle exscripti esxtant foliis 26-161. Habentur foliis 161-174 cantica ex veteri et novo foedere, quemadmodum in codd. 1, 14 ec., cum hymno sanctorum Ambrosii et Augustini, nec non symbolo s. Athanasii. Litaniae Sanctorum, cum precibus leguntur foliis 177-178. Volumen absolvit officium mortuorum foliis 179-185.

Codicem in usum cuiusdam ex Gallia ecclesiae exaratum fuisse facile evincunt pars potior Sanctorum ; nomen Genovefae litaniis additum; longior litterarum tractus, ante saeculum decimumsextum in Italiam delatus ; foliorum compages, quae enim membranae in principio et sub fine erasae sunt, fragmenta quaedam itale data de foedere inter pontificem et electores imperii, de antipapa anonymo referunt. Liber anno 1816 Parisiis redux habet insigne bibliothecae Regiae parisinae.

Cod. 39 memb., saec. XVI, a. 168, l. 118 [L. I. XIX]. Mk.

Psalterium ad usum fratrum Praedicatorum, cum canticis et hymnis, sic distributum :

1. Calendarium, fol. I-VI.

2. Psalterium , fol. 1-99. Psalmorum centum quinquaginta ut in vulgata editione; centesimus decimus octavus in sectiones duas supra viginti divisus est, idem qui in duodecim in *Horis* officii de tempore. Notae musicae adduntur vel sub initio, vel antiphonis quae eorum plures excipiunt. Singulare est quod antiphonae post Trinitatem rhythmis sequentibus exarantur :

Pro fidei meritis vocitatur iure beatus
Legem qui Domini meditatur nocte dieque.
Juste Deus, judex fortis, paciensque benignus.
In te sperantes muni miserando fideles.
Surge et in aeternum serva munimine sacro.
Custodique tuos astripotens famulos.
Naturae genitor conserva a morte redemptos,
Facque tuo dignos servitio famulos.
Pectora nostra tibi tu conditor orbis adure,
Igne pio purgans atque cremando probans.
Tu populum humilem salvasti a morte redemptor
Atque superba tuo colla premis iaculo,
Sponsus ut e thalamo processit Cristus in orbem
Descendens caelo iure salutifero.
Auxilium nobis salvator mitte salutis
Et tribuas vitam tempore perpetuo.

Litteras initiales psalmorum 1, 26, 38, 52, 68, 80, 97, 109, historiolis biblicis aliisque belle adpinxit qui fol. 110 inscripsit : *Frater Adrianus de Quintiano Carmelita scripsit et notavit litteris rubeis celestinisque ornavit hunc librum, anno Domini millesimo quingentesimo trigesimo nono.* Titulum praeterea exornant Spiritus sanctus sub specie columbae, David citharam pulsans, caelites, homines bini in frondes desinentes qui tenent insignia gentis B [F]. Quod frater Carmelita psalterium ad usum ordinis Praedicatorum exaraverit nil mirum, tunc enim temporis Carmelitae divinae rei, ritu ejusdem ordinis, operam dabant.

3. Cantica ex Bibliis et patribus, ut codicibus, 1, 14, 37 ec.. exceptis hymno angelorum, oratione dominica, salutatione angelica, fol. 99-107.

4. Litanie majores cum precibus, fol. 107-110.

5. Hymni ecclesiae centum decem in festis diebus de tempore, vel Sanctorum canendi, cum notis musicis ad initium, aeque ac in psalmis, f. 111-154. Mone (1) minime inscripsit sequentes: *Vox clara ecce intonat* in adventu ; *Sermone blando angelus* tem-

(1) *Lateinische Hymnen des Mittelalters, aus Handschriften herausgegeben und erklärt.* Freiburg, 1853-1855. t. III, 8.°

pore paschali; *Caterva matrum personat* in festo ss. Innocentium; *O doctor egregie Paule, mores instrue — Et mente polum nos trasferre satage* in conversione s. Pauli; *Laudibus virgo nimis efferenda* in festo s. Catherinae senensis; *Ut Antonini gloriam* ec., *Atrae noctis obscuritas* ec., *Cum sol ad cursum properat* ec., in festo s. Antonini archiep. florent; *O quam mirum spectaculum* ec., *Cui plaudet chorus caelicus* in festo s. Afrae; *Olivae binae pietatis unice* in festo ss. apostolorum Petri et Pauli; *Exultet laudibus sacrata contio* in festo Transfigurationis; *Jesu salvator saeculi* in festo omnium sanctorum; *Caelum resonat laudibus* in festo ss. Ursulae et sociarum.

Manus recentior addidit: *ad usum f. Zachariae Rotini.* Volumen eleganter compactum cum capitibus angelorum et avibus habet litteras initiales auratas T F.

Cod. 40 chart., saec. XVI, a. 300, l. 200 [L. I, XXXIII]. Ma.

Catena seu ***expositio graecorum patrum in psalmos,*** interprete Marco Dandulo patritio veneto, doctore et equite. Prooemium incipit: « Proposita nobis sanctorum psalmorum expositione, oportet prius quaedam praefari quae ad eius operis intentionem pertinere videntur. »

Versionem Dandulus latinae linguae peritissimus (1) dedit ex codico graeco Marciano DXXXXVI, quod innuit schedula manu interpretis folio 376 eius codicis apposita; non quidem integram, desinit enim vers. tertio psalmi XXVIII (2) verbis καὶ ἐπὶ Μωϋσῇ *et apud Moysem.* Schedulam alteram a Dandulo eodem exscriptam codicis operculo, comparationis gratia, opportune apposuit Jacobus Morellius. Versionis, quam perperam Petrus Angelus Zeno (3) italam dixit, partem codici deesse testatur Franciscus Sansovi-

(1) « Marco Dandolo stando presso a Ferdinando il cattolico, innanzi a lui peroro con sì fatto applauso in lingua latina, che se ne rallegrò tutta Italia, quasi in quel punto l'arte oratoria ricuperato avesse l'antico splendore. » Foscarini, *della nobiltà veneziana.* Ven. 1826, p. 101.

(2) *Graec. d. Marci bibl.* Ven. 1740, pag. 290.

(3) *Memorie dei scrittori veneti patrizj,* cap. 39.

nus (1) scribens: « Marco Dandolo p. dottore e cavaliero, padre di » Matteo e della principessa Prioli, tradusse cinquanta salmi con » la loro esposizione da una catena greca de' più nobili et anti- » chi theologhi. » Ceterum Danduli vitam et opera illustrant Joannes degli Agostini (2) et Emmanuel Cicogna (3).

Cod. 41 chart., saec. XVI, a. 320, l. 200 [L. I, LXII]. 0.

Catena graecorum doctorum in undesexaginta priores psalmos, interprete Daniele Barbaro electo patriarcha aquileiensi. Incipit: « Psalterium David. Beatus vir qui non abiit in consilio » impiorum. Eusebii Cesariensis. Natura omnes beatitudinis appetentes sumus.... » Quae codicem egregie, uti solet, illustrant a Jacobo Morellio libens sumo: « Catenam graecorum patrum in » priores quinquaginta psalmos Barbarus anno 1569 Venetiis » latine vulgavit ac reliquam eius partem editurum se recepit; » quam ad Franciscum Barbarum patriarcham aquileiensem per- » venisse Possevinus in *Apparatu sacro* [p. 147] prodidit. Aliam » in codicem nostrum Barbarus idem e graeco transtulit, haud » tantis doctorum testimoniis, quantis edita constat, refertam: » quam idcirco quum ampliorem postea nactus esset, totam non » interpretatum fuisse coniicio. Doctores, quorum e scriptis est » conflata, sunt *Apollinarius*, *Asterius*, *Athanasius*, *Basilius*, » *Cyrillus*, *Didymus*, *Eusebius Caesaraeensis*, *Gregorius Nazian-* » *zenus*, *Gregorius Nyssenus*, *Hesychius*, *Joannes Chrysostomus*, » *Origenes*, *Severus*, *Theodoretus*, *Teodorus Antiochenus* ac *Vi-* » *ctor*. E multis in priores quinquaginta psalmos commentariorum » fragmentis quae expendi, vix ullum inveni quod in Catena a » Barbaro edita non sit. Ex iis autem, quae novem alios psalmos » declarant, multa in catena corderiana, vel inter patrum opera » edita sunt; nonnulla praesertim *Hesyckii Hierosolimitani*, *Di-* » *dymi Alexandrini et Teodori Mopsuesteni*, adhuc fere omni-

(1) *Venetia descritta*. Venetia, 1581, f. 255.

(2) *Notizie degli scrittori Veneziani*. Venezia, 1754, vol. II, pag. 381-393.

(3) *Iscrizioni veneziane passim*.

» no latent. Codicem, folior. 440, interpres clarissimus totum » recensuit partimque ipse exaravit » (1).

Codd. 42-43 membr., s. XV, a. 381, l. 262 [Z. L. LVII-LVIII]. B.

D. Augustini episcopi hipponensis, *enarrationes in psalmos*. Codices binos manuscriptos ipsius cardinalis Bessarionis iussu exaratos puto, quod utriusque tituli elegantioribus praestantes picturis, praeter capita humana, canes, vulpes, cuniculos, mures, aves, referunt infantulos ejus insignia portantes. Littera initialis procemii: *omnis scriptura,* belle exprimit imaginem d. Augustini sedentis: Catenae non carent ornamentis. Primum volumen foliorum 308 continet psalmos 1-74, alterum foliorum 335 psalmos 75-150.

Cod. 44 membr.-chart., s. XV, a. 178, l. 152 [L. I, XXXV]. Ma.

1. *Expositio in psalmos,* fol. 1-279. Praeit duobus foliis index ordinalis psalmorum. Prooemium inc: « Cum istud dignissimum opus totum in prophetia continetur, considerandum est » in primis quid sit, scilicet quid significet prophetia . . . » pluribus ex Cassiodoro commodatis. Prooemium alterum inc: « iste » liber apud Hebraeos propter diversas causas tribus modis in- » titulatur: liber hymnorum, liber soliloquiorum, liber psalmo- » rum . . . . »

2. Pauli Orosii quaestio de visionibus, Augustino magistro acta, ac huius responsum. Aliae plures quaestiones ex veteri foedere, ad modum s. Augustini, fol. 280-298.

Codicem folior. II, 299 dono dedit *B.* [Baptista] *de Lignamine de Padua, concordiensis episcopus congregationi s. Ioannis i Viridario Padue,* 1455. Membranae, ita dispositae ut binae quodlibet quaternum chartaceum concludant, fere omnes rescriptae sunt. Etsi opportunioribus adhibitis modis, antiquos characteres in lucem revocare tentaverim, hoc tantum deprehendi textum gallicum esse.

(1) *Codd. lat. bibl. Nan.* Ven., 1776, p. 4.

Cod. 45 membr., saec. XI, a. 380, l. 262 [Z. I, XCIV]. D.

Expositio psalterii, non ea Cassiodori, cui perperam tribuit amanuensis. Illius siquidem prologum in *expositionem* codex exhibet fol. 1-7; ut et fol. 7-8 quarundam notarum in textu explanationem; Damasi epistolam Hieronymo: « Dum multa » corpora librorum in meo arbitrio . . . . , » cum versibus; epistolam Hieronymi Damaso: « Legi litteras apostolatus vestri » ut secundum simplicitatem . . . . ; » prologum de origine psalmorum: « David filius Iesse cum esset in regno suo . . . .; » interpretationem variam verbi *alleluja;* interpretationem psalmi centesimi octavi per litteras hebraicas; versus Hieronymi: « Psallere qui docuit dulci modulamine sanctis . . . . . . ; » praefationem: « Psalterium ita est quasi magna domus quae » unam quidem habet exteriorem clavem in porta . . . . . » Expositio sic incip.: « Quidam putant istius psalmi clavem » super Christi domini nostri personam esse referendam . . . . » Expositioni ut et praecedentibus, quae non sunt ex penu Cassiodori, illustrandis, confer quae de *Breviario in psalterium* praefatus est Vallarsius in *Operibus divi Hieronymi,* VII, I-XXXII, 1-426.

Codex duabus columnis, depravatae lectionis, ex Petri Cornelii anno 1505 in Benedicti Cornelii bibliothecam translatus est, serius in domum Contarenam.

Cod. 46 membr., saec. XII, a. 227, l. 133 [L. I, XVIII]. Mk.

1. *Psalterium cum glossa interlineari, ordinaria, abbreviata,* ex Augustino, Hieronymo, Cassiodoro, f. 1-212. Praeest elenchus psalmorum ordine alphabetico. Idem psalterium cum glossis habes tomo tertio operis: *Bibbia sacra cum glossa interlineari, ordinaria* [Venetiis, 1588, vol. VI, f.º] cui adduntur Nicolai Lyrani postilla atque moralitates, Burgensis additiones et Thoringi replica.

2. Cantica ex veteri testamento, usque ad Moysis morituri. f. 213-223.

Codex egregius membrana splendidiori, cum picturis, triplici distributus columna, habet litteras textus biblici, formae majoris: quae glossas offerunt marginales, longioribus ductibus originem, ut puto, gallicam nuntiant.

Cod. 47 membr., saec. XIII, a. 277, l. 160 [L. I, LXXXII].

1. *Psalterium* cum glossa ordinaria et interlineari abbreviata, eadem ac in codice praeced., f. 1-203. Quare antiquus codicis possessor titulum membranaceum codicis tergo appositum sic inscripserit: *Snoygoudanii Rainerii scholion in psalmos,* sum nescius: error, puto, irrepsit, quod toto caelo distet ab opere eiusdem: *Psalterium paraphrasibus illustratum.* Lugduni, 1456, 8.°

2. Cantica varia ex veteri testamento, ut in aliis codicib. huius classis, usque ad Moysis morituri; ac symbolum s. Athanasii, f. 203-217.

Codex, triplici columna, refert media textum biblicum belle exscriptum litteris grandioribus.

Cod. 48 membr., saec. XIII, a. 270, l. 200 [L. I, XX]. Ma.

1. *Psalterium* cum glossa ordinaria abbreviata, praesertim interlineari, f. 1-202. Amanuensis inscripsit ornatioribus litteris: *Incipit liber hymnorum vel soliloquiorum prophetae de Christo.*

2. Cantica ex veteri testamento, usque ad Moysis morituri, ut in codd. 1, 39, 46, 47, cum glossa item ordinaria, f. 203-211.

3. Symbolum s. Athanasii cum glossa interlineari et commentario marginali, f. 212-215.

Codicem triplici columna, litteris duobus initialibus psalmorum et canticorum affabre pictis, sub fine annotavit quidam Paganinus novariensis, memoris animi gratia erga equitem Banfo, de sibi restituta salute. S. Ioanni in Viridario dono dedit Petrus Montagnana anno 1478.

Cod. 49 membr., saec. XIII, a. 242, l. 160 [L. I, XXI]. Ya.

Psalterium cum glossa ordinaria et interlineari, sicut in

codd. praecedd. Codex egregius, foliorum 212, belle triplici colu
mna exscriptus, cum ornamentis, littera maxime prima initial
auro coruscanti, ex monasterio s. Ioannis in Viridario ad ecclesiam
d. Marci Venet. translatus est. Adduntur foliis 201-211 cantica ex
veteri testamento, ut in aliis codicibus, excepto *trium puerorum*

Cod. 50 membr., saec. XIII, a. 283, l. 163 [Z. L. XIV]. E.

1. *Psalterium* cum glossa ordinaria, quae in multis ab edit [Venetiis, 1588, vol. VI, f.] discrepat, f. 1-161.

2. Cantica ex veteri et novo foedere ut in pluribus codd. hymnus sanctorum Ambrosii et Augustini ac symbolum s. Athanasii, f. 161-176.

3. *Sermo in psalmos,* a tardiori amanuensi inscriptus: *Istu revocavit Augustinus ut dicitur in sermone communis.* Inc: « San » ctus spiritus videns filiis Ade grave iugum impositum non poss » dissolvi aliter, providit hoc dominicum hominem...; » fol. 176 177. Sermo ceterum in editis s. Augustini operibus desideratus.

4. S. Anselmi archiepiscopi cantuariensis, *de tribus Walerammi quaestionibus* ac praesertim de azymo et fermentato, fol 177-178. Tractatus mutilus incip: « Anselmus servus ecclesiae » cantuariensis Waleramno nuenburgensi episcopo. Scienti bre » viter loquor. Si certus essem prudentiam vestram non faven » successsori Iulii Caesaris et Neronis et Iuliani apostatae... » finit vero dimidio capitulo quinto: « Quod in epistola ad Romanos » idem aperte demonstrat apostolus dicens . . .... » Editum leges in *S. Anselmi opera.* Venet. 1744, f.° p. 200-202.

5. Venerabilis Hildeberti archiepiscopi turonensis, *poema* vel potius, si mavis, *versus de mysterio missae,* f. 178-189. Exstat tantum pars potior a disticho primo:

« Scribere proposui que mistica sacra priorum
» Missa repraesentet, quidve minister agat. »

ad biscentesimum trigesimum primum:

« Angelus is cuius manibus sacer ille minister
» In sublime geri munus utrumque rogat. »

Edidit Beaugendre in *Ven. Hildeberti opera.* Parisiis, 1708, f. 1135-1146.

Codex foliorum 179, triplici columna, charactere maiori pro textu, minutissimo pro glossis adhibito, cum initialibus ad animalium formam effictis, folio 177 adnotatus: *Anno domini* 1439, *tempore fuge Pape* ec.

Cod. 51 membr., saec. XII, a. 340, l. 215 [L. I, LVII]. Ma.

1. Petri Lombardi *commentarii in psalterium* sive *glossa magistralis* [maior glossatura] *ex selectis et orthodoxis auctoribus*, fol. 1-215. Prooemium inc: *Cum omnes prophetas spiritus sancti revelatione constet esse locutos, David eximius prophetarum quodam digniori atquo excellentiori modo.* Edi sunt Nurembergae, anno 1478, fol. litteris goticis: alibi quoque.

2. Accedunt commentarii in cantica ex veteri testamento, usque ad Moysis morituri. Inc: « Isaias de Aegypto, quem Deus percusserat, flumen idest Nilum versum calcitrans...», f. 215-223.

Codicem duplici columna distributum, textu biblico rubricato, non sine litterarum aliquot initialum ornamentis, exscripsit anonymus, *anno millesimo centesimo nonagesimo secundo, die XII mensis februarii exeuntis.*

Petri Lombardi notitias ingessit Fabricius operi *Bibliotheca latina mediae et infimae latinitatis.* Patavii, 1754, tom. V, p. 262-264.

Cod. 52 membr., saec. XIII, a. 260, l. 176 [L. I, LVIII]. Ma.

Petri Lombardi *commentarius in psalmos*, fol. 2-238.

Marginibus superioribus insunt nomina breviata Cassiodori, Augustini, Hieronymi, Remigii antissiodorensis, ex quibus maxime ab auctore sumpta commentaria in psalmos. Praeeunt manu sequiori foliis I-XII: a. epistola Hieronymi ad Paulam de alphabeto Hieronymi: *Nudius tertius cum centesimum octavum decimum psalmum* (1); b. prooemium perperam Hieronymo tributum: « Prophetiae spiritus non semper prophetarum mentibus praesto

1) S. Hieronymi, *Opera*. Veronae, II, 41-148.

est.... » c. praefatio Hieronymi: « Psalterium Romae dudum positus emendaram » (1); d. *quid cuique psalmo intellectus pertineat secundum beatum Hieronymum presbyterum et quis titulus praeferatur secundum septuaginta*, seu regesta psalmorum; e. eorum index alphabeticus.

Cod. 53 membr., saec. XIV, a. 286, l. 240 [Z. L. XXIII]. B.

Postillae Nicolai Lyrani *in psalmos,* pluries editae.

Codicem foliorum 168, duplici columna, cum ornamentis litterarum initialum, structor librarius compegit fragmento documenti alemannici, scilicet litterae testimonialis qua quidam biscentum florenis haeredis domini Conradi *Domprobst ze Rebdorf* se gravatum fatetur, anno domini 13 . . . . . Librum *cum aliis* Henricus de Berchingen legavit Joanni de Berchingen canonico novi collegii Spaldi et plebano in Abenberg, hic vero, *cum aliis tribus voluminibus consimilibus* Chartusiensibus Cellemario in Nurimberga, *die* 19 *iunii, anno domini* 1458, a quibus emit Bessarion.

Auctoris gesta illustrat Fabricius in *Bibliotheca latina mediae et* inf. latin, p. 114-118.

Cod. 54 membr., saec. XIV, a. 288, l. 193 [L. I, LXXV]. Z.

1. *Psalterium* cum compendio *expositionis* Nicolai de Lyra. Prooemium fol. II incip: « Propheta magnus surrexit in nobis, » *ut in scriptura,* quare David non solum propheta, sed ut glos- » sa dicit super libro psalmorum, eximius prophetarum est... » Textus psalmorum grandioribus characteribus habet glossam interlinearem, fol. 1-176.

2. Cantica ex veteri et novo foedere ut in aliis codd., exceptis hymno *Gloria in excelsis* et salutatione angelica, sine ulla expositione, fol. 177-186.

3. *Liber de spirituali exercitio, seu vitae spiritualis*, capitulis undecim digestus, fol. 187-190. Incipit: « De fervida exhorta-

(1) Ibi, VII, XV-XVI.

» tione ad virtutem. Capit. I. Renovamini autem spiritu mentis » vestre ait beatus Paulus apostolus. Solent boni religiosi habere » devota exercitia . . . . »

Ex pluribus rhythmis ad normam psalmos canendi fol. 1. hunc do:

« Cum Domino psallis psallendo haec tria serves :
» Erige cor sursum, recte profer, respice sensum.
» Quod dicas, ubi, de quo, vel quomodo, quando
» Est grata vox chori cum mens consonat ori.
» Absque sono mentis nil prosunt verba canentis. »

Codicem Apostolum Zeno in Germania sibi comparasse suadent et forma litterarum et verba alemannica operculorum foliis inscripta.

Cod. 55 chart., saec. XV, a. 216, l. 148 [L. I, LXVII]. Mg.

Emmanuel, *Super libro psalmorum.* Auctor fusiori, quam par est, sermone, dat peculiarem ex fontibus hebraicis, litteris uncialibus, versionem, cum expositione litterali ac paraphrasi. Suis tantum viribus fisus, nullo patrum aut veterum vel recentium scriptorum testimonio adhibito, homo hic iudaeus, qui Florentiae, sub initio saeculi decimiquinti, Iannotium Manettum lingua syria erudiit (1), modico latinae linguae usu, psalmos ita interpretatus est ut quandoque nescii, num sensum illustret vel tenebris magis obscuret, expositionibus deprehendendis Aedypo egeamus. Specimen sumo ex versiculo duodecimo psalmi sexagesimi septimi fol. 395-396: « Dominus dabit edictum enunciantium exercitus magnus, reges exercituum vagabuntur, vagabuntur et habitans in domo dividet praedam, si iacueritis inter sitropedes, pennae columbae coopertae argento et alae eius sub viride auro, cum fregerit omnipotens reges in ea, ninget in umbra mortis mons Dei, mons Basanis, mons gibositatum, mons Basanis, quare tumescitis montes gibositatum, montem desideravit Deus in mansionem suam etiam Dominus . . . . »

(1) Naldus Naldius, *Vita Iannotti Manetti.* Lugduni Batavor. f. vol. 6. Muratori, Rerum ital. scriptt., XX, fol. 535.

Codicem ceterum autographum [quod evincunt emendationes et liturae eiusdem manus] folior. 994, saeculo XVI incipiente possederat Dominicus Grimanus cardinalis, ut ex folio 1.

Cod. 56 chart., saec. XVI, a. 260, l. 140 [L. II, XCIV]. N.

Homelia s. Ioannis Chrysostomi *desuper scriptione* psalmi quinquagesimi: *Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam.*

Codex foliorum 25 belle exscriptus a Iustiniano Bernardo.

Cod. 57 membr., saec. XII, a. 196, l. 132 [L. I, LXI]. O.

1. *Psalmi* a dimidio versiculo tertio sexagesimi sexti ad quintum centesimi vigesimi tertii, fol. 1-47.

2. Fragmenta orationis Habacuc prophetae: *Domine audivi auditionem tuam,* cantici Moysis: *Audite caeli quae loquor* ec.; capitis tertii Danielis: *Nabuchodonosor rex* ec.; hymnus Zachariae: *Benedictus Dominus* ec.; hymnus s. Mariae *Magnificat* ec.; canticum Simeonis: *Nunc dimitte* ec.; hymnus Evangeliorum: *Gloria in excelsis* ec.; oratio dominica; symbolum Apostolorum; Fides catholica s. Athanasii: *Quicumque vult* ec., f. 48-53.

3. Litaniae Sanctorum. In iis inter paucos exorantur sancti Donatus, martyr Zenobius et Romulus episcopi, Minias et socii martyres, Reparata virgo, quibus in Etruria et Florentiae praesertim cultus adhibitus est; ut proinde in usum alicuius ex ea regione ecclesiae codicem descriptum fuisse pateat, f. 53-54.

4. Hymni ultra quinquaginta in festis mobilibus et b. Mariae virginis ac Sanctorum canendi, f. 55-77. Opus F. I. Mone (1) ceterum diligentissimum, habes quod suppleas hymnis: *Laus regi plena gaudio* in nativitate s. Antonii de Padua; *Iesu lux vera mentium et Deus morum, dux minorum* in nativitate s. Francisci; *Nardi Maria pistici* in festo s. Mariae Magdalenae; *Petrus beatos catenarum laqueos* in festo s. Petri ad vincula; *Tu Christe*

(1) *Lateinische Hymnen des Mittelalters aus Handschriften herausgegeben und erklärt.* Freiburg im Breisgau, 1853-1855, vol. III, 8.°

splendor patris in festo s. Michaelis arcangeli; *Angularis fundamentum* in Dedicatione ecclesiae; *In maiestatis solio — O lux beata Trinitas — Festi laudes hodierni* in festo s. Trinitatis; *Crucis Christi mons alumne* in festo stigmatum s. Francisci.

Codici foliorum 77, vetustate exeso, quoquo modo restituto, desunt folia.

Cod. 58 membr., saec. XI, a. 280, l. 200 [Z. L. XXI]. B.

1. S. Ambrosii *expositio in psalmum centesimum decimum octavum : Beati immaculati in via* . . . fol. 1-103.

2. *De Trinitate,* alias in Symbolum Apostolorum tractatus, perperam d. Ambrosio tributus, fol. 104-121. Inter spurias *opellam ingenio styloque ambrosiano plane destitutam* patres Maurini reiecerunt (1).

Codicem foliorum 122, duplici columna, lectio corrupta fatigat. Folio 121 legitur: « Iste liber est mei Baptistae de Manzolis, decretorum doctoris canonici bononiensis, constitit ducat. quinque. »

Cod. 59 membr., saec. XIV, a. 210, l. 147 [Z. L. XXII].

Ioannis Lemovicensis monachi de Claravalle, *expositio in psalmum centesimum decimum octavum : Beati immaculati in via.* Incip: « Alleluia, laus et gloria et virtus Deo nostro. Ap. XIX. Quis titulus, quis ornatus, quis fructus astruatur psalmi presentis, apostolicis instruimur documentis... » finit vero: « nos dignetur beatus immaculatus Dominus beatis et immaculatis spiritibus aggregare, amen. » Auctor opus in undecim capitula, unumquodque capitulum in quatuor articulos partitus est. Fol. 148-152 habentur operis concordantiae.

Diligentissimus Fabricius dum in *Bibliotheca latina mediae infimae latinit.* [tom. IV, p. 90] de Ioanne a Launha seu Leoensi disserit, hoc opus silentio obruit.

(1) Ambrosii, *Opera.* Parisiis, 1690, II, 319-344.

Cod. 60, chart., saec. XIV, a. 275. l. 193 [Z. L. DV]. Ya.

Bibliorum sacrorum pars, scilicet *Iob, Sapientia, Ecclesiastes, Cantica canticorum*. Codex foliorum 51, oscitanter exscriptus: libris Sapientiae et Ecclesiastes praeit capitulorum series ut in codicibus antiquioribus. Quaedam ex logica, sententiae morales, loca ex bibliis et iure canonico explanata passim occurrunt in libro.

Cod. 61 membr., saec. XIV, a. 250, l. 162 [Z. IX].

Sapientiae libri, videlicet *Parabolae Salomonis, Ecclesiastes, Cantica canticorum, Sapientia, Ecclesiasticus,* cum prologis. Fol. 73 legitur *Oratio Salomoni* tributa: « Et inclinavit Salomon ge» nua sua in aspectu totius ecclesie . . . . » Lectionem textus parum castigatam serior manus quandoque emendavit.

Rude carmen, Sibillae falso tributum, quo vaticinia de universi anni constitutione ex feria diei kalendarum ianuarii sumuntur, sic incipit:

» Ut lector noscat quod tempus duxerit annus
» Scriptum longeve sat pandet rite sibille.

Membra autem septem sic:

» Si feria prima sint Iani forte kalende »
» Sane secunda dies dederit si forte kalendas »
» Tertia si dederit lux Iani rite kalendas »
» Si feria quarta fuerint tibi Iane kalende »
» Et si quinta dies dedit tibi Iane kalendas »
» Si lux sexta novum rite produxerit annum »
» Septima si dederit lux Iani forte kalendas. »

Cod. 62, membr., saec. XIV, 273, l. 190 [L. I, XXXIX]. Mk.

Hugonis cardinalis de Sancto Caro, *postillae in librum Ecclesiastici,* sine textu, cum initiis versiculorum, quibus commentarius addictus est. Postillis praeit prooemium eiusdem ac duplex

ɩpositio in prologum Ecclesiastici, data ab Hugone et Rabano ꞉auro, aeque ac in opere edito.

Codex bonae notae, folior. 97.

Cod. 63, membr., saec. XII, a. 278, l. 178 [L. II, LXIX]. Mg.

1. Iusti episcopi orgelitani, *tractatus in Cantica canticorum,* ɩl. 1-36. Postillis moralibus et mysticis notae accedunt alterius manuensis vel interlineares, vel marginales. Praest epistola ad Iutum diaconum, non quae ad Sergium papam [episc. toletanum]. ɩnitio legitur rhythmus operi pluries edito deficiens :

» Hunc cecinit Salomon mira dulcedine librum
» Quem tenet egregias sponsi sponseque camenas
» Ecclesie Christi laudes hinc inde canentes,
» Et thalami memorat socios sociasque fideles.
» Has rogo tua mente iuvenis mandare memento
» Canticas nimium falsi haec meliora Maronis.
» Haec tibi vera canunt vitae praecepta perennis
» Auribus ille tuis malo frivola falsa sonabit. »

De auctore et opere vide Fabricium in *Bibl. med. et inf. lin.* sub voce : *Iustus episc. urgellensis.*

2. S. Augustini hipponensis, *in epistolam Ioannis* [primam] *ıctatus decem,* fol. 37-96 : « Incipit tractatus primus Aurelii Augustini episcopi super epistola sanctis Iohannis apostoli, ubi facile cognosci potest quid est charitas vel dilectio Dei. » Epiɩla in opere pluries edito venit nomine *ad Parthos.*

3. *Hypomnesticon seu Hypognosticon liber sextus, in quo de ıedestinatione contra Pelagianos disputatur,* f. 97-101. Opus ꞉gustino falso tributum, quod in nostro, aeque ac in codicibus tiquioribus, manu seriori inscriptum est : *Iste liber est respon- IV Yponosticon.* Lege inter Augustini opuscula subdititia August. *opp.* Venetiis, X, append. parte prima, 42-50].

4. Sancti Augustini, *de disciplina christianorum,* fol. 102-7. In impressionibus [S. August. ec. VI, 581-590], inscribitur ɩque *de disciplina christiana.*

5. *De Symbolo et fide contra paganos et haereticos vel iudeos,*

f. 208-119. Opella inter subdititias [Ibi, VIII, append. 11-20] desinit dimidio capitulo vigesimo primo: « ibi intelligemus quod cor humanum comprehendere hic non valuit. »

6. *Sermo in die natalis Domini,* f. 119-123, inter suppositios s. Augustini [Ibi, V, Append. 212-216].

7. S. Hieronymi, *sermo de vita beatae Paulae matronae,* f. 124-141. Est epistola Hieronymi ad Eustochium virginem, quam leges cum variantibus lectionibus in eius operib. [S. Hieron. *opp.*, I, 684-719].

8. Eiusdem *commentarii in Ecclesiastem* pars capituli primi usque ad verba: « per occultas venas ad capita fontium regredi » et de matrice . . . », f. 143-145. Editam leges [Ibi, III, 381-389].

9. *Visio Witini,* f. 146-152. Inc: « Cum predictus frater » Witinus sabbato cum aliquibus fratribus nostris potionem ad » providendam salutem corporis accepisset ec. » Visionem hanc quam Witinus seu Wettinus monachus sangallensis [m. 824] habuit de cruciatibus damnatorum in inferno, Haito vel Hatto episcopus prosa oratione descripsit, carmine Strabo Walafridus. Omnem excedit fidem referre quo vehementissimi terroris sensu animos coaevorum ea narratio perculerit. Pluribus codicibus mss. Bruxellis, Florentiae, sancti Galli, Romae, Montis Cassini, Oxonii, Parisiis insertam ediderunt Mabillonius in *Act. Benedictin.* I, 265, et Migne in *Patrolog.* CV, 769. Confer Fabricii *Biblioth. mediae et inf. latinit.* verbo *Witinus.*

10. Sermo sancti Bedae *de monachis,* f. 153-154. Incip.: « Omni enim ex parte scriptum a nobis propositum violatur et » pene nichil nobis superest . . . », finit vero: « Ubi charitas in » singulis regnabit et Deus omnia in omnibus erit, qui in trini- » tate perfecta vivit et regnat. » Vel ineditum vel Bedae male tributum puto.

11. Passio beatae Reparatae virginis et martyris, f. 156-160. Ex actis sublestae fidei s. Reparatae virginis et martyris caesaraeensis, editis a Martene tom. V, *Thesauri scriptt. veter.* col. 741, et in AA. SS. Boll., 8 oct. IV, p. 39-41, anonymus sex lectiones amplificatione rhetorica confecit, et adnotavit: « Rogatus sum » sex lectiones de ista passione componere, quae congruere pos-

» sent canonicis conventus. Sed quia nos aliqua verba ex nostris » addidimus, obsecramus vos per Christum Iesum istam scriptu» ram cum antiqua conferre, et prudenter inspicite, et si aliquid » hic invenietis quod mihi in mendacium vel in peccatum debeat » reputari, omnino delete. » Incipit autem: « Rogas me venerab. » pater Lamberto per equivocum tibi priorem Classensis mona» sterii, cui te preesse divina dispositio voluit, ut libellum de » passione beate virginis Reparate . . . . » Lectiones ex hoc co» dice Mittarellus et Costadonus ediderunt *Annal. Camaldul.* [Venet. 1756, tom. II, append. 28-35]. Lambertus abbas s. Apollinaris in Classe Ravennae, floruit saeculo fere dimidio undecimo.

Codex foliorum 160 pravam plerumque habet lectionem. Initio exstat folium cum fragmentis antiquae grammaticae latinae, ex saeculo XV.

Cod. 64 membr.-chart., saec. XIV, a. 285, l. 200 [L. XX]. E.

S. Bernardi, abbatis, *sermones octoginta sex in Cantica canticorum.* Folia 180, duplici columna, ita distributa sunt ut extima et intima cuiuscuiusque quaterni membranacea sint, reliqua chartacea. Lectionem mancam serior manus pluries supplevit. A principio et sub fine folia quatuor scripturae paulo antiquioris referunt fragmenta rubricarum pro Officio et Missa recitandis.

Cod. 65 membr., saec. XIV, a. 280, l. 198 [L. II, XVII]. Ma.

1. Eiusdem, *in Cantica canticorum sermones octoginta duo,* quorum extremus non integer desinit verbis: « et frondium suc» cinctoriis et verbis excusatoriis », fol. 2-156.

2. Eiusdem, *ad papam Eugenium de consideratione libri sex,* sine capitum divisione, fol. 157-182.

3. Guigonis prioris quinti majoris Chartusiae, *epistola seu tractatus ad Fratres de Monte Dei.* Libri duo perperam d. Bernardo tributi; fol. 182-200. Ab edito opere [S. Bernardi, opp. Venetiis, 1750, III, 223-266] differt codex in titulo sic oblato: « Incipit liber sancti Bernardi ad fratres de Monte Dei. R. Do-

» minis et amicis et fratribus. B. priori et sabatum delicatum », ac in nulla capitulorum divisione.

4. Fragmenta tractatus *de interiori domo* seu *conscientia aedificanda* Hugoni a S. Victore perperam tributi [liber tertius ex *quatuor de anima*], fol. 200-203. Auctorem habet liber quendam monachum ex ordine s. Benedicti. Legere est inter opera s. Bernardi supposititia [p. 379-414].

5. S. Bernardi clarevallensis, *epistola ad parentes,* quae inc: « Sola causa qua liceat parentibus non obedire, Deus est. . . . », fol. 204.

6. Meditatio B. Bernardo clarevallensi tributa, quae incipit: « Fortitudo mea, Domine, firmamentum meum Dominus et re- » fugium meum . . . . », fol. 205.

Codicem foliorum 205, duplici columna, lectio mendosa fatigat. Sub initio et fine legitur nota : « Liber canonicorum regu- » larium commorantium in monasterio sancti Ioannis de Verda- » ria Padue. »

Cod. 66 membr., saec. XV, a. 258, l. 189 [Z. XIX].

S. Bernardi abbatis, *sermones octuaginta in Cantica canticorum.* Codex foliorum 161 politioris membranae cum picturis, egregio opere frondes, flores, fructus auro illitos referentibus. Figurae patris aeterni, Iesu Christi, prophetarum et monachorum libri initium exornant, ut et insignia ordinis Chartusiensis, quod aliquando eius ordinis monasterio pertinuerit; nec non *scutum blasonicum,* uti dicunt, familiae venetae Barocciae cum pileo episcopali : verosimile est quemdam ex episcopis Paulo, Francisco, Ioanne, Petro, Bessarioni codicem dono dedisse.

Cod. 67 membr., saec. XV, a. 170, l. 117 [L. I, XXXVI]. Ma.

Expositionum in Cantica canticorum libri duodecim, plerumque asceticarum quae adeo producuntur ut foliis duobus supra sexaginta characteris contracti et minutissimi caput primum illustretur. Plura sumpta ex *Septuaginta,* quod innuit numerus LXX articulo praepositus. Ceterum animadversiones fere sem-

r ad ternum numerum, rare quaternum reducuntur, ut abun-
nt sexcenta: *triplex accubitus sponsi, adventus Christi, affec-
s, afflictio, ager, altare, anima* ec. *tres bases, canales, cellae,
vitates, coronae,* ec. Expositiones, glossarum modo, lemmati ex
anticis subiunguntur. Incip.: « Osculetur me osculo oris sui.
Distinctio prima. Tria sunt epithalamia, historicum, phisicum,
theologicum: quod agit de legitima copula maris et femine;
quod exprimit coiunctionem rationalis eloquentie et quadruvii
sapientie; quod coniunctionem sponsi et sponse, Dei et anime,
Cristi et ecclesie . . . . »

Non desunt versus in expositione, ut:

» Tunc virgo venit arcanis pudibunda tenebris
» Progrediens, facili patuerunt cardine valve.
» Obstupuit primo aspectu pulcherrima virgo.
» Hic locus est quo, si verbis audacia detur,
» Haud timeam magni dixisse palatia regis. »

Codex folior. 347, duobus extremis fragmentum antiqui le-
ici refert, cuius segmenta tria integra: *Hec sunt verba neutra
rime coniungationis in* i; *Verba deponentia prime coniugatio-
is in* i; *Verba activa prime coniugationis incipiencia in* l.

Cod. 68 chart., saec. XV, a. 283, l. 203 [L. I, XLIII]. Mk.

1. B. Ioannis Dominici florentini, cardinalis ordinis Praedi-
torum, *Sermones seu prima pars itinerarii super Cantica can-
corum, scripta thematibus a versibus Psalterii, ad sorores mo-
asterii corporis Christi.* Inc.: « Audi filia et vide et inclina au-
rem tuam et obliviscere populum tuum et domum patris tui
. . . », fol. 1-36. Opus, ceu autographum habitum, auctor Ari-
mino *venerabilibus sororibus in monasterio corporis Christi* [cu-
ius fundator exstitit] Venetias mittebat epistola 16 decembris a.
1402, quae incipit: « Dilecte sorelle in Christo. Povero di virtù,
» di senno, et di Dio, di mia inopia per lo portatore della pre-
» sente vi mando per buona mano il primo volume dell' Itinera-
» rio mio, et forse ancora il secondo, se la barca soprastà alcun
» dì a partirsi, del quale sono presso alla fine . . . . », paucis au-
tem interiectis lineis: « Tre cose vi demando . . . . la prima si

» compia di miniare per la miniatrice et non si perda tempo....
» . . . . » Codicis tamen nostri opellam auctori manui abiudico et ex allatis a conlega meo Ioanne Veludo (1), et maxime quod desint rubricae in margine, de quibus in citata epistola: « Tre cose vi domando: la prima si compia di miniare per la mi-
» niatrice ec. . . . . Ancora sotto le citationi o allegationi . . . . .
» nelle margine faccia un fregho rosso come io ho cominciato... » Prooemium, utpote partem vitae auctoris continens, edidit Flaminius Cornelius (2). Ceterum expositio in Cantica ad sextum versiculum primi capitis tantum producta est. Ad opere differt aliud eiusdem auctoris in codice bibliothecae Barberinianae: *Humilis contemplatio in Cantica canticorum gloriosae virginis.*

2. Eiusdem lectiones viginti septem in novem priores psalmos, sic ab Echardo (3) inscriptae: « Quadragesimale unum re-
» collectum, in quo cum themate occurrenti proponit versus
» psalmorum unum vel duos a I *Beatus vir* ad IX *Confitebor*
» *tibi Domine,* simul Evangelii expositionem includens. » Prooemium inc: « Quid vobis videtur de Christo. Sicut heri in sermo-
» nali principio . . . . », f. 37-106.

Codicis duplici columna exarati, tegumento adscriptum est: « Plures sermones super quosdam versus psalmorum procurati
» a fratre Thoma de Senis, conventus s. Dominici Venetiis. »

Qui de auctore plura scire desiderat, adeat praeter iam citatos, Cicogna. *Iscrizioni veneziane,* II, 5, 7, 11, 12; VI, 84, 139-145, 910.

Cod. 69 membr., saec. XV, a. 475, l. 330 [L. I, VII]. Ya.

Bibliorum sacrorum pars a libro Esther ad Machabaeos, cum prologis. Codex crassioribus litteris belle exscriptus foliis 258, ex *Procuratia de supra* Venetiarum, iussu senatus anno 1786, ad bibliothecam nostram delatus est: puto esse alterum ex bibliis

(1) Dominici. *Regola del governo di cura famigliare.* Firenze, 1860, p. CXLVII.

(2) Cornelius Flamin., *Eccles. venetae decas prima*, p. 137-139.

(3) *Scriptores ordinis Praedicator.*, 770, n. 9.

acris universis volumen in usum ecclesiae d. Marci, quod evincit nota sub fine apposita: *Hic finit vetus testamentum.*

Cantica habent nomina obloquentium. Annotatiunculae quaedam criticae accedunt, charactere eodem [litteris minoribus] quo textus exaratae. Sic ad Tobiae cap. VI, vers. 9. « Et fel valet ad » ungendos oculos, in quibus fuerit albugo et sanabuntur » qui a librario primum omissus fuerat, ac postea insertus est, haec adscripta sunt: « Quidam libri non habent hunc versum, sed de» bent habere, ut patet in alia translatione. »

Cod. 70 membr., saec. XII, a. 378, l. 290 [L. II, CVI].

S. Hieronymi presbyteri, *expositionum in Isaiam prophetam* (1). Accedunt notulae. Folio extremo, charactere saeculi decimitertii, legitur commentarium in versic. primum capitis XVI Evang. secundum Marcum, quod incip: « Maria Magdalene ec. » Beate iste mulieres lacteo nectare perfuse dominum Jesum un» guentis optimis perungere cupientes, paraverunt aromata... »

Codex, duplici columna, grandioribus litteris exscriptus habet folia 221.

Cod. 71 membr., saec. XIII, a. 263, l. 172 [L. I, XIV]. Ma.

Glossae interlineares et marginales in *Isaiam prophetam*, potiori parte editae in *Biblia sacrorum glossis*, Venet 1588, t. IV, 1-108.

Codicem foliorum 135, triplici plerumque columna [quarum mediam occupat textus biblicus maioribus litteris], dono dedit anno 1478 monasterio s. Ioannis *de Viridario Padue vir venerabilis et devotus Christi sacerdos et bonarum artium cultor, lingue grece, latine, hebraice eque peritissimus d. Petrus Montagnana optima fide, pietatis studio ...., quem quisque legens proficiat primum deinde sit gratus.*

(1) Editae in Hieronymi operibus. IV, 832.

Cod. 72 membr., saec. XIV, a. 330, l. 237 [L. I, LXXIV]. Ma

Ioachimi Florensis, *scriptum super Isaiam prophetam, plurimis internis ac mysticis intellectibus sacras litteras penetrans maximaeque partis orbis terrarum civitatum vaticinia.* Titulum ex opere edito [Venetiis, per Lazarum de Soardis, 1517, fol 60, 8.°] profero.

Foliis 2-4 exstant *praemissiones* de a. *statu ecclesiae,* b. *mysterio ecclesiae quod annuatim revolvitur in dracone insertum,* c *temporibus,* d. *tuba et sigillis,* e. *dracone altero,* f. *psalterio decem chordarum,* g. *mysterio notarum Ezechielis I,* cum figuris. Operis universi, in sex partes distributi, prima complectitur scriptum in Isaiam et *onera sexti temporis,* scilicet undecim secundum Isaiam, quatuor secundum Nahum, Habacuc, Zachariam, Malachiam : onera *tangunt populum gentium saeculi,* de quibus minutatim auctor vaticinatur. Partes secunda usque sextam de septem temporibus ecclesiae agunt.

Ioachimus abbas de Curatio in Calabria, ordinis Cisterciensis, fundator monasterii Florensis, pluribus operibus eiusdem furfuris clarus, obiit anno 1201.

Codex folior. 65, duplici columna, habet lectionem prorsus vitiatam.

Cod. 73 membr., saec. XIII, a. 342, l. 225 [L. I, XIII]. Ma

Glossae interlineares et ordinariae in Ezechielem ; hae quadruplicis generis, uti solet, editae fere omnes in *Biblia sacra cum glossis* ec. IV, 208-292.

Codex foliorum 115 triplici columna [media cum textu biblico maioribus litteris].

Cod. 74 membr., saec. XII, a. 330, l. 213 [L. I, XII]. Ma

Duodecim prophetae minores cum glossis interlinearibus et ordinariis, per compendium excerptis ex glossis editis [Ibi, IV 332-428].

Codex folior. 171, triplici columna [media textum biblicum exhibente].

Cod. 75 membr., saec. XIV, a. 300, l. 208 [Z. XIII]. B.

Duodecim prophetae minores, cum glossis ut in praecedenti. Accedunt et notae aliae in marginibus, charactere recentiori.

Codex foliorum 143, triplici, quandoque etiam quadruplici columna, habet litteras librorum initiales coloribus et auro ornatas.

Cod. 76 membr., saec. XII, a. 154, l. 94 [L. I, VIII]. Ma.

Biblia sacra novi testamenti. Codici foliorum 210, bonae notae, insunt Evangelia, Actus Apostolorum, Epistolae canonicae, Apocalypsis, Epistolae d. Pauli, quo ordine habentur in editis, cum litteris librorum initialibus rubro et caeruleo atramento ac auro pictis. Librarius sub fine Evangeliorum annum notavit quo liber exaratus: *M . CLXXII, V. nonas madii.* Ex hoc ipso codice, ut puto, quo tempore in bibliotheca patavina s. Ioannis in Viridario servabatur, Sixtus Senensis epistolam Pauli supposititiam ad Laodicenses vulgavit in *Biblia sancta,* Venetiis edita ann. 1566 (1), antea vero sub fine *Expositionis Brunonis in epistolas Pauli* [Parisiis, 1509, 4.°, p. CXC], nostro aevo in Ios. Blanchinii *Vindiciae canonicar. scriptur.,* p. CXCV. In fine siquidem eam olim exstitisse index ad initium positus ostendit: at modo duo folia quae eandem continebant, omnino desunt (2). Desideratur in *Actibus Apostolorum* notus versic. 29, capitis XXVIII: *Et cum haec dixisset.* Comma Ioannis celeberrimum legitur: « Tres sunt qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua et san- » guis, et tres unum sunt. Et tres testimonium perhibent de » caelo, Pater, Verbum et Spiritus: et tres unum sunt. »

(1) « Extat, ut audivimus, epistola haec Lutetiae in pervetusto codice bibliothecae Sorbonicae: ipse quoque eam vidi Patavii in bibliotheca d. Ioannis a Viridario, ex qua etiam subiectum exemplar descripsi. » p. 151.

(2) Vide codicem ms. 14, p. 89.

Cod. 77 membr., saec. XIII, a. 320, l. 217 [Z. L, X]. E.

Biblia sacra novi testamenti. Codex foliorum 247, quadruplici columna, continet Evangelia, Epistolas d. Pauli, Apocalypsin, Actus Apostolorum, Epistolas canonicas, cum versione gallica ad sextum usque Apocalypseos caput. Binae intimae columnae latinum, textum gallicum extimae exhibent. Epistola Hieronymi Damaso papae sic incipit: « Tu me contrains faire » nouvele oeure de ancienc. que apres le exemples des escri » ptures esparses en tout le monde ie siec ausi conmeuns iuges... » Epistolam excipiunt prologus in Evangelia ut et singuli in unumquodque Evangelium. Ornamenta initio librorum excellunt non tam castigato picturae linearis stylo, quam colorum et auri fulgore, varietate rerum, usu vestium et instrumentorum eius aevi quo codex exaratus: in Epistolis praesertim d. Pauli, huius monumenta historica multimodis repraesentationibus evolvuntur.

Cod. 78 membr., saec. XIV, a. 120, l. 73 [L. I, IX]. Ma.

Biblia sacra novi testamenti. Codex foliorum 237, duplici columna, quamplurimis scatet erroribus. Libri sic distribuuntur: Evangelia, Actus Apostolorum, Apocalypis, Epistolae canonicae, Epistolae d. Pauli. Extremo capitulo Actuum Apostol. loco versiculi vigesimi noni legitur: « Et cum non essent intelligentes, » egressi sunt multa secum conquirentes. » Ioannis comma legitur: « Quia tres sunt qui testimonium dant, spiritus et aqua » et sanguis, et tres unum sunt, et tres sunt qui testimonium » dant in celo, pater, filius et spiritus sanctus. »

Cod. 79 chart.-membr., saec. XIV, a. 220, l. 143 [L. I, XXXII]. F.

1. Plura ex sacris Scripturis et sanctorum Patrum scriptis quae ad Evangeliorum loca se referunt, f. 2-32.

2. Passio Domini nostri Iesu Christi, ex Matthaeo, Marco, Luca et Ioanne. Narrationem Ioannis excipiunt orationes solemnes feria sexta in parasceve canendae, f. 33-44.

3. *Apocalypsis b. Ioannis apostoli* cum prooemio b. Hieronymi, f. 45-58.

4. *Evangelia quatuor* cum prooemiis s. Hieronymi, excepto s. Matthaei, f. 58-113.

5. Capita extrema quatuor Evangeliorum quibus narrantur Christi resurrectio et apparitiones, f. 114-117.

6. Explicatio verborum quibus benedicuntur palmae, f. 111-118.

Cod. 80 membr., saec. XV, a. 400, l. 283 [Z. L. LIX]. B.

1. S. Augustini, *in Ioannis Evangelium tractatus centum viginti quinque,* sic distributi uti codice praecedenti, nisi quod editorum seriem excedit decimus octavus primae partis in idem subiectum ac proxime antecedens, qui incip: « Hec auribus et » cordibus vestris nota sunt, reparant tamen dicentis affectum » et quodammodo commemorata innovant nos », f. 9-216.

2. Eiusdem, *sermones viginti tres super quibusdam sententiis s. Matthaei.* In editorum serie desiderantur duo unum in octava ss. Apostolorum Petri et Pauli: « Cum sanctum Evange- » lium legeretur, crudele spectaculum ante oculos nostros . . . », alterum de quinque virginibus. « Inter parabolas a Domino » dictas solet querentes multum movere ista que de decem vir- » ginibus posita est », f. 217-254.

3. Eiusdem, *sermones quindecim de verbis Domini super Lucam.* Deest in editis sermo de filio prodigo: « In lectione evan- » gelica quam audivimus de homine dictum est qui habuit duos » filios . . . . », f. 254-260.

4. Eiusdem, *sermones super Ioannem evangelistam.* Horum omnium sermonum [quibus fol. 1-7 praest capitulorum tabula cum initiis] ordo idem est ac in antiquioribus editionibus sub titulo generali: *Sermones de verbis Domini;* recentioribus vero partitio concinnior et accuratior servata est, unde factum ut eorum quidam non in eandem classem referendi, quidam supposititii sint, f. 269-308.

Cod. 81 membr., saec. XIV, a. 317, l. 218 [Z. L. XXVII]. B.

Nicolay de Lyra. *postillae in Evangelia.* Folia 1-18 chartacea, serius addita, referunt tabulam alphabeticam eorum quae potiora in Lyrani opere occurrunt, non quidem numeris [qu deerant] foliorum allatis, sed locis Evangelistarum et litteris ordinis; quam tabulam sua manu scripsit Bertholdus de Grünningen, anno 1351, *ne forsam legenti vel praedicare volenti ipsa dicta essent studiosa.* Foliis 183-193 exstant *canon tabularum super Evangelia,* ac *series Evangeliorum legendorum per annum tam de tempore quam de Sanctis* [quorum aliquot nuntiant ecclesiam germanicam].

Codicem duabus columnis distributum anno 1409 possederat Joannes de Berchingen canonicus novi collegii Spaldii qui, ut ex analogia coniicio, monacis Chartusiensibus Nurembergae dono dedit, ex quibus emit cardinalis Bessario, pretio ducatorum triginta.

Cod. 82 membr., saec. XV, a. 286, l. 210 [L. I, LXVI]. Ma.

Eiusdem, *postillae in Evangelia.* Codex foliorum 294, diligenter satis duplici columna exscriptus, finit: *Expliciunt lecture super Evangelistas quatuor. Finito libro, omnipotenti Deo sit laus et iubilacio. Hoc opus Nicholay de Lira fuit finitum secundo die mensis madii ad honorem sancte trinitatis anno Domini millesimo quadringentesimo vicesimo sexto.*

Gratias tibi Christe quia liber explicit iste
Didacus vocatur qui scripsit, benedicatur.

Serior manus notavit *librum hunc* donasse *B. de Lignamine de Padua, episcopum concordiensem, sancto Joanni de Viridario anno* 1455.

Cod. 83 membr., saec. XV, a. 323, l. 240, [Z. III, CXV]. Mg.

Raphaelis de Pornaxio, *de consonantia naturae et gratiae liber*, Nicolao papae quinto [anno 1447].

Operis argumentum exponit auctor in littera dedicationis : « Thomas de Aquino . . . . . quatuor Evangelia miro et exquisito » studio, sanctorum dictis et auctoritatibus exornavit. Subiit itaque animum eadem Evangelia in unum collecta sanctitati vestrae dirigere, philosophorum ac gentilium dictis, licet impari » valde studio, similiter exornata, ut in nova creatione vestra, » inter maiora et pretiosiora offerentes, saltem postremus inveniar, cum paupercula vidua offerens aera duo. » Capitula sexaginta quatuor in *paraphos* distributa, quorum quilibet in nomina auctorum. Mediam paginam occupat textus evangelicus; partes loca ex auctoribus.

Fol. 3 subiunguntur epistolae duae, prima Gabrielis Sfortiae archiepiscopi mediolanensis [Mediolani, 5 maii, 1455] eidem Raphaeli pro elucubratione hac ad transcribendum obtinenda, altera auctoris librum mittentis.

Textum excipit index rerum *completus die* 14 . . . . , 1457 ; ***et tabula ad inveniendum Evangelia quae per anni circulum in missis leguntur.***

Sub fine legitur: « Explicit volumen de concordia naturae » et gratiae, compilatum per reverendum patrem et virum evangelicum magistrum Raphaelem de Pornaxio [in Liguria], » filium nativum conventus ianuensis, ordinis Praedicatorum, » theologum in Italia singularem, propria manu scriptum, qui » ex huius mundi ergastulo solutus est anno Domini 1467, die » 30 februarii, hora noctis quasi undecima, aetatis vero suae 79 » completo, tempore prioratus magistri Ioannis Mutii, discipuli » sui, a quo devotissime suscepit ecclesiae sacramentum. » Opus prorsus ignorant quotquot de auctore egerunt.

Codex duplici, triplici et quandoque quadruplici columna, habet folia 180

Cod. 84 membr., saec. XIII, a. 372, l. 230 [L. I, XXIII]. Ma.

Evangelia ss. Lucae et Ioannis, cum glossa ordinaria abbreviata, et prooemiis s. Hieronymi, eo tantum in Ioannem glossato.

Codicem foliorum 128, triplici columna, grandioribus litteris pro textu biblico, initialibus rubri et caerulei coloris, sub fine inscripsit: *Lucas et Ioannes glossati secundum glosam Magistri sententiarum,* qui memoriam ingessit Baptistae a Lignamine episcopi concordiensis, codicem anno 1455 monasterio s. Ioannis in Viridario donantis.

Cod. 85 membr., saec. XIII, a. 243, l. 160 [Z. L. XV].

1. S. Matthaei *Evangelium,* cum glossa ordinaria et argumento ac prologo s. Hieronymi, f. 2-73.

2. *Epistalae canonicae septem,* cum glossa ordinaria et argumento ac prologo s. Hieronymi, f. 74-113. Ommissa est glossa in Epistolam Iudae.

3. Quaedam ex ritu administrandi baptismatis, f. 114-115.

Folio primo quidam saeculo decimo sexto inscripsit; « Iste » liber est Leonardi Contareno quondam domini Dominici de » contrata sanctorum Apostolorum, qui emptus fuit Burgis pro » pretio . . . . »

Cod. 86 membr., saec. XV, a. 307, l. 215 [L. I. XCV].

1. S. Matthaei *Evangelium,* cum glossis marginali ordinaria et interlineari, f. 1-145. Folio secundo serius addito exstat primus prologus s. Hieronymi, qui legitur quoque folio septimo. Foliis 3-6 habetur prooemium, quod incip: « Nomen libri Evange- » lium grece, bonum nuntium latine, quod etsi sit commune pro- » prium hoc nomen habet *annuntiatio salvatoris in carne* . . . . »

2. S. Marci *Evangelium,* item cum glossis et prologo s. Hieronymi, f. 147-331.

Codex splendidus, triplici columna, cum ornamentis colore et auro affabre pictis, praesertim in litteris initialibus.

Cod. 87 membr., saec. XIV, a. 210, l. 147 [Z. L. XVII].

1. S. Ioannis *Evangelium*, initio mutilum, nempe a versiculo 2 capitis II usque ad finem, cum glossis abbreviatis ordinaria et interlineari, f. 1-94.

2. S. Matthaei *Evangelii* fragmentum, scilicet a fine versiculi 10 capitis primi ad versiculum nonum capit. III, item cum glossis abbreviatis. Fragmentum hoc cum Evangelio anteriori serius consarcinatum evincunt fragmenta ex Patribus ut et notae historicae pontificum ac lemmata ex iure canonico. Singulare est quod librarius testatur Leonem papam octavum decrevisse : « Ego Leo, servus servorum Dei, episcopus cum cun- » cto clero ac populo romano constituimus, firmavimus et corro- » boravimus, et per nostram apostolicam auctoritatem concedimus » atque largimur domino Otoni primo Teutonicorum eiusque suc- » cessoribus huius regni Italie imperium vel in perpetuum, tam » cum facultate eligendi successorem, quam summe sedis aposto- » lice pontificem ordinandi, ac per archiepiscopos seu episcopos » ut ab ipso investituram suscipiant, consecrationem autem unde » debent, exceptis his quos imperator pontifici et archiepiscopis » concessit; et ut nemo deinceps certumque dignitatis vel religio- » nis eligendi patricium sive pontificem summae sedis apostoli- » cae aut quemcumque episcopum ordinandi habeat facultatem, » absque consensu ipsius imperatoris, quod tamen fiat absque pe- » cunia omni . . . . », f. 94-100.

Cod. 88 membr. saec. XIV, a. 458, l. 298 [Z. L. CVI]. Ya.

Tractatus in Evangelium s. Marci, cuius prooemium incipit: « Beati Evangeliste Marci, superna favente clementia, nunc le- » gere aggredicmur Evangelium, unde necessest ut nostre men- » tis oculus omnis expurgetur inanis gloriae sordibus . . . . »

Auctor anonymus ante saeculum, puto, decimum quartum, stilo ornatiori dedit opus, in quo Hieronymi et Augustini nomina profert frequenter, non autem Bedae, ex quo plura ad litteram mutuatus est. Singulare occurrit ad cap. Marci sextum : « *Et un-*

» *gebant oleo multos aegrotos et sanabant.* Iacobus apostolus di-
» cit: *Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros ecclesiae, ut*
» *orent super ipsum, ungentes illum oleo in nomine Domini et si in*
» *peccatis sit, dimittentur ei.* Sciendum est ergo quia his verbis
» aperte monstratur quod sancta ecclesia hunc morem tenet ab
» ipsis apostolis traditum ut non solum ecclesiae ut orent super
» ipsum ungentes illum oleo in nomine Domini, sed etiam alii qui-
» libet aegroti oleo perungantur: quo pontificali quidem bene-
» dictione consecrato *non solum presbyteris sed omnibus fidelibus*
» *uti licet in sua suorum necessitate.* » Ad idem caput legitur narratio de sacris lipsanis Ioannis Baptistae, nempe de secunda translatione capitis, de qua apud Bollandistas.

Codex foliorum 111, duplici columna, bonae notae, cum exquisitis ornamentis colore et auro pictis, flores plerumque et belluas pro ingenio effictas referentibus.

Cod. 89 membr., saec. XV, a. 247, l. 170 [L. I, XXII]. Mk.

S. Marci, *Evangelim,* cum glossa ordinaria et prologo s. Hieronymi.

Codice folior. 102, triplici columna, lectionis vitiatae, usus est Sanctus de Rubertis venetus, ordinis Praedicatorum.

Cod. 90 membr., saec. XII,. a. 270, l. 178 [Z. L. IX]. B.

1. S. Augustini, *in Ioannis Evangelium tractatus,* a primo usque ad quadragesimum, initio et fine mutili, f. 1-185.

2. Eiusdem, *tractatus decem in Epistolam Ioannis ad Partos,* seu eius primam canonicam. Deest aliquid ab initio, f. 186-233.

Cod. 91 membr., saec. XIV, a. 287, l. 200 [L. II, 102].

Sancti Augustini *in Ioannis Evangelium tractatus centum viginti tres,* in duas partes divisi, quarum prima quatuor supra quinquaginta numerat, altera sexaginta novem.

Codex foliorum 329, duplici columna, compactus est qua-

tuor foliis membranaceis, *quaternum inbreviatorum Albertini filii quondam Ioannis Ruçi de Bagnolo notarii, qui moratur Padue ad ecclesiam sancte Margarite,* referentibus. Acta data sunt *sub portica ecclesie s. Margarite, antianorum, de scholis magistri Marchiboni, sancti Martini de Pianiga* anno 1303.

Cod. 92 membr., saec. XIII, a. 248, l. 150 [Z. L. XVI]. E.

S. Ioannis, *Evangelium,* cum glossa marginali ordinaria et interlineari, ac prologo s. Hieronymi.

Codex foliorum 42, triplici columna digestus est.

Cod. 93 membr., saec. XIV, a. 212, l. 138 [L. I. XXIV].

1. Folium saeculi XI, referens professionem fidei adversus Berengarii haeresim. Inc: « Credimus corde et animo confitemur » panem illum et vinum illud quod in altari ponuntur . . . », fol. 1.

2. *Varia breviter dicta de virtute et vitiis,* tribulationibus, rerum vanitate, iudicio extremo, inferno, sine ordine, f. 2-36.

3. *Actus apostolorum mutili,* a primo capitulo ad versiculum undecimum capituli vigesimi, f. 37-60.

Cod. 94 membr., saec. XV, a. 200, l. 140 [L. I, LIII]. Ma.

Aratoris subdiaconi, *de Actibus apostolorum,* versu hexametro redditis, una cum epistolis Floriano et Vigilio datis. Notitia auctoris praeeit quae in codicibus manuscriptis saepe occurrit, eadem, saltem ex parte, quam Aldus Manutius in Aratoris vita ex variis libris sumptam in bibliothecis venetis s. Georgii Maioris et s. Mariae ab Horto se invenisse prodidit. Initium est: « Arator » iste cardinalis fuit subdiaconus sanctae romanae ecclesiae, tem» pore Vigilii papae qui considerans Iuvencum et Sedulium ... » Poema frequenter editum non in duos libros, uti solet, sed in sectiones varias partitus est librarius, titulo contentorum singulis superaddito, sub fine inscribens: *Liber Aratoris de Actibus apostolorum explicit. Lege frequenter quia Dei est.* Codex raro

admodum Arntzenii, qui anno 1769 Zutphaniae denuo opus edidit, emendationes confirmat, quippe qui veterem lectionem ut plurimum habeat.

Librum folior. 62 dono dedit monasterio s. Ioannis in Viridario anno 1478 Petrus Montagnana sacerdos.

Cod. 95 membr., saec. XIV et XII, a. 218, l. 155 [L. I, XXIX]. Mk.

1. B. Pauli, *Epistolae omnes,* quae ad Romanos, Corinthios, Galatas, Ephesios, *cum glossis recollectis ex diversis Patribus :* reliquae sine glossis. Pars haec codicis egregie exscripta est saeculo decimo quarto, f. 1-127.

2. *Epistolae septem canonicae,* sanctorum Iacobi, Petri, Ioannis, et Iudae, cum glossis, sub initio notatae : « In his epi» stolis expositores sunt Beda, maxime Didimus et Clemens, » sed rarius Augustinus in epistolis Ioannis. » Pars codicis ex saeculo decimosecundo cum ornamentis, praesertim in litteris initialibus, f. 128-175.

Cod. 96 membr., saec. XIII, a. 280, l. 187 [L. I, XXVIII]. Ma.

D. Pauli *Epistolae omnes, cum glossis,* praefatione d. Hieronymi in omnes, prooemio et argumento in epistolam ad Romanos, argumentis in ceteras.

Codex egregius, folior. 218, cum ornamentis colore et auro pictis in litteris initialibus.

Cod. 97 membr., saec. XIII, a. 273, l. 187 [L. I, LXXVI]. Z.

D. Pauli, *epistolae,* cum glossis brevioribus marginalibus et interlinearibus. Codici foliorum 196 cum ornamentis, praeest prooemium quod incip: « Astitit regina a dextris tuis in vestitu deurato . . . . . . » finit : « Quamobrem vicissim eos humilians ad » pacem et concordiam cohortatur. » Prooemium excipiunt folia duo ex saeculo XV, quorum primum inscriptum epistolis Senecae supposititiis d. Pauli ; alterum prologo d. Hieronymi : « Primum » nos intelligere oportet. »

Cod. 98, membr., saec. XIII, a. 298, l. 193 [L. I, XXVI]. F.

D. Pauli, *Epistolae,* cum glossis ex sanctis Patribus, maxime Augustino.

Codex foliorum 182, cum indice, f. 180-182.

Cod. 99 membr., saec. XIII, a. 298, l. 177 [L. I, XXV]. P.

D. Pauli, *Epistolae,* cum glossis, mutilae, finiunt enim versiculo 35 capit. X Epistolae ad Hebraeos.

Codicem folior. 231, cum ornamentis, possederat die 4 februarii anni 1446 Iacobus de Bonazoli *ufficiale di gabella grossa.*

Cod. 100 membr., saec. XIV, a. 422, l. 270 [L. I, XXVII]. Ma.

D. Pauli, *Epistolae omnes,* cum spatiis glossis inserendis paratis.

Codicem folior 196 litteris maioribus belle exscriptum, egregiae conservationis, donavit monasterio s. Ioannis in Viridario anno 1466, *Magister Caietanus de Tienis vicentinus, canonicus patavinus* (1), cuius initio exstant insignia familiae depicta.

Cod. 101 membr., saec. XV, a. 367, l. 260 [Z. L. XXIX]. B.

Petri abbatis tripolitanae provinciae compilatio super epistolas beati Pauli apostoli, teste Cassiodoro viro doctissimo, qui in libro primo de institutione divinarum scripturarum, capitulo octavo ita refert: post tria paria commentariorum quae diximus, Petrus abbas tripolitanae provinciae sancti Pauli epistolas ex dictis opusculorum beati Augustini subnotasse narratur, ut per os alienum sui cordis declararet arcanum, quae ita locis singulis competenter aptavit ut hoc studio beati Augustini credas esse perfectum.

(1) Idem archigymnasii patavini professor, moriens [a. 1465] reliquit *ecclesiae sancti Ioannis de Viridario omnes libros in theologia.* Angiolgabriello di Santa Maria. *Storia degli scrittori di Vicenza.* Vicenza, 1772, vol. II. p. II. p XXVIII.

Sic Bessario sua manu codicem inscripsit. Prologus incipit: « Pri-
» mum quaeras post Evangelia, quae supplementum legis sun
» et in quibus nobis exempla et praecepta vivendi plenissime di
» gesta sunt, cur voluerit apostolus has Epistolas ad singula
» quasque ecclesias destinare ... », quem excipiunt a. argumen
tum Epistolae ad Romanos, b. index capitulorum, c. versus Da
masi: « Iamdudum Saulus procerum praecepta secutus », d
Cassiodori effatum, e. expositiones Epistolarum.

Opus inter Bedae scripta [*Operum.* Colon. 1688, tom. VI
impressum, a Mabillonio [*Analector.*, t. I], Floro Magistro tribu-
tum. Vide Bedam ad calcem *historiae Anglorum* [*Opp.*, tom. III],
Baronium ad ann. 731, Bellarminium *de scriptor. eccles.* p. 253,
Caveum tom. I, p. 335, Du Pin t. VI, p. 88.

Codex foliorum 359 duplici columna, mandato Bessarionis,
ut puto, exscriptus, cuius insignia fol. 4: litterae initiales belle
ornatae passim.

Cod. 102 membr., saec. XV, a. 394, l. 292 [L. I, LV]. Ma.

1. S. Thomae Aquinatis, *expositio in Epistolas d. Pauli ad Romanos, Corinthios, Galatas, Timotheum, Titum, Philemonem* f. 1-224, *Ephesios*, f. 263-288.

2. *Postillae in d. Pauli Epistolas ad Philippenses*, f. 226-237, *Colossenses*, f. 237-248, *Thessalonicenses* utramque, f. 248-262.

3. Pars prooemii in *Epistolas d. Pauli* f. 288-289.

4. *Postillae in d. Pauli Epistolas ad Romanos, Corinthios duplicem, Galatas, Ephesios, Timotheum binam, Titum, Hebraeos* f. 289-332, 224-225.

5. S. Thomae Aquinatis, *tractatus contra errores Graecorum*, ad Urbanum papam quintum, f. 333-340.

Codicem duplici columna, pessimae notae, Baptista de Lignamine episc. concordiensis dono dedit canonicis regularibus Ioannis in Viridario, anno 1455.

Cod. 103 membr., saec. XV, a. 338, l. 238 [L. I, LIV]. Mb.

S. Thomae Aquinatis, *Expositio in Epistolas divi Pauli omnes.* Codex unius manus, duplici columna, chartae crassioris cum insigni fabricationis, i. e. corona regia.

Cod. 104 membr., saec. XIV, a. 320, l. 223 [Z. L. XXX]. B.

Nicolai de Lyra, *postilla in Epistolas omnes d. Pauli.* Codicem fol. 114, annis 1336-1337, ut passim ex notis, exscriptum, Henricus de Berchingen canonicus cathedralis ecclesiae aichstettensis ac vicarius in spiritualibus eius episcopi Friderici comitis de Ottingen, legavit anno 1409 Ioanni de Berchingen canonico novi collegii Spaldi; hic vero Chartusiensibus Cellemariae in Nuremberga anno 1458 in die Gervasii et Protasii [19 iunii], a quibus sibi coemit Bessario. Singulare est quod libro consarcinando structor librarius documento alemannico usus est quo Henricus [de Schenk] episcopus aichstettensis convenit anno 1334, cum canonico aichstettensi Perchtoldo de Hagel, circa permutationem aliquot praediorum suae ecclesiae [Gotzhaus].

Cod. 105 membr., saec. XV, a. 271, l. 183 [Z. L. XXVIII]. B.

Commentarium Epistolae ad Romanos editum per Origenem libris quindecim, translatum per eundem Hieronymum et reductum in decem ad Heraclium requirentem. Hunc titulum perperam inscripsit librarius, constat enim ex opere edito (1), Rufinum presbyterum fuisse interpretem. Sub fine, ubi in typis impresso peroratio : *Hactenus urbis* ec. Rufino tribuitur, in codice ms. legitur : *Deinceps verba Hieronymi gloriosissimi traductoris presentis operis Origenis.*

Codicem folior. 249, egregie scriptum cum ornamentis colore et auro appictis, tempore Bessarionis exaratum puto.

1 *Origenis, opera omnia.* Parisiis, 1759, tom. IV, p. 458-689.

Cod. 106 chart., saec. XVI, a. 303, l. 210 [L. I, LXXI]. Mr.

Antonii Riccoboni, *in epistolam d. Pauli ad Romanos commentarius, quo universa ars rhetorica ecclesiastica a Spiritu sancto profecta in hac una epistola ex doctrina Aristotelis explicatur. Opus summe utile nostrorum temporum concionatoribus qui facillime possunt in eo totam concionandi ideam intueri, ad clarissimum virum a secretis serenissimae reipublicae venetae Laurentium Massàm.* Dedicationis epistola data Patavii incip: « Cepi » consilium ex tua sententia et cohortatione, Laurenti Massa, » vir clarissime, ut artificium spiritus sancti . . . . . » Auctor, humanitatis, uti aiebant, in patavino archigymnasio professor, materiam ita partitur ut primo a. res de qua agitur, b. genus ad quod reducitur epistola, c. status, d. argumenta, e. mores, f. affectus, g. elocutio, h. dispositio [f. 1-18] tractentur; postea in singula capita [f. 19-67] inquiratur. Riccobonus manu sua, uti ex lituris et emendationibus facile coniicio, volumen conscripsit, eique obtulit, « qui cum rei litterariae triumviris esset a secre» tis, ad res invisendas, post vacationes autumnales anni 1583 » Patavium missus, de anatomico theatro construendo egit; » idemque encyclicas disputationes, quae frigere coeperant, di» sputandi tempore atque ordine constituto, rursus excitavit ra» tasque fecit. Statuta quoque ad saeculi mores refecta sunt, » operam suam in primis conferente Riccobono . . . . » (1).

Cod. 107 membr., saec. XIII, a. 273, l. 180 [L. I, LII]. Ma.

1. *Expositio epistolae* d. Pauli apostoli *ad Hebraeos*, f. 1-49. Breve prooemium inc: « Moris est habitatoribus provinciae » censeri generali nominis [sic] suae metropolis; unde apostolus » scribens ecclesiis provinciae Galatiae . . . . . » ; expositio vero primi versiculi: « Vel non ab hominibus dicit ut intelligantur » illi pseudoapostoli qui missi a Iudaeis ad istorum subversio» nem, vel ut arguat . . . »

(1) Facciolati, *Fasti gymnasii patavini*. Patavii, 1757, t. II, p. 216.

2. Eiusdem *Epistolae ad Hebraeos* expositio, f. 49-124. Incipit: « *Multifarie* ec. Scribit apostolus ad eos qui erant Iero» solimis et credebant Iudaeis, et eis qui non credebant . . . . » Declaratio mutila explicit versiculo octavo capit. XI.

Loca utriusque epistolae plerumque ex Hieronymo et Augustino sumpta. Codex duplici columna, non una manu, exscriptus lectione vitiata laborat.

Cod. 108 membr., saec. XIV, a. 290, l. 212 [L. I, XL]. Mk.

1. *Postilla supra Epistolam ad Titum, valde utilem ad praedicandum.* Auctor frater Ioannes de Hisdinio, ordinis domus hospitalis sancti Ioannis Ierosolimitani, doctor theologiae, dicat opus Philippo de Alençonio archiepiscopo rothomagensi [patriarchae aquil. ann. 1381-1387], cuius se dicit humilem cappellanum et devotum oratorem. Postilla inc: « Erudi filium tuum et » refrigerabit te et dabit delicias animae tuae. Prov. 29, quia ut » dicit Ciprianus epist. 2 . . . » Sub fine fol. 101 legitur: « Fi» nitur lectura fratris . . . , et fuit completa anno Domini 1364, » in die exaltationis sanctae crucis, de mense septembris. » Fol. 103-112 exstat duplex *tabula* verborum *super lecturam ad Titum.* Pauca de auctore eiusque operibus obtulit Fabricius in *Biblioth. mediae et inf. latinit.*, III, p. 83.

2. Petri Berchorii pictaviensis, monaci benedictini, *liber reductorii moralis bibliae figurarum,* f. 114-153. Incipit: « Deus » in mundi creatione ante omnia tanquam magis necessariam » primo dierum omnium lucem fecit . . . »; finit vero: « Expli» cit labor reductorii moralis quod in Avenione fuit factum, Pa» risiis vero coreptum [sic] et tabulatum, anno Domini 1362. » Exstant tantum moralitates in Genesim, Exodum, Iudith, Hester, Isaiam, Hieremiam, Ezechielem, Danielem, Ionam, Zachariam, Machabaeorum libros duos, Evangelia quatuor, Actus Apostolorum, Apocalypsim. Reductorium integrum pluries editum est.

3. Incipit liber 15 *reductorii moralis* editus a patre Petro Berchorio, in quo moralizantur fabule poetarum, f. 154-181. Incipit prooemium: « A veritate quidem auditum avertent, ad » fabulas autem convertentur . . . . » Opus in quindecim libros

divisum [undé puto errorem titulo inesse] incip: « Cum quicum-
» que plures Deos posuerunt, quasdam virtutes rerum Deos cre-
» diderunt et appellaverunt . . . » ; desinit: « Expliciunt fabu-
» lae poetarum moralizatae notabiles per magistrum Petrum et
» dominum priorem salutiensis monasterii, de ordine sancti Be-
» nedicti in Francia. »

Confer Fabricii, *Biblioth. mediae et inf. latinit.* V, p. 245.

Coc. 109 membr., saec. XV, a. 287, l. 208 [L. I, XLII]. Ma.

1. D. Thomae Aquinatis, *expositio in d. Pauli Epistolam ad Hebraeos,* f. 1-99.

2. Fragmentum *expositionis in Evangelium s. Ioannis,* fol. 99-104.

Cod. 110 chart., saec. XVI, a. 310, l. 208 [L. I, XLV]. Mk.

Hieronymi Vielmi, *De novo et prisco Melchisedeco libri tres, hoc est excursiones* [decem] *scolasticae et commentarii in septimum caput Epistolae d. Pauli ad Hebraeos,* quod ad versiculum usque vigesimum septimum deduxit. Excursio prima incipit:
« Theophilactus Bulgarorum quondam episcopus et inter sacra-
» rum scripturarum interpretes non postremi nominis, admiratus
» profunditatem sensuum huius epistolae . . . . . » Auctor ex ordine Praedicatorum, Patavii publicus sacrarum scripturarum [1565-1570] interpres (1), episcopus aemoniensis [1570-1582] sua manu opus descripsit liturisque frequentioribus emendavit, ita sub fine primae excursionis de eo disserens: « Decerpsi iam
» vero hanc partem ex meis in hanc Epistolam commentariis olim
» in patavino gymnasio e suggestu in scholis a me editis, ac a
» subiecta quam Paulus tractat materia *de novo et prisco Mel-*
» *chisedeco* tribus libris partitos inscripsi, ut si reliquos ob sene-
» ctutem et crebras gravesque meas aegritudines non absolvero

(1) Contarini Giamb. *Notizie storiche circa li pubblici professori, nel studio di Padova, scelti dall' ordine di san Domenico.* Venezia, 1769, p. 11?-115.

» vel saltem hi tamquam dominici panis fragmenta quaedam » non pereant. » Ex hoc, maxima qua fieri potuit diligentia exemplar typis paratum descripsit lector ex eodem ordine Ioannes Maria de Moschenis (1).

Codicem foliorum 232, auctoris manu passim recensitum et emendatum, cum universa sua bibliotheca Vielmus moriens legavit monasterio ss. Ioannis et Pauli Venet.

Cod. III membr., saec. XIV, a. 222, l. 151 [L. I, XLI]. Mk.

1. Augustini Triumphi anconitani, ordinis s. Augustini, *Dubitationum* [quaestionum] *super omnes Epistolas canonicas* [exceptis s. Pauli] *glossatas ex glossis Sanctorum,* fol. 27, 29-30. Inc.: « Iacobus Dei et domini nostri Iesu Christi ec. Sed hic pos» sunt esse tres dubitationes, prima utrum perfectorum sit sem» per gaudere in tribulationibus . . . . . . », finit vero : « corrigi » nequeunt sine maiori malo. » *Tituli dubitationum* exstant foliis 27-29. Anecdotum puto.

2. *Philobiblon seu de amore librorum ac de institutione bibliothecarum,* f. 35-55. Prooemium incip.: « Universis Christi » fidelibus ad quos tenor scripturae praesentis pervenit, Richardus » de Bury miseratione divina dunelmensis episcopus salutem in » Domino sempiternam. . . . » Tractatus viginti capitulis digestus inc.: « Thesaurus desiderabilis sapientiae et scientiae, quem » omnes homines pro instinctu item desiderant, cunctas mundi » transcendit divitias . . . . . » Cum de Bury, oxoniensis bibliothecae fundator, operi a Roberto Kolkot anglo, eius iussu, conscripto epistolam anno 1344 praefixerit, libellus pluries eius nomine editus, a librario nostro, qui sub fine scripsit : *Explicit philobiblion magistri Roberti Kolchot ordinis Praedicatorum*, germano auctori vindicatus est.

3. Raymundi Lulli *liber super psalmum : Quicumque vult salvus esse* . . . Sunt sermones quadraginta quatuor, quos auctor

1 *De Hieronymi Vielmi vita et scriptis commentarius*, Seraph. Marc. Maccarinelli in Vielmi, *de d. Thomae Aquinatis doctrina et scriptis*. Brixiae. 1748. p. 31-32.

in prooemio sic definit: « Multum enim est negotium aptum et » adoptabile nec non valde salutare tractare modum per quem » Deus gloriosissimus cognoscatur ab ignorantibus eum et dili- » gatur .... Ideo ego pauper et peccator indignus, laude et ho- » nore circa istud negotium laborans ferventer et assidue a lon- » ginquis temporibus, mediante auxilio illius sine quo nihil reor » boni esse factum, refero per parabolas et metaphoras hos sermo- » nes. » Sermo prim. incip. « Quidam Tartarus in finibus Sara- » cenorum habitans ......», f. 57-82. Expositio psalmi facta est cuidam Tartaro qui prius a Iudaeo edoceri voluerat, postea a Saraceno, inde a Christiano heremita paupere et indocto, qui eum ad Blaquernam remisit. Completa expositione enarratur quomodo Tartarus Romam accesserit cum hoc libro, baptizatus fuerit, nomen Largi accipiens a pontifice, qui ipsum destinavit ad praedicandam religionem catholicam infidelibus. Aliunde scimus Bonifacium papam octavum capitula fidei christianae Tartaro maiori transmisisse. Exstat quoque in codice [L. III, 116] - Vide Wadingum, *Scriptt. ordinis Minorum*. Romae, 1650, p. 299, 300.

4. Quaestiones tres sine auctoris nomine, f. 85-92.

I. Utrum corpora caelestia sint animata.

II. Utrum caelum sit compositum ex materia et forma.

III. Utrum beatitudo principaliter consistat in voluntate quam in intellectu.

Codex ex diversis fasciculis non una manu exscriptis consarcinatus, habet numero 1. membranas rescriptas, quibus inerant fragmenta Epistolarum canonicarum glossis inserendis parata, ex saeculo XIII; item quasdam lectu difficiliores num. 3; quarto vero duplicem in paginis columnam.

Cod. 112 membr., saec. XII, a. 269, l. 178 [L. I, XXX]. Mk.

Epistolae canonicae ss. Iacobi, Petri, Ioannis et Iudae, cum glossis ordinariis.

Codex folior. 29, triplici columna, litteris grandioribus pro textu biblico.

Cod. 113 membr., saec. XIV, a. 215, l. 150 [Z. L. XXXI].

Venerabilis Bedae, *expositiones super Apocalypsim s. Ioannis.* Quas perperam Bedae septem visiones in Apocalypsim tribuit librarius, codices antiquiores divo Ambrosio, monachi ex congregatione s. Mauri Berengaudo vindicant, quod nomen ex auctoris admonitione [in codice nostro desiderata] sub fine operis coniiciunt: « Quisquis nomen auctoris scire desideras litteras expo» sitionum in capitibus *septem visionum* primas adtende. Nume» rus quatuor vocalium quae desunt, si graecas posueris, est » LXXXI. » Editas *visiones* leges in *s. Ambrosii Opp.* Parisiis. 1690, II, 499-590.

Quem codicem folior. 129 Franciscus de Zabarellis die 15 aug. 1409 sibi coemerat, Baptista de Lignamine patavus congregationi Canonicor. s. Ioannis in Viridario dono dedit anno 1455.

Cod. 114 membr., saec. XII, a. 276, l. 180 [L. I, XXXVII]. Ma.

Epythoma succinctae expositionis super librum Apocalypsis. Opus Remigii antissiodorensis libris septem in plerisque codicibus digestum, uno tantum in nostro, cuius prooemium inc.: « Legimus in ecclesiastica historia beatum Ioannem a Domicia» no impiissimo caesare in Pathmos insula relegatum, exilio » deportatum, metallo damnatum . . . . » Opus editum sub nomine Haymonis, Coloniae anno 1531, Remigio recte vindicat Fabricius in *Bibl. med. et inf. latinit.* VI, 65.

Cod. 115 membr., saec. XIII, a. 317, l. 226 [Z. L. XXXII]. B.

1. Haymonis episcopi halberstatensis, seu Remigii antissiodorensis, *expositionum in Apocalypsim libri septem,* f. 1-143.

2. Gregorii papae, cognomento Magni, *dialogorum fragmenta,* f. 144-175, nempe a principio ad capitulum decimumquartum libri tertii; et a capitulo decimoquarto ad trigesimum octavum libri quarti. Dialogi ex integro habentur [L. II, 31].

Codicem lectio prava fatigat.

Cod. 116 membr., saec. XIV, a. 255, l. 160 [L. I, XXXVIII].

Remigii antissiodorensis, *expositiones super Apocalypsim be-ti Ioannis*. Libri octo, quorum duo extremi septimum in aliis co-dicibus offerunt.

Codex folior. 183, duplici columna, finit: « Explicit expo- » sitio beati Remigii eximii super Apocalypsim . . . . . . » Fo-primo, nomine scribentis deleto, legitur: *unum auratum* 1487.

Cod. 117 membr., saec. XVI, a. 212, l. 144 [L. I, XCIII].

Expositionis in Apocalypsim libri septem. Prologus incip- « Apocalypsis Ioannis tot habet sacramenta quot verba. Pa- » dixi et pro merito voluminis laus omnis est inferior. In ver- » singulis multiplices latent intelligentiae. His enim paucis ve- » bis Hieronymus . . . . . » Perperam quidam titulo adscripsit: *Expositio Beati Remigii super Apocalypsim*, a quo toto caelo co-dex noster differt. Ex loco prologi: « Et prius quidem quam » episcopatus dignitatem, Christo domino, non meis meritis, » vocante conscenderem, in Gomastensi episcopatu psalteriu- » senensibus vero canonicis cum quibus et ipse qualiscumque ca- » nonicus victitabam, Cantica canticorum exposui. Post episco- » patum autem hanc beati Ioannis Apocalypsim, propter caus- » superius memoratam, et ante hanc prophetarum nobilissimu- » Isaiam, rogatu Damiani venerabilis abbatis, satis compendio- » lucideque disserui..... » coniicio auctorem esse Michaelem Pel-galli senensem, ex ordine quidem Praedicatorum, anno 1384 a se-nensi capitulo, eius ecclesiae episcopo renuntiatum (1), quam ta-men nominationem pontifex minime probavit. His consonat co-dex bibliothecae publicae senensis sic inscriptus: « Michaelis » episcopi senensis qui fuit de Senis et ordinis Praedicatorum,

(1) Cappelletti, *Chiese d'Italia*, t. XVII, p. 190-191.

» ex familia de Michelibus, aurea expositio in Apocalypsim s.
» Ioannis Evangelistae » (1). De eo Eckard ne verbum quidem.
Codex habet folia 177.

Cod. 118 membr., saec. XIV, 334, l. 234, [L. II, LVI]. Mk.

Rabani Mauri, monachi, archiepiscopi moguntini, *sapientissimi* appellati, *liber de veteri et novo testamento, ac de origine omnium rerum, sive de universo.* Ex viginti iam editis numerantur tantum libri novem priores et pars decimi cap. V, usque ad verba: « Vespera ergo finem mundi significat quoniam iam » tempus operandi finitum est; unde dicitur: *venit nox quando » iam*.... »

Codice, duplici columna, lectionis vitiatae usus est qui primo folio inscripsit: « Iste liber est conventus sanctorum Iohan-» nis et Pauli ordinis Praedicatorum, concessus mihi fratri Tho-» mae [Paruta-Tomasini] episcopo aemoniensi [1410-1420] ad » usum in vita mea. »

Codd. 119-138 chart., saec. XVIII, a. 250, l. 188 [L. III, CCIII-CCXXII].

D. Dionysii cartusiani, *opera in biblia, sive enarrationes in sacram scripturam, iuxta vetus exemplar nunc denuo recusae, atque in meliorem formam redactae, studio et labore cuiusdam eiusdem ordinis monachi.* Venetiis, 1777-1786. Volumina viginti eleganter exscripta. Praeeunt volumine primo vita, elenchus operum, ac testimonia eius.

Opera non una vice tantum edita.

Dionysius de Leevvis, patria Ryckelius, belga, in ditione leodicensi, magister artium coloniensis inter Cartusianos Ruremundae apud Geldros nomen professus suum, *doctoris ecstatici* cognomen adeptus, ibi diem obiit anno 1471. Eius operum numero fere biscentum quaedam edita sunt pluries.

1 Ilari. *La bibliot. pubblica di Siena*, Siena. 1845, V. p. 56.

Cod. 139 membr., saec. XIV, a. 153, l. 110 [Z. L. CCCCXCIV]. P.

1. Tabula rerum ex aliquot codicis foliis per alphabetum digesta, f. 1-16.

2. Tractatus homileticus titulo *Convertimini*, pluribus capitulis, f. 17-38.

3. Fratris Thomae Walleys, *super Isaja propheta*, f. 39-50.
4. — *Supra Iob*, f. 50-64.
5. — Excerpta de fontibus et aliis diversis, f. 64.
6. — *Expositio in libros Numerorum*, f. 65-69.
7. — — *in Deuteronomium*, f. 69-75.
8. — — *in librum Iosue*, f. 75-79.
9. — — *in librum Iudicum*, f. 79-84.
10. — — *in librum Ruth*, f. 84-85.
11. — — *in librum Exodi*, f. 85-94.
12. — — *in Leviticum*, f. 94-97.

Thomas Walleis, alias *Guallensis* et *Anglicus* dictus, cambrobritannus, doctor oxoniensis vixit anno 1330. Scripsit commentaria in libros biblicos, inque alia plura de religione. V. Quetif et Eckard, *Scriptt. ord. Praedicat.*, tom. I, p. 597.

13. Senecae, *declamationum libri quatuor*, f. 98-109.

14. *Extracta de lectura fratris Ioannis Rydelbast super Apocalypsi, ordinis Minorum*, f. 110-119. Auctor idem est ac Ioannes de Rupella, gallus, theologus parisiensis a. 1242. V. Wadingum in *Annal.* 1242, n. 2, ac Trithemium. c. 459.

15. Fulgentii, *mithologiae expositae a fratre Ioanne de Ridelbast, ordinis Minorum*, f. 121-136. Ut expositionem ita et extracta anecdota puto.

16. Index botanico-pharmaceuticus.

Codex foliorum 139, duplici columna, cum notis marginalibus aevi sequioris, principio inscriptus est : *Iste liber est fratris Petri Augryni ex dono fratris Ioannis Aytini magistri anno Domini millesimo quatuorcentesimo quarto.*

Cod. 140 membr., saec. XIV, a. 240, l. 162 [L. I, LI]. Mk.

1. Willelmi Britonis, anglici, ordinis Minorum, *Expositio prologorum s. Hieronymi in libros Bibliorum*, f. 1-84. Editam legimus in *Bibliis cum glossa interlineari, ordinaria*, ec. [Venet. 1588, vol. 5, f.]. Praeest prooemium in editionibus desideratum:

» Partibus expositis textus, nova causa cor angit
» Et fragiles humeros honus importabile frangit.
» Biblia praetendit obscura prhemia quaedam,
» De quibus ignoro qui ut expedit et decet edam.
» Mens opus hoc horret sensus ignara, laborem
» Iussa subit, sed iussa nequit removere timorem.
» Cur? Qui nota sibi inotuit succumbere moli.
» Plus aliis de te quam tu tibi credere noli.
» Immoror obscuris, leve transvolo; sic brevitati
» Haereo, quod brevitas non deroget utilitati.
» Omnipotens opifex operis dator huius et actor,
» Ut stet opus, fer opem, calamum rege, sis mihi fautor. »

Librarius ad versum extremum margine annotavit: « Opus » dicitur *stare*, quando completum est, unde Ovidius in XI Me- » tamorphoseon: Stabat opus, pretium rex inficiatur et addit « Perfidiae cumulum falsis periuria verbis. » Unde inferas necesse est auctorem, mandato superiori, sacrorum Bibliorum textum exposuisse, quod reapse, teste Casimiro Oudino *Commentarius de scriptoribus ecclesiae antiquis*. [Lipsiae, 1722, III, 1018], obtinuit, cum anno circiter 1350 *Summam vel expositionem vocabulorum biblicorum* scripsit, quae incipit:

» Difficiles studeo partes quas Biblia gestat
» Pandere, sed nequeo, latebras nisi qui manifestet . . . »

Auctor, cuius nomen deest ex editionibus *Bibliorum* cum glossis Lyrani innotescit.

2. *Correctiones Bibliae*, ut codice praecedenti, num. 1, fol. 85-206.

3. *Opusculum* in quo verba sacrae Scripturae secundum alphabeti ordinem digesta sunt, et a quibus deriventur et quomodo pronunciari debeant docetur, f. 206-235. Incip.: « *Abba* syriacum

» est secundum Hieronymum, et in latino sonat *pater* et accuit » *ba* . . . . » finit vero: « unde in legenda sancti Thome apostoli » invenitur *zetas* hiemales et *zetas* estivales. Explicit hoc opu» sculum. » Differt omnino ab indice verborum ab *a* incipientium codicis antecedentis, f. 2-15.

Inter primum et secundum opusculum quaedam Bedae sunt nimirum *de loquela per digitos, de ratione unciarum*, et libri *de temporibus* capita ultima quinque.

Codicem, cuius initio folia tria glossarum fragmenta in Iudith et Machabaeos complectuntur, duplici columna, litteris initialibus rubris et caeruleis, ut in antecedenti, cooperiunt tabulae corio purpureo obductae.

Cod. 141 membr., saec. XIV, a. 252, l. 118 [L. I, L]. Kk.

1. *Correctiones Biblie et varietates diverse textus litter*, f. 1-119. Hunc titulum manus posterior apposuit operi cuius prooemium a Berardello vulgatum [N. Raccolta Calogerà, tom. XX, p. 27-30] incip.: « Literarum sacrarum, latino interprete » beato Hieronymo in epistola ad Sunniam et Fretellam fratres, » de graeci correctione psalterii attestante . . . . » Opus vero inc: « Genesis cap. a. Terra autem erat inanis et vacua, et tenebrae » sunt super faciem abyssi, et spiritus Dei ferebatur. Item a. Et » divisit Deus lucem a tenebris. Hebraeus et antiquiores et graecus » habent *Deus.* » Ex opere maiori sumptas has correctiones fuisse, verba huiusmodi, quae passim occurrunt, declarant: *Require de multis in maiori opere. Cetera require in originali tractatu. Ut in originali huius operis.* Opus vero illud maius Biblia sacra esse apparent, saeculo XIII Parisiis ab Hugone de Sancto Caro aliisque fratribus ordinis Praedicatorum recensita, emendata et illustrata: de quibus Natalis Alexander in *Dissertatione de versione Bibliorum vulgata adversus Frasseniurn*, Eckardus in *Scriptt. ord. Praed.* t. I, p. 197, Richardus Simon in *Nouvelles observations sur le texte et les versions du nouveau testament*, part. II. cap. I, et Gabriel Fabricy : *Des titres primitifs de la revelation*, tom. I, p. 132 fuse disserunt. Ex dictis patet cur Thomasinus opus ineditum eidem Hugoni de Sancto Caro tribuat [Hist.

scriptt. ord. Praed. I, 198]. Marginibus foliorum 2-15 inscriptus est index verborum sacrae scripturae ab *a* incipientium, cum eorum origine.

2. Principia aliquot hymnorum, cum glossis, fol. 120.

3. *Correctiones Bibliae* et varietates litterae textus et expositiones vocabulorum, *ex glossis beati Hieronymi et aliorum doctorum, ex libris Hebraeorum et antiquissimis exemplaribus, et quae etiam ante tempora Caroli scripta fuere,* fol. 121-350, ut auctor in prooemio ab eodem Berardello vulgato [ibi, p. 21-22], ac partim a Bandinio [Catal. bibl. Laurent. t. IV, p. 215]. Idem opus, cuius specimen dederunt *Acta eruditor. lipsiensia* [1690, p. 94] habet codex membranaceus octodecim plagularum, iamdiu in bibliotheca Paulina ordinis Praedicatorum Lipsiae [Feller, *Catalog. bibl. Paulinae,* p. 66, n. 6]. Fol. 121 quoad auctorem amanuensis inscripsit: « Videtur quod fratres Minores fecerunt » istas correctiones », fol. 171: « Sicut patet in regula nostra, » ubi dicitur: *Et eo magis de bono et aequo.* »

4. *De penultimis primus tractatus,* seu *de accentu penultimarum syllabarum,* fol. 351-358. Incip.: « A ante *b* in penultimis brevis, ut *archaba, syllaba, barnabas, barsabas, ligabas, carnaber, agabus* et similia . . . . . » Sequuntur vocabula, quorum penultima est *ac, ad, af, ay, al* ec. quae norma eadem est et pro aliis alphabeti litteris usque ad *vv.*

5. *De mediis syllabis* seu *penultimis secundus tractatus,* f. 373-397. Incip.: « Quoniam correptio et productio syllabarum » via est ad cognoscendum . . . . » Eadem ac in primo tractatu alio modo repetuntur, exemplis additis ab auctoribus latinis cuiusque temporis. Utrumque ad usum Bibliorum sacrorum refertur ac notis vocum origines declarantibus instruitur. Ex loco fol. 374: « *Acrocordines* sunt quae gallice *Glaunders* dicuntur, anglice » *Wennes,* » licet inferre codicem in Gallia exaratum.

6. *De triplici pausacione,* f. 369-373. Operis partitionem sic tradit auctor: « Sicut indistinctio seu inordinata pausacio » impedit, sic distinctio seu ordinata pausacio audiencium promovet et dirigit intellectum. Propterea in parte ista primo tractabimus in generali de triplici pausacione: secundo de relatione, interrogatione et negatione; tertio de differencia inter per-

» contacionem et interrogationem, secundum b. Augustinum
» quarto de adverbiali seu consimili in constructione determin
» cione; quinto de figurativa in sacra scriptura locucione; sex
» de cognoscenda, secundum b. Augustinum, dubia sentencia s
» locucione. Etsi autem utilia interseruimus, nulli per haec ini
» riabimus. Sciant ergo primo correctores quod non est licit
» in sacra Scriptura grammaticam antiquam corrigere, ut m
» consueverunt facere . . . . »

7. *Tractatus de accentu,* mutilus in fine, f. 397-418. In
« Vocalis ante vocalem in latinis dictionibus corripitur, ut *apr*
» *framea, tubea, contumelia, continentia, mantua, visio, doleo..*

8. Index verborum ab *a* et *b* incipientium, f. 418-421.

Codex, duplici columna, litteris initialibus, ut et divisio indicibus, rubro et caeruleo colore pictis, tabulis corio purpu obductis compactus est.

Cod. 142, chart., saec. XV, a. 296, l. 215 [L. II, XXXVII]. I

1. *Interpretatio hebraicorum nominum, secundum Hiero mum.* Inc.: « Philo vir disertissimus Iudaeorum . . . ». fol. 1-3 Edita in Hieron. Opp. III, col. 1-120.

2. *Descriptio librorum veteris et novi testamenti,* f. 35-4 Inc.: « In principio videlicet quinque libri Moysis, Genesis, Ex
» dus, Leviticus, Numerus et Deuteromium. »

3. *Liber hebraicarum quaestionum,* [in Genesim] *secund Hieronymum,* f. 45-77, editus in *Opp.* l. c. 301-380.

4. *De decem tentationibus populi Israel in deserto,* fal Hieronymo opusculum tributum, f. 77-79, editum l. c., 741-74

5. *Commentarius in Canticum Deborae,* ex libro Iudic. ca V, falso Hieronymo tributus, f. 79-82, editus l. c., 745-752.

5. *Quaestiones hebraicae in libros Regum,* perperam H ronymo tributae, f. 83-105, editae l. c. 755-788.

7. *Quaestiones in libros Dabrejamin, seu Paralipomen* falso Hieronymo tributae, f. 105-127, editae l. c. 789-822.

8. *Quaedam de prophetis.* Incip.: « Ubicunque onus v
» Domini ponitur, gravedo in prophetia illa signatur I

» dicit Dominus exercituum: ieiunium quarti, ieiunium quinti »....: », f. 127-129.

9. *De litteris hebraicis*. Inc.: « Hebraicarum litterarum » formae duae sunt, una antiqua.... », f. 130.

Codicem lectionis corruptissimae dono dederat anno 1478 Canonicis regularibus s. Ioannis in Viridario presbyter Petrus de Montagnana.

Cod. 143 membr., saec. XIV, a. 372, l. 268 [L. I, LXIII]. O.

Concordantiae Bibliorum. Prooemium incip.: « Cuilibet vo- » lenti requirere concordantias in hoc libro, unum est primitus » attendendum, videlicet quod cum in primis concordantiis, quae » dicuntur concordiantiae s. Iacobi, quodlibet capitulum in se- » ptem particulis distinguitur... » Opus ab Hugone de s. Caro ante dimidium saeculum decimumtertium, Parisiis in domo Iacobaea [exinde *concordantiae s. Iacobi* appellatae], evincit Iacobus Eckard in *Scriptt. ordinis Praedicat.* Parisiis, 1719, I, 203-206. Desunt tamen particulae vocesque fere omnes indeclinabiles, quas in Hugonis opus ab aliis postea illatas fuisse Fabricius in *Biblioth. med. et infimae latinit.* [tom. I, p. 143] annotavit.

Codicem foliorum 405, quorum unaquaeque pagina sex columnis digesta est, emit Bessario Venetiis, ut ipse notavit, ducatis venetis quadraginta quinque, anno 1453.

Cod. 144 membr., saec. XIV, a. 152, l. 99 [Z. L. XXXVII]. B.

Exempla ex sacris Scripturis, in sacrorum oratorum commodum et emolumentum, ut innuit auctor prooemio quod inc.: « Tanta pollet excellentia praedicationis officium quod salvator » noster Iesus Christus non confunditur se asserere fuisse mis- » sum ad id salubriter exercendum. Praedicatores ergo, assum- » pto tantae dignitatis opere, totis studiis laborare conentur ut » id sicut oportet et expedit exsequantur... » Liber unus constat capitulis 134.

Codex foliorum 165, duplici columna.

Cod. 145 membr., saec. XIV, a. 268, l. 179 [Z. L. XXXVI]. B.

Testimonia ex sacra Scriptura ad varia aptabilia. Libri quatuor, quorum primus habet capita 179, alter 128, tertius 84, extremus 36. Prologus incip.: « Incipit liber testimoniorum » editus a fratre . . . . . Omnia poma nova et vetera, dilecte mi, » servavi tibi. Gaudet sponsa et gloriatur se nova et vetera » sponso poma servasse. »

Codex folia habet 92, duplici columna.

Cod. 146 membr., saec. XII, a. 140, l. 88 [Z. L. XII]. B.

Collectio glossarum veteris et novi foederis, quas Bessario sub titulo *Bibliorum vocabulista* notavit, quod eae ad vocum explanationem se referant. In codice mutilo praeit verborum declaratio. Folio 3 *verso*: « Incipit collectio glossarum novi et ve» teris Testamenti. Prologus idest praefatio, et dicta praefatio » quasi praelocutio . . . . . . » Inferius: « In principio fecit Deus » caelum et terram. Plerique aestimant, sicut in altercatione quo» que Iasonis Papisci scriptum est . . . . . » Hic opportune animadvertimus Papisci nomen, cuius disceptatio cum Anastasio monacho, *de fide Christianorum* exstat codice graeco 505 [*Graeca d. Marci bibl.*, p. 269] diligentissimo ceteroquin Fabricio deesse.

Foliis 64-65 legitur brevis declaratio nominum quorundam ex historia romana; 31 et 68 divinationes de spe vitae in infirmo concipienda ex ovo notis inscripto et ante solis ortum rupto, ut et de ratione noscendi omnia circa infirmos, ex sphaera Pytagorae descripta ab Apulejo. Sub fine [fol. 65-68] sunt tabulae indictionis, septuagesimae et paschatis ab anno 1145 ad 1303.

Cod. 147 membr., saec. XV, a. 183, l. 134 [L. I, XXXIV]. Ma.

1. *Collectio glossarum novi et veteris foederis,* quibus interpretatio vocum singularum, non autem locorum sensus oblatu est, fol. 1-80. Folio primo explanantur verba usus potioris glossis. Hic ordo librorum: *Octoteuchum; Reges; Paralipomenon*

Psalmi; Proverbia; Ecclesiastes; Cantica; Sapientia; Ecclesiasticus; Iob; Tobias; Iudith; Esther; Esdrae libri duo; *Prophetae,* missis *Baruch, Iona, Sophonia, Malachia; Evangelia, Actus Apostolorum, Epistolae canonicae, Apocalypsis, Epistolae d. Pauli,* excepta ad *Colossenses.*

2. *De differentiis Ciceronis in dubiis rebus,* fol. 80-97. Inc: « Inter metum et timorem et pavorem . . . . » Sunt autem verba synonima quorum differentiae ex Cicerone inferuntur. Opella mutila finit: « Tumidus, corruptus, inflatus. »

Cod. 148 membr., saec. XII, a. 162, l. 113 [L. II, XIV]. Ma.

1. Fragmenta *de modo orandi,* f. 28-34. Folia antiquitus numerata denotant foliorum 1-27 avulsionem.

2. *Libellus de divinis scripturis collectus ad eorum presertim utilitatem qui contemplative vite sunt amatores.* Primam partem *de contemplatione,* f. 35-45, excipiunt altera, *theoretice speculationis, de Christi amore,* f. 45-59; tertia, *ubi mens devorando ad altiorem contemplationis gradum ascendit,* f. 59-78.

3. *Excerptum de libro scintillarum,* f. 78-79. Capita duo non absoluta, *de charitate* et *de patientia,* quae leguntur principio operis [L. II, V, f. 105].

Cod. 149 membr., saec. XIV, a. 268, l. 180 [L. I, LVI]. Ma.

1. *Liber historiarum veteris Testamenti, cum allegoriis et moralitatibus,* f. 1-77. Incip: « In principio, idest in filio, vel » omnium temporum, vel omnium creaturarum, creavit Deus » caelum et terram: terra autem erat inanis et vacua, et spiritus » Domini ferebatur super aquas; et hoc factum est in prima die » . . . . . » Moralitas Bernardi: « Solaris radius aliquando latet » sub nebula et de luctuosis nonnunquam preciosa eligitur mar» garita . . . . » Margine inferiori leguntur rhythmi pentateuci:

« Intrat in Egyptum genesis, liber exodus exit,
» Sacrificat Domino leviticus, in numeris fit
» Pugna gravis. legem replicat tum quintus et addit. »

et creationis:

« Prima facta die : duo, caelum, terra leguntur.
» Fit firmamentum spera sequente die.
» Tercia praebet aquas pelago, dat gramina terrae.
» Stellarum speculo quarta videre datur.
» Quinta dies pisces et aves producit ad ortum,
» In sexta fit homo, septima complet opus. »

Historiis veteris Testamenti universi, ad verbum minime sumptis, allegoriae et explicationes morales accedunt, ad litteram exscriptae ex *Adamantino* [Origene], Hieronymo, Augustino, Orosio, Remigio, Gregorio Magno, Hesychio, Beda, Isidoro, Rabano, Walafrido, Strabone et Bernardo.

2. *Expositio orationis dominicae*, f. 78. Inc : « In hoc sermone promittuntur septem virtutes quae et beatitudines dicuntur . . . » Saeculo XIV puto exaratum opusculum.

3. *Excerpta ex Sanctis patribus varia*, f. 78-81, nempe : a. *Gregorio :* De infusione gratiae spiritus sancti in mentem ; — duabus commotionibus corporis ; — operatione ianuae caelestis non solum iustis sed et iniustis et peccatoribus ; — iis qui in contemplationibus lumen intendunt ; — cibo panis vitae et intellectus ; — consideratione electorum in humilitate ; — consideratione Dei et sui ; — tentationibus in moralibus ; — verbis otiosis inmoralibus ; — Super illud verbum Evangelii : *Sic luceant opera vestra coram hominibus*, et iterum : *Attendite ne iustitiam vestram faciatis* ec. — Quid sit detractio vel derogatio ; b. *Bernardo :* De tentationibus in moralibus ; c. *Hieronymo* contra Vigilantium haereticum ; d. Hugone de sancto Victore : De detractione vel derogatione.

4. *Quodam opusculum ad laudem, honorem et gloriam Domini nostri Iesu Christi nec non ad devocionem, consolacionem cuiuslibet anime fidelis et devote in Christo*, f. 81-86. Troparium in sex partes distributum, quarum unamquamque versiculi et oratio propria concludunt. Haec themata cuiusque : 1. *Iesus lumen de lumine — Deus patrum nostrorum*. 2. *Iesus Deus homo factus*. 3. *Iesus dux certans strenue*. 4. *Iesus triumphans mortuus — Et resurgens beatus*. 5. *Iesus iudex tremendus*. 6. *Iesus dulcedo pauperum — Et primus et novissimus*. Partitio prima incip : *Benedicimus te, Domine, — O splendor, lux de lumine, — Deus*

patrum nostrorum cum rhythmo intercalari totius hymni : *Tu solus es laudabilis, — Totus desiderabilis, — Spes nostra Iesu Christe.* Librarius sequior, antiquo auctoris nomine in membrana eraso, hymnum a Mone ommissum (1) d. Bonaventurae perperam tribuit.

5. *Ad Paulum et Eustochium, de assumptione beatae virginis Mariae,* f. 87-97. Inc : « Cogitis me, o Paula et Eusto» chium, imo charitas Christi me compellit ut qui vobis dudum » tractatibus loqui consueveram . . . » Sermonem perperam a librario Hieronymo tributum, inter suppostitios a Vallarsio [Opp. d. Hieron., XI, 92-109] iure editum evincit institutio festi *Assumptionis* octavo tantum saeculo in Occidentis ecclesiis facta.

6. *Sermo sancti Ioannis episcopi in decollatione sancti Ioannis Baptistae,* f. 97-98. Inc. « Hodie nobiscum Iohannis virtus, » Herodis feritas refertur. Confusa sunt viscera, corda tremue» runt, caligavit visus . . . »

7. *Sermo sancti Ioannis Chrysostomi in decollatione sancti Ioannis Baptistae,* f. 98-100. Inc : « Heu me quid agam ? Unde » sermonem vel sermonis exordium faciam ? Quid dicam vel ta» ceam ignoro. » Uterque in operibus vel genuinis, vel dubiis, vel spuriis b. Ioannis Chrysostomi desideratur.

8. *Benedictio cerei in sabbato sancto,* f. 100-101.

9. *Vitae activae et contemplativae definitio,* fol. 101. Inc : « Activa enim vita est panem esurienti tribuere, verbum sapien» tiae nescientem docere . . . »

Codex, duplici columna cum rubricis, lectionis scatet vitiis.

Cod. 150 membr., saec. XVI, a. metr. 5,260, l. 440 [L. I, XLIX].

Compilatio historiarum totius Bibliae et historiarum scholasticarum, compilata a fratre Ioanne de Utino vel de Morteglano ordinis Fratrum Minorum, seu schema hystoriae biblicae per compendia exhibitae, cum figuris res enarratas declarantibus. Auctor, qui sua manu volumen universum diligentissimo opere exaravit [« Et hanc cartam propria manu anno Domini 1346 in

(1) *Lateinische Hymnen,* ec.

» civitate Utini aquilegensis dioecesis conscripsi et pinxi »] inscripsit ex Utino die 6 octobris anni 1345 patriarchae aquileiensi Bertrando. Figurae colore vario et auro pictae referunt: a. *descriptionem orbis et planetarum in orbibus suis, et elementorum in locis suis*; b. *Strabi et Bedae descriptionem archae Noe*; c. *urbes Ninivem, Hierusalem, Babiloniam*; d. *turrem Babel*; e. *altare holocaustorum, panes propositionum, archam foederis, candelabrum*; f. *mansiones populi in deserto, urbem Romam*; g. *portas Hierusalem aedificatas a Neemia et Esdra*; lineas genealogicas; nomina regum Israel, Iudae, Babiloniae, Persarum, Aegypti, Macedoniae, Assyriae, Syriae, Iesu Christi, Mariae Virginis, pontif. usque ad Clementem VI, imperat. usque ad Henricum.

De codice a se viso et auctore plura refert Apostol. Zeno (1) eius historiam sic attingens: « Trivisani l'altro jeri ha fatto » acquisto di una cartapecora assai curiosa, della quale non pos» so contenermi di non darvi esatta notizia. Quegli che prima la » possedeva, ne dimandava per prezzo dugento doppie, e poi si è » risoluto di darla al sig. Bernardo, che ridendo gli offerse quat» tro ducati. Essa è lunga nove braccia incirca e larga due quar» te e mezza. È tutta miniata con figure curiose, quantunque » rozzamente delineate. » Fusius de auctore et opere Lirutus (2) qui rite suspicatur nostrum codicem eundem esse ac qui in catalogo bibliothecae monasterii s. Dominici Utini anni 1369 exstat; idem ab archetypo tria exemplaria notat sumpta, apud se, in bibliothecis Othoboniana Romae ac Colbertina Parisiorum.

Cod. 151 membr., saec. XV, a. 300, l. 207 [L. I, LXXII]. Mt.

1. *Figurae veteris et novi Testamenti*, calamo ineleganter depictae ita ut illarum typus harum veritatem seu contratypum, uti dicunt, exprimant, f. 1-6. Praeest comparatio virorum illustrium ex utroque foedere, in circulo.

2. *Loca ex veteri foedere parallela*, f. 6-7.

3. *Epistolae Lentuli, Mardochei, Iesu Christi et Abgari*, f. 7-9.

(1) *Lettere*. Venezia, 1785, v. I, p. 284-289.
(2) *Letterati del Friuli*. Ven., 1760, t. I, p. 294-297.

CLASSIS II.

LITURGICA

Cod. I membr. saec. XI, a. 29, l. 208 [Z. L. DIX]. Ya.

Missale, ad usum cuiusdam monasterii in Gallia. Praeeunt folia 1-4 saeculi sequioris, quibus insunt mensis decembris ex calendario oratio : *summe sacerdos et vere pontifex qui te obtulisti....*; fragmenta missarum *in paganos, ad sepulcrum in die resurrectionis Domini;* pro defunctis *quorum corpora in hoc monasterio vel in cunctis cemiteriis fidelium requiescunt.*

Foliis 5-6 habentur hymni seu troparia saeculo XII exscripta, quorum desunt Mone (1) : s. Laurentii: *Laurenti David magni — martyr milesque fortis;* Assumptionis b. Mariae virginis: *Congaudent Angelorum — chori gloriosae virgini;* Nativitatis eiusd.: *Stirpe Maria regia — procreata regem;* s. Michaelis archangeli : *Ad celebres rex celice laudes cuncta — summi regis archangele Michael;* dedicationis ecclesiae : *Psallat ecclesia mater illibata;* omnium Sanctorum : *Omnes sancti Seraphim — Cherubim, throni quoque;* sancti Andreae : *Dominus in tua virtute — sanctus Andreas ;* natalis Apostolorum : *Clare sanctorum — senatus Apostolorum.* Desideratur quoque sequentia b. Mariae virginis, cum notis musicis : *Clare chorus dulci pangat — voce nunc alleluia.* Nota quod in tropario s. Martini *Sacerdotem Christi — Martinum* legitur : *Et Galliae trina divisio, — sacro certet litigio — cuius esse debeat praesul. — Sed pariter habere se patrem — omnes gaudeant, Turoni — soli eius corpus foveant.*

Foliis 7-8 exstat ordo praeparationis et ministerii sacerdotalis ad altare, ex saeculo pariter duodecimo.

1 *Lateinische Hymnen* cc. III.

Folio nono incipit *Missale* cum praefatione aureis litteris membranea purpurea inscriptis, quam ornant imagines sanctorum Rutperti episcopi, Quirini martyris, Amandi episcopi. Canonem excipiunt missae de tempore et de Sanctis, quos inter Felicula, Zeno, Florianus, Iuvenalis, Maria ad martyres, Odalricus. Corbinianus, Caesarius, Nicodemus, Gamaliel, Aliba ec.

Desunt epistolae, tractus, sequentiae, evangelia, quod antiquitus aliis libris continerentur. Ex benedictionibus una tantum exstat uvae et fabae novae in die s. Xisti, f. 66.

Animadvertendum puto quod feria sexta in parasceve exstat oratio pro papa G. [Gregorio] ubi legitur *Oremus et pro christianissimo rege nostro N.*: manus posterior addidit *imperatore fe* [Friderico]; nec praetereundum puto *benedictioni cerei* in sabbato sancto notas musicas antiquas punctis et accentibus expressas adiectas esse.

Codex foliorum 132 situs udore male actorum praestat litteris initialibus egregie colore et auro pictis.

Cod. 2 membr., saec. XI, a. 240, l. 183 [L. III, CXXIV]. MI.

Missale benedictinum, in usum monasterii eius ordinis Salisburgi.

Primo loco habentur *introitus missarum de tempore et de sanctis, tractus, graduales, offertoria* et *antiphonae post communionem,* superius inscriptis notis musicis vetustissimis, f. 1-50. Proxime sequuntur cantus multiplices cum iisdem notis musicis, precationis *Kyrie eleison,* hymni angelici *Gloria in excelsis Deo,* ac deprecationis *Agnus Dei,* orationes *matutinae et vespertinales,* f. 51-55. Tertium locum occupant *prosae* seu *sequentiae de tempore et de sanctis*, quarum modulationem denotant notae musicae margini adscriptae, f. 56-66. Quas profero praetermisit Mone (1).

1. « Eia recolamus laudibus piis digna
2. » Natus ante saecula Dei filius invisibilis, interminus,
3. » Laus tibi Christe patris optimi nate, Deus omnipotentiae.
4. » Festa Christi omnis christianitas celebret.

(1) *Lateinische Hymnen.* III

5. » Concentu parili hinc te, Maria, veneratur populus teque piis colit cordibus.

6. » Grates salvatori ac regi Christo domino solvant

7. » Summi triumphum regis prosequamur laude.

8. » Petre summe Christi pastor et Paule gentium doctor

9. » Laurenti David magni martyr milesque fortis

10. » Congaudent angelorum chori gloriosae virgini.

11. » Stirpe Maria regia procreata regem generans Iesum

12. » Alma festa lucis gaudia odi lectores Christi

13. » Omnes sancti Seraphin, Cherubin, throni quoque dominationesque, principatus, potestates, virtutes

14. » Deus in tua virtute sanctus Andreas gaudet et laetatur eadem comitatus.

15. » Clare sanctorum senatus Apostolorum princeps orbis terrarum rectorque regnorum.

16. » Virginis venerandae de numero sapientum festa celebremus socii.

In calendario, f. 67-75, duplex apparet manus: quae recentior novos Sanctos adiecit. Succedunt praefationes, f. 77-79, quibus deest de b. Maria virgine antiquissima ab Urbano II papa. in synodo placentina anno 1095, serius folio 76 inscripta. Canonem, f. 79-80, excipiebant folia quatuor fere ex integro resecta. Missis *de tempore et sanctis,* f. 81-155, 160-173, accedunt *communes, votivae* et *pro necessitatibus* occurrentes, f. 155-160, orationes variae, f. 173-212, missae et orationes pro defunctis, f. 212-229. Desunt *lectiones* et *evangelia* quae in aliis legebantur codicibus.

Cupidus pretiosum hoc volumen penitius perscrutari adeat *dissertationem de vetustis liturgicis foroiuliensibus* (1) qua Io. Fr. Bern. Maria de Rubeis librum sibi a sacerdote Dominico Guerra dono datum rite illustrat, ac argumentis, uti dicunt, internis, lectorem edocet saeculo undecimo esse adjudicandum ac in usu fuisse apud Benedictinos salisburgenses, quo tempore episcopi monasterii praefecturam gerebant.

1 Venetiis, 1754, p. 169-174.

Cod. 3 membr., saec. XII, a. 413, l. 280 [L. III, CXXVI]. Mg.

Ordo missalis fratrum ordinis s. Benedicti, ut coniicio ex orationibus ss. Benedicti et Columbani, ac pro diversis in fine.

Missas de tempore, f. 1-85, excipiunt Sanctorum, f. 85-118; de communi, f. 118-125; variae, f. 125-134; pro defunctis, f. 134-138; rubricae, f. 138-141. Calendarium et sequentiae omnino deficiunt.

Codici, duplici columna, pravae lectionis, usu attrito desunt folia sub principio et in fine.

Cod. 4 membr., saec. XIV, a. 358, l. 240 [L. III, CXIX]. Mg.

Ordo missalis fratrum Minorum, secundum consuetudinem romanae curiae, cum notis musicis. Calendario, f. 1-6, cum mensium nominibus hebraice quoque et graece datis [ut in codice L. III, XLV] a Mittarellio edito (1), aevo sequiori adiecta sunt nomina ss. Ignatii ep. et mart., Apolloniae virg., Guniemae *ordinis s. Augustini,* Thomae *de ordine Praedicatorum,* Patricii confessoris, Vincentii *ordinis Praedic.*, Petri mart. *de ordine Praed.*, Monicae *matris s. Augustini, conversionis beati Augustini,* Victoris martyris, Bernardini *ordinis Minorum, visitationis v. Mariae,* Annae, Germani, Dominici *de ordine Praedicatorum,* Alberti *de ordine Carmelitarum,* Nicolai de Tolentino *ordinis Heremitarum s. Augustini,* Crescentii mart., Savini mart., Ansani *patroni Senarum,* Galgani *episc. de Senis;* unde liquet missale aliis quoque ordinibus quandoque inservisse, et in dioecesi senensi adhibitum, quod confirmant missa propria s. Ansani, f. 349, et folia impressa servandis imaginibus intus saeculo decimoseptimo locata.

Die septima iulii signatur *anniversarium fratrum, propinquorum et benefactorum ordinis nostri.* Missas de communi, fol. 280-342, excipiunt s. Ludovici ord. fratr. Min., Visitationis s. Mariae virg. et solemnitatis corporis Christi, f. 342-345. Cum

1) *Bibliotheca codicum mss. s. Michaelis Venet.* Venet. 1779, column. 567-571.

autem in solemnitate visitationis a manu recentiori addita ea appelletur *novum festum*, liquet codicem ante annum 1389 exscriptum, quo de ea constituenda decretum a pontifice Bonifacio nono editum. Desunt sequentiae *Dies irae* et *Victimae paschalis*.

Codicem foliorum 353, usu attritum ornant picturae rudioris artificii, quas inter annotandi Evangelistae induti vestibus propriis, cum capite vero animalis symbolici hominis, bovis, leonis, aquilae, de quorum usu vide Costadonium (2). Membranis quae tegumentis adhaerent inscribuntur orationes propriae *d. Hieronymi, d. Annae, decem millium martyrum, s. Mariae ad Nives*, ac charactere recentiori: *Vivat Vitellia domus per omne seculum*, quae familia civitati castellanae in *Etruria dominabatur*.

Calendarium.

Ianuarius.

» Prima dies Iani timor est et septima vani.
In festo Epiph. » A festo stelle mirando perfice lunam.
» Post quadraginta dies et septuagesima fiet.
» Et si bisestus fuerit, superadditur unus.
» Si cadit in lucem Domini suppone sequentem.

Februarius.

» Alterius mensis post quartum tertius ensis.
» Mense brevis lune februs est ars dicito gange.
Ad diem 21-22.
» Preveniens cathedra dat tardius alle vacare.
» Cedit hyems retro cathedrato Simone Petro.

Martius.

» Martius in prima cum quarta descendit ad yma.
Ad diem 8. » Post nonas Martis ubi sit luna prima require,
» Tertia lux Domini proxima pascha tenet.
Ad diem 23. » Si cadit in lucem Domini suppone sequenti.

Aprilis.

» Cui decimus cedit undenus aprilis obedit.
Ad diem 24. » Extrema pasce tua docet passio Marce.

(2) *Raccolta d' opusc. scientif.*, t. XXXIX. p. 161.

Madius.

» Tertius hic aptat madii quod septimus aptat.

Ad diem 24. » Ver fugat urbanus estatem simphorianus.

Iunius.

» Cui nil dena dabit Iunii quindena negabit.

Iulius.

» Terdecimus fortis iulii sedentis via mortis.

Ad diem 19. » A 14 kal. aug. usque ad nonas septembris non minuas sanguinem.

Augustus.

» Sexti prima furit, a fine secunda perurit.

Ad diem 22. » Regnat in autumno festum Clementis ad usque.

September.

» Tertia turbatur septembris, dena minatur.

October.

» Tertius octubris nulli decimusque salubris.

November.

» Quinta novembris obest, nulli lux tertia prodest.

Ad diem 23. » Festum Clementis hyemis caput est orientis.

December.

» Hoc dat bis sena decem quod septima dena.

Cod. 5 membr., saec. XV, a. 385, l. 282 [L. III, XCVII]. Mk.

Missale secundum consuetudinem fratrum ordinis Praedicatorum, praeeuntibus rubricis, f. 1-11, et calendario, f. 12-17. Ante Canonem, f. 66, sub imagine Crucifixi affabre picta, cui adstant virgo Deipara et s. Ioannes, legitur: *Nicholaus de Bononia F.* Utpote singularem, adnoto praefationem de s. Petro martyre, f. 94: « Equum et salutare, te quidem, Domine, omni » tempore sed in hoc potissimum die devotissime predicare, quo » viva Christi hostia, predicator egregius, immolatus est Petrus. » Ipse enim pudicitie speculum, expugnator heresum, vere fidei » propagator. O vas in honorem Dei manu sapientiae conditum, » nunquam mortali contagio vitiatum. O lucerna ardens et lu» cens, super quem duplex Helie spiritus requievit. Cuius impe» rio ignis e celo veniens sacras sui corporis reliquias perlustra-

» vit. O fidelissimum Christi collegam, qui dum sceleratis ma-
» nibus atrociter gladio pro defensione fidei feriretur, exposito
» pro sacra religione corpore, in manus Domini verbo et animo
» spiritum recommendans, terre prostrato virginei corporis gra-
» no purissimo, celo sublatus est; sicque mortifera dogmata pro
» fide eodem tempore moriendo destruxit, quo vero vita Christus
» vitam nostram resurgendo reparavit. Et ideo ec. » — Sermonem s. Ambrosii episc. qui incip: *Summe sacerdos et vere pontifex,* f. 158-160, excipiunt plures sequentiae, f. 160-166, quarum nonnullae propriae insunt pro festis b. Mariae virginis, ad calcem positae, una cum missa s. Vincentii Ferrerii. Exstant quoque normae dandae sacerdoti in celebratione missae, f. 167-168.

Codex foliorum 172, cum ditioribus ornamentis in litteris initialibus figurarum nexibus insignibus, habet in fronte imagines sanctorum Petri et Pauli, pro quorum monasterio liber exaratus est: folio primo legitur: « Istud missale est conventus san-
» ctorum Ioannis et Pauli de Venetiis, Praedicatorum fratrum
» ordinis. »

Cod. 6 membr., saec. XV, a. 214, l. 148 [L. I, LXV]. Ma.

Excerpta ex *Missali ad usum fratrum s. Augustini.* Praeeunt foliis 1-11 praefationes, rubricae missae, canon. Missae exstant Nativitatis Iesu Christi; Spiritus sancti; sanctae Crucis; communium Apostolorum, Evangelistarum, Martyrum, Confessorum, Doctorum, Abbatum, Virginum; dedicationis ecclesiae; Corporis Christi; Visitationis b. Mariae virginis; ad postulanda suffragia Sanctorum. *Orationes* cum *Secretis* et *Postcommunionibus* de communi excipiunt orationes in festis ss. Augustini ac Modesti et Crescentiae, nec non formula ritualis *ad faciendam aquam benedictam.*

Codex folior. 48 habet rubricas rubro colore expressas et notas musices communes in principio.

Cod. 7 membr., saec. XV, a. 344, l. 250 [L. III, CXX]. Mg.

Ordo missalis fratrum Servorum s. Mariae, secundum consuetudinem romanae curiae.

Calendarium, f. 1-6, editum a Mittarellio (1) excipiunt missae in festis **a.** de tempore, f. 8-217, ex quibus quae in festis paschalibus habet sequentiam : *Victimae paschali ;* in Pentecoste: *Sancti spiritus adsit nobis gratia ;* in Ascensione. *Sursum sonet laudis melos ;* **b.** Sanctorum, f. 218-277 ; **c.** de communi Sanctorum, f. 278-322 ; **d.** pro defunctis, cum sequentia *Dies irae,* f. 322-328; **e.** variae, f. 328-338, quas inter *contra pestem, quam papa Clemens quintus cum collegio instituit et concessit omnibus dictam missam legentibus sive audientibus ducentos dies indulgentiarum,* f. 331-333 ; **f.** *corporis et sanguinis Christi,* cum sequentia *Lauda Sion,* f. 341-344. Insunt benedictiones *salis et aquae, agni, panis, vini, ad omnia quae volueris, planetae podoris, cinguli, oratorii* [orarii seu linteoli, qui hodiedum in usu apud catholicos batavos] *stolae, corporalis, heucaristialis pixidis, crucis, incensi, capillorum, ovorum, novae domus,* f. 338-341, 344.

De codicis ornamentis sic disserit Mittarellius (2) : « In » fronte huius missalis visitur pulchra pictura b. Mariae virginis » quae a Iesu Christo corona redimitur, astantibus hinc inde an- » gelis. Ad canonem vero imago Crucifixi cum suppedaneo, et in » octo circulis circa imaginem picti sunt octo prophetae tenen- » tes in manu volumina aperta, cum textu alludente ad passio- » nem dominicam. In altera proxima pagina sacerdos ad altare » elevans hostiam cum fratribus ordinis Servorum genuflexis; » porro sacerdos casula est indutus rubri coloris, quae antiquo- » rum more a brachiis hinc inde elevatur, unde apparent tunica » violacea cum fimbria coloris viridis et alba subtus ipsam tuni- » cam fluens super pavimentum. In festo Assumptionis, b. Maria » virgo defuncta conspicitur, nigro habitu ordinis Servorum. Et » ante missam in honorem ss. Trinitatis visitur imago viri cum

(1) *Biblioth. codic. s. Mich.* ec. col. 574-580.
(2) *Biblioth.* ec. col. 788.

» tribus capitibus, sed duo capita lateralia de industria sunt cor-
» rosa. Profecto s. Antoninus in *Summa theologica,* part. III, tit.
» 8, c. 4, § 2, *reprehendit pictores cum faciunt Trinitatis imagi-*
» *nem cum tribus capitibus, quod monstrum est in rerum natura.*
» Anno 1628, iussu Urbani papae VIII, combustae fuerunt hu-
» hiusmodi picturae. Vide hac super re epistolam summi ponti-
» ficis Benedicti XIV scriptam Iosepho episcopo augustano, 1745,
» 15 octobris. »

Missale fratribus ordinis Servorum Venetiis commorantibus inserviisse puto ex inaurato leone alato, d. Marci symbolo, f. 158 et missis translationis ac apparitionis d. Marci; certe sanctimonialibus d. Andreae de Zirada, ex quo asceterio prodit, cum terna eius apostoli imago non item aliorum sanctorum, ad eius festum affabre appicta sit, nempe Iesus apparens Petro et Andreae piscantibus; Andreas e cruce, cum podere ad talos, pendens; Andreas stans cum cruce humero imposita. Codicis tegumentis serico villoso panno rubro coopertis argentea ornamenta avulsa sunt.

Versus calendario appositi iidem fere sunt ac in codice 4 huius classis, pag. 277-278 , nisi quod

ad diem 18 ianuarii legas:

» Ante diem Priscae nunquam deponitur alle.

ad 7 martii:

» Deme dies Domini, tertia pascha fiet.

ad primam aprilis:

» Prima petit talis que nona requirit aprilis.

ad primam iunii:

» Ledit quinta cutem, nullam dat quarta salutem.

ad primam decembris:

» Prima parit luctum, multum dat septima fructum.

Cod. 8 membr., saec. XV, a. 238, l. 186 [L. III, CXXV]. MI.

Missale iuxta ritum ecclesiae aquileiensis, de quo sic Io. Fr. Bern. Mar. de Rubeis (1): « Codicem alium ego possideo qui o-

(1) *De sacris forojuliensibus.* Venet., 1754, p. 160.

» lim ad ecclesiam eandem civitatensem spectasse videtur. Ha-
» bentur 1. Praefationes cum canone; 2. Orationes, lectiones et
» evangelia; 3. Introitus, tractus, graduales, prosae, antiphonae
» ad offertorium et post communionem, et haec quidem omnia
» hodiernis notis musicis consuetis insignia. » Latius illustravi ego in *catalogo codicum mss. de rebus foroiuliensibus* (1), quem adeant lectores.

Codex foliorum 60, 55, initio et in fine mutilus, De Rubeis demortuo, bibliothecae monasterii ordinis Praedicatorum, vulgo *Gesuati*, Venetiis adiunctus est.

Cod. 9 membr., saec. XIV, a. 348, l. 255 [L. III, CXI]. Ya.

Missale romanum, in principio et fine mutilum, ad usum ecclesiae s. Marci exaratum, cum imaginibus pluribus, praesertim in litteris initialibus, ditiori figurarum compositione, arte pictoria haud conspicuis. Praeit calendarium fol. 1-6. *Missae de tempore*, f. 7-82, excipiunt, *ordo missae* cum notis musicis, f. 82-117, *canon missae*, f. 117-130, *missae Sanctorum*, f. 131-177, *officia duo corporis Christi*, f. 177-182.

Quae animadversionem quandam merentur sunt picturae **a.** fol. 7, quo littera initialis psalmi *Ad te levavi animam meam* habet superius Redemptorem sedentem cum duobus angelis adorantibus, infra pastores duos genuflexos qui depositis pedis, duos infantulos fasciis obvolutos, scilicet *animas*, elevant. Margines ornant imagunculae Iesu Christi, Mariae virginis, aliquot Sanctorum. **b.** fol. 131, in littera initiali missae s. Andreae, idem sistitur funibus cruci aversae ligatus, circumiectis Sanctorum et Evangelistarum imaginibus. **c.** fol. 136, *in festo translationis s. Marci*, exstant picturae quibus depositionem eius corporis in cryptoporticu ecclesiae s. Marci, adstantibus praelatis et duce, significari quidam dixerunt (2). Qui vero rem diligentius scrutetur,

(1) *Archiv für Kunde österreich. Geschichtsquellen*, XVIII, f. 365-366.

(2) « In un antico messale scritto a penna in carattere gotico, che ha
» diverse miniature e che si trova nel Tesoro, vedesi in una di esse rap-
» presentato il fatto della deposizione del santo corpo di s. Marco sotto

nominaque adscripta legat, historiam translationis ab Alexandria necessest interpretetur. Sane sub templo tetrastylo *Alexandria* inscripto, *Rusticus, Tribunus, Stauracius, Teodorus* corpus d. Marci ab arca extrahunt: inferius duplici tabula viri dicti, nominibus repetitis, corpus in fiscinam inducunt, quod *Rusticus* et *Tribunus* lauro et suilla contegunt. d., fol. 168. **d.** Lucas imaginem b. Mariae virginis depingit. **e.** Nec ommittam f. 107, ubi *Communicantes* in festo Pentecostes habetur, legi *in igneis linguis apparuit* loco *innumeris,* cuius dictionis exempla occurrunt.

Codicem foliorum 183, situs udore in thesauro marcescentem, claudunt opercula ex ligno, laminis argenti inaurati obducta ex saeculo XII. Eaedem ac in aliis encausticae picturae auro puro, modo quem Galli *cloisonè* appellant, cum loculis unionum ac vitris obsidianis uno supra octoginta. Operculi superioris occupat centrum imago Christi stantis cum libro et siglis $\overline{\text{IC}}$ $\overline{\text{XC}}$; in circuitu distribuuntur rectangulis decem, protome sanctorum Petri, Andreae, Pauli, Matthaei, Iacobi, Lucae, Procli, Ioannis, Bartholomaei. Alterius operculi simili modo occupat medium Virgo stans manibus explicatis cum siglis M̃P ΘῩ; circuitum vero quadrangulis sex sancti Eugenius, Magdarus, Orestes, Marcus Auxentius, Simon; quatuor vero in angulis, ex saeculo decimosexto, argentei, cum encausto perlucido egregii operis, Evangelistae sine emblematibus. Quadraginta vitra obsidiana remanent in loculis, margaritae nullae. Opercula, vi lucis, protulerunt, illustrarunt quoque **a.** Ioseph Valentinelli in *Atti dell' Istituto veneto,* ser., III, vol. XII, p. 335-352; **b.** eques Eitel de Eitelberg ac Iacobus Falke in: *Die byzantinische Buchdekel der St. Marcus Bibliothek in Venedig.* Wien, 1867, f.°

Cod. 10 membr., saec. XIV, a. 358, l. 252 [L. III, XLVIII]. Ya.

Ordo missalis, secundum consuetudinem romanae curiae, iam in usum ecclesiae d. Marci, ac propterea adscriptas habet missas, charactere saeculi XV pro festis Transfigurationis Domini, Visita-

» questo altare per mano di alcuni prelati alla presenza del Principe. »
Chiesa di s. Marco [auctore Meschinello] part. II, p. 101.

tionis b. Mariae virginis, sancti Danielis, sancti Raphaelis archangeli [cuius frons inscripta: *Hoc est repertum in annalibus romanae curiae per dominum Gregorium papam*]; et orationes missarum in festis ss. Gregorii, Hieronymi, translationis s. Marci ac pro bono statu Venetiarum: « superaedifica, custodi et defende civi- » tatem istam cum habitatoribus suis, ut sit in ea domicilium » stabilitatis et pacis. »

Codex foliorum 328, duplici columna, cum ornamentis colore et auro pictis, praesertim in litteris initialibus, quarum prima Davidem animam elevantem [*Ad te levavi animam meam*] repraesentat; sic inscribitur fol. 335: « Explicit missale scriptum » in Servallo per me fratrem Petrum de Praga, ordinis sancti » Benedicti, de consensu et voluntate egregii militis et nobilis » dom. dom. Iacobi Delphini potestate [sic] dicti Servalli anno » 1392. »

Cod. 11 membr., saecc. XIV-XV, a. 354, l. 256 [L. III, CLXX].

1. Pars *missalis romani*, a dominica prima *de adventu* ad feriam sextam post dominicam *Passionis*, f. 27-96.

2. Pars item *missalis romani*, a prima usque tertiam dominicam *adventus*, quae incip: *In nomine* ec. incipit *missale scriptum in monasterio sancti Mathiae de Muriano, sub prioratu domini Nicolai, ordinis Camaldulensium* [anno 1428], f. 97-100. Canon missae, f. 100-102. Symbolum nycaenum itale miserrime redditum, uti ex specimine:

» Io credo in Dio, un padre onnipotente,
» Factore del celo alto, ed della terra con niente.

ac hymnus angelorum, f. 102.

3. Praemittuntur, f. 1-26, varia, sine ordine, soluta vel ligata oratione, latine et itale, minoris pretii, aevi sequioris, quorum sufficiat praecipua, historiae gratia, annotare. **a.** Magistri fratris Philippi Papiensis. Poemation contra typographiae inventum [hexam. fere biscentum] incip: « Scriptura est equidem ve- » neranda bonisque vocanda. » **b.** Eiusdem epistolae latinis versibus exaratae, quarum quaedam Petro Delphino, Ludovico Sandello, priori Lucano de Hybernia; carmina in laudem d.

Thomae Aquinatis, fratris Roberti *famosi Praedicatoris ordinum Minorum ;* versiones itale hymnorum ecclesiastic. : *eiusdem quadragesimale versiloquium solum litteralem sensum epistolarum et evangeliorum colligens* [hexametris 480]. **c.** Scripta prosa oratione et versu latine et itale Thomae Donati ex ordine Praedicat., patriarchae Venet. renuntiati [a. 1492], ut et confratrum congratulantium. **d.** In Carolum VIII Galliae regem, Italia excedentem [a. 1494] dira versibus itale et latine expressa. **e.** *Deputatio facta per spiritum contra carnem, sicut cuidam theologiae magistro fuit revelatum Parisiis per visionem, propter quod dimisit saecularia, faciens se optimum religiosum claustralem.* Poemation [vers. 356] incip : *Noctis sub silentio tempore brumali — Corpus carens video spiritu vitali.* **f.** *Consideratio mortis nos humilians facta a tribus vivis* [vers. 96] inc : « Cum apertam sepulturam vivi tres » aspicerent — Ac orribilem figuram intus esse cernerent. » **g.** *Latini versus* [250] *declarativi conflictus de concepta virgine Maria* incip : « Semper laudari debet dulcissima virgo. » **h.** *Compendium omnium virtutum in matre Dei Maria, versus* [146] inc : « Ce- » lica virgo monet quidquid nos ornet honestis. » **i.** *Eloquentissima oratio ad clerum in die s. Mathiae apostoli, de commendatione ordinis sacerdotalis in conficiendo corpore Christi,* prosa et ligata oratione, partim latine, partim itale, cum monito ad versus italos : *Pone mente che la è in terza rima.*

Ceterum, diligenti collatione instituta, haec omnia auctorem habere credo laudatum Philippum quem abbas s. Cipriani de Muriano loculentissimo documento donavit, fol. 21 ; hoc profero libentius quod historiam viri et monasterii ex qua codicis pars deducta, illustret : « Noverint universi praesentes inspecturi » qualiter plenissimam benedictionem praesentium lator frater » Philippus de Mediolano de la Strata, ordinis Praedicatorum, ob- » tinuit a me d. Victore Trivisano abbate s. Cipriani Muriani » situati, discedendi ad tempus a monasterio isto cui praesideo, » et in quo ipse dictus frater Philippus moratus est pacifice et » religiose cum litteris suis boni testimonii circiter annos XL, » eundi quoque in patriam suam et ad conventus suos ordinis » praenominati, fine pietatis et honestatis religiosae, ut scilicet vi- » deat quid contingat in praesentiarum circa suae nationis at-

» que generantum consilia meliora. Volumus quoque nos abbas » et monaci qui mecum sunt, si res ibi domesticae suadebunt et » prioribus ordinis sui placuerit, quod evolutis aliquot mensibus » opportunis ad ea expedienda quae incumbunt, si eidem dein» ceps videbitur accommodum et opportunum, possit ad nos ite» rato cursu redire, ratificatis pristinis ipsius gratiarum litterulis » a maiore cui imminet autoritas, quem gratiose tanquam inti» mum fratrem nostrum admittemus, ut diversetur nobiscum quo» ad eidem placuerit, sicut prius. Legendo enim, cantando, cele» brando divina, composite se habuit, adeo ut nemini insolens » exstiterit, quinimo sollicitus adiuverit, sicut decet virum bonum » et Dei ministrum, ubilibet circumspectum in agendis. In quo» rum omnium benefactorum fidem praesentes scribi mandavi et » sigillo parvo nostri officii communiri. Humanitatis et solitae » beneficentiae fuerit eorum praesidentum ad quos accesserit cum » exhibitione harum litterarum, eundem laeto visu suscipere, » mercedem a redemptore Iesu sic sperando quam promisit cle» mentiam fungentibus in proximum quemque fratrem. » Quare abbas ordinis Benedictini s. Cipriani de Muriano monachum ex ordine Praedicatorum exceperit, innuit Flamin. Cornelius (1).

Cod. 12 membr., saec. XV, a. 260, l. 193 [L. III, XLIV]. Ya.

Missale pro quadragesima, olim in usum ecclesiae d. Marci Venetiarum. Praeeunt orationes quaedam pro variis missis et *canon*, f. 1-9. In fine, f. 271-278, orationes propriae sunt pro missis : s. Barbarae ; s. Pauli primi eremitae ; s. Antonii abbatis ; s. Ioannis Chrysostomi ; translationis s. Marci ; s. Blasii ; s. Simeonis phophetae ; ss. Fuscae et Maurae ; s. Gerardi archiepiscopi ; s. Helenae reginae ; translationis ss. Nicolai, Nicolai magni et Theodori ; ss. Cantii, Cantiani, Cantianillae et Proti ; apparitionis s. Marci ; ss. Hermacorae et Fortunati ; s. Marinae ; s. Fantini ; ss. Euphemiae, Dorotheae, Teclae et Erasmae ; ac missae Transfigurationis Domini et quinque Plagarum Corporis Christi.

Codex foliorum 175, bonae notae, cum rubricis et litteris

1) *Eccles. torcellanae*, part. III. p. 173.

initialibus rubro et caeruleo colore alterna vice pictis, nec non terna Sanctorum imagine ac Davidis animam elevantis, in fronte libri.

Cod. 13 membr., saec. XV, a. 353, I. 254 [L. III, XLV]. Ya.

Missale secundum consuetudinem romanae curiae, cum notis musicis in praefationibus, olim ad usum ecclesiae s. Marci Ven.

Hoc inest singulare cal. praeposito, f. 2-7, quod nomina mensium apud Hebraeos et Graecos habeantur, ex gr. *Flaminius apud Hebraeos dicitur Sebath, apud Graecos dicitur Hendicos.* Manu recentiori accedunt missae de Visitatione Mariae virg., in honorem quinque Plagarum Iesu Christi, de Transfiguratione Domini; ut et praefatio ac orationes pro missa in apparitione s. Marci, ac in translatione corporis eius. Item habetur foliis 340-342 denunciatio futuri pascatis, cum notis musicis, quae inc: « Plebs sancta » Deo deserviens . . . . »

Codex foliorum 344 cum rubricis et litteris initialibus ornatissimis inscribitur fol 342: « Egregius et venerabilis pater do- » minus presbyter Iacobus Iohannis, capelanus egregii et specta- » bilis domini Michaelis Venerio procuratoris sancti Marci, scri- » psit manu sua propria 1456, prima marcii. »

Cod. 14 membr., saec. XV, a. 354, I. 253 [L. III, XLVI]. Ya.

Missale romanum, olim in usum ecclesiae s. Marci Venetiarum, cum notis musicis, et praeeunte calendario, f. 1-6. Foliis 276-279 insunt missae Coronae Domini, de quinque Plagis Christi, de Transfiguratione Domini, et orationes pro missis s. Ludovici ac translationis corporis d. Marci. Non abs re puto notare quod sequentia propria missae quinque Plagarum, quae incip.: « Coenam cum discipulis Christe celebrasti. » deest diligentissimo Mone (1).

Codex foliorum 279 belle scriptus excellit picturis splendidioribus praesertim in litteris initialibus: nota quod in littera

1 *Lateinische Hymnen.* I.

initiali introitus missae dominicae primae adventus, repraesentatur David infantulum elevans ad locum illustrandum : *Ad te levavi animam meam,* quod et in aliis missalibus habes.

Cod. 15 membr., saec. XV, a. 348, l. 233 [L. III, XLVII]. Ya

Missale secundum consuetudinem romanae curiae, olim in usum ecclesiae d. Marci Venetiarum.

Codex foliorum 281, cum figuris auropictis in litteris initialibus, et Christo cruci affixo, f. 132, astantibus Maria et Ioanne ac angelis sanguinem ex plagis manuum et lateris in vasibus recipientibus, ad annum 1410-1411 referendus est, cum in oratione pro imperatore feriae sextae in parasceve littera I, scilicet Iosse, caesarem designet.

Cod. 16 membr., saec. XV, a. 247, l. 172 [L. III, CXLI]. Z

Ordo missalis secundum consuetudinem romanae curiae.

Exstant **a.** calendarium, f. 1-7; **b.** missae de tempore ab adventu usque ad sabbatum sanctum, f. 9-134; **c.** ordo missae et praefationes, f. 134-143; **d.** canon, f. 143-147; **e.** missae de tempore a die paschatis ad domin. extremam post pent., f. 147-195; **f.** missae sanctor., f. 196-248; **g.** missae de comuni, f. 249-274; **h.** variae, f. 275-312; **i.** *Benedictiones salis et aquae, panis, ovorum, casei, agni et aliarum carnium, pomorum, omnium quae volueris, sportae et baculi,* f. 312-314. Folio 306 legitur missa peculiaris *pro febricitantibus ad honorem sancti Sigismundi,* 308 *contra pestem* cum 200 diebus indulgentiarum, ac addita schedula : *Et nota quod omnes audientes istam debent unam candellam in manu sua tenere, et debet continuari missa ista per quinque dies sequentes immediate, et mors subitanea non nocebit illis probatum est in curia romana.*

Codicem nitidissimum, duplici columna, fol. 319, valde commendant margines spatiosi lineisque distincti, characterum forma, rubricae frequentes ex cinnabare, litterae initiales variis coloribus et auro effictae. Foliis pictis 143 cum Christo cruci affixo, adstantibus Maria virgine et Ioanne, 196 et 249, antecellit folium

nonum, puerorum ludentium, animalium, florum, fructuum, frondium ornatu cum Davide genuflexo et insigniis familiae venetae ducalis Mocenicae. Cum in calendario exstent nomina archiepiscoporum ravennatensium Agapiti, Sperantii, Martiani, Apollinaris, puto librarium volumen exscripsisse ex missali eius ecclesiae exarato annis 1447-1455, quod in orationibus pro pontifice et imperatore in feria sexta in parasceve habeantur litterae initiales N. et F, scilicet Nicolai V papae et Friderici III imperatoris: pictorem autem miniarium pro duce veneto ex familia Mocenica Petro [1474-1476] vel Ioanne [1478-1484] librum exornasse facile crediderim. Tegumentis primigenis egregii operis avulsae sunt argenteae fibulae.

Cod. 17 membr., saec. XIV, a. 295, l. 214 [Riserv. LV].

Pars *Evangeliorum* legendorum in missis *de tempore* et *de Sanctis*. Plura desunt non tantum in principio et sub fine, verum etiam introrsus. Evangelia *de tempore* a secunda dominica post Epiphaniam ad dominicam vigesimamquartam post Pentecostem, f. 1-60, excipiunt *de Sanctis*, f. 63-86, quorum tantum habentnr Evangelistae Matthaeus, Marcus, Lucas, Apostoli Petrus et Paulus, Mattheaus, Philippus et Iacobus, Simon et Iuda. His adduntur Inventio et Exaltatio s. Crucis, Annunciatio b. Mariae virginis; dedicationes ecclesiarum s. Michaelis et Marci, cum huius *apparitione;* sancti Gerardus, Georgius, Vitus et Modestus, Ioannes Baptista, Victor. Imagines variae auropictae, etsi artem rudiorem redoleant, tamen ditiori figurarum compositione mores et consuetudines aevi quo liber Venetiis exaratus referunt: vestes, aedificandi ritus, columnarum capitula, aulaea et coria aurea aularum parietibus haerentia.

Codicem loci situ male actum concludunt opercula saeculi XII, lignea, lamella argenti deaurati cooperta, ornata imaginibus ex encausto. Partem mediam operculi superioris referentem lamella auri imaginem Servatoris stantis, benedicentis ac librum laeva tenentis, duodecim circumstant scutula aeque aurea cum protomis angeli Gabrielis, dd. Eliae, Andreae, Pauli, Lucae, Iacobi, Ioannis, Marci, Thomae, Philippi, Matthaei, Simonis Zelo-

tes; inferioris item partem mediam cum imagine virginis Mariae stantis, manibus expansis circumstant scutula eodem numero cum protomis ss. Michaelis, Ioannis Baptistae, Ioanni Chrysostomi, Bartholomaei, Petri, Gregorii, Nicolai, Annae, Elisabeth, Basilii, Zaccariae, Ioachimi. Uniones numero nongentae viginti septem cum loculis octoginta, quorum partem ornant duodecim plasmata [uti dicunt] smaragdina, triginta sex carchedonii, quaedam vitra obsidiana. Quinque lamellae ex argento aurato, coclearum serie mobiles factae, libri usum expediunt. Opercula huius ut et codicum 9, 19 lucis opere, protulit eques Eitel de Eitelberg in: *Die byzantinische* ec., illustrarunt vero Iacobus Falke ac Ioseph Valentinelli, uti dictum cod. 9, p. 283.

Cod. 18 chart., saec. XVII, a. 138, l. 103 [L. I, LXXXVIII]. MI.

Evangelia Missarum, a prima Adventus dominica ad sabatum Passionis Domini, cum versione graeca, charactere latino coloris rubri interposita.

Codicem foliorum 164, eleganter exscriptum anno 1689 a. d. M. H.co in proprium usum convertit frater Ambrosius Racoli ordinis Praedicatorum, conventus sanctorum Martini et Rosae de Coneglano.

Cod. 19 membr., saec. XIV, a. 260, l. 175 [Riserv. LVI].

1. *Epistolae missarum*, latine legendae in festis de tempore f. 1-89.

2. Eaedem, in festis Sanctorum, f. 92-145.

Codicem foliorum 155, mutilum, pluribus foliis sub fine situs udore absumptis, characteribus grandioribus exscriptum, figuris ac ornamentis varii generis coloribus et auro adpictis, in usum ecclesiae s. Marci exaratum fuisse evincunt picturae singulares in dedicatione ecclesiae s. Marci, nec non sub fine nomina ac imagines sanctorum Leonardi cum compedibus et Theodori.

Opercula saeculi XII ex ligno, argenti aurati lamella obducto, referunt linearum nexus musivo opere pro ingenio ductos, ac figuras crucibus et scutulis encausto pictas. Unionum [1324]

series ornamenta circumstant. Dimidio operculi superioris apparet Christus veste indutus, quatuor clavis cruce affixus, sole et luna superius lucentibus. Scutula in circuitu imagines referunt Apostolorum sex ac trium angelorum: omnia lamellis aureis encausto, vulgo *cloisonè,* iniecto. Eadem ex adverso repetuntur: in medio Crucis b. Maria virgo stat manibus expansis, cum monogrammatibus ad extrema Crucis brachia. Scutulorum in circuitu septem vacua, tria habent imagines ss. Procli, Ioannis, Philippi. Vide codices 9, 17, pagg. 283, 290.

Cod. 20 chart., saec. XVII, a. 135, l. 104 [L. I, LXXXIX]. MI.

Missae hebdomadae sanctae, iuxta ritum romanum, cum versione graeca, charactere latino coloris rubri, interposita, ac tabulis aeneis cum figuris adpictis.

Codex foliorum 183, sub fine inscriptus *d. M. H.* 1691 et in principio: *ad usum fratris Ambrosii Racoli, ordinis Praedicatorum, filii conventus ss. Martini et Rosae de Coneglano.* Vid. Cod. 18, p. 290.

Cod. 21 membr., saec. XIV, a. 183, l. 128 [L. I. LXXXI]. N.

Breviarium romanum, sub fine mutilum, ita distributum.

1. Officia de tempore, f. 3-164; 2. Lectiones ex veteri foedere, legendae in officiis de tempore, ac responsoria, f. 164-186; 3. Officium s. Trinitatis et Mariae virginis, f. 186-195; 4. Officium defunctorum, f. 195-200; 5. Officium corporis Christi, f. 201-208; 6. Calendarium, f. 209-214; 7. Psalterium, f. 215-286; 8. Litaniae, f. 286; 9. Hymni, f. 287-304; 10. Officia in festivitatibus Sanctorum, f. 305-450.

Codicem Venetiis exaratum evincit litania: *Ut populum Venecie regas et protegas;* possederat Franciscus Zeno quondam Marci equitis. Hi mensium rhythmi:

Ianuarius.

» Altitonans dominus divina gerens, bonus extans.
» Iam prima dies et septima fine tenetur.
» Prima dies mensis et septima turma mensis.

Februarius.
» Ast februi quatuor est, precedit tertia finem.
» Quarta subit mortem, prosternit tercia fortem.
» In finem octava februarii lupus et leo dena.
Martius.
» Martis prima necat cuius in cuspide quarta est
» Primus mandentem disrumpunt et quarta bibentem
» Mars habet infestam dubius primam adque secundam.
Aprilis.
» Aprilis decima est, undeno a fine salutat.
» Denus et undenus fit mortis molimine plenus.
» Et acus aprilis in primis adque novenis.
Maius.
» Tertius in maio lupus est et septimus anguis.
» Tertius occidit et septimus ora relidit.
» Maius habet septimam decimamque perustam.
Iunius.
» Iunius in decimo est et quindenam a fine salutat.
» Denus palescit, quindenus federa nescit.
» Est vinum in quinta spens en quarta sagitta.
Iulius.
» Gratuito celi fert aurea dona fideli.
» Terdecimus melius Christo minuit ante kalendas.
» Terdecimus mactat, iulii denus labefactat.
Augustus.
» Augustus necat prima, fugat de fine secunda.
» Prima necat sortem, prodiditque secunda coortem.
» Augusti sed pes prima est et septima vulpes.
September.
» Tertia septembris unipis ferit a pede dena.
» Tertia septembris deno medo fert mala membris.
» Tertia septembris et quarta est maxima pestis.
October.
» Tertius octubris gladium Christo in ordine nectit.
» Tercius et denus sicut mors est alienus.
» Octubris quinta nonam simul aspis oberrat.

November.
» Quinta novembris acus, nix tercia mansit in urna.
» Scorpius est quintus et tercius est nece cintus.
» Languet in octava et quarta sub peste novembris.
December.
» Dat duodena coors septem in decemque decembris.
» Septimus est anguis virosus denus in agnis.
» Condemnat primam et sextam clade decembris.

Cod. 22, chart., saec. XIV, a. 148, l. 103 [Z. L. CLXII].

Breviarium romanum, sine fere ulla rubricarum divisione a textu.

Codicem foliorum 271, ex Germania nobis allatum evincunt Sancti alemanni in calendario, Gothardus, Walpurges, Gangolfus, Medardus, Lampertus, Wenceslaus, Remigius germanus, Vedastus, Leodegarius, Udalricus, Willibaldus, Killianus, Arnolfus, Arsenius, Ferreolus, Fides, Burchardus, Leonardus, Othmarus abbas, Elisabeth cum octava. Adde scripturam alammannicae proximam, fragmentum lingua alammanica exaratum, notam f. 261: *Iste liber est doctoris Urbani Iohannis Lochner in medicina practica in Nurnberg.*

Cod. 23 membr., saec. XV, a. 283, l. 208 [L. III, CI]. O.

Breviarium secundum consuetudinem romanae curiae in usum ecclesiae urbinatis.

Codicem foliorum 455, cum figuris et ornamentis auropictis Morellius accurate adeo illustravit ut quae in eum protulit hic loci repetere opportunum censeam (1).

« In hoc ab hodierno differt, quod sex priores lectiones offi-
» cii nocturni, diebus dominicis, tempore Adventus et Quadrage-
» simae excepto, e sacris Bibliis sumuntur : in Sanctorum vero
» festis eorum gesta uberrime iis enarrantur, fabellis plerisque
» immixtis, quas romani pontifices iamdiu libris ecclesiasticis

(1) *Codices mss. lat. biblioth. Nanianae.* Venetiis 1766, 4.° p. 5-6.

» exclusere. At lectiones omnes quandoque solam Sanctorum hi-
» storiam continent; ut in festo sancti Thomae archiepiscopi
» cantuariensis, cuius officium a s. Pio V in breviarium primum
» inductum fuisse, falso Grancolasius putavit. » [Com. in brev. roman. lib. II, cap. 21].

« Tria codex habet officia, de Visitatione b. Mariae virginis, » de Transfiguratione Domini nostri Iesu Christi et de sanctissima Trinitate; quae loco suo minime sunt. Primum pro die » festo et octava *Adam Estonius* londinensis cardinalis et epi- » scopus herefordiensis scripsit; cuius in lectionibus quaedam » sunt ex Ambrosii libris et Bonifacii IX bulla de festo Visitatio- » nis iam edita desumpta, aliaque adiecta de eiusdem festi, per » Urbanum VI, facta institutione. Et de ipso officio nonnulla » habentur, in antiquis breviariis editis haud mihi visa; quae » partim Benedictus XIV summus pontifex in libro *de festis b.* » *Mariae virginis* attulit [cap. V, num. 9] ex Cornelio Schultingo » mutuatus. Totam profero narrationem. Huius siquidem Visi- » tationis virginis gloriosae compositionem idem Urbanus do- » mino Adae cardinali Angliae, doctori in theologia commisit, » ut ex Scripturis evangelicis, sanctorumque patrum editionibus, » doctorum approbatorum assertionibus historiam huius festi » Visitationis adscriberet et dictaret, et eidem officio notam » congruam applicaret. Volens quoque praefatus cardinalis vesti- » gia Patrum sequi et mandatis apostolicis obedire, iuxta dicta- » men domini Bonaventurae bonae memoriae de officio beati » Francisci, praedictum officium compilavit, et notam fere con- » similem sibi sumpsit. Dictum insuper officium coram diversis » doctoribus et praelatis, ut confirmaretur, saepius fuit lectum, » correctum et ab eodem Urbano finaliter approbatum, et per » orbem multipliciter publicatum. Veruntamen quando tempus » pervenit dictum officium celebrandi, idem Urbanus recepit » officium domini archiepiscopi pragensis; et certis de causis, » ne copia eius per mundum transiret, sub poena anathematis » impedivit. Quapropter praedictus cardinalis cupiens beatam vir- » ginem honorare, et perpendens quod dominus Urbanus praefatus » morte praeventus nullum officium effectualiter approbavit, nec » indulgentiam, ut proposuit, ordinavit; supplicavit sanctissimo

» domino nostro domino Bonifacio nono, Urbani legitimo successori, ut praedictum officium Visitationis virginis gloriosae per *diversa miracula probatum, et per orbem amplius publicatum confirmaret, aut illud officium de multis, quod magis ad honorem virginis congruit, applicaret. Unde domino Urbano papa sexto sublato de medio, voluit eiusdem immediate successor dominus Bonifacius nonus, de consilio fratrum, praedicti cardinalis officium prae aliis officiis approbare, et fecit coram eo solemniter decantari.* Officium Transfigurationis domini nostri Iesu Christi idem est quod Callixtus papa III edidit, utque in tota ecclesia recitaretur, praecepit: exceptis autem hymnis et lectionibus, adhuc in breviario romano est; constabant quippe sex priores lectiones ex Origenis homilia duodecima in Exodum, iuxta *Rufini* interpretationem. Trinitatis demum officium ab hodierno parum differt: sex attamen lectiones priores ipsa *Petri Lombardi* verba constituunt, de libro *Sententiarum* primo, distinctione secunda sumpta.

» Ad Primam formula confessionis haud plane communis exstat, cui aliam fere similem Bona cardinalis praestantissimus ex Missali romano manuscripto bibliothecae Barberinae dedit libro secundo *Rerum liturgicarum,* cap. II, n. 5. Haec omnino est: *Confiteor Deo omnipotenti et beatae Mariae semper virgini et beato Hieronymo, et omnibus Sanctis, et tibi Pater, me graviter peccasse per superbiam in lege Dei mei, cogitatione, delectatione, omissione, consensu, visu, verbo et opere, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor beatam Mariam semper virginem et beatum Hieronymum, et omnes Sanctos et Sanctas Dei, et te, Pater, orare pro me.*

» Nec praetermittendum in litaniis, quae hodiernis plerumque respondent, licet rogatio fiat: *Ut domnum apostolicum et omnes ecclesiasticos ordines* ec. in subiunctis tamen precibus esse: *Oremus pro episcopo nostro.* ℟. *Dominus conservet eum* ec. et aliam quoque orationem, quae pro summo pontifice ad Deum fundi solet, pro episcopo fieri: *Omnipotens sempiterne Deus miserere famulo episcopo nostro* ec.

» Urbinatem ecclesiam codice hoc usam ex eo coniicio quod in calendario ad initium descripto, ad calendas iunias, rubris

» litteris, quae nisi ad solemnitates denotandas adhiberi non so-
» lent, festum sancti *Crescentini martyris* designatur. *Crescen-*
» *tiani* scilicet, quem eo nomine Urbinates appellant. Adde die
» 30 aprilis *Sanctorum martyrum Mariani et Iacobi de Ugubio*
» [Gubbio] (1), ac tanquam civitatis patronum praecipue co-
» lunt (2). »

Calendarii rhythmi hi habentur :

Ianuarius.

6. « A festo stellae . . . . » ut codice 4, p. 277.

Aprilis.

24. » Extrema Pasce tua docet passio Marce.

Madius.

24. » Ver signat Urbanus, aestatem Simphorianus.

Cod. 24 membr., saec. XV, a. 108, l. 74 [L. I, LXXIX]. N.

Breviarium secundum ritum romanae ecclesiae, praeeunte calendario, eadem ac in caeteris distributione.

Codex folior. 477, duplici columna, cum foliis qua appendice additis a principio et sub fine. Folio primo legitur: *Die vigesima quinta februarii prodiit in lucem Sorterius hora . . . . MDXXXIII.*

Cod. 25, membr., saec. XV, a. 132, l. 93 [L. I, LXXX]. N.

Breviarium romanum, in usum Eugenii papae IV [Gabrielis Condulmerii veneti].

Calendarium, f. 2-7, habet unicuique mensi appositos versus, qui occurrunt codicibus quarto et septimo huius classis pagg. 277, 281, cum lectionibus variantibus, pro mense ianuarii.

» Prima die Iani et septima fine timetur.

» Nona parit bellum, sed quinta dat hora flagellum. »

Febr. additur: » Nullus ut octave vel dene dixerit ave.

Martio vero: » Deme dies Domini tertia, pasca fiet

» Prima nocet multum, nullam dabit altera cultum.

(1) Giacomelli. *Vita de' Santi e Beati dell' Umbria.* I, p. 588.

(2) Dom. Riverius apud Ughellum. *Ital. sacra,* II. 781.

Aprili: » Prima petit telis quam nona requirit aprilis.
Maio: » Sexta minus sordet cui ultima dena remordet.
Iunio: » Ledit quinta cutem, nullam dat quarta salutem.
Iulio: » Est lupus undena, pariterque nona leena.
Augusto: » Cuspide prima ferit quam perdere septima querit.
Septembri: » Tertia septembris et quarta dabit mala membris.
Octobri: » Quinta dat octubris que nona venena colubris.
Novembri: » Est octava canis, forte quarta videtur in annis.
Decembri: » Prima parit luctum, nullum dat septima fructum. »

Rubricas, f. 8-17, excipiunt **a.** *Ordo breviarii secundum consuetudinem romanae curiae* in festis de tempore, f. 18-199; **b.** lectiones ex veteri foedere recitandae in dictis festis, f. 199-220; **c.** tabula alphabetica psalmorum, f. 220-221; **d.** psalterium, f. 222-293, cum lemmate sub fine:

» Ter quinquaginta fecit David ordine psalmos:
» Versus bis mille sexcentos canit ille.

e. missae variae, f. 293-311; **f.** officia de festivitatibus Sanctor. et alia ut in ceteris breviariis, f. 312-487. Folium extremum inscriptum: *Hoc breviarium fuit pape Eugenii* 4.[i]; *multi autem nostrorum patrum eundem possederunt; nunc vero mihi domino Angelo Lippomano largitus fuit et ipsum pro maxima devotione ob ipsius antiquitatem et pulchritudinem teneo, quem post mortem p. d. Lazari de Asulo habui* 1568.

Codicem fol. 286 inscriptum *Eugenii IIII* a primo librario, Iacobus Morellius aere suo sibi comparaverat anno 1782.

Cod. 26 membr., saec. XV, a. 136, l. 100 [L. I, LXXXIV]. MI.

Liber diurnus, pro celebratione divini officii, sic distributus: **a.** Calendarium, f. 1-8; **b.** Psalterium, f. 9-52; **c.** *Ymnarium tocius istius libri,* f. 52-64; **d.** *Commemorationes dominicales per circulum anni, videlicet ad Benedictus et ad versus, capitula et orationes,* f. 65-79. Indicatio psalmorum et hymnorum, antiphonae, versus, capitula, orationes et lectiones in festivitatibus Sanctorum, f. 81-185.

Cod. 27 membr., saec. XV, a. 126, l. 95 [L. III, CXLV]. Z.

Breviarium monasticum, sic distributum : **a.** Calendarium. f. 1-6 ; **b.** Psalmi et hymni, f. 7-77 ; **c.** Rubricae. f. 77-78, 251-253 ; **d.** Proprium de tempore, f. 79-250 : **e.** Proprium Sanctorum, f. 254-259 ; **f.** Commune Sanctorum, f. 259-281 ; **g.** Officium b. Mariae virginis, f. 281-287 ; **h.** Agenda mortuorum, f. 287-290 ; **i.** Benedictio mensae, f. 290-292.

Codicis, duplici columna, litteris initialibus pictis, operculo inferiori adhaeret folium membranaceum saeculo XV impressum cui inest principium *ordinis breviarii secundum consuetudinem monasterii Vallisumbrosae.*

Cod. 28 membr., saec. XV, a. 138, l. 101 [L. III, CXLVI]. Z.

Breviarium monasticum, puto, *ordinis fratrum Minorum.* **a.** Calendarium, cui desunt menses ianuarius et februarius, habet rhythmos plures qui codic. 4, 7 insunt, f. 1-5 ; **b.** Proprium de tempore, f. 6-156 ; **c.** Rubricae, f. 156-159 ; **d.** Festa et ieiunia in anno praecepta, f. 159-160, 273-275 ; **e.** Psalmi et hymni, f. 161-236 ; **f.** Commune Sanctorum, f. 237-252 ; **g.** Officium b. Mariae virginis, f. 252-258 ; **h.** Ordo ad communicandum et ungendum infirmum ut et officium defunctorum, f. 256-281 ; **i.** Benedictio mensae, f. 271-273 ; **k.** De coloribus sacrarum vestium ec., f. 273 ; **l.** Proprium Sanctorum, f. 276-344.

Codici, tenui membrana, duplici columna, cum aliquot litteris initialibus auro pictis, avulsa sunt folia ornamenta figurarum maiora referentia : Folium 344 inscribitur : *Deo gratias et matri eius. Explicit proprium. Per me Gerium Lazarii de Beccis de Certaldo, die penultimo mensis novembris MCCCCLXXI.*

Cod. 29 membr., saec. XV, a. 153, l. 104 [Z. L. CLXI].

Breviarium fratrum Heremitarum ordinis s. Augustini, secundum consuetudinem sancte romane curie, praeeunte calendario

Codex foliorum 487, duplici columna, praestat litteris initialibus ornatis, praesertim a principio fol. 7.

Cod. 30 membr., saec. XV, a. 150, l. 100 [L. III, CXCI].

Breviarium monasticum secundum consuetudinem monachorum congregationis de observantia sanctae Iustinae seu unitatis ordinis sancti Benedicti.

a. Speculum historicum ordinis s. Benedicti, f. 1; **b.** Tabula ad inveniendam lunae aetatem, f. 1; **c.** Tabula ad invenienda festa mobilia, f. 2; **d.** Calendarium, f. 3-8; **e.** Prospectus dierum ieiuniorum, festorum et quorum celebrantur festivitates stationum in urbe Roma, f. 9; **f.** Diei paschalis tabula annis 1453-1600, f. 9-11; **g.** Rubricae, f. 12-19; **h.** Officia de tempore, f. 23-220; **i.** *Psalterium gallicum secundum consuetudinem monachorum* ec. cum hymnis et litaniis, f. 221-291; **k.** Proprium Sanctorum, f. 298-422; **l.** Commune Sanctorum, f. 427-462; **m.** Ordo ad communicandum infirmum; officium mortuorum; benedictiones mensae aquae, corporalium, omnium quae volueris, vestium sacerdotalium; ordo ad induendum novitios, f, 462-478.

Codex membrana tenuiori, duplici columna, praestat pluribus litteris initialibus pictis et auratis, praesertim vero ornamentis titulorum *officiorum de tempore et psalterii,* cum insigniis familiae alicuius habentis duo crura hircina decussatim posita: monasterio s. Iustinae de Padua pertinuisse liquet ex verbis in titulo prolatis *sanctae Iustinae seu unitatis* quod Cassinensis congregationis membrum indivisum haberetur. Libri operculis antiquis adhaerent fibulae et bullae argenteae.

Cod. 31 membr., saec. XIV, a. 170, l. 110 [Z. L. CLIX].

Diurnum in usum, crediderim, *monialium ordinis ss. Benedicti et Bernardi,* nempe series psalmorum, canticorum ex veteri et novo foedere, ac hymnorum, cum antiphonis et orationibus diversimode insertis.

Notandum occurrit in calendario, f. 2-10, celebrari diebus

11 ianuarii *anniversarium episcoporum et abbatum ;* 4 aprilis *s. Ambrosium ;* 4 iulii *translationem s. Martini ;* 16 novembris *depositionem b. Edmundi ;* 20 eius mensis *commemorationem parentum nostrorum ;* ac litteris rubris notari praeter solitos, sanctos Willelmum, Matthiam apost., Benedictum, Vincentium, Petrum martyrem, Margaretham, Mariam Magdalenam, Dominicum, Laurentium, Michaelem arcangel., Dionisium, undecim millia virginum, Catherinam, Nicolaum, Luciam. Nec mitto quod in litaniis Sanctorum, f. 260-264, litteris aureis scripta sunt nomina *ss. Matthaei et Ursulae cum sodalibus suis,* ac rubris ss. Marci, Bernardi, Dominici, Margarethae.

Foliis 287-317 exstant preces italo sermone, et sub fine laus : *Laudemo el bon Iesu — Ch' è nostro redemptore, — Laudemo lo eterno — Pare creatore.*

Codicem foliorum 317 possederat *madona Zezilia Gradenigo.*

Cod. 32 membr., saec. XV, a. 156, l. 110, [L. I, LXXXIII]. III.

Liber diurnus, pro celebratione divini officii, iuxta ritum ordinis Praedicatorum. Calendarium, f. 1-6, excipiunt **a.** psalterium cum canticis utriusque foederis, ac symbolis s. Athanasii et Apostolorum, f. 7-149 ; **b.** Officia corporis Christi, s. Dominici et Mariae virginis, f. 149-154; **c.** Officia de tempore, f. 155-252. ; **d.** Officia Sanctorum, f. 252-364. Nota quod fol. 351 exstat officium festi Trasfigurationis Iesu Christi *noviter institutum per papam Callistum tercium,* nempe anno 1457. Exinde erat Bernardus Maria de Rubeis qui opere *De rebus congregationis sub titulo beati Iacobi Salomonii* [Ven., 1751, p. 326] de codice scribit: *Nostri ritus breviarium est, quod saeculo quartodecimo scriptum videtur.* Idem in suos usus codicem vertit ubi quaedam de *Festo et Octava sanctae Agnetis virginis et martyris,* a Ioanne Dominici in suo de monasterio Sororum *Corporis Domini* opusculo indicato, adnotavit, opere eodem, p. 52-55.

Codicem eleganter exscripti litteras initiales mire exornant caelitum et florum imagines auro pictae.

Cod. 33 membr., saec. XIV, a. 140, l. 100 [Z. L. CLX].

Diurnum ad usum fratrum ordinis Praedicatorum, ut innuunt in calendario dies quartus augusti : *Sancti Dominici patris nostri*, et orationes speciales pro sanctis Dominico, Petro martyre et Thoma. Psalmos et cantica excipiunt litaniae Sanctorum cum orationibus, ac litaniae M. virginis singulares, puta *mater innupta, angelorum domina, scala caeli, porta paradisi, nostra refectio, salus vera, praeclarior luna, solem lumine vincens, peccati cavens*. Foliis 155-263 exstant hymni cum notis musicis.

Codex elegans cum ornamentis, quae inter f. 13 David cum instrumento musico quod antiquiores appellant *trigonum*.

Cod. 34 membr., saec. XV, a. 110, l. 74 [L. III, CXLVII]. Z.

Breviarium ordinis fratrum Minorum, secundum consuetudinem romanae curiae, et quidem **a.** Calendarium cum mensium nominibus latine, hebraice, graece, f. 1-6 ; **b.** Psalmi et hymni, f. 7-86 ; **c.** Officia a primo sabbato Adventus ad dominicam quartam novembris, f. 87-250 ; **d.** Rubricae, f. 250-254 ; **e.** Officia de comuni, f. 257-306 ; **f.** Benedictiones et ordo commendationis animae, f. 308-311 ; **g.** Officia Sanctorum, f. 312-501. **h.** *Vita beati patris nostri Francisci* in lectiones distributa exstat fol. 467-482.

Codex membranae tenuioris, duplici columna, post annum 1431 exscriptus est.

Cod. 35 membr., saec. XV, a. 173, l. 143 [L. III, CXXXV]. Z.

Breviarium ordinis fratrum Minorum, secundum consuetudinem romanae curiae.

1. Officia de tempore, f. 1-99. 2. Rubricae rubro atramento notatae, cum historia earum rubricarum, f. 199-210. 3. Series gratiarum datarum *ordini Minori a sanctissimo domino nostro Sixto papa IIII anno Domini* 1484, quod serius additum est, f. 214. 4. *Rota aurea numeri* et *litterae dominicalis, calendarium*

ac tabula ad sciendum per multos annos dies pascae ab anno 1474 ad 1524, f. 214-221. 5. *Ordo psalterii David*, f. 222-291. 6. *Hymni per circulum anni*, f. 292-307. 7. *Festivitates Sanctorum per anni circulum*, f. 308-484. 8. *Commune Sanctorum*, f. 488-514. 9. *Agenda mortuorum*, f. 514-525. 10. *Benedictio mensae*, f. 525-527.

Codex cum picturis auro illitis, accurate exscriptus, haec habet in fine: « Anno Domini 1474, die vero decima mensis » decembris completum fuit presens in civitate tergestina quem » fieri scribique fecit dominus presbyter Dimitrius Ferrugius » plebanus sancti Cantiani, in quo idem tam in cartis quam la» bore ac mercede scriptoris ceterisque necessariis ipsi pertinen» tibus expendidit ducatos viginti octo auri. Ad laudem ec. »

Cod. 36 membr., saec. XV, a. 280, l. 214 [Ris. LIV].

Breviarium secundum consuetudinem romanae curiae.

Codex foliorum 831 politiori membrana exscriptus, ac diagrammatibus, coloribus et auro obductis, ita ornatus ut omnes facile in admirationem trahat. Characteres semigothici nigri pro textu, rubei pro rubricis; foliis numerus appositus recentius, duplex columna.

Breviarium ita distributum est, ut calendarium, f. 1-13, excipiant antiphonae, responsoria, lectiones officiorum de tempore, f. 14-274; rubricae generales per annum ut et speciales aliquantisper mutatae, quod innuit titulus: *Incipiunt quaedam rubricae, ad informandos pusillos et eliminandos errores qui quotidie fiunt circa divinum officium, ex ignorantia vel falso intellectu rubricarum authenticarum breviarii, tam antiquarum quam novarum, procedendo ordinate per notanda de mense in mensem*, fol. 275-285; psalterium, hymni et preces, f. 287-400; commune Sanctorum, f. 401-448; agenda mortuorum precesque pro morientibus, f. 440-467; proprium de Sanctis, f. 468.

Liber, dubio procul, usui fratrum s. Francisci deputatus est, quod caelites eius ordinis rubro colore, non secus ac dies festi notentur; martyres Bernardus, Petrus, Accursius, Adiutus et Otho ex ordine s. Francisci in Sanctorum album a Sixto papa IV

a. 1481 relati sint; festa occurrant cum octavis ss. Bernardini, Antonii, Margarethae, Clarae, Ludovici, Eligii; item Portiunculae et Stigmatum. Identidem quoque in rubricis sic: *festum celebratur maxime a fratribus Minoribus — sic enim faciunt fratres Minores — ideo fratres Minores debent transferre.*

Ornamenta minutulis picturis in universo volumine expressa, numero, varietate, artis excellentia, omnem excedunt fidem. Ex imaginibus centum decem maioribus, viginti quatuor calendarium exornant; octo supra sexaginta libri argumentis respondentes veteris et novi foederis historias, nec non Sanctorum effigies referunt: octodecim Sanctorum classis sequioris imaguncuIas. Adde quod marginibus hinc inde ad folii cuiusque latera, splendidiori penicillo adpinguntur intexta frondibus et imaginibus ornamenta, flores, fructus, aediculae, hortuli, formae vasorum variae, sacra supellex, genii, pueri, puellae, quadrupedia, aves, pisces, insecta, monstra: nec desunt scripta breviora ex locis biblicis vel aliunde.

Ceteris missis, in calendarium id adverto: ea per figuras efficta quae in mense geruntur; Sanctorum, qui ceteris praestant, nomina rubro colore et scita lucis et umbrae compositione expressa; signa zodiaci; item et prospectus aedificiorum quae ad Rhenum conspicua sunt, exhibita; versus singulis mensibus igienicos; quos miror Salvatorem De Renzi erroribus scatentes *collectioni Salernitanae* [Napoli, 1852, I, p. 446-448] inseruisse, ac variantes lectiones ex codice uratislaviensi dedisse, dum missalibus, breviariis, officiis b. Mariae virginis, non tantum manuscriptis sed et typis editis castigate leguntur. Eapropter operis pretium existimo eos publico iuri ideo quoque committere, quod codicis huiusce descriptor Franciscus Zanotto (1) iis errata datos a De Renzi, nescio cur, praetulerit.

Ianuarius. » In Iano claris calidisque cibis potiaris,
» Atque decens potus post fercula sit tibi notus.

(1) *Fac-simile delle miniature contenute nel Breviario Grimani conservato nella biblioteca di s. Marco, eseguito in fotografia da Antonio Perini.* Venezia, 1862, p. XLVI, 300, 4.°

» Ledit enim medo tunc potus, uti bene credo.
» Balnea tute intres et venam findere cures.
Februarius. » Nascitur occulta febris Februaria multa.
» Potibus et escis si caute vivere velis.
» Tunc cave frigora, de pollice funde cruorem.
» Sugge favum mellis, quo morbum pectore pellis.
Martius. » Martius humores gignit variosque dolores.
» Sume cibum pure. cocturos, si placet, ure.
» Balnea sunt sana, sed queque superflua vana.
» Vena nec abdenda, nec potio sit tribuenda.
Aprilis. » Hic probat in vena vires aprilis habere.
» Cuncta renascuntur, pori tunc aperiuntur.
» In quo sculpescit corpus, sanguis quoque crescit.
» Ergo solvatur venter, cruorque imminuatur.
Maius. » Mayo secure laxari sit tibi cure.
» Scindatur vena, sed balnea dentur amena.
» Cum calidis rebus sint fercula seu speciebus.
» Potibus astricta sit salvia cum benedicta.
Iunius. » Potio que gentes turbat ceu medo bibentes.
» Iunius ut suadet fugitur tibi : te quoque tardet.
» Ne noceat colera : valet ista refectio vera.
» Lactuce frondes ede : ieiunus bibe fontes.
Iulius. » Cui vis solamen, suades iulii medicamen.
» Venam ne scindat, nec ventrem potio ledat.
» Somnum compescat et balnea cuncta pavescat.
» Sitque recens unda, simul allia, salvia munda.
Augustus. » Quisquis in augusto vivat medicamine iusto.
» Raro dormitet : estum, coitum quoque vitet.
» Balnea non curet, nec multum comestio duret.
» Nemo laxari debet, nec fleubothomari.
September. » Fructus maturi septembri sunt valituri.
» Et pira cum vino, panis cum lacte caprino.
» Aqua de urtica tibi potio fertur amica.
» Tunc venam pandas, species cum semine mandas.
October. » October vina probet : cum carne ferina.
» Nec non avicina caro tunc valet ut volucrina.
» Quamvis sint sana, tamen ipsa repletio vana.

» Quantum vis comede, sed non precordia lede.
November. » Vis sanus fieri : curetur reuma novembri.
» Quidquid nocens vita : tua sit servata dieta.
» Balnea cum venere tunc nulli prosit habere.
» Potio tunc sana nec iusta minutio vana.
December. » Sane sunt membris res calide mense decembris.
» Frigus vitetur : capitalis vena secetur.
» Lotio sit vana, nec plurima potio sana.
» Sit tepidus potus nam frigus abhorreo totus.

Pretiosum volumen quod pictoriae artis peritissimi Ioannes Hemelink, Gerardus de Gandavo, Livienus antuerpiensis ad codicis nostri [I. XI, 67] coaevi fidem, post dimidium saeculum decimum quintum in Flandria absolverunt, quodque ab Antonello messinensi Venetias delatum, sibi, pretio quingentorum aureorum, Dominicus cardinalis Grimani coemit anno circiter 1489, hic idem tabulis extremis (1) patriae reliquit. Grata respublica, extremae testatoris voluntati indulgens, librum splendidius ex argento inaurato cum miri operis caelaturis iussit compingi, ac

(1) « 1520, 9 octobr. » — Omissis — « Et similiter volumus, dimittimus et ordinamus quod Breviarium nostrum scriptum in pergameno » et miniatum remaneat et intelligatur perpetuo condictionatum sub predicto fidecomisso, ita quod remaneat penes prefactum dominum Vincentium fratrem nostrum quoad vixerit, et deinde, aut etiam ipso premoriente, perveniat et devenire debeat in illum qui etiam de predictis possessionibus nostris fuerit pro tempore beneficiatus, et simul cum eisdem de uno in alterum in perpetuum, ut supra, quod Breviarium, tanquam rem nobilissimam et pulcherrimam, ostendere debeat personis honorificis, quandocumque opportunum fuerit, de quo Breviario ac numero chartarum, aliisque qualitatibus tam Breviarii quam singularum chartarum fieri debeat inventarium, ad perpetuam rei memoriam. » Ex tabul. ven. s. *Antonio di Castello, Canonici regolari*, tom. X. Serius vero : « Romae, in palatio meo s. Marci, die 16 augusti 1523. » — Omissis — « Item relinquo Breviarium meum pulcherrimum emptum a prefacto Antonio Siculo, rev. patriarchae aquileiensi, nepoti meo ex fratre, cum hac conditione quod illud quoquo modo aut ex quacumque causa alienare non possit, sed utatur eo in vita sua, et post mortem eius volo quod perveniat ad illustriss. dominium Venetorum, tenendum per eos inter alia nobilia preciosa ecclesiastica. Huiusmodi autem Breviarium intelligatur quod debeat compleri cum suis ornamentis. » Ex tabularii veneti *libro commemoriali*, XX, f. 189.

primum in publicum thesaurum, dein anno 1797 in nostram bibliothecam reponi. De eius praestantia erudiri cupidus adeat opus Francisci Zanotto de quo supra; ac *Les Evangiles*, par Curmer. Paris, 1864, III, 4.°

Cod. 37 membr., saec. XV, a. 137, l. 95 [L. III, CII]. O.

Breviarium ad usum fratrum Minorum s. Francisci, principio mutilum.

Officia multo in hoc breviora quam Radulphus Tangrensis de Breviario Franciscano saeculo decimo quarto asseruerat. [De canon. observat. cap. 22].

Codicem foliorum 428, cum rubricis, ac litteris initialibus alterna vice rubris et caeruleis, usui alicuius monasterii lucensis deputatum fuisse putarim, quod frequens in calendario ad ecclesiam s. Fridiani Lucae innuatur.

Cod. 38 membr., saec. XIV, a. 156, l. 105 [Z. L. DX]. Ya.

Diurnum ad usum fratrum ordinis Minorum sancti Francisci, ut coniicio ex festis ss. Francisci et Antonii cum octava, ex translatione s. Francisci, ex Sanctis ordinis s. Francisci in calendario [f. 197-208] ac deprecationibus *Oremus pro ministro nostro, miserere famulo tuo ministro nostro* in litaniis et precibus. Familiam ravennatensem inuunt item in calendario sancti archiepiscopi ravennatenses Liberius, Marcellinus, Proculus, Petrus. Psalterium cum hymnis insertis ac canticis consuetis excipiunt: **a.** *officium mortuorum secundum curiam*, f. 184-190; **b.** litaniae sanctorum ac preces, f. 191-196; **c.** calendarium cum solitis rhythmis, f. 197-208; **d.** hymni, f. 209-235.

Codex foliorum 238, mutilus in principio, antiquo usu et situ detritus.

Cod. 39 membr., saec. XV, a. 153, l. 113 [L. III, CLVI].

Ordo Breviarii secundum consuetudinem romanae curiae, sic distributi: 1. Calendarium, f. 3-8, cum nominibus Sanctorum

serius additis *aquileiens.* vel *de Aquileja,* vel *de civitatae Austriae ;* 2. *Psalmi et hymni,* f. 9-70 ; 3. Rubricae, f. 70-74 ; 4. *Officium de festo corporis Christi,* f. 74-79 ; 5. *Proprium de tempore,* f. 80-211 ; 6. *Proprium Sanctorum,* f. 212-319 ; 7. *Commune Sanctorum,* f. 320-336; 8. *Officium defunctorum,* f. 336-338 ; 9. *Officium b. Mariae virginis,* f. 338-341.

Tegumenta lignea corio vitulino antiquitus obducta, fasciolis et scutulis, opere impressionis, referunt *Ave Maria* et *IHS,* intus vero frustula chartacea adhaerentia cum notis musicis antiquis.

Ceterum *Breviarium* ecclesiae aquileiensi inserviisse admonent, praeter in calendario notata, folio 342 lectu digna :
» Rationes cognitionis tonorum habentur in infrascriptis rhythmis.
» Sex pariter scandit, sub fine quatuor ymat
» Imparitasque novem, sed bassatur in yma.
» Impares ut plurimum semper ascendere debent,
» Et pares nunquam sed infima petunt.
» De mediis tonorum super intonatione psalmorum.
» Septimus et primus cum sexto fa, mi, re, mi, datus :
» Sol, fa, mi, fa, ternusque ut, re, mi, re, ti quartus :
» Quintus et octavus fa, sol, fa, sicque secundus.
» De intonatione psalmorum.
» Primus cum sexto fa, sol, la semper habet,
» Tercius et octavus ut re, mi, fa, sicque secundus :
» Fa, sol, la quartus, ut, mi, sol sit tibi quintus :
» Fa, mi, fa, sol septimi, sic omnes esse recordor. »
« *Ad usum ecclesiae aquileiensis.* »

Cod. 40 membr., saec. XV, a. 108, l. 79 [L. I, LXXXV]. MI.

Breviarium secundum consuetudinem ecclesiae civitatensis, aquileiensis dioeceseos, et quidem **a.** *psalterium,* f. 7-92 ; **b.** *hymni,* f. 104-123 ; **c.** *officia de tempore,* f. 124-330 quibus interseruntur *Epistola Pauli ad Romanos* a principio usque ad versiculum decimum capit. octavi, f. 172-176 ; nec non lectiones ex veteris foederis libris, f. 271-305.

Foliis 1-6, 93-103, 331, rhythmi, de re sacra praesertim

dogmatica et morali, rubricae, preces, cantiuncula itala quae incipit:

» Grande regina colla Trinitade
» Mare de Christo, o verzene Maria,
» Tu che salvaste la christianitade
» Col to fiolo del inferno de compania . . . »

Cod. 41 membr., saec. XIII, a. 270, l. 198 [L. II. XCVI]. N.

Pars Breviarii ad usum ecclesiae Venetiarum, in principio et sub fine mutila, cui desunt psalmi et hymni, in psalterio et hymnario antiquiori ecclesiae propriis requirendi. Continet vero: 1. officia a sabbato de Adventu ad dominicam XVI post Pentecostem, f. 1-47; 2. officia Sanctorum a die vigesimo ianuarii ad extremum novembrem, f. 47-80; 3. commune Sanctorum, f. 80-93; 4. gradus aliaque sine ordine, f. 93-100. Folia 96-99 cum rubricis itale, manum recentiorem pandunt.

Cod. 42 membr., saec. XIII, a. 131, l. 92 [L. III, CXLIV]. Z.

a. *Officium b. Mariae virginis,* f. 1-43. **b.** Sermo in dolores b. Mariae virginis incip.: « Quis dabit capiti meo aquam et oculis » meis hymbrem lacrimarum . . . », f. 44-62. **c.** Explanatio loci ex Canticis: *hortus conclusus, fons signatus* in laudem b. Mariae virginis, f. 62-63. **d.** *Litaniae* in quibus b. Maria virgo septem supra septuaginta attributis invocatur, ut: *scala coeli, porta paradisi, charitas perfecta, fons dulcedinis, preclarior luna, premium nostrum, altior coelo, angelis mundior,* f. 64-66. **e.** Orationes viginti *ad adorandam sanctam crucem,* aliaeque *in elevatione corporis Christi, ad pacem suscipiendam,* b. Mariae virgini, sanctis Francisco, Antonio, Petro et Paulo, f. 66-76. **f.** *Litaniae Iesu Christi,* sex supra quinquaginta invocationibus, quibus pars potior historiae Christi contexta est, f. 76-78.

Codex folia 86 habet.

Cod. 43 membr., saec. XIV, a. 164, l. 108 [L. III, LXVII]. F.

a. *Officia b. Mariae virginis,* f. 13-61 ac *sanctae Crucis,* f. 62-68. **b.** *Psalmi poenitentiales,* f. 69-84. **c.** *Officium defunctorum,* f. 84-121. **d.** Antiphonae et orationes sanctae Trinitatis, ss. Michaelis archangeli, Iohannis Baptistae, Petri et Pauli, Iacobi, Antonii, Genovefae, Catharinae, Barbarae, f. 121-125.

Perelegantem codicem figuris pluribus litteris initialibus auropictis insignem in Gallia exaratum evincunt tractus scripturae, calendarium a principio gallice descriptum, nomina sanctorum ecclesiae gallicanae propria. Nomina Sanctorum gallicorum :

Sainctc Geneuieve — Babille — Honorine — Eugenie — Foys.

Saint Franbout — Eloy — Godegrain
— Lomer — Fustin — Venisse
— Baudeaux — Maclou — Portin
— Metran — Magloire — Fiacre
— Blanchart — Capraise — Uffin
— Vulfran — Mellon
— Denis — Cerbon
— Bertin — Remy
— Nichaise — Fremin.

La nostre dame, diebus 25 martii, 15 augusti, 8 septembris, 8 decembris.

Cod. 44 membr., saec. XV, a. 68, l. 49 [L. II, XC]. N.

1. *Officia b. Mariae virginis, sanctissimae Crucis et defunctorum,* secundum ritum romanae curiae, cum calendario praeeunte, fol. 1-143. 2. *Septem psalmi poenitentiales et litaniae Sanctorum,* f. 143-168. 3. *Symbolum s. Athanasii,* orationes divis Hieronymo et Sebastiano, huius missa, f. 168-182. 4. *Epistala Iesu Christi Abgaro regi,* quam tardior manus exscripsit, f. 182-184.

Codicillum, cum ornamentis auropictis, decorant insignia familiae venetae Cappello.

Cod. 45 membr., saec. XV, a. 106, l. 73 [L. III, CXLIX]. Z.

1. *Officium b. virginis Mariae,* f. 1-66. 2. *Septem psalmi poenitentiales,* addito in litaniis Sanctorum, per manum tardiorem, nomine *Veneranda,* f. 67-88. 3. *Officium sacratissimae Crucis,* quod et *passionis* appellatum, f. 88-90. 4. *Officium in agenda mortuorum,* cum calvaria in littera initiali mirabiliter picta, f. 91-126. 5. *Isti septem versus habent multas virtutes ad expellendum demones, quos docuit demon sancto Bernardo.* Inc. : « Illu» mina oculos meos . . . », f. 126-127.

Codici ceteroquin eleganter exscripto et ornato, etsi pravae lectionis, desunt folia passim.

Cod. 46 membr., saec. XV, a. 110, l. 78 [L. III, CXLVIII]. Z.

1. *Calendarium,* fol. 1-12. 2. *Officium b. Mariae virginis,* principio mutilum, quod imaguncula avulsa sit, f. 13-78. 3. *Officium defunctorum,* f. 79-122. 4. *Septem psalmi poenitentiales,* f. 123-144. 5. *Officium Passionis Domini,* f. 134-171. 6. *Officium breve sanctae Crucis,* editum per dominum Iohannem vigesimum secundum, cum magnis indulgentiis, f. 172-176. 7. *Missa b. virginis Mariae,* f. 177-182 ; **a.** *Spiritus sancti,* f. 183-213 ; **b.** *s. Crucis,* f. 213-217 ; **c.** *s. Luciae,* f. 217-221. 8. *Oratio devota,* quae inc. : « Dulcissime Domine, Iesu Christe, » qui de sinu patris immissus es . . . . », f. 221-227. 9. *Missae variae,* f. 227-252.

Codicillo belle exscripto quaedam folia picta avulsa sunt: quae supersunt, vel castigatos linearum ductus, vel colores vividiores, vel auri copiam, vel oblatarum imaginum veritatem spectes, omni laude commendanda sunt.

Cod. 47 membr., saec. XV, a. 114, l. 79 [L. III, LXIX]. F.

Officium mortuorum, f. 1-54 ; *Psalmi poenitentiales,* f. 55-

83; *Officium sancti Spiritus,* f. 84-104 *ac divinae sapientiae,* f. 105-127; *quindecim orationes vel meditationes passionis Iesu Christi,* f. 127-141; oratio subscripta: *Quicumque dixerit hanc orationem habebit tot annos indulgentiarum quot fuerunt vulnera Christi,* f. 141-142; oratio s. Bernardi, f. 142144; *officium s. Crucis* breve, f. 144-150; *officium passionis Iesu Christi,* f. 151-176; *officium b. Mariae virginis, de compassione dulcissimi filii sui,* f. 176-179; *officium b. sponsae Christi Iesu, sanctae Brigidae,* f. 179-184; *litaniae b. Mariae virg.* triginta novem invocationibus largioribus conclusae, ut: *Sancta Maria virgo perpetua, per dulcedinem filii tui qui tantum te dilexit ut exultaret super coros angelorum: exaudi me,* fol. 184-189; orationes variae, fol. 189-227.

Codicem, cui finis impositus die 15 maii 1488, lectionis errores ita obruunt, ut qui purgare tentaverint, Augiae stabulum verrere insumerent.

Cod. 48 membr., saec. XV, a. 108, l. 75 [L. III, XLVIII]. F.

Officia b. Mariae virginis, f. 14-86, *sacratissime passionis,* f. 87-117; *Crucis, compositum per dom. Iohannem XXII, qui singulis devote dicentibus indulsit pro una vice sive die qualibet qua dixerit, unum annum,* f. 118-125; *defunctorum,* f. 126-184; *psalmi poenitentiales,* f. 185-209; preces variae, f. 209-238; *litaniae b. Mariae virginis,* eaedem quae in codice [L. III, CXLIV], f. 238-247; preces itale ante et post communionem dicendae, f. 247-250. Sub principio exstat *calendarium,* f. 1-12.

Libello certe aestimando manus audax, turpi consilio, avulsit folia cum picturis.

Cod. 49 membr., saec. XV, a. 170, l. 123 [L. I, LXX]. Mr.

Officia de festis propriis sanctae Crucis, f. 21-25; *Spiritus sancti,* f. 26-32; *Annunciationis b. Mariae virginis,* f. 33-62; *Nativitatis,* f. 63-80; *Purificationis,* f. 81-86; *Innocentium,* f. 86-94; *Conceptionis immacul.,* fol. 95-102. His adduntur *septem psalmi poenitentiales,* f. 104-119; *litaniae Sanctorum,* f. 120-

127; *officium defunctorum*, f. 128-186; oratio duplex b. Mariae virgini, f. 187-197; fragmenta officiorum beator. Sebastiani, Antonii abbatis, Catherinae, Margarethe, Barbarae, omnium Sanctorum, f. 197-200.

Calendarium gallicanum, f. 1-12 [quo omnia festa b. Mariae virginis nomine *la notre dame* exprimuntur, excepta die Purificationis *la chandeleur* appellato] ut et scripturae oblongae typus librum in Gallia exaratum facile nuntiant.

Codicem ceterum eximiae pulchritudinis, in Gallia compactum exornant auropictae imagines, quas inter maxime praestant linearum nexus concinne oblati, flores, aves, belluae ex ingenio compositae.

Cod. 50 membr., saec. XV, a. 80, l. 60 [L. I, LXXXVI.] MI.

Officium b. Mariae virginis, cum *officio s. Crucis, Psalmis poenitentialibus, litaniis cum suis pertinentiis, officio defunctorum,* ac orationibus variis *contra pestem, contra sagiptas:* earum una itale: *Credo picholino. Omnipotente Iddio padre omnipotente.* Pars potior rubricarum itale data est.

Codicillum elegantiorem foliorum 225 cum picturis exaravit *Thomas Francisci Lottini de castro Prato veteri. Ad honorem virginis Mariae, rogate Dominum pro me.*

Cod. 51 membr., saec. XV, a. 90, l. 63 [L. I, XCII]. D.

Officium b. Mariae virginis, cum additis *psalmis poenitentialibus, officiis mortuorum, sanctae Crucis,* et *sancti Spiritus.*

In eleganti codicillo foliorum 267, singulorum officiorum paginas initiales quasdam ornamentis et figuris, spatiis caeruleo colore illitis, pinxit Iulius Clovius, quod et ex artis magisterio et ex nota sub fine: *Del Pre Clovio.*

Cod. 52 membr., saec. XV, a. 89, l. 64 [L. I, LXIV]. MI.

Officium b. Mariae virginis, cui accedunt *septem psalmi poenitentiales, officium s. Crucis* et *defunctorum.*

Codicillus foliorum 189 belle exscriptus, cum picturis.

Cod. 53 membr., saec. XV, a. 127, l. 90 [L. I, XCI]. D.

Officia b. Mariae virginis, f. 14-86; *mortuorum,* f. 86-127; *passionis Iesu Christi,* f. 127-166, cum *calendario* in principio. Item *septem psalmi poenitentiales* cum *litaniis,* f. 183-195.

Codicillum affabre pictum ornant imagines b. Mariae virginis, monaci calvariam elevantis, Iesu Christi, Davidis trigonum percutientis, infantulorum, avium ac litterarum initialium auro fulgentium.

Cod. 54 membr., saec. XV, a. 108, l. 77 [L. I, LXVIII]. Mr.

Officia sanctae Crucis, Spiritus sancti, Nativitatis, festorum b. Mariae virginis, f. 16-123; cum praeeunte calendario, f. 4-15. *Psalmi poenitentiales,* f. 124-149; *officium defunctorum,* f. 150-202; oratio b. Mariae virgini: *Obsecro te, domina sancta Maria, mater Dei . . . . .*, f. 203-207.

Codicem elegantiorem ornant picturae cum imaginibus ad singula festa.

Cod. 55 membr., saec. XV, a. 106, l. 72 [L. III. CIII]. O.

Officia b. Mariae virg., f. 14-87; *beatae Trinitatis;* f. 91-100; *Spiritus sancti, compositum per Dominum papam Benedictum, qui concessit dicenti devote centum dies indulgentiae quotiens dixerit,* f. 101-105; *Passionis Iesu Christi,* f. 106-129; parvum *sanctae Crucis,* f. 132-136; *defunctorum,* f. 140-180; *psalmi poenitentiales,* f. 182-208; *psalmi graduales,* f. 210-226. Praeit *calendarium,* f. 1-12.

Pictor certe peritissimus imagunculas quas demireris obtulit in libello pulcherrimas, ac litteras initiales cum historiolis insertis; folio autem decimoquinto scutum familiae Baduariae ex Venetiis, cui forsan opus dicatum.

Cod. 56 membr., saec. XV, a. 73, l. 52 [L. I, LXXXVII]. MI.

Fragmenta *officiorum b. Mariae virginis, defunctorum, Crucis,* cum *psalmis poenitentialibus,* simul adsuta, cum praeeunte calendario.

Codicillum folior. 254 ornant picturae litterarum initialium.

Cod. 57 chart., saec. XV, a. 186, l. 143 [L. III, CXXXVI]. Z.

Officia **a.** *sanctorum Hieronymi doctoris,* cum eius vita, ac *Augustini episc.* cum eius vita, f. 1-56; **b.** *Praesentationis et Conceptionis b. Mariae virginis,* f. 57-72; **c.** *Inventionis et Exaltationis sanctae Crucis,* f. 72-82; **d.** ss. Hermacorae et Fortunati, f. 82-90; **e.** *beatissimae Paulae,* f. 90-96.

Cod. 58 membr., saec. XVI, a. 157, l. 102 [L. II, XCIII]. N.

Officia in translatione corporis sancti Marci, in festo eiusdem, ac in apparitione corporis eiusdem, in usum ecclesiae d. Marci Venetiarum. Prologum festi *apparitionis,* f. 65-69, excipiunt acta atque miracula apparitionis, f. 69-104.

Codici eleganti cum rubricis, folior. 120, addidit titulum sub impressionis forma Iacobus Morelli biblioth. d. Marci custos, anno 1782.

Cod. 59 membr., saec. XV, a. 225, l. 167 [L. III, CLIV]. Ma.

1. *Libellus de divinis scripturis collectus, ad eorum praesertim utilitatem qui contemplantis vitae sunt amatores.* Libri quatuor, f. 1-21, quos supposititiis d. Augustini scriptis tribuc. 2. *Liber supputationum s. Augustini,* eiusque *orationes* seu *preces,* f. 21-31, omnia conlata ex scriptis supposititiis eiusdem Augustini. 3. *Officia quatuor ss. Trinitatis, Crucifixi, sancti Spiritus, ac s. Michaelis.* Desunt Mone (1) hymni s. Trinitatis **a.** *Summe*

(1) *Lateinische Hymnen,* vol. III, 8°.

Deus potentiae — Rerum creator omnium ; **b.** *Aeternae lucis claritas — Tribus nos ornans viribus;* **c.** *Ostensa monstrat visio — Quod almi nexus puritas ;* item Spiritus sancti : *Te nunc Deus piissime — Vultu precamur cernuo ;* ac bini s. Michaelis : *Michael eximiae caelestis dux curiae,* ac *Angelicae militiae nos hodie laudemus.*

Codicem folior. 39 dono dederat congregationi Canonicorum s. Ioannis in Viridario Patavii, anno 1455,Baptista de Lignamine episc. concordiensis, qui librum inscripsit : *Psalterium sanctae Mariae cum aliquibus orationibus gloriosissimi Augustini.*

Cod. 60 membr., saec. XVI, a. 203, l. 138 [L. III, CCXXIV].

Liber precum pro diversis, a quodam pio catholico pro ingenio lectarum, latine et itale vel Iesu Christo vel Mariae. Habentur autem orationes sanctorum Gregorii, Augustini, Hieronymi, Ambrosii, Bernardi, Anselmi, Bedae, Thomae, Pii papae; rhythmi varii, ut **a.** de sudario : *O iubar nostrae specimen salutis — Omnibus qui te venerando credunt;* **b.** *Iuste iudex Iesu Christe, rex regum et domine;* **c.** *Mater digna Dei, veniae via luxque diei;* **d.** salutatio Iesu Christi : *Ave Iesu Christe, verbum patris, filius virginis, agnus Dei;* **e.** salutatio eius vulnerum : *Ave dextera manus Christi — Perforata plaga tristi;* **f.** oratio Petri de Lùxemburgo cardinalis : *Deus pater qui creasti — Mundum et illuminasti;* **g.** *Ave Maria, vergine gloriosa — Più che ogni altra donna siete beata;* **h.** *Languentibus in purgatorio — qui purgantur ardore nimio.*

Codicem folior. 63, Bassani sibi coemerat Ioseph Linaroli die 30 augusti, a. 1792.

Cod. 61 membr. saec. XV, a. 192, l. 140 [L. III, XXXII]. Z.

Hymni et preces ad usum monialium s. Servuli Venetiarum, ordine s. Benedicti. Desunt Mone (1) hymni Crucis : *O Crux*

(1) *Lateinische Hymnen,* vol III, 8.°

ave sanctissima — Spes nostra nobilissima; s. Hieronymi: *Exultet caelum laudibus — Et omnis terra iubilet;* Trinitatis: *Ave divina Trinitas — Pater, Verbum et Spiritus:* in ceteris plura sunt quae Mone emendent.

Codicem primo folio inscriptum *sancti Servuli Sagrestia,* ornant picturae auratae operis minutissimi.

Cod. 62 chart., saec. XV, a. 188, l. 66 [L. III, CXL]. Z.

Tractatus super Ave Maria, fratris Augustini [Triumphi] *de Ancona, ordinis fratrum haeremitarum sancti Augustini.* Incip: « Quatuor mihi timorem ac tremorem faciunt loquenti de » virgine Maria . . . » Capita octodecim quibus locutiones virginis et angeli exponuntur. Fol 67 legitur: *explicit tractatus super Ave Maria, fratris Augustini* ec. completus in *sancta Maria de Nazareth* [in insula s. Clementis] *Venetiarum diocesis.* Foliis 67-69 inest tabula titulorum.

Cod. 63 membr., saec. XI, a. 200, l. 135 [L. III, CXIV]. Me.

1. Amalarii Lugdunensis. *De officiis ecclesiasticis libri quatuor,* ad Ludovicum Pium imperatorem, f. 1-293. Editum opus in *Bibliotheca lugdunensi,* 1677, t. XIV, p. 934-1032. 2. *Ordo librorum catholicorum, quo in ecclesia romana ponuntur lectiones.* Inc: « In primis in septuagesima pascae ponunt eptaticum usque » in quintadecimam diem ante pascae . . . », f. 294-296. 3. *Ordo processionis ad ecclesias sive ad missiones.* Incip: « Primo omnium » observandum est septem esse regiones ecclesiastici ordinis urbis » Romae...» Agitur de pompis ad septem Romae basilicas, f. 296-304. 4. *Ordo vel denuntiatio ad electos, quod tercia ebdomada in quadragesima, secunda feria iniciatur.* Incip: « Scrutinii diem, » dilectissimi fratres, quo electi nostri divinitus instruantur in munere . . . », f. 305. Opella sub fine mutila.

Ternum opusculum Amalario eidem, chorepiscopo metensi [a. 816] tribuendum censeo, etsi ex editis eius scriptis nihil constet, nec Florus in *opusculo adversus Amalarium* [si Amalarius a

Floro memoratus idem est ac noster] (1), memoriam indiderit. Vide Fabricium in *Biblioth. mediae et inf. latinit.*

Cod. 64 membr., saec. XV, a. 325, l. 230 [L. III, XXIV]. Ma.

Guillelmi Durandi. *Rationale divinorum officiorum* libri octo, anno 1286 ad finem perducti, quod ex capit. nono libri extremi habes: « Verbi gratia hoc anno computamus annos Domini 1286, » quorum 1273 sunt recte per 19 divisi . . . » Auctor, ex ordine Praedicatorum, episcopus mimatensis. Opus pluries publici iuris factum, post editionem moguntinam *principem* anni 1459.

Codex egregius folior. 200, cum literis initialibus eleganter pictis, caret folio sub initio.

Codd. 65-66 chart., saec. XV, a. 293, l. 212 [Z. L. CLVII]. B.

Eiusdem. *Rationale divinorum officiorum.*

Codices duo, duplici columna, habent folia 241, 219.

Cod. 67 membr., saec. XV, a. 322, l. 216 [L. III, XXII]. Ma.

Eiusdem. *Rationale divinorum officiorum.*

Codex foliorum 218 duplici columna eleganter exaratus, cum rubricis, litteris initialibus pictis, et indice praeeunte, sub fine inscriptus est: « Explicit rationale divinorum officiorum ad » laudem Iesu Christi Domini nostri, amen, currente anno Do» mini millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono, indi» ctione septima, die vero vigesimanona mensis augusti, in Por» tunaonis »

Cod. 68 chart., saec. XV, a. 293, l. 211 [L. III, XXIII]. Ma.

Eiusdem. *Rationale divinorum officiorum.*

Codex sine litteris initialibus habet folia 410.

(1) Martene. *Veterum scriptorr. et monumentt. collectio*, t. IX, 641-668.

Cod. 69 chart., saec. XIV, a. 290, l. 210 [L. III, XIV]. B.

1. *Caeremonialia domini papae*, f. 14-87. Sine loco et anno. Praeit tabula capitulorum, f. 4-6. Fol. 34-36 exstat capitulum: *Caeremoniae et solemnitates solitae servari in creatione novorum cardinalium*, editum mutilum a Baronio (1) ex codice Vaticano 4737, p. 34, quod capitulum anno 1338 tribuit, ex memoria apposita cardinalium Ebredunensis et Montis Olivi eo anno renunciatorum. Hoc idem capitulum est XLVII ordinis romani a Iacobo Caietano cardinali conscripti: multa vero ex *ordine* illo, auctoris nomine diserte expresso, aliisque una cum eodem a Mabillonio editis [Mus. ital., tom. II] ad litteram exscripta sunt: multa quoque prout sunt in caeremoniarum libris tribus ab Augustino Patricio compositis, a Christophoro Marcello evulgatis, et a Iosepho Catalano commentario illustratis; qui Catalanus quidem hoc idem caeremoniale veluti opus manuscriptum Brunonis Ioannis de Daventria traiectensis offert tom. I, p. 363, et tom. II, p. 117, 383 ac alibi.

Ex locis historicis, ex bulla excommunicationis (2) in haereticos eisque faventes, falsarios bullarum papalium, piratas impedientes victualia ad usum ecclesiae romanae; in huius iurisdictiones et redditus denegantes, collectores qui pecunias camerae apostolicae furantur ec. [f. 2]; ex loco [f. 8]: « Martinus papa V intendit » in die Iovis futuro proxime instante conficere et consecrare » sacrum chrisma et sacros *Agnus Dei* », coniicio codicem foliorum 161 exscriptum tempore huius pontificis [1417-1431]; pro eo autem [Odone de Columna] exaratum a columna lineari pictura hac illac exhibita, cum superposita corona regia, addito lemmate: *Columna es immobilis*. Ceteroquin et memoriae Benedicti XIII antipapae passim frequenter occurrunt, ut f. 30: « Notandum quod dominus Petrus diaconus cardinalis, nunc papa...»; f. 28: « Nota quod anno Domini 1408 in vigilia corporis Christi » dominus Benedictus XIII exivit ad magnam capellam in Per-

(1) *Annales* a. 1338, p. 153-156.
(2) Baronius. *Annales* 1421, III.

» piniano, cum pluviali et mitra pretiosa . . . . . »; f. 83 exstat *Modus tenendus tempore d. Benedicti in ingressu regis Navariae, quando venerit Perpinianum ;* item, f. 84 exstat: *Modus tentus in adventu d. Ferdinandi regis Aragonum ad Dertusiam, ubi d. Benedictus papa cum sua curia residebat ; et hoc factum est prima vice dum venit ad Papam,* nimirum pro investitura regni Siciliae accipienda, qua de re sequitur Innocentii papae III bulla eadem quae apud Raynaldum ad annum 1204, n. LXX et alibi est. Unde liquet, ex Benedicti XIII quoque caeremoniali, pro Martino V exscriptum codicem.

2. *Thesaurus pontificum,* seu de doctrina collationis sacrorum, in quinque partes, f. 88-113. Incip: « Quemadmodum Con» stantinus episcopus Cypri dixit in concilio meldensi . . . » Est commentarius in *caeremoniale episcoporum,* seu *pontificale romanum,* ex *Rationali divinorum officiorum* magna parte sumptum, ac nonnullis etiam de caeremoniali papae insertis. Auctor videtur fuisse discipulus cujusdam *Ioannis Andreae,* quem citat passim: *ut notat dominus meus.*

3. *De benedictionibus ; ecclesiasticis locis ; ornamentis et consecrationibus ; de sacris venatoriis,* f. 114-127.

4. *Officia principalia domus reverendissimorum cardinalium,* f. 128-133. Edidit Gatticus in *Actis selectis caeremonialibus.* Romae, 1753.

5. Ioannis Thomacelli, militis germani Bonifacii papae VIII, rectoris statuum quorundam ecclesiae romanae ec., mandatum civitatibus et castris et episcopis nonnullis de taxis impositis persolvendis. Datum Viterbii, 10 iunii, 1402.

Cod. 70 membr., saec. XV, a. 258, l. 170 [L. III, CL]. Yc.

Pontificale romanum.

Codex principio et sub fine mutilus, folior. 148, litteris maioribus cum rubricis exscriptus, corruptae prorsus lectionis.

Cod. 71 membr., saec. XV, a. 260, l. 190 [L. III, LXV]. X.

Pontificale romanum, turbato capitulorum ordine, si conferas cum typis impressis.

Codex foliorum 80 cum rubricis litteris initialibus ornatis et picturis splendidioribus folio primo oblatis, situs udore male actus.

Cod. 72 membr., saec. XV, a. 196, l. 135 [L. III, XV]. Ye.

1. *Caeremoniale episcoporum pro collatione sacrorum ordinum*, f. 1-28. 2. Dubia tria proposita circa materiam sacramenti ordinis, f. 31-55. 3. Dubia quatuor proposita circa materiam ordinum, fol. 60-78. 4. *De clerico excommunicato*, in quatuor partes, fol. 78-94.

Codex foliorum 95, membranae tenuissimae, belle exscriptus.

Cod. 73 chart., saec. XVI, a. 293, l. 220 [L. II, CXIV]. D.

Paridis Crassi, *de caeremoniis cardinalium et episcoporum in eorum dioecesibus libri duo.* Auctor canonicus bononiensis, apostolicarum caeremoniarum magister, serius episcopus pisaurensis, dicat opus Roma [1503-1510] Ioanni Stephano Ferreri, cardinali episcopo, seu perpetuo ecclesiae bononiensis administratori. Libri alterius exstant tantum capitulum primum usque ad verba : « hinc inde super altari extra corporalia et prius expurgata » voce » capituli quarti, ac trigesimum primum et secundum. Opus integrum Venetiis editum anno 1582 per Petrum Dusinellum, nuncupavit Franciscus Mucantius iurisconsultus romanus, cardinali augustano Othoni Truchses.

Codex folia habet 59.

Cod. 74 membr., saec. XIV, a. 273, l. 204 [Z. L. CLVI].

Ordo ritualis ad benedicendam ecclesiam. Insunt quoque : a. Missa in dedicatione ecclesiae, f. 52-69, et in anniversario,

91 ; **b.** Benedictio lapidis itinerarii, f. 69-70 ; **c.** Consecratio et benedictio lapidis, f. 70-75 ; **d.** Benedictio Crucis novae, f. 75-81 ; **e.** Reconciliatio violatae ecclesiae, f. 82-91. Foliis primo et extremo serior manus inscripsit *ritum administrandi sacramentum confirmationis.*

Codex elegans arundine exscriptus, cum rubricis.

Cod. 75 membr., saec. XIV, a. 296, l. 219, [L. III, XX]. Ma.

Guidonis de Monte Rotherii, *Manipulus curatorum.* Partes tres, nempe de sacramentis, de sponsaliis, de confessione. De auctore et opere pluries edito disserit Fabricius in *Bibliotheca latina,* III, p. 133. Sub fine legitur : « Tu bene scis Christe quod » verax est liber iste. *Hic liber manipulus curatorum appellatus,* » *est Petri Bleda commorantis pro tunc Barchinone,* et fuit scri- » ptus prima die februarii, anno Domini 1375.

Codicem, folior. 101, duplici columna, cum litteris initialibus rubris, dono dedit anno 1455 s. Ioanni de Viridario Patav. Baptista de Lignamine, episcopus concordiensis.

Cod. 76 membr., saec. XVI, a. 175, l. 121 [L. II, CVIII]. Mi.

Rituale cum notis musicis, pro processionibus in diebus Purificationis b. Mariae virginis, dominica Palmarum et commemorationis omnium defunctorum peragendis.

Codex folior. 18.

Cod. 77 chart., saec. XVI, a. 301, l. 210 [L. III, CLXXII].

Caeremoniale rituum sacrorum ecclesiae s. Marci Venetiarum, partim latine, partim itale, ex pluribus libris accurate compilatum opera Bartholomaei Bonifacii caeremoniarum magistri (1).

(1) « Il terzo maestro delle cerimonie si chiamava Bartolomeo Boni- » facio, che visse sino all' anno 1564. Questi fu quello che compose e » scrisse di suo proprio pugno, con molta sua lode, il libro del *Cerimoniale,* che contiene tutte le cerimonie che usar si sogliono in questa » chiesa. » Stringa. *Venezia descritta,* 1604, c. 82.

His accedunt quae aevo sequiori ad saeculum usque decimum octavum addiderunt caeremoniarum item magistri Georgius Minaccia, Bartholomaeus Duramanus, Nicolaus Faustus, Ioannes Stringa [cuius autographum, fol. 111], Pasqualinus Daniel, Iulius Caesar Vergaro, Ioannes Valier.

Plura in codice folior. 189 exstant quae obiter historiam domesticam egregie illustrant ita ut rite scripserit eruditus Brown: « The books of ceremonies of the Ducal Palace and of St. » Mark 's Church, which, under a restricted title, contain much » that is matter for history, and by recording the honours paid » to persons of distinction, ofter give information respecting » them, to be found nowhere else (1). »

Cod. 78 membr., saec. XV, a. 296, l. 217 [L. III, LXXIV]. X.

Rituale ad usum monialium s. Zachariae Venetiarum, cum notis musicis, sic distributum: **a.** de confirmatione et benedictione regulari abbatissae, f. 1-8; **b.** de benedictione et confirmatione virginum, f. 8-28. Sub fine legitur: « Istud opus factum fuit » in 1437, mensis die 25 maii, et in eodem M. die 26 dicti mensis consecrata fuit domina Ellena Foscari, abbatissa monasterii » s. Zachariae, cum quindecim virginibus. » **c.** Additiones rubricarum serius factae, f. 29-40. Folio 34 legitur: « Completum » fuit opus istud anno a nativitate Domini 1505, die 12 mensis » aprilis, tempore reverendae dominae dominae Benedictae ho- » noratae abbatissae monasterii s. Zachariae Venetiis ec., nec » non et venerabilis dominae Brigidae Vallaresso priorissae dicti » monasterii benemeritae. »

Cod. 79 membr., saec. XV, a. 225, l. 160 [L. III, LXXII]. X.

Rituale ad usum monialium ex ordine s. Benedicti, in monasterio sancti Servuli de Venetiis, cum rubricis et imagine auropicta a principio, offerenti professionis formam in ecclesia s.

(1) *Calendar of State Papers and Manuscripts relating to english affairs* ec. London. 1864, p. XLVIII.

Servuli. Opus tripartitum agit **a.** de benedictione vestium, f. 2-6 ; **b.** de monaca profitenda, f. 6-11 ; **c.** de benedictione et consecratione virginum, f. 12-27.

Cod. 80, membr., saec. XV, a. 230, l. 172 [L. III, LXXIII]. X.

Rituale in usum earundem, continet **a.** ordinem ad communicandam infirmam, f. 2-3 ; **b.** ordinem ad ungendam infirmam, f. 3-7 ; **c.** ordinem commendationis animae, f. 7-42 ; **d.** ritus exsequiales sororis defunctae, f. 13-22; **e.** benedictiones ovorum, casei, panis, vini, carnis, uvae vel pomorum in die s. Blasii, f. 22-23 ; **f.** sequentiam : *Dies irae, dies illa,* f. 23-24; **g.** *formam absolutionis indulgentiae plenariae formatam in concistorio papae,* f. 25.

Cod. 81, membr., saec. XV, a. 128, l. 90 [L. II, LXXXVIII]. N.

Rogationum liber sive letaniarum, ad usum ecclesiae mediolanensis. Habentur antiphonae, orationes, litaniae, epistolae et evangelia recitanda in stationibus sanctorum Simpliciani, Carpophori, Protasii, Victoris ad ulmum, Victoris ad corpus, Martini, Vincentii, Ambrosii, Vitalis, Valerii, Naboris, Victoris et quadraginta martyrum, Fidelis, Dionisii, Babilae, Stephani in Brolio, Calimeri, Agatae, Alexandri, Ioannis ad concam, Euphemiae, Celsi, Nazarii in campo, Laurentii, Genesii, Viti, Quirini, Georgii, Sebastiani, Mariae Beltradis, Teglae, et usque ad flumen ac portus civitatis.

Codex folior. 228 inscriptus est sub initio : *est presbyteri Andreae Gazolae.*

Cod. 82 chart., saec. XVIII, a. 198, l. 141 [L. II, CIX]. MI.

*Rationale caeremoniarum missae ambrosianae, ac explicatio eiusdem, cum aliquibus additionibus a pluribus auctoribus approbatis expositis ; ad inflammandum corda audientium ac lectorum huiuscemodi ritus, ad venerationem sanctissimi antistitis Ambrosii, ecclesiae doctoris et huius ritus institutoris, nec non et bea-

tissimi Caroli, qui pastorali zelo eum illibatum servavit ac defendit. Inc: « Ritus sanctae mediolanensis ecclesiae ab ecclesia graeca veteri fuisse desumptos testatur sanctus Carolus in actibus » ecclesiae suae . . . » Tractatum exaravit suaque manu descripsit paginis 239 pater Carolus Lazzaronus mediolanensis.

Cod. 83 membr., saec. XV, a. 173, l. 126 [L. III, CXXXVIII]. 2

1. *Caeremoniale domus Cartusiae prope Papiam,* octo capitulis digestum, f. 1-59.

2. *Liber de informatione novitiorum,* capitulis triginta tribus, f. 60-73.

3. *Liber de vita honesta monachorum et aliorum servorum Dei,* f. 73-79.

Sub fine legitur: *Libellus iste Cartusiensium dicitur esse.*
Prope Papiam de gratia sanctae Mariae.

Codex nitidissimus cum titulis capitulorum, litteris initialibus, pericoparum initiis rubro atramento ductis. Tegumentis primoribus desunt ornamenta ex argento, non vero antiqua schedula inscripta *Cerimonie ordinis cartu.*

Codd. 84-85 membr., saec. XV, a. 560, l. 393 [L. III, XVIII].

Graduale totius anni de tempore et de Sanctis, secundum ordinem Cartusiensem. Volumine primo exstant gradualia a prima dominica Adventus ad sabbatum sanctum; altero a dominica resurrectionis ad vigesimamquartam post Pentecostem, f. 1-132; nec non gradualia de sanctis Antonio ab., Fabiano et Sebastiano, Agnete, Vincentio mart., Agata, Georgio et Marco, Philippo et Iacobo, Ioanne Baptista, Petro et Paulo, Maria Magdalena, Iacobo apost., Laurentio, Bartholomaeo, Augustino, Mauritio et sociis, Michaele, Martino; ac de Exaltatione s. Crucis, Dedicatione ecclesiae, Purificatione, Annuntiatione et Assumptione b. Mariae virg., f. 133-203.

Codices duo quorum quisque constat foliis 204, cum ornamentis et figuris pictis magnitudinis eximiae, deputabantur usui monacorum Cartusiensium in monasterio s. Andreae de litore Ve-

netiarum. Quod ceterum pro chori usu libri hi essent, notis musicis a capite ad calcem instructi sunt.

Cod. 86 chart., saec. XVII, a. 171, l. 107 [L. II, CXVII].

Antiphonarium secundum usum et iuxta ritum sacri ordinis Cartusiani Montelli [in dioecesi tarvisina], anno 1606, in duas partes divisum, quarum prima *Commune Sanctorum etiam paschale* continet, altera *Feriale utriusque temporis.*

Codicem elegantem cum notis musicis, foliorum 124, ornant rubricae et litterae initiales affabre pictae.

Cod. 87 membr., saec. XV, a. 200, l. 134 [L. II, XCV]. N.

1. *Forma suscipiendi, exuendi et induendi novicios Cartusiensis ordinis in Montello,* f. 1-36. Ex notatis, fol. 13, 36, liquet hanc codicis partem anno 1422 exaratam.

2. *Excomunicatione la quale si debe fare la domenega delle palme, posta in vulgare acio che ogni persona possa intendere,* f. 37-39. Auctor dialecto veneta disserit de excommunicatione tum maiori tum minori quam subit monachus aliquid ex se possidens. Quaedam de eadem materia insunt foliis **a-b** in principio.

3. S. Bernardi abbatis. *De consideratione libri quinque,* ad Eugenium papam tertium, absque ulla capitulorum divisione, f. 41-79.

I.

INDEX PERSONARUM (*).

(*) *Ne sit qui indices, qua nimis productos, improbet : in rebus enim historicis [bibliothecae commentarium appello] nulla est quae redundet cura. Brevitatis desiderio indulgeant porro lectores, dum quaedam plus aequo contraxi, ut cum nomine* Marciae *bibliothecam s. Marci Venetiarum significari.* Marciae excussae, *eius usum factum*, edita ex Marcia *quae ab huius codd. mss. in luce prolata sunt*

II.

INDEX RERUM.

III.

INDEX LOCORUM.

BIBLIOTHECA MANUSCRIPTA

AD

S. MARCI VENETIARUM

DIGESSIT ET COMMENTARIUM ADDIDIT

JOSEPH VALENTINELLI PRAEFECTUS

CODICES MSS. LATINI

TOM. II.

VENETIIS

EX TYPOGRAPHIA COMMERCII

MDCCCLXIX.

CLASSIS III.

PATRES ET SCRIPTORES ECCLESIASTICI

Cod. I chart., saec. XVIII, a. 373, l. 260 [L. II, LXXII]. Mt.

Opus *recognitionum,* libris decem, divo Clementi tributum, cum codice ms. veronensi [nota numer. 28] septimo circiter saeculo exscripto collatum. Id mittit epistola inserta Ioseph Bianchini ex presbyteris Oratorii Veronae, Andreae Galland eiusdem congregationis Venet., in usum *Bibliothecae Patrum,* eodem Galland curante. Venetiis, 1766, tom. XIV, f.

Caeterum de opere fuse disserit Fabricius in *Biblioth. graeca,* tom. V, p. 35-37; de codice, foliorum 31, Maffeius in *Opusc. eccles.,* p. 87, col. 2.

Cod. 2 membr., saec. XV, a. 336, l. 224 [Z. L. XXXVIII]. B.

1. Origenis *periarcon* libri quatuor, a Rufino presbytero latine versi, f. 1-101, iam editi.

2. *Pamphili martyris beatissimi apologeticus in defensionem Origenis, a Rufino presbytero e graeco in latinum versus,* f. 202-207, praeeuntibus prooemio Rufini et testimonio hieronymiano de Pamphilo. Editum lege in *Origenis opp.* Paris., 1759, tom. IV, p. 17-48.

3. *Additio Rufini,* f. 127-131, quae tractatiuncula venit in editione [ibi, p. 48-55] nomine *liber de adulteratione librorum Origenis.*

4. *Enee viri cl. dialogus qui Theophrastus inscribitur, incipit. Collocutores Egiptus alexandrinus, Euxitheus syrus, Theophrastus atheniensis,* f. 132-152. Aenes sophista sive rhetor gazaeus, platonicus christianus, sub fine saeculi quinti scripsit *Theophrastum de immortalitate animarum et corporis resurrectione* in

nostro codice latine versum ab Ambrosio Camaldulensi qui Andreolo Iustiniano nuncupavit. Versio haec edita est Basileae, anno 1516.

Codex splendidus, cum litteris initialibus auropictis et insigniis Bessarionis folio primo ornatissimis.

Cod. 3 chart., saec. XV, a. 332, l. 230 [L. II, XXIII]. Mk.

1. S. Caecilii Cypriani libri et tractatus, scilicet: *De habitu virginum. — De lapsis. — De ecclesiae catholicae unitate. — De dominica oratione. — De mortalitate. — De opere et eleemosynis. — De bono patientiae. — De zelo et livore. — Ad Demetrianum. — De idolorum vanitate. — Exhortatio ad Donatum,* quae in editionibus epistola prima est. — *De sacramento Christi.* In editionibus: *Testimoniorum ad Iudaeos* libri tres, quorum extremus finit ut in codice gratiapolitano et nostris [cod. 4-5, pag. 3] *quia mitis sum et humilis corde,* non sic in editis. — *De exhortatione martyrii ad Fortunatum,* f. 1-120.

2. —— *epistolae,* aliis aliorum ad Cyprianum et de eo insertis, numero una et septuaginta, iam editae, f. 120, 212, 215-231, 247-250.

3. *Tractatus adversus Iudaeos, qui insecuti sunt Dominum Iesum Chrystum,* incerto autore, f. 212-215, editus a Baluzio aliisque post eum. Ut opella haec ita et quae sequuntur num. 4-5 supposititiae sunt.

4. *Adversus aleatores, premittens de preeminentia pastorum et sollicitudine que inesse debet eis ad ceterorum salutem liber,* f. 231-234. Idem ac in editis *Tractatus de aleatoribus.*

5. *Sacratissimus ipsius Cypriani liber de duobus montibus, scilicet Sina terrestri et Sion caelesti in quo notandissima plurima interseruntur,* f. 234-239, in editis venit nomine: *Tractatus adversus Iudaeos de montibus Sina et Sion.*

6. *Brevis descriptio vite beatissimi et doctissimi Cypriani episcopi et martyris,* f. 239-246. Sub nomine *Vita et passio s. Cecilii* ec. *per Pontium eius diaconum scripta,* edita est in *Acta Martyrum sincera,* p. 205, et in Cypr. editionibus. Sub fine, adduntur turbate, sine titulo, *Acta proconsularia* quoque edita.

E regione tituli inscriptum epigramma:

« Hic tibi cuncta liber Cypriani dogmata promit
» Quo Kartago tulit preside iura Dei,
» Quo magis et possit sotios ad prelia Christi
» Hortari, calamum sanguine sparsit amor ».

quod exscripsit anonymus eodem saeculo decimoquinto, ex hoc volumine, ut testatur, in epigrammatum collectione [L. XII, CCX, f. 88].

Codicis, valde tereti membrana, elegantius quam emendate scripti, ornat frontem pictura aurata cum figura d. Cypriani in littera initiali, puerulis, avibus, ac Contarenae gentis insignibus inter litteras F. C. primo folio.

Cod. 4 membr., saec. XV, a. 358, l. 248 [Z. L. XLI]. B.

1. Eiusdem libri et tractatus fere omnes, f. 1-94, 98-132, 152-154: non item *Concilium chartaginense*. Tertius liber *testimoniorum ad Quirinum* mutilus est ut in codicibus gratianopolitano et nostris [codd. 3, pag. 2; 5, pag. 3].

2. —— *epistolae vigintinovem* omnes editae, quarum quae presbyteris et diaconis: *Quanquam sciam* potiori ex parte mutila, f. 94-98, 132-152, 154-160.

3. Foliis 160-164 habentur s. Leonis papae epistola ad Florianum: *Lectis dilectionis*, vigesimaoctava inter editas, et ad Iulianum, quae trigesimaquinta: *Licet per nostros* (1).

Cod. 5 membr., saec. XV, a. 285, l. 194 [Z. L. XXXIX]. B.

1. S. Cypriani libri et tractatus, f. 1-20, 27-83.

Dimidio tractatui *de lapsis* adiecti sunt in margine versus:

« Cum semel intravit viciorum mater in aula
» Pestis avaritie que sola incarcerat omnes,
» Virtutum species spreto moderamine iuris
» Curritur in facinus, nec leges curia curat ».

(1) S. Leonis *opp.* edd. Balleriniis. Venet., 1753, I. 801. 875.

Tractatum *de oratione dominica* d. Augustino perperam tribuit ac inter eius ineditos publici iuris fecit ricardianae bibl. praefectus (1).

2. Eiusdem *epistolae septuaginta quatuor,* quarum quae incipit: *Rex Antiochus* Moysi et Maximo, est in editis continuatio tractatus exhortationis ad martyrium, ad Fortunatum, f. 20-27, 83-184.

3. *Adversus Iudeos qui insecuti sunt Dominum Iesum Christum,* f. 184-187.

De aleatore ac *de montibus Sina et Sion,* tractatus bini, f. 187-194, alter auctore incerto editus.

Codex hic ut et qui proxime sequitur ab eadem manu, non sine mendis, belle exscriptus est.

Cod. 6 chart., saec. XV, a. 290, l. 210 [L. II, XXIV]. Mk.

1. S. Cypriani libri et tractatus, scilicet: *Exhortatio ad Donatum. — Ad Demetrianum. — De bono patientiae. — De zelo et livore. — De mortalitate. — De habitu virginum. — De opere et eleemosynis. — De unitate ecclesiae. — De lapsis. — De idolorum vanitate. — De oratione dominica,* f. 1-49, 54-57, 81-90; titulorum nominibus aliquantisper mutatis.

2. — — *epistolae* ut et earum fragmenta, numero quindecim, f. 49-54, 57-67, 71-74.

3. *Interpretatio duorum montium, Sion videlicet et Sina,* f. 67-71, ut in codice tertio.

4. D. Cypriani. *De spectaculis et illecebris mundi* liber, f. 74-75, editus quem ex nostris unus hic codex habet.

5. *Duodecim abusiva sunt seculi,* f. 75-80, scilicet *de duodecim abusionibus saeculi,* liber inter d. Cypriani et Augustini supposititios editus.

6. *Epistola ad quendam regem qui hortatur sequi monita Senece:* et *libellus qui intitulatur: formula honeste vite,* f. 90-93. Opella et *de quatuor virtutibus cardinalibus* nuncupata, Se-

(1) *Novae eruditorum deliciae seu veterum Ἀνεκδότων opusculorum collectanea Franciscus Fontani collegit, illustravit, edidit.* Florentiae, 1793, t. III. 8°. V. *Giornale eccles. di Roma*, 1791, num. 5, 41.

necae perperam iamdiu tributa, quam Martinus Pannonius ex dumiensi in Gallicia abbate, archiepiscopus in Lusitania braccarensis [inde *Martinus* dictus *Pannonius, Dumiensis, Braccarensis*] Mironi regi dicavit, edita est in *Maxima bibliotheca patrum Lugdun.*, vol. X, p. 382-385, sine littera dedicationis, quam seorsim publici iuris fecit Dachery (1). Utrumque cum versionibus italis Boni Iamboni, anonymis, Ioannis Dalle Celle dedit Barth. Gamba (2).

7. *Exhortatio s. Ambrosii ad idem*, f. 93-94, nempe epistola Floriano, quarta ex Ambrosianarum numero segregatis (3).

8. *Epistola b. Leonis papae* ad Flabianum episcopum, f. 94-99, edita, num. XXVIII, a Balleriniis. I, 801-830.

9. *B. Ambrosii episcopi, de fide, ad beatum Ieronimum presbiterum*, f. 99-100, inc.: « Apostolica narrat auctoritas sine fi» de impossibile esse ..... » Ex divo Hieronymo in epistola ad Paulinum (4) verosimile est litteram hanc huic ab eo datam: nullibi tamen lego.

10. *Tractatus beati Augustini episcopi, de fide christiana*, f. 101-106, seu *de fide et operibus liber unus* editus.

11. Eiusdem *de bono patientiae* liber I, f. 107-112, editus pariter.

12. D. Bernardi *epistolae centumquinquaginta*, f. 113-249, cum earum indice, f. 258-259, ordine ab editis variae. Quae magistro Hugoni de Sancto Victore data est, f. 129-136, est tractatus de baptismate (5). Epistolis huc usque editis desunt **a.** ad Ludovicum Grossum regem Francorum, f. 149: *Etsi tu oblitus tui, sed non ego*; **b.** ad Rogerium regem Siciliae, f. 133-134: *Scit Deus quantum vos, ex quo novi, dilexi*; **c.** ad abbatem qui reliquit monasterium et religionem, f. 182-185: *Dilectissimo domino et patri R. Bernardus oculo providentiae.*

Codex duplici columna, foliorum 261, in duas partes divisus

(1) *Spicilegium*. Paris, 1723, III, 312-313.
(2) Venetiis, Alvisopoli, 1829, 4.° — 1830, 8.°
(3) *S. Ambrosii opp.* Parisiis, 1690, II, append. 488-489.
(4) *S. Hieronymi opp.* Veronae, 1734, I, 268.
(5) *S. Bernardi opp.* Par's, 625-636.

est : quae ss. Cypriani, Ambrosii, Augustini et Martini Braccarensis opera continet, numerat folia CXII ; quae d. Bernardi, f. CXXXVIII.

Cod. 7 membr., 1459, a. 234, l. 148 [L. II, L].

L. Caecilii Lactantii Firmiani opera et quidem :

a. *Divinarum institutionum libri septem, adversus gentes,* f. 1-163. Oracula sybillina carmine reddita suis in locis, litteris rubris scripta saepe sunt. Sic libr. VII *institutionum,* cap. 24, sibillae cumeae oraculum :

« Insidiabunturque lupi non amplius agnis,
» Lynces cum haedis herba pascentur eadem,
» Ursi cum vitulis pariterque viris habitabunt,
» Comedet et paleas leo tunc praesepia iuxta,
» Et iuxta infantes recubabunt vineis angues ».

Sub fine : *Scriptus per presbyterum P. del Zocholo de Portunaonis, die* 10 *iulii* 1459 *completus.*

b. *Liber ad Donatum, de ira Dei,* f. 163-179.

c. *Liber* [unus] *ad Demetrianum de opificio hominis,* f. 179-194, in variis codicibus quoque appellatus *de opificio Dei, de formatione hominis.*

Sub fine legitur eadem scriptura : 1459, *die* 24 *iulii, in Portunaonis presbyter Petrus Haedus scripsit,* sed fraude manifesta, dum eraso anteriori *P. del Zocholo,* quidam charactere diverso supplevit *Petrus Haedus,* quod tamen Iustum Fontaninum decepit qui sua manu ab initio scripsit : *Lactantius exscriptus a Petro Haedo portusnaonensi in Foroiulio Venetorum a. D.* 1459, *qui Haedus multa scripsit.*

d. *Lactantii errata in libris institutionum collecta et exarata per fratrem Antonium Raudensem theologum,* f. 195-198. Antonius Rho, ideo *Raudensis* appellatus, mediolanensis, ordinis minorum, errores operibus Lactantii objectos notavit, acriter eo nomine reprehensus ab Adamo Genuensi, Francisco Philelpho, Ioanne Philippo Bergomate.

Codicem accurate ut plurimum scriptum, dono dedit Marcianae illius praeses Aloysius Mocenigo, serius dux.

Cod. 8 membr., saec. XV, a. 321, l. 234 [L. II, LIII]. Ma.

Lactantii **a.** *Institutionum divinarum,* f. 1-140, cum praeviis testimoniis, f. VI-VII; **b.** *De ira Dei,* f. 141-154; **c.** *De opificio Dei seu hominis formatione,* f. 155-167.

Ab initio codicis manus posterior inscripsit indices capitulorum terni operis, f. I-IV. Folio V inserta sunt: *Lactantii errata quibus ipse deceptus est* [in septem libris institutionum] per fratrem Antonium Laudensem [Raudensem], de quo codice praecedenti.

Cod. 9 membr., saec. XV, a. 258, l. 183 [L. II, CVII].

Eiusdem **a.** *Divinarum institutionum,* f. 2-140; **b.** *De ira Dei,* f. 140-155; **c.** *De opificio Dei vel formatione hominis,* f. 155-169. Graeca loca desunt omnia.

Codicem belle scripsit, cum praeviis testimoniis, folio primo Philippus de Mediolano (1), die 18 novembris, qui folio 169 *verso,* quaedam ex s. Augustino protulit ut lector caveat ab erroribus Lactantio a quibusdam obiectis:

« Sunt Augustini presenti margine prompta
» Cautius ut valeat doctor presens adhiberi ».

Librum amanuensis dicavit abbati s. Cipriani de Muriano his verbis:

« Praesul tu sancti, cuius liber est, Cipriani
» Suscipe gratanti corde prolata decenter.
» Divus sis abbas, quo non est dignior alter.
» Versus magistri Philippi praedicatoris:
» Scripserat ipse quidem quod nunc legis atque volumen ».

Cod. 10 membr., saec. XV, a. 340, l. 233 [Z. L. XLII]. P.

Eiusdem **a.** *Divinarum institutionum,* f. 2-134, cum praeviis indice capitulorum libri primi et testimoniis; **b.** *De opi-*

(1) De Philippo de Mediolano, v. Valentinelli. *Bibliotheca,* I. 284-286.


ficio Dei seu hominis formatione, 135-145; **c.** *De ira Dei,* f. 146-158; **d.** Poemation *Phoenix,* de quo infra, manu tardiori codici inscriptum, f. 158-159.

Codicem belle, non correcte, exscriptum ornant litterae initiales auropictae ac insignia familiae nobilioris.

Cod. 11 membr., saec. XV, a. 336, l. 228 [L. II, LIV]. Ma.

Lactantii **a.** *De ira Dei,* f. 1-18; **b.** *De opificio Dei sive de formatione hominis,* f. 18-35; **c.** *Divinarum institutionum,* f. 39-224.

Codici venuste exarato, cum litteris initialibus auropictis, numero librorum cuique folio apposito et aliquibus titulis auro exscriptis, manu recentiori addita sunt folia 37-39, 65, 90, 119, 128, 148, 200. Folio vero 36 haec inscripta sunt: ***Hic liber dono datus mihi Ioanni Vincentio Dulcio fuit a reverendo domino Hieronymo Fregonio nobili Taurisino amico singulari et qui obiit*** v ***idus aprilis*** 1513 ***aetatis suae anno*** 33.



Signum familiae Dulcis.

Io. Vin. Dulcius venetus, iur. consultus, miles deauratus, comes sancti palatii et aulae lateranensis scriptor apostolicus cubicularius, miles s. Petri de urbe et canonicus patavinus hunc librum donavit ob antiquiorem benevolentiam in canonicos reg., bibliothecae s. Io. apud Viridarium, anno salutis 1542, ***mense octobris, aetatis suae anno sexagesimo, mense septimo.***

Cod. 12 membr., saec. XV, a. 262, l. 177 [Z. L. XLIII]. B.

Eiusdem **a.** *Divinarum institutionum,* f. 1-120. Praeit Augustini et Hieronymi testimonium sub fine:

« Lausque Deo, requies defunctis, pax quòque vivis
» Et bene scriptori vivere, sitque mori ».

Serior manus addidit loca graeca, quae desunt libro sequenti; **b.** *De ira Dei,* f. 121-133; **c.** *De opificio Dei vel formatione hominis,* f. 134-145. Finit:

« Lactantii libri tris nunc feliciter isti
» Expliciunt: domino gloria lausque Deo ».

Codex egregie scriptus cum titulis rubricatis et litteris initialibus librorum auropictis. Bessarion propria manu a principio scripsit graece et latine: *Istum tulliane eloquentie quasi quendam fluvium . . . . . dono mihi dedit B. cardinali niceno rev . . . presbyter cardinalis digniss. titulo sancte Sabine* [Iulianus Cesarini] ann. 1441.

Cod. 13 membr., 1457, a. 276, l. 200 [L. II, LXXV]. Z.

Lactantii **a.** *Divinarum institutionum,* f. 1-120. Sub fine: *Ego Leonardus Sanutus q. domini Marini Venetiis, Deo adiuvante, scripsi et complevi die* 29 *iunii* 1457 *Montesilice,* cuius notae pars et in fine habetur codicis; **b.** *De ira Dei,* f. 121-132; **c.** *De opificio Dei sive formatione hominis,* f. 133-144.

Codicem, belle exscriptum cum rubricis, duabus columnis, ornant picturae et imagines virorum illustrium ac primo folio insignia Leonardi Sanudo.

Cod. 14 membr., saec. XV, a. 120, l. 86 [L. II, LI]. F.

Eiusdem **a.** *Divinarum institutionum,* libri septem, f. 4-286, quibus deest folium primum cum pictura. Praeeunt fol. 1-2 fragmenta duo d. Hieronymi in Lactantium ac index rubricarum; **b.** *De ira Dei* liber unus, f. 286-318; **c.** *De opificio hominis* [*Dei*] liber unus, f. 318-343.

Codicem, scriptura minuta, duabus columnis, contulit Iacobus Morellius cum editione gallica anni 1748, ac selectiorum lectionum dedit specimen in *Biblioteca manoscritta Farsetti.* Venezia, 1771, I, 11-12.

Cod. 15 membr., 1454, a. 370, l. 264 [Z. L. XL]. B.

Eiusdem **a.** *Divinarum institutionum,* f. 3-232, cum testimoniis praeviis fol. 2; **b.** *De ira Dei,* f. 132-255; **c.** *De opificio Dei seu hominis formacione,* f. 255-278.

Codicem exscriptum manu *Ioannis Caldarificis presbyteri almani de Monthabur sub anno* 1454, picturis et auro luculenter ornari curavit Bessarion, cuius insignia folio tertio exhibita.

Cod. 16 chart., saec. XVI, a. 167, l. 108 [L. II, XCI]. N.

Eiusdem opera, studio Michaelis Thomasii edita Antuerpiae 1570, 8.°, cum lectionibus et notis variorum manuscriptis.

Lectiones variantes ac parvae notae marginibus inscribuntur: promissiores ad textus loca diversa, quinque foliis sub fine. Has esse Petri Ciacconii [quem emendasse Lactancium ex fide Alphonsi Ciacconii tradit Nicolaus Antonius in *Bibliotheca hispana*] evincunt annotationes duae mss. ad pag. 33, quas Isaeus repetit tom. I, p. 608, Lactantii a Dufresnoy anno 1748 Parisiis editi, addens ex proprio: *Putavit Ciacconius.* Undenam Isaeus Ciacconii hauserit annotationes non prodit.

Cod. 17 chart., saec. XV, a. 312, l. 212 [L. II, LII]. F.

Eiusdem *divinarum institutionum,* f. 1-255, cum indicibus librorum, primo excepto, f. 256-266.

Codicem polite exscriptum ornant picturae sequioris generis, ac insignia familiae in cuius meditullio caput canis lingua exserta. In principio: « Iste liber Lactantii est monasterii s. » Barthol. Vicentiae, quem d. Adeodatus Vicentinus ex sui parentis emptum pecuniis largitus est ei, capituli generalis auctoritate: quare lecturis omnibus placeat pro utriusque salute preces ad Deum fundere ».

Opercula ex ligno, corio vitulino albo obducta, ornant bullae ex aurichalco cum impressis agno sacro et verbis *Ave Dei genetrix.*

Cod. 18 membr., saec. XV, a. 153, l. 108 [L. II, LXVII]. Mr.

1. Eiusdem *de opificio Dei et hominis formatione,* f. 2-47, cum titulis rubricatis.

2. Plinii iunioris *epistolae quatuor,* f. 47-51, ad Minutium Fundanum [lib. I, ep. 9], Iunium Mauricum [I, 14], Catillum Severum [I, 22], Apollinarem [II, 9].

Codicilli, antiquis operculis impressis, folium primum caractere coaevo inscriptum: *Hannibalis Bonagentii amicorumque,* alterum *Collegii ss. Iacobi et Philippi Vicetiae.*

Cod. 19 membr., saec. XV, a. 152, l. 102 [L. II, LV]. X.

1. *Versus Lactantii reperti in quodam libro* [Ioannis] *Aurispae,* f. 3-7. Poemation distichis 70, *Phoenix* appellatum falso Lactantio tribuitur, certe in nullis antiquis codicibus occurrit: editum quoque sub nomine Venantii Fortunati.

2. *Saphos mulieris poetissae ad amasium epistola traducta per Ovidium Nasonem,* f. 8-14, ex Heroidarum epistolis.

3. *M. Valerii Messalae Corvini ad Octavianum Caesarem Augustum, de progenie sua et regiminibus inclitae urbis Romae breve compendium,* f. 15-34. Opus Messalae nomine pluries impressum sed, communi eruditorum sententia, plane suppositititum et sequioris latinitatis tempore conscriptum.

Codicem scripsit Bernardus Bembus Petri cardinalis pater, et ipse litteris clarus, Patavii annis 1450-1451, addens sub fine: *Hae sunt primiciae meae quas voveo castae Palladi.* Sane folio extremo *verso* notavit: « Noto quod 15 die octobris 1455 die » sabbati ego Bernardus Bembus temptativum ingressus sum » Patavii sub artistarum collegio et ecclesia divi Urbani ec. Pro» motores hi fuere: Gaetanus Thyenensis artium interpres, Ste» phanus de Doctoribus, Sigismundus de Polcastris, Matthaeolus » Pansinus, Gerardus Veronensis, Bartholomaeus de Sancta So» phia. Nota quod die decima novembris anno Domini Iesu Chri» sti 1455, rectore artistarum existente M. Gaspare de Sicilia et » iuristarum d. Ioanne Bislinger. ego Ber. Bembus de Venetiis

» conventum meum in artibus feci, cum doctoratus infulam repor- » tarem ». Lauream in utroque iure, pro illius aetatis more, Bembus Patavii accepit anno 1455, promotoribus Angelo de Castro, Ioanne de Ponto, Antonio Ro[illegible]lo, Bartholomaeo Caepolla, Federico Capitelistae, Ioanne Iaco[illegible] Cane: quod ex episcopatus patavini tabulis liquet. Addenda haec iis quae Mazuchellius de Bembo scripsit: itidemque addere est, eius gratulationem an. 1462 pro scholaribus patavinis iuris utriusque, habitam ad Christophorum Maurum *de principatu Venetiarum adepto*, in bibliotheca nostra [L. XI, 130, 141] servari ut et eiusdem laudationem in funere Bertoldi marchionis Estensis, exercitus Venetorum imperatoris, anno proximo habitam [L. XI, 139].

Cod. 20 membr., saec. XV, a. 283. l. 191 [L. II, XXX]. Ma.

Eusebii Pamphili, *praeparationis evangelicae libri quatuordecim, Georgio Trapezuntio interprete.* Praeest littera interpretis nuncupatoria Nicolao papae quinto. Non abs re erit hic adnotare versionem hanc pluries editam, non immerito a plerisque vituperatam, quod Trapezuntius multa ex textu detraxerit, saepe integra capita, totum librum extremum.

Codicem foliorum 243, *absolutum ad petitionem eximii artium et medicine, d. p. d. magistri Ioannis Marchanove, Bononiae, anno* 1460, cum titulo auropicto et insigniis Marchanovae (?), dono idem dedit monasterio s. Ioannis de Viridario Patavii, anno 1467.

Cod. 21 membr., saec. XIV, a. 314, l. 225 [Z. L. XLVI]. P.

1. S. Basilii Magni *hexameron,* Eustathio seu Eustachio Afro interprete, *Sincleticae germanae, diaconissae.* Libri octo, f. 1-25. Versio cum epistola dedicationis prodiit, Nicolao Fabro curante, Parisiis, in *Bibliotheca patrum,* 1654, tom. I, ac in latinis s. Basilii editionibus novissimis.

2. Sancti Gregorii episcopi, *ad fratrem suum Petrum presbyterum, de imagine, idest de hominis condicione* [quandoque *opificio*], *quae a fratre eorum sancto Basilio episcopo in exameron*

est omissa [quam Dionysius Exiguus latine vertit et Egipio presbytero nuncupavit], f. 25-46, capitula triginta. Versio pluries edita, omissis tamen praefatione Nysseni et Dionysii epistola dedicatoria: utramque vulgavit primum Ioannes Mabillonius in limine tomi II *analectorum,* Parisiis, 1877, 8.° Desunt folia passim: vigesimumsextum finit indice non absoluto capitulorum: vigesimumseptimum incipit fragmento capituli quinti, ad verba: « adest puritas, impassibilitas, beatitudo, malique totius aversio ». Folium quadragesimum septimum finit capitulo extremo ad verba: « Id autem iuxta utramque partem congruenter reducetur » et incrementa rei . . . »

3. Nemesii, emeseni in Phoenicia episcopi, ***de natura hominis, Burgundione iudice, natione pysano, interprete,*** capitulis quadraginta tribus, f. 47-70. Sub fine codicis, f. 69-70, librum Gregorio Nysseno tributum nuncupat interpres ***dominatori Frederico invictissimo Romanorum imperatori et cesari semper augusto, anno incarnacionis dominice*** 1159, ***indicione decimatertia.*** Dedicationis epistolam quae incipit: « Quia in meis, serenissime » imperator, vobiscum locucionibus naturas rerum cognoscere... » ut et opellam ineditam esse autumo. De hac et auctore disserit Laurentius Pignorius epistola trigesimanona ad Ioannem Bonifacium, p. 159.

Codex, duplici columna, innumeris scatens mendis, scriptus est a *Ia. Çassenheni.*

Cod. 22 chart., saec. XVI, a. 222, l. 160 [L. II. LXXVIII]. Z.

1. S. Gregorii Nysseni, ***De hominis formatione tractatus,*** f. 1-46. Incipit prologus Petro fratri: « Si virtute preditos pecuniis » remunerari deceret, totus [ut Salomonis alludam dicto] mundus » divitiarum modicus esset... » primum capitulum vero: « Hic » liber generationis celi et terre, ait scriptura, quando fuit con» sumatum opus quod apparet . . . . . » Interpretatio huius ut et proxime insequentis opellae, ab iis differt Francisci Zinii, Laurentii Sisinii, Ioannis Lewenklaii, Danielis Augentii, Dionisii Exigui.

2. Eiusdem, *de anima, cum propria sorore Macrina dialogus,*

f. 46-81. Inc.: « Postquam ex humana vita magnus inter Sanctos Basilius ad Deum migravit, et communis luctus causa ecclesiis est allata . . . »

Cod. 23 membr., saec. XV, a. 212, l. 158 [Z. L. LXXVI]. B.

S. Ioannis Chrysostomi opellae, ex versione cuius auctorem minime deprehendi, et quidem **a.** *De reparatione hominis lapsi, vel paraenesis ad Theodorum lapsum,* inc.: « Quis dabit capiti » meo aquam et oculis meis fontem lacrimarum? Opportunius » namque nunc a me quam tunc propheta Dei dicitur . . . », f. 1-32, deest liber alter; **b.** *De compunctione cordis ad Demetrium,* libri duo. Inc.: « Dum te intueor, beate Demetri, frequenter in- » sistentem mihi et omni cum vehemencia exigentem de cordis » compunctione sermonem . . . », f. 33-62; **c.** Sermo inscriptus: *Nemo laeditur nisi a seipso.* Inc.: « Scio quod crassioribus qui- » busque et presentis vite illecebris inhiantibus atque his qui per » omnia terre adherent. . . », f. 62-78; **d.** *Sermones beati Ioannis Chrysostomi incipiunt de penitencia.* Est sermo tantum de poenitentia qui incipit: « Provida mente et profundo cogitatu » cognosci debent duo rerum distincta negotia. . . », f. 78-83; **e.** *De sacerdotio,* libri duo priores incip.: « Mihi quidem multi » fuerunt amici certi et amicicie iura scientes solideque ser- » vantes . . . . . », f. 84 100; **f.** *S. Ioann. Chrysost. vita a Palladio graece conscripta, et ab Ambrosio Camaldulensi latinitate donata.* Inc.: « Domino sancto ac beatissimo patri Eugenio Am- » brosius. Converti nuper e greco vitam sanctissimi viri Ioan- » nis . . . », f. 101-150; **g.** s. Ioannis Chrysostomi *archiepiscopi constantinopolitani in exilio constituti ad Ciriacam episcopum et ipsum exulem epistola, e greco in latinum traducta, ab Leodrysio Cribello.* Inc.: « Age rursus, exhauriam meroris tui ulcus et dis- » sipabo cogitationes que hanc nubem efficiunt . . . . », f. 150-152. De versione, quam ineditam puto, sic Eneas Sylvius Piccolomineus in epistola data Romae, 22 octobris, 1457, eidem Cribello: « Legimus Ioannis Chrysostomi epistolam quam ex at- » tica romanam fecisti, et nesciebamus te ante greci sermonis

» gnarum esse. Prius translationem hanc vidimus, quam te gre-
» ce doctum audiremus ».

Cod. 24 chart., saec. XV, a. 210, l. 142 [L. II, LXXX]. Z.

1. *S. Ioannis os auri sermo* incip.: « Confitemini Domino » quoniam bonus est. Spiritus sanctus medelam purgandi faci- » noris et curam admissi delicti obtulit . . . », f. 1-2.

2. *Tractatiunculae theologicae morales variae,* f. 2-66.

3. *Orationes dicende post letanias, tempore capituli generalis,* f. 66-67.

4. *Sermo devotissimi Ioannis Chrysostomi, de oratione Moysis* inc.: « Stabat Moyses in monte, non armis, sed precibus pu- » gnaturus . . . », f. 92-94.

5. *Sermo almifici patris Ioannis Chrysostomi de fide Habrae devotissimus* inc.: « Fides est religionis sanctissime fundamen- » tum, caritatis vinculum, amoris subsidium . . . », f. 94-97.

6. *Alius sermo magnifici archimandrite Ioannis Chrysostomi, de prevaricatione protoparentis Ade* incipit: « Nemo est qui » nesciat a principio hominem a Deo plasmatum . . . », f. 97-99.

7. *Liber confessionis* incip.: « Multi sunt desiderantes scire » quid sit confessio et habere modum qui pertinet ad veram et » iustam confessionem . . . », f. 104-115.

8. *Benedictiones et orationes variae,* f. 115-122.

Codicem charactere minusculo cuidam congregationi canonicorum regularium s. Augustini pertinuisse ex orationibus praesertim deprehendo.

Cod. 25 membr., saec. XIV, a. 404, l. 248 [L. II, XCIX].

1. S. Ioannis Chrysostomi, *de compunctione cordis ad Demetrium,* libri duo; *de reparatione lapsi; de eo quod nemo potest laedi nisi a seipso,* f. 1-58.

2. S. Isidori archiep. hispalensis, *libri tres sententiarum,* 58-138, sive de summo bono, iam editi.

3. *Sermones sanctorum Augustini episc., Leonis magni, Gregorii Nazianzeni,* summatim novendecim, f. 139-158.

Folio ante titulum primum inscriptum est instrumentum, rogante Petro Donato de civitate Castelli, quo Ugo de Conradis de Bononia frater et miles ordinis militiae b. Mariae virginis quaedam disponit de professione, habitu et cingulo dicti ordinis et collatione, provisione ac investitura ecclesiae sanctae Mariae matris Domini de Tervisio dicti ordinis [18 iunii, 1324]. Collatis notis folii extremi cum nominibus virorum in istrumento citatorum, liquet codicem monasterio s. Cypriani de Murano pertinuisse.

Operculis antiquitus corio vitulino obductis desunt bullae.

Cod. 26 membr., saec. XIV, a. 305, l. 212 [Z. L. XLVII]. B.

1. S. Ambrosii doctoris *hexameron*, f. 2-51.

2. —— *liber paradisi*, f. 51-66. Uterque editus pluries : alter post primum.

Codex, foliorum 68, duplici columna, sub fine inscribitur: *Explicit liber Paradisi, die* 28 *mensis augusti, per presbyterum Ioannem de Archonate.*

Cod. 27 membr., saec. XV, a. 353, l. 247 [Z. L. XLVIII]. P.

S. Hieronymi *epistolae et opuscula*. Epistolae omnes editae. His interseruntur :

1. Pars libri d. Hieronymi adversus Helvidium *de perpetua virginitate b. Mariae,* f. 2-8, editus in eius opp. II, 205-230.
2. Hieronymi ad Paulam et Eustochium, *de assumptione beatae Mariae virginis,* f. 8-15 : « Cogitis me, o Paula et Eu» stochium . . . »
3. Epistola nullibi mihi obvia inc. : « Ignoti ad ignotam scri» bimus dumtaxat iuxta faciem corporalem », f. 34-35.
4. Hieronymi epistola ad Susanam virginem consecratam: « Puto levius esse crimen ubi homo peccatum . . . . », f. 51-54.
4. —— de consanguinitate beatae Mariae virginis: « Arona » et Esmeria fuerunt sorores », f. 54.

Hieronymi ad filium Mauritii, *de virginitate:* « Quantam » in celestibus beatitudinem . . . », f. 54-59.

—— ad Oceanum, *de vita clericorum:* « Deprecatus es » ut tibi breviter . . . », f. 68-70.

—— ad Praesidium: « Nulla res vetus, inquit comi- » cus », f. 82-85.

—— Evangelio: « Nisi vererer, beatissime frater », f. 112-113.

—— *sermo de tribus virtutibus:* « Tres quodammodo » virtutes . . . », f. 121-123.

—— *de circumcisione Domini,* ad Ceratiam: « Superior » epistola quam ex me consultatio nostra.. », f. 147-156.

—— *de leprae diversis generibus:* « Admirabile divine » dispositionis examen . . . », f. 156-157.

—— *de vindicta et iuramento et de obedientia et scientia:* « Presumptionem meam excusare conarer... », f. 157-161.

—— *symbolum fidei,* ad Damasum papam: « Credimus » in Deum patrem omnipotentem . . . », f. 176-177.

—— *definitio fidei symboli nicaeni concilii:* « Credimus » in unum Deum patrem . . . », f. 177-179.

—— Damaso: « Noverit sancta auctoritas tua », f. 180.

Damasi ad Hier.: « Dum multa corpora librorum... », f. 180.

Hieron. ad Damasum: « Legi litteras apostolatus... », f. 180.

Rufini *apologia* ad Anastasium: « Audivi quosdam cum ad » . . . », f. 203-204.

Hieronymi *adversus Rufinum* sive *responsionis* liber tertius, f. 204-215.

—— ad Riparium contra Vigilantium liber, f. 216.

—— ad eundem, f. 217-220.

—— ad Pamachium et Oceanum: « Qui Ethiopen in- » vitat ad balnea . . . », f. 220-221.

—— ad Riparium: « Adversus hostes catholice fidei » . . . », f. 221.

—— *contra Ioannem episc. hierosolimitanum et Rufinum Origenis assertores* liber, f. 223-234.

Origenis *homiliae duae de Cantico canticorum,* Hieronymo interprete, praeeunte huius epistola Damaso, f. 234-242.

27. Augustini ad Hieron., *de origine animae consultoria*, f. 260-264. Est epistola CXXXI, inter Hier. epist. edita.

28. Hieronymi et Augustini, *disputatio de ratione animae*, f. 168-271, scilicet dialogus sub nomine Hieronymi et Augustini, ex utriusque scriptis ab incerto auctore collectus, editus.

29. Augustini ad Hieronymum : « Si forte aliqua in aliquibus » scriptis . . . », f. 273.

30. Hieronymi ad Marcellam : « Magnam humilitati nostre fi- » duciam . . . », f. 288-290.

31. —— Desiderio, *de duodecim doctoribus :* « Vis nunc acri- » ter, mi frater Desideri . . . », f. 290-291.

32. —— Cypriano, de fine psalmi 84.[i] : « Frater carissime » Cypriane, scito prenoscens, f. 292-293.

33. —— ad Amandum presbyt. responsiva : « Propositio » tua fuit de eadem apostoli epistola . . . », f. 297.

34. Cromatii et Heliodori ad Hieron. deprecativa, ut de hebraeo in latinum traducat librum de infantia salvatoris atque ortu virginis Mariae : « Ortum Marie regine virginis », f. 299.

35. Hieron. resp. : « Qui terram auri consciam fodit... », f. 300.

36. —— *super epistola Pauli ad Philemonem :* « Qui volunt » inter epistolas Pauli », f. 300-301.

37. —— *de honorandis parentibus*, ad Marcellam : « Paren- » tum meritis subiugans filios », f. 306-307.

38. —— ad Ceratiam, *de testamento Gerontii :* « Cuncti » sensus mei affectu vobis nato », f. 308-310.

39. —— *sermo de epiphania :* « Dies epiphaniorum greco nomine sic vocatur . . . », f. 310.

40. —— *libellus speculi virginitatis ac normula vitae apostolice et religionis ad Eustochium virginem, de modo vivendi Deo et non mundo, spiritui et non carni*, capitulis quadraginta uno, f. 311-322. Nomine *regulae monachorum*, opus supposititium editum.

41. Tabula ordine alphabetico principiorum digesta, f. 323-327.

Cod. 28 membr., saec. XV, a. 340, l. 246 [L. II, XXXVI]. Ma.

D. Hieronymi *epistolae* editae, quibus interseruntur :

1. Hieron. ad Damasum, *de panibus et aliis oblationibus altaris :* « Noverit auctoritas tua, papa venerande... », f. 40.
2. —— ad amicum aegrotum : « Quanquam certissime no- » verim experientiam tuam . . . », f. 47-54.
3. —— ad Helvidium, *de Mariae virginitate perpetua* liber : « Nuper rogatus a fratribus . . . », f. 78-85.
4. —— adversus Iovinianum libri duo : « Pauci admodum » sunt . . . », f. 85-132.
5. —— contra Vigilantium : « Multa in orbe monstra ge- » nerata sunt . . . », f. 134-138.
6. —— ad Cyprianum presbyt. *de fine psalmi* 84 : « Fra- » ter carissime Cipriane . . . », f. 162-163.
7. Damasi ad Hier. : « Dum multa corpora librorum... », f. 163.
8. Hier. ad Dam. : « Legi litteras apostolatus vestri... », f. 163.
9. —— ad Tirasium, *de morte filiae suae :* « Karitatis tue » scripta percepi . . . », f. 182-183.
10. —— ad Oceanum, *de tentationibus et opprobriis perferendis:* « Diversorum opprobria, tribulationes... », f. 184-187.
11. *Quaestiones Hieronymi undecim ad Algasiam,* praeeuntibus capitulis *quaestionum,* f, 187-201.
12. Hieronymi ad Marcellam : « Qui habitat in adiutorio . . . », f. 230-231.
13. —— *de tribus virtutibus :* « Tres quodamodo virtutes » Dei assumens . . . », f. 231-234.
14. *Apologia Rufini ad Anastasium:* « Audivi quosdam cum apud » beatitudinem », f. 250-251.
15. Hieronymi ultima responsio adversus Rufinum : « Lectis » litteris prudentie tue . . . », f. 251-265.
16. —— Evangelio : « Nisi vererer, beatissime frater, ne... », f. 266-268.
17. —— Praesidio : « Nulla res, inquit comicus . . . . », f. 268-270.
18. —— Desiderio, *de duodecim doctoribus :* « Vis nunc a- » criter, mi frater, ut tibi . . . », f. 271.

19. Rufini *libri duo adversus Hieronymum :* « Relegi scripta, » Amproniane fili carissime . . . », f. 271-280.

20 Hieronymi *apologia adversus libros Rufini,* ad Pamachium et Marcellam : « Et vestris et multorum litteris didici... », f. 280-289.

Codex nitide, non item emendate scriptus, habet vacua spatia graecis locis inserendis.

Cod. 29 membr., 1450, a. 306, l. 212 [Z. L. L]. B.

D. Hieronymi *epistolae* et *opuscula.* His editis interseruntur:

a. Index, f. 1-6.

b. Hieronymi *symbolum* ad Damasum: « Credimus in Deum » patrem omnipotentem », f. 8-9.

c. Origenis *homiliae duae de Cantico canticorum,* f. 12-22.

d. Hieron. ad Oceanum: « Deprecatus es ut tibi... », f. 93-95.

e. —— *symbolum de fide nicaeni concilii :* « Credimus » in unum Deum patrem . . . », f. 106-109.

f. —— *sermo de tribus virtutibus :* « Tres quodammodo » virtutes . . . », f. 113-116.

g. —— adversus Helvidium, *de Mariae virginitate perpetua,* f. 141-148.

h. —— *contra Iovinianum* libri duo, f. 149-196.

i. —— Ripario *adversus Vigilantium* liber, f. 209-214.

k. —— Cypriano : « Frater carissime Cypriane . . . », f. 238-239.

l. —— Tyrasio, *de morte filie sue :* « Caritatis tue scri- » pta percepi », f. 290-292.

m. —— ad Marcellam, *de honorandis parentibus :* « Paren- » tum meritis subiugans . . . », f. 318-319.

n. Rufini *apologia* ad Anastasium papam, f. 334-235.

o. Hieronymi *ultima responsio adversus Rufini scripta,* sive liber tertius, f. 335-351.

Codex, in quo spatia vacua graecis locis relicta, duplici columna belle sed oscitanter exscriptus, sic folio extremo annotatur : *Harum s. Hieronymi epistolarum finem feci ego Andrea*

quondam domini Matthei de Castagnolis notarius Bononie, anno domini 1450, *die* 24 *decembris, ad consolationem reverendissimi in Christo patris et domini domini B. dei gratia episcopi tusculani cardinalisque niceni Grecorum, domini mei et legati bon. apostolici igitur.* Titulus folio octavo ornamentis auropictis et insigniis Bessarionis conspicuus.

Cod. 30 membr., saec. XV, a. 290, l. 205 [Z. L. XLIX].

Hieronymi *epistolae plures,* editae, quibus interseruntur :

a. —— *Symbolum fidei* Damaso : « Credimus in Deum » patrem omnipotentem », f. 1-2.

b. —— Damaso : *Origenis homiliae duae in Cantico canticorum,* s. Hieronymo interprete, f. 7-120.

c. —— Oceano : « Deprecatus es ut tibi breviter », f. 115-117.

d. —— Heliodoro contra Helvidium : « Nuper rogatus a » patribus . . . »

e. —— *sermo ad Paulam et Eustochium :* « Cogitis me o Paula . . . » Pars sermonis *de assumptione b. Mariae virginis,* usque ad verba : *ab omnibus ibidem habitantibus praedicatus,* Hieronymo abiudicanda.

Cetera sine nota supposititia sunt Hieronymi.

Cod. 31 chart, saec. XV, a. 295, l. 215 [L. II, CIII].

D. Hieronymi *epistolae,* ex indice, f. 410-413, centum viginti septem, re autem non ita, cum alia interserantur, nempe vel epistolae supposititiae, vel tractatus :

a. Origenis *homiliae duae,* f. 5-16.

b. *Exploratio fidei* Damaso : « Credimus . . . », f. 57.

c. ad Oceanum : « Deprecatus es . . . », f. 96.

d. *de tribus virtutibus fortitudine, prudentia :* « Tres quo» dammodo virtutes Dei assumens », f. 117.

e. Heliodoro *adversus Helvidium, de virginitate Marie* liber, f. 152-162.

f. *contra Iovinianum* libri duo, f. 162-227.

g. Ripario *contra Vigilantium* liber, f. 239-246.

h. Cypriano: « Frater carissime . . . », f. 276.

i. Tyrasio, *de morte filiae suae:* « Caritatis tue scripta » percepi . . . », 337-339.

k. *de honorandis parentibus* ad Marcellam : « Parentum » meritis subiugans . . . », f. 369-370.

l. Rufini *apologia* ad Anastasium, f. 388-389.

m. Hieronymi *ultima responsio adversus scripta Rufini*, sive tertius liber, f. 389-407.

Ceterae epistolae d. Hieronymo abiudicandae.

Cod. 32 membr., saec. XV, a. 312, l. 230 [L. II, LXXXVI].

Epistolae gloriosissimi doctoris sancti Hyeronimi presbyteri ad diversos et aliorum ad eum, indice praeeunte numero *centum quinquaginta quatuor,* re vero centum viginti novem, quibus interseruntur epistolae supposititiae, pleraque tom. XI *operum Hieronymi.* Sunt vero :

a. Hieron. Damaso: « Unitatem ecclesie per partes... », f. [illegible]

b. —— eidem : « Episcopi est chrisma conficere... », f. [illegible]

c. —— eidem, *expositio fidei* seu *symbolum :* « Credimus » in Deum patrem omnipotentem », f. 30.

d. —— ad Amandum : « Propositio tua . . . », f. 35.

e. —— ad filium Mauritii : « Quantam in celestibus beatitudinem . . . », f. 39.

f. —— Oceano : « Deprecatus es . . . », f. 44.

g. —— Ripario, *contra Vigilantium* liber, f. 51.

h. Rufini *apologia* ad Anastasium : « Audivi quosdam esse » ad . . . », f. 65.

i. Hieronymi Cypriano : « Frater carissime . . . », f. 75.

k. Damasi Hier. : « Dum multa corpora librorum... », f. 78

l. Hieronymi Damaso: « Legi litteras apostolatus... », f. 78

m. —— Tyrasio : « Caritatis tue scripta . . . », f. 93.

n. —— Marcellae : « Qui habitat in adiutorio... », f. 9[illegible]

o. —— Oceano: « Diversorum obbrobria . . . », f. 96.

p. —— Heliodoro *adversus Helvidium :* « Nuper rogatus » fratribus . . . », f. 98.

q. —— Damaso: « Noverit sancta auctoritas... », f. 104.
r. —— eidem: « Credimus in unum Deum . . . », f. 118.
s. —— Asellae: « Domine sancte, si tibi . . . », f. 120.
t. —— Evangelio: « Nisi vererer, beatiss. frater... », f. 113.
u. —— Desiderio: « Vis nunc acriter, mi frater... », f. 123.
v. —— Praesidio: « Nulla res vetus, inquit . . . », f. 124.
x. —— *de honorandis parentibus:* « Parentum meritis sub-» iungens . . . », f. 125.
y. —— ad fratres: « Scripto iam ad Ctesifontem... », f. 126.
z. —— Dardano: « Cogor a te ut tibi . . . », f. 127.

Codex optimae notae, cum tegumentis antiquioribus, bullis avulsis.

Cod. 33 chart., saec. XV, a. 307, l. 204 [L. II, LXXI]. Mg.

Ss. Hieronymi, Augustini, et Damasi *epistolae,* omnes editae in *s. Hieron. operib.* Ven., 1734, tom. I, quibus interseruntur:

a. Origenis *homiliae duae de Cantico canticorum,* f. 5-15.

b. *Libellus Augustini ad Hieronymum de origine animae subtiliter sciscitantis et disputantis, pluraque opaca et obscura enucleantis,* f. 36-43.

c. —— *August. ad Hieron. destinatus, de eo quod scriptum est: Qui totam legem observaverit, offendat autem in uno,* f. 43-47.

d. *Hieron. adversus Iovinianum haereticum* liber, f. 48-96.

e. —— *epist.* ad Occanum: « Deprecatus es... », f. 113-120.

f. —— *libellus adversus Helvidium, de virginitate perpetua sanctae Mariae,* f. 123-131.

g. *De raptu Hieronymi ante tribunal Christi.* Inc.: « Re-» feram tibi mee infelicitatis historiam . . . », f. 139-143.

h. *Hieronymus adversus Vigilantium, arguens suae haeresis malitiam.* Inc.: « Multa in orbe . . . », f. 151-155.

Codicis in fronte picti cum insigniis colubri vicecomitalis mediolanensis, folium extremum 182 sic inscribitur: *Expliciunt hic epistole sanctissimi Hieronymi doctoris eximii ac viri quondam in omni pene lingua eruditissimi ac eloquentissimi, cuius doctrina fulget ecclesia ut sol et luna. Augustinus toto doctissimus*

mundo ex hoc addidicit alias quod scire nequiveris. Sic alii summi diverso climate mundi trans mare querebant ex hoc quod scire volebant. Nemo hominum vivit nunc qui per singula norit. Objurgator vitiorum notat pravos clericos, exterminator errorum pessundat hereticos, Helvidium tam insanum, Originem simul et Pelagianum. Iovinianus obmutuit simulque Vigilantius, omnisque hereticus verique adversarius siluit et cedit tante lucis radio. Qui inquam est clarus doctor, lux fidelium, orbis decus et candoris lylium, norma vite, lex morum omnium, felix celi sortitur bravium. Amen.

Cod. 34 chart., saec .XV, a. 303, l. 208 [L. II, XXXV]. Ma.

1. *Epistolae d. Hieronymi ad varios et aliorum ad eum,* numero 79, f. 3-8, 21-58, 71-99, 100-172, 209, 237-244.

2. *Translatio sancti Hieronymi de tractatu Origenis in epitalamicis,* seu *Origenis homiliae duae in Canticum canticorum, s. Hieronymo interprete,* f. 8-21.

3. *Liber beati Augustini ad sanctum Hieronymum de origine animae sciscitantis,* f. 58-65.

4. *Libellus Augustini ad Hieronymum, de eo quod scriptum est :* « Qui totam legem observaverit . . . », f. 65-71.

5. *Sermo s. Hieronymi presbyteri,* f. 99-100. Inc.: « Sanctus evangelista docet nos necessitatem inopie tollerantes... » Sermo certe supposititius, editus.

6. *Apologia Rufini ad Anastasium,* f. 172-173.

7. *Epistola Hieronymi adversus Rufinum aquileiensem,* f. 174-190. Est liber tertius *apologiae s. Hier. adversus libros Rufini.*

8. *Rufinus ad Apronianum contra Hieronymum,* f. 190-209. Est liber primus *invectivarum Rufini in Hieronymum.*

9. *Hieronymi ad Pamachium et Marcellam pro se contra accusatorem [Rufinum presbyter.] defensio,* f. 237, libri duo, nempe primus et secundus *apologiae s. Hier. adversus libros Rufini.*

10. *Vita Pauli primi haeremitae a beatissimo Hier. elegantissime composita,* f. 244-247, edita.

11. *Epistola Hieronymi de monaco captivo,* f. 247-250, seu *Vita Malchi monachi captivi,* edita.

12. *Beati Hieronymi epistola de vita beati Hilarionis abbatis*, f. 250-261, edita.

13. *Panucii* [Paphnucii] *vita ab eodem Hieronymo composita*, f. 261-264, quae incip.: « Vidimus et monasterium sancti Pa» nucii hominis Dei . . . », nullibi mihi obvia.

Codicem dono dedit monasterio s. Ioannis in Viridario Petrus de Montagnana anno 1478.

Cod. 35 membr., saec. XIV, a. 216, l. 158 [L. III, 6XCIV]. D.

1. *Beatus vir Ieronim. in hoc modo breviter disposuit hoc psalterium, ut per angelum spiritus sanctus docuit illum, propter illos abbreviatum qui in hoc seculo sollicitudinem habent, vel qui bellum committunt contra hostes vel inimicos, seu contra diabolum, qui militant adversus animas christianorum, aut qui votum voverunt Deo cantare psalterium integrum et minime cantare possunt, vel qui ieiunant fortiter et debilitatem habent, vel festum solempnitatemque faciunt, et psalterium integrum cantare non possunt. Unumquemque vero ex iis quos superius diximus, aut qui suam animam salvam facere et vitam eternam habere, oportet assidue hoc psalterium canere*, f. 1-13. Psalterium differt toto coelo ab iis quae falso Hieronymo tributa, tom. VII, eius operum prodierunt; nihil vero aliud est nisi series, sine ullo ordine, nullo sensu invicem cohaerentium locorum ex psalmis, cum prooemio: « Su» scipere digneris, Domine Deus omnipotens, hos psalmos . . . » et conclusione: « Liberator animarum et mundi redemptor . . . »

2. *Officium spiritus sancti compositum per dominum Benedictum Papam, qui concessit dicentibus devote centum dies indulgentiae*, f. 13-14. Habentur tantum initia hymnorum et orationes.

3. *Officium sapientiae, et dicitur in principio omnium horarum*, f. 15-25.

4. *Officium sancti spiritus*, f. 25-42.

5. *Commemoratio passionis Christi*, f. 43-47. Orationes undecim.

6. *Quicumque infrascriptas septem orationes dixerit in memoriam septem dolorum, quos beata virgo Maria de filio suo Iesu*

Christo habuit, pro qualibet oratione a domino Innocentio papa tertio, quas ipse conscripsit, habebit quadraginta dies de indulgentia, f. 47-51.

7. *Officium gloriose virginis Marie valde devotum, dicendum cum quindecim antiphonis, psalmis et orationibus infrascriptis, et cum sacris suis septuaginta nominibus. Quicumque officium istud dixerit et eius sancta nomina qualibet die sabbati legerit vel audierit, procul dubio cum beata virgine Maria particeps erit. Sancto Evasio episcopo duronensi elephanticum morbum patienti septem annis, beata virgo Maria apparuit et eum liberavit, precipiens ei quod omni die sabbati istud officium decantaret, ut esset cum ea particeps in regno Dei. Unusquisquis officium istud dixerit, beata Maria apparebit ei in die obitus sui. Et dicantur illa sacra nomina septuaginta cum letaniis que secuntur,* f. 51-76. Litaniae, quae fere omnes [numero 77] incipiunt *Sancta Mater* differunt omnino ab iis [numero 77] quae habentur codd. [L. III, LXIX, CXLIV].

8. *Oratio quam fecit beatus Augustinus pro illis qui volunt recipere corpus Domini,* f. 76-81, inc.: « Summe sacerdos et ve-
» re pontifex qui te obtulisti . . . »

9. *Formula contemplandi crucifixum.* Salutationes corpori et plagis, psalmus *quem credunt aliqui Christum dixisse dum penderet in cruce,* cum devotis orationibus, f. 81-90.

10. *Orationes dicendae in adoratione corporis et sanguinis Christi,* f. 90-91.

11. *Septem gaudia beatae Mariae virginis quae habuit de filio suo in hoc mundo,* f. 91-93.

12. *Orationes beatae virgini dicendae ut adiuvet in mortis articulo,* f. 94-95.

13. *Orationes dicendae ante et post communionem,* f. 95-103. Codex sub fine mutilus.

Cod. 36 membr., saec. XIV, a. 230, l. 169 [Z. L. LIII]. P.

1. *Regula vivendi sanctimonialium, quam beatus Hieronymus ad Eustochium et ceteras virgines iam senex inscripsit, et distinxit capitulis* [41] *feliciter,* f. 2-39. Indignus prorsus qui Hiero-

ıymo affigeretur tractatus, inter opera supposititia b. patris reatus est a Vallarsiis, tom. XI, c. 433-470.

2. *Regula s. Augustini,* cum praevio indice capitulorum ꞁuadraginta quatuor.

In littera initiali primae opellae, d. Hieronymus sedens, car:linalis veste indutus, benedicit monialibus tribus genuflexis.

Codicem anno 1667 possederat Franciscus de Çesso.

Cod. 37 membr., 1455, a. 215, l. 138 [Z. L. LI].

1. *Regula beati Hieronymi,* ut in codice praecedenti, f. 1-30.

2. *Vita sancti Hier. collecta ex eius tractatibus, Damasi, Augustini, Gelasii, Gregorii et aliorum patrum* edita, f. 37-49. Auctor anonymus ex saec. XII aut XIII plura errata refert sine ordine et chronotaxi. V. Acta ss. a Bolland. VIII, p. 422-423.

3. *Homiliae una supra triginta sine auctorum nominibus,* f. 50-71, 124-145, imbrium et situs odore pene deletae.

4. *Narratiuncula de iudaeo quondam Theodosio, inter Iudaeos principe,* inc.: « Tempore Iustiniani imperatoris christia- » nissimi factus est homo quidam inter Iudeos.... », f. 168-171.

5. *Liber sancti Bernardi de miseria humana devotissimus,* f. 174-179, publici iuris factus in editione parisiensi.

Sub fine: *Explicit liber . . . per me dominum Baptistam de Yadra, ordinis sancti Augustini canon. regular., monasterii sancti Ioannis de foris Brixie, in civitate Venetiarum, anno Domini* 1455, *die* 17 *mensis octobris.*

Cod. 38 membr., 1450, a. 235. l. 167 [L. II, XXXVIII]. Ma.

1. *Regula sancti Hieronymi ecclesie doctoris eximii sumpta, ex veris dictis ac verbis originalibus eiusdem Sancti de institutione et directione spiritualis vite monachorum, per quam non tam corporalia seu temporalia, que potius statutis ordinibus subiiciuntur, quam spiritualia etiam cuiuslibet anime christiane ad virtutes diriguntur et gubernantur, auctoritate apostolica concessa,* capitulis quinquaginta, f. 1-50. Eam, *regulam monachorum* quoque appellatam, ex Hieronymi dictis atque libris con-

sarcinatam per Lupum de Olmeto, inter Hier. opera supposititia ediderunt fratres Vallarsii [XI, p. 371-428] qui et approbationem Martini papae V addiderunt, quae in codice desideratur.

2. *Vita s. Hieronymi presbyteri,* ut codice praeced., f. 51-65.

3. *Officium in solemnitate beatissimi Hieronymi presbyteri atque doctoris eximii,* f. 66-73.

4. *Missa in eius reverentiam,* f. 73-76.

Codicem, quem Ioannes Marchanova anno 1450 *pro sua pecunia faciendum curavit Patavii,* idem monasterio s. Ioannis in Viridario ibi donavit anno 1467.

Cod. 39 membr., 1471, a. 211, l. 134 [L. II, CX].

1. Hieronymi, *de viris illustribus,* f. 1-30.

2. —— *contra Pelagianos* libri tres, f. 31-98.

3. —— *Altercatio Luciferiani et Orthodoxi,* f. 98-117.

4. *Liber expertus ab hominibus catholicis et devotis sanctae matris ecclesiae et christianae fidei, de arte bene moriendi et de eius laude,* f. 118-135, auctorem habet Dominicum cardinalem de Capranica, qui in prooemio sic dat operis texturam : « Conti-
» net autem materia ista sex particulas, quarum prima de laude
» mortis, secunda tentationes morientium continet, tertia inter-
» rogationes, quarta quandam instructionem cum obsecrationibus,
» quinta exhortationes, sexta continet orationes dicendas super
» agonizantes ab aliquo assistenti ». Fini adduntur capitula vernaculo idiomate exarata [quae desunt duobus marcianis L. III, 11, 66], primum *de virtutibus sanctissimi corporis Domini nostri Iesu Christi,* alterum *pulcherrimum consilium ad monachos,* incomptis versibus italis, sic :

« Poi che sey facto religioso o char amico
» Fugendo el promette Dio che ciaschuno convento . . »

quod Capranicae libenter abiudico.

Codex cum titulo ornato ac insigniis cuiusdam familiae, sub fine inscribitur : *Expletum fuit hoc opus per me sacerdotem Ioannem indignum, in mense Iunii* 1471, *in die* 29 . . . *de Rizardis;* in fronte autem libri : *N.* 1498. *Est Marini Sanuti Leonardi filii.*

Cod. 40 membr., saec. XV, a. 235, l. 149 [Z. L. LII.] E.

1. Hieronymi, *de viris illustribus* [numero 135], *seu de antiquis scriptoribus ecclesiasticis,* f. 1-34, missis verbis graecis interjectis.

2. —— *epistola ad Desiderium, de duodecim lectoribus,* f. 35-37. Est appendix altera edita sub s. Hieronymi nomine, *de duodecim doctoribus ad Desiderium,* iam nomine Bedae, *de luminaribus ecclesiae.*

3. —— *contra Pelagium monachum, sub nominibus Attici et Critoboli,* f. 39-124.

Codex belle exscriptus, cui desunt verba graeca interiecta, non sine mendis, cum litteris initialibus auropictis.

Cod. 41 membr. 1300, a. 340, l. 243 [Z. L. LXVII]. B.

S. Augustini opera varia, et quidem :

a. Sermo in illud : *Faciamus hominem,* f. 1.

b. Volusiani *epistola* ad d. Augustinum : « Petis a me, vir » probitatis . . . », f. 1-2.

c. *Epistolae* Volusiano, *de incarnatione Domini :* « Legi litteras tuas . . . . . . » ; Marcellino, *de aqua conversa in sanguinem per Moysen :* « Epistolam tuam . . . . . . » ; Optato, *de origine animae :* « Quamvis tue . . . . . . » ; Armentario et Paulinae, *de voto reddendo :* « Vir egregius . . . . . . » ; Deo gratias : « Questiones tibi proposite » [epistolam excipiunt quaestiones f. 16-22] ; Dardano, *de praesentia Dei :* « Fateor me . . . » ; Probae, *de orando Deo :* « Et petisse te . . . » ; Paulinae, *de videndo Deo :* « Merum debiti . . . . » ; Hesychio episc., *de fine saeculi :* « Accepi litteras . . . . . » ; Consentio, *de incarnatione Christi :* « Quantum ad oculos attinet . . . » ; Asellico, *de iudaismi cavendi disceptatione :* « Litteras sanctitatis tue . . . . . . » ; Macedonio, *quare sacerdotes interveniant pro eis :* « Negotiosissimum in re- » publica virum . . . », f. 2-71.

d. *De diversis haeresibus ad Quodvultdeum,* f. 71-84. Capitulo octuagesimo sexto succedunt duo de Nestorianis et Eu-

tychianis Augustino abiudicanda, cum nota: « Explicit liber de » heresibus. Hec duo capitula que sequuntur, scilicet *Nesto-* » *riani, Eutychiani* a sancto Ginadio episcopo marsiliensi di- » cuntur apposita. Aliqui tamen libri habent ista duo capitula » ante illum locum superius positum. Ecce quam multas comme- » moravimus hereses ».

e. *Enchiridion ad Laurentium Primicerium ecclesiae urbicae, de fide, spe, charitate,* praemisso capitulorum [125] indice, f. 86-111.

f. *Soliloquiorum* libri duo, f. 125-127.

g. *De immortalitate animae,* f. 127-133.

h. *Dialogus de natura, vel qualitate et quantitate animae ad Adeodatum sibi per carnem bonae indolis filium,* f. 133-154. De interlocutoribus vide opera Venet., 1729, edita.

i. *De natura boni,* adversus Manichaeos, f. 154-163.

k. *De utilitate credendi, ad Honoratum,* f. 163-175.

l. *De mendacio* capitula vigintinovem, f. 175-189.

m. *Contra mendacium ad Consentium,* capitulis vigintinovem, f. 189-202.

n. *De bono coniugali,* capitulis quinquaginta, f. 203-213.

o. *De sancta virginitate,* capitulis quinquaginta sex, f. 214-228.

p. *De moribus ecclesiae catholicae,* capitulis sexaginta quinque, f. 228-243.

q. *Epistola ad Publicolam:* « Estus animi tui . . . . . . », f. 243-245.

Folio extremo manus scriptoris R. D. Capella 1300.

Codicem foliorum biscentum quadraginta novem, duplici columna, litteris crassioribus exscriptum, figuris auropictis aliisque pluribus ornamentis conspicuum Bessario fatetur fol. 249, *viginti duobus ducatis largis* sibi coemisse anno 1453.

Codd. 42-48 membr., 1471, a. 400, l. 283 [Z. L. LXI, LXIV-LXV, LXVIII-LXX; L. II, III]. B.

D. Augustini opera una manu exscripta, septem voluminibus, duplici columna.

Volumen primum continet: 1. expositionem quarundam propositionum in *epistolam ad Romanos*, f. 1-8; 2. expositionem *epistolae ad Galatas*, f. 8-22; 3. *locutionum in heptateuchum* libros septem, f. 22-39; 4. in eundem *quaestionum* libros septem, f. 39-138; 5. *de consensu evangelistarum* libros quatuor, f. 141-205; 6. *de fide ad Petrum* perperam Augustino tributum [auctor est Fulgentius], f. 206-216; 7. *confessionum* libros tresdecim, f. 216-279; 8. *de gestis Pelagii ad Aurelium episcopum*, f. 279-291; 9. *epistolas quatuor* **a.** concilii carthaginensis ad Innocentium papam, huiusque responsivas; **b.** concilii millevitani eidem, eiusque responsivas, f. 292-295; 10. *epistolam ad Marcellinum de baptismo parvulorum*, f. 295-296; 11. *de natura, qualitate et quantitate animae*, f. 296-311; 12. *de magistro*, f. 312-321; 13. *de catechizandis rudibus*, f. 321-333; 14. *de divinatione daemonum*, f. 333-336; 15. *de mendacio*, f. 336-345; 16. *de fide et symbolo*, f. 345-350; 17. *de bono coniugali*, f. 350-357; 18. *de nuptiis et concupiscentia*, f. 357-376.

Insunt volumini alteri: 1. *contra academicos* libri tres, f. 1-18; 2. *de ordine rerum* libri duo, f. 18-33; 3. *de libero arbitrio* libri tres, f. 33-60; 4. *soliloquiorum* libri duo, f. 61-72; 5. *de immortalitate animae*, f. 72-77; 6. *de vera religione*, f. 77-94; 7, *de Genesi ad litteram* libri duodecim, f. 94-168; 8. *contra Felicianum arianum de unitate Trinitatis ad Optatum*, liber Vigilio vindicandus, f. 169-175; 9. *de Trinitate* libri quindecim, f. 175-275.

Tertio volumine comprehenduntur opuscula polemica, nempe: 1. *contra Faustum manichaeum* libri triginta tres, f. 1-104; 2. *contra Iulianum haeresis pelagianae defensorem* libri sex, f. 105-179; 3. *acta seu disputatio contra Fortunatum manichaeum*, f. 179-184; 4. *sermo Arianorum:* « Dominus noster Iesus Chri- » stus... », f. 184-186; 5. *contra sermonem seu perfidiam Arianorum*, f. 186-194; 6. *contra Felicianum arianum de unitate Trinitatis ad Optatum*, f. 194-201; 7. *contra paganos quaestiones sex ad presbyterum Deogratias*, f. 201-206; 8. *de gratia Christi et peccato originali, contra Pelagium et Caelestium libri duo ad Albinum, Pymachum* [sic] *et Mulaniam*, f. 206-222; 9. *de Genesi contra Manichaeum* libri duo, f. 222-238; 10. *contra Maximinum haereticum*, sive *collatio cum Maximino Arianorum episco-*

po, f. 238-249, praemissis quae de collatione eadem scribit Possidius in Augustini vita, cap. XVII; 11. *contra eundem Maximinum* libri duo, f. 249-273; 12. *de duabus animabus contra Manichaeos*, f. 273-280; 13. *epistola ad Sixtum presbyterum contra Pelagianistas*, 280-286; 14. *contra Adimantum Manichaei discipulum*, f. 286-301.

Haec continentur quarto volumine: 1. *de agone christiano*, bis, f. 1-6, 107-112; 2. *in epistol. Ioannis ad Parthos* tractatus decem, f. 6-35; 3. *contra duas epistolas Pelagianorum ad Bonifacium episcopum urbis Romae* libri quatuor, f. 35-59; 4. *de vita christiana*, f. 59-64, quod opus Holstenius Fastidio Brittoni tribuit [V. *Aug. opp.* Ven. VI, p. 183 in append.]; 5. *ad Simplicianum, de diversis quaestionibus* libri duo, f. 65-78; 6. *quaestionum evangeliorum* libri duo, f. 78-95, quorum alter desinit in quaestione quinquagesima; 7. *de octo Dulcitii quaestionibus*, f. 95-101; 8. *adversus quinque haereses, seu contra quinque hostium genera*, f. 101-107, opus subdititium; 9. *contra epistolam Parmeniani* libri tres, f. 112-133; 10. *adnotationum in Iob*, f. 133-152; 11. *de natura boni contra Manichaeos*, f. 152-158; 12. *de octo quaestionibus ex veteri testamento*, f. 158-159, opella nullibi in editis d. Augustini obvia; 13. *de utilitate credendi ad Honoratum*, f. 159-169; 14. *de incarnatione Verbi ad Ianuarium* libri duo, f. 169-175; 15. *de essentia divinitatis seu incommutabilitate Dei*, f. 175-178; 16. *de oratione*, f. 178-183, opella in editis minime obvia inc.: « Evangelica precepta, fratres charissimi »: oratio dominica interseritur; 17. *de fide ss. Trinitatis*, f. 183-187, aeque minime obvia opella, in duas partes divisa, quarum unaquaeque tredecim capitulis constat: initium prologi: « Quamvis in exilii » erumnosam cecitatem »; 18. *de fide rerum visibilium* [seu potius quae non videntur], f. 187-189; 19. *de patientia*, f. 189-192; 20. *de singularitate clericorum* tractatus, f. 192-200, perperam Origeni, Augustino et Cypriano tributus; 21. *de fide*, f. 200-202, scilicet pars epistolae ad Pasuntium, a cap. X ad XXVI [*Aug. opp.*, t. II, p. 860]; 22. *de visitatione infirmorum*, f. 202-205, incerto auctore; 23. *de decem plagis et decem praeceptis Domini nostri Iesu Christi*, f. 205-206; 24. *enchiridion ad Laurentium de fide, spe et charitate*, f. 207-224; 25. *de disciplina*

christiana, f. 224-226. Sub fine legitur: ***Franciscus de Ugolinis presbiter de Colle Vallis Else scripsit anno Domini* 1471, *de mense septembris*** ; 26. *de timore Domini, fide, timore Dei* sermones tres editi, f. 227-229 ; 27. *epistolae ad Romanos inchoata expositio,* 229-235 ; 28. *exortationum liber ad quemdam comitem sibi carissimum,* f. 235-246, Paulino aquileiensi restitutus ; 29. *catholicae fidei liber* sive *manuale,* f. 246-254, in editis nomine *Speculi ;* 30. oratio s. Augustini : *Obsecro itaque Domine,* f 254.

Volumine quinto insunt *sermones* in partes tres distributi, quorum prima habet quinquaginta octo, altera triginta sex, tertia centumquinquaginta quatuor, summatim biscentum quadraginta octo, passim in editione veneta annor. 1729-1735, praeter sequentes : **a.** *de benedictione Esau et Iacob* qui inc. : « Quid est quod sub specie Esau benedicitus Iacob? », f. 15-18 ; **b.** *de gratia Dei* inc. : « Lectionibus tantis sermonibusque divinis . . . », f. 83-84 ; **c.** *de Adam* inc. : « Nemo qui nesciat in principio ho- » minem a Deo plasmatum . . . . . », f. 139-140 ; **d.** *de pascha* inc. : « Hec est dies quam fecit Dominus . . . . . », f. 141 ; **e.** *de eodem* inc. : « Non minus etiam nunc letari . . . . », f. 141-142 ; **f.** *de eodem* inc. : « Hoc quod videtis in altare Dei », f. 143-144 ; **g.** *de nativitate Domini* inc. : « De eo quod Evangelista dicit... », f. 147 ; **h.** *de eadem* inc. : « Consulte et salubriter divina nobis » eloquia . . . . . », f. 148 ; **i.** *de eadem* inc. : « Audistis fratres » quemadmodum . . . », f. 148-149 ; **k.** *de secundo adventu Domini* inc. : « Diem novissimum scimus venturum . . . », 154-155 ; **l.** *de nativitate Domini* inc. : « Primus homo quo cadente omnes » cecidimus . . . », f. 162-163 ; **m.** *de eadem* inc. : « Angelorum » voce per quam Dominus . . . », f. 167-168 ; **n.** *in natali plurimorum Martyrum* inc. : « Modo, fratres, divina lectio quam » legere audivimus . . . . », f. 185-186 ; **o.** *de dominica secunda quadragesimae* inc. : « Moyses quadraginta diebus et noctibus » in heremo . . . », f. 196 ; **p.** *de sacramentis habitis die sancto paschae* inc. : « Solemniter leguntur evangelice lectiones . . . . », f. 214 ; **q.** *de resurrectione Domini* inc. : « Resurrectionis domi- » nice veneranda solemnitas . . . », f. 230-232 ; **r.** *in nativitate s. Ioannis Baptistae* inc. : « Omnibus sane sapientibus li- » quet . . . . », f. 250-253 ; **s.** *de eadem* inc. : « Cum et patriar-

» chas pariter et prophetas . . . » f. 256-257 ; **t.** *de eadem* inc.: « Beati Ioannis Baptiste ostendunt . . . . », f. 257 ; **u.** *de eadem* inc. : « Vox Domini in virtute . . . . », f. 257-258 ; **v.** *de eadem* inc. : « Persuasum habet hactenus error . . . . », f. 258 ; **w.** *in natali sanctorum Petri et Pauli apost.* inc. ; « Fortis et humilis, » maximus et minimus . . . . . », f. 259 ; **x.** *in die s. Laurentii martyris* inc. : « Inter laurigeros confessores . . . », f. 274 ; **y.** *in nativitate plurimorum martyrum* inc. : « Memoriam martyrum » admiremur . . . », f. 285 ; **z.** *de eadem* inc. : « Per tanta glo- » riosa martyrum gesta . . . f. 289-290.

Volumine sexto comprehenduntur :

1. *epistolae* centum nonaginta octo, omnes editae, f. 6-241. His interseruntur, f. 213, *exploratio fidei s. Hieronymi ad Augustinum et Alypium,* et fol. 221, *consultatio et disputatio inter Augustinum et Hieronymum, de origine animae,* utrumque inter opera s. Hieronymi, extremum incerto auctore.

2. *sermones quinquaginta,* fere omnes *homiliarum* nomine, f. 242-291, quorum sequentes in editionibus minime obvii **a.** *de eo quod scriptum est* inc. : « Beatus vir qui post aurum non a- » biit . . . . », f. 248-249 ; **b.** *de gratia Dei* inc. : « Secundum » vasis [sic] electionis confessionem . . . . . », f. 255-256 ; **c.** *de psalmo L et de peccato David* inc. : « Quotiescumque fratres ca- » rissimi aliquos . . . », f. 258-260 ; **d.** *de evangelio* in quo dicit Dominus : « Esto consentiens adversario tuo », f. 260.

Volumen septimum continet **a.** libros septem *de baptismate contra Donatistas,* f. 1-42 ; **b.** *de peccatorum meritis et remissione et de baptismate parvulorum* libros tres, f. 42-70 ; **c.** *retractationum* libros duos, f. 71-94; **d.** *dialogorum librum ad Orosium presbyterum, quaestionum sexaginta quinque,* f. 95-102, perperam Orosio percontanti et Augustino respondenti tributum ; **e.** *de praedestinatione sanctorum,* f. 103-112 ; **f.** *de bono perseverantiae,* f. 112-125 ; **g.** *de cura pro morbis gerenda,* f. 125-131 ; **h.** *de unico baptismo,* f. 131-136 ; **i.** *ypomesticon* [commonitorium] *contra Pelagianos et Caelestianos,* f. 136-157, quod a nono usque saeculo plures Augustino falso adiudicarunt ; **k.** *de adulterinis coniugiis ad Pollutium* libros duos, f. 157-169 ; **l.** *de musica* libros sex, f. 169-209 ; **m.** *epistolam ad Memorium episcopum,* f.

209-210 ; **n.** *de doctrina christiana* libros quatuor, f. 210-246 ; **o.** *contra adversarios legis et prophetarum* libros duos, f. 246-267 ; **p.** *contra quaestiones Adimanti,* f. 267-283 ; **q.** *contra quinque haereses* librum subdititium, f. 283-289 ; **r.** *de natura et origine animae* libros quatuor, f. 290-315 ; **s.** *dissertationem contra Pascentium arianum,* f. 315-317, commentitium d. Augustini ; **t.** *contra epistolam Manichaei quam vocant fundamentum,* f. 318-329 ; **u.** *ad Consentium contra mendacium,* f. 329-339.

Volumina universa, iussu Bessarionis, cuius insignia cum ornamentis auropictis sub initio visuntur, eleganter exscripta manu Francisci de Ugolinis anno 1471 [V. vol. IV, f. 226], scripturae collatione facta, facile puto.

Cod. 49 membr., saec. XV, a. 364, l. 240 [L. II, VIII]. Ma.

1. S. Augustini, *de musica* libri sex, f. 1-30.

2. —— *academicorum* libri tres, f. 31-44.

3. —— *de spiritu et anima,* f. 44-52, 112-122, libri, bis dati, d. Augustino falso tributi Alcherium auctorem critici suspicantur.

4. —— *ad Orosium dialogus,* f. 52-59, proprie *Quaestionum sexagintaquinque dialogus sub titulo Orosii percontantis et Augustini respondentis,* inter supposititia.

5. —— *ad Deodatum filium, de quantitate animae,* f. 59-73.

6. —— *de disciplina christianorum,* f. 73-75.

7. —— liber *de misericordia,* f. 75-76. Sermo qui incipit : « Misericordia, fratres charissimi, peccatorum est reme- » dium . . . », in operibus d. Augustini non legitur.

8. —— *de vita animae,* f. 76. Nec inter Augustini supposititia obvius tractatus, inc. : « O vita que tantos de pro- » priis decipis, tantos seduxisti . . . »

9. —— *soliloquiorum* libri duo, f. 77-87.

10. —— *de libero arbitrio* libri tres, f. 87-112.

11. —— *de doctrina christ.* libri quatuor, f. 123-150.

12. —— *de spe, fide et charitate,* f. 150-164. Enchi-

ridion ad Laurentium, cum praemissis capite trigesimo primo secundi libri *Retractationum* et indice capitulorum [71].

13. *Quid significent membra et opera Dei* seu *de essentia divinitatis*, f. 165-166, incip.: « Omnipotens Deus, pater et filius » et spiritus sanctus, unus atque trinus, unus in natura, trinus » in personis . . . »

14. Anselmi archiep. cantuariensis, *de meditatione humanae redemptionis*, f. 166-168. Est undecima ex libro *meditationum* [*s. Anselmi opp.* Ven., 1744, tom. I, p. 312-315].

15. *Carmen* breve *de sacrificio Christi ad abolendum Adae peccatum*, f. 168, inc.:

« Ade peccatum que conveniens aboleret
» Victima . . . . . . »

16. Anselmi cantuariensis *contra Gentiles* liber, f. 168-171, incip.: « Gentilis, Maiestas divina cur ad dolores mortalis natu- » re insuper et usque ad opprobria crucis se humiliavit ? . . . » finit: « in signum veri sacrificii hoc interim facientes ». Est dialogus inter Gentilem atque Christianum, de redemptione generis humani, idem, uti videtur quem Trithemius inter Anselmi opera refert, quem equidem nec sub Anselmi, neque sub alterius auctoris nomine impressum unquam vidi, evulgari autem haud magnopere interest, immo vero indignum Anselmo.

17. Aurelii Augustini, *de fide ad Petrum* liber, f. 172-180, sive *de regula verae fidei*. Fulgentio tribuendus, inter supposititia Augustini opera editus est.

18. —— *de vita christiana*, f. 180-185, liber Fastidio britanno adiudicandus, aeque inter Augustini opera supposititia.

Codicem tereti membrana eleganter exscriptum dono dedit a. 1455 Baptista de Lignamine episcopus concordiensis monasterio s. Ioannis de Viridario Paduae. Folio primo exstat principium orationis M. Tullii Ciceronis in M. Antonium.

Cod. 50 chart., saec. XV, a. 277, l. 210 [L. II. LXXVII]. Z.

1. B. Augustini, *de beata vita* liber, f. 1-10.
2. —— *de agone christiano*, f. 10-21.

3. *Expositio fidei catholicae a sancto Gregorio maiore, ut credo, Naçanzeno,* f. 21. Ex graeco translata *s. Gregorii illuminatoris.*

4. *Expositio fidei, per beatum Hieronymum et beatum Ambrosium,* f. 21-22 : utraque ex eorum operibus sumpta.

5. *Expositio fidei catholicae secundum Faustinum episcopum et confessorem quam Theodosius propter haereses transferri fecit de graeco in latinum,* f. 22, inc : « Sufficiebat fides apud Ny-» ceam Bithynie conscripta adversus hereses . . . »

6. *Ex retractationibus beati Aurelii Augustini yponensis episcopi super libros de ordine* [lib. I, c. III], ac liber secundus *de ordine,* f. 22-38. Verba initii : « Satis intermissum est opus no-» strum », usque : « Vive igitur, ama. Fac cor » minime b. Augustino conveniunt : huius textus incipit capit. secundo a verbis : « Non nego inquit. Conficitur inquam neque Deum neque illa... » usque ad finem, variantibus quidem lectionibus.

7. S. Augustini, *expositio fidei,* f. 38-39, incip. : « Per idem » tempus coram episcopis hoc mihi iubentibus, qui plenarium » totius Africe concilium . . . . . » Est caput decimumseptimum libri primi *Retractationum,* in editis praepositum libro *de fide et symbolo.*

Codex principio inscribitur : *Ad usum canonicorum regularium habitantium in monasterio charitatis diocesi castelane Venetiarum, quos* [libros] *scripsi ego Paulus canonicus regularis dum essem Brisie in sancto Salvatore.*

Cod. 51 membr., saec. XII, a. 215, l. 148 [L. II, XIII]. Mk.

S. Augustini, *de verbis Domini* sermones omnes, iuxta veterem ordinem, praeter undeviginti, scilicet 10-16, 19-23, 34, 38-40, 47, 54, 56.

Fol. 42 sermo *de verbis Domini in evangelio Lucae :* « Ho-» mo quidam habuit duos filios . . . », qui incip. : « In lectione » evangelica quam audivimus », excerptus est ex sermone secundo *enarrationis psalmi LXX.*

Fol. 47 *verso* exstat sermo 34 *de verbis apostoli,* ac fol. 101, sermo primus.

Fol. 48 *verso* sermo in evang. Ioannis: « In princio erat » verbum . . . » et contra Arianos, qui inc.: « Iacob in re, Israel » in spe . . . » excerptus est ex sermone 122 *de verbis evangelii Ioannis* 2.

Fol. 60 *verso* sermo secundum Ioannem *de muliere deprehensa in adulterio,* qui inc.: « Meminit charitas vestra . . . » est tractatus 33 in Ioannem.

Fol. 80 *verso* sermo *de verbis evangelii secundum Ioannem:* « Verba que loquor vobis a meipso non loquor . . . . », qui inc.: « Audite auribus, accipite mentibus . . . . », est tractatus 71 in Ioannem.

Codex foliorum 102 cum titulis et initialibus litteris rubro colore, minutissimo caractere, pluries passim inscriptus est: « Vigintiocto omelie Augustini, armarii fratrum predicatorum » de Venetiis pro fratre Meliorato tarvisino, qui legis ora pro me » quia multum indigeo ».

Cod. 52 chart., saec. XV; a. 205, l. 114 [L. II, LXXIV].

1. S. Augustini, *retractationum* libri duo, f. 1-53.

2. *Epistolae tres,* duae diaconi Quodvultdei d. Augustino inc.: « Diu trepidus fui et ausus hos meos . . . . Unum quidem » reverentie tue commonitorium . . . » Una d. Augustini ad eundem. « Acceptis his caritatis tue . . . », f. 53-56.

3. B. Augustini, *libellus de diversis haeresibus,* f. 56-76, *ad Quodvultdeum.*

4. —— *ad Orosium, de diversis quaestionibus* liber, f. 76-92, seu proprie *Quaestionum sexagintaquinque dialogus sub titulo Orosii percontantis et Augustini respondentis,* inter suppositititia d. Augustini opera.

5. —— *de essentia divinitatis Dei et de invisibilitate atque immensitate eius,* f. 92-100, liber a variis consarcinatus, perperam tributus Augustino, Ambrosio, Hieronymo, Anselmo, Bonaventurae, inter Augustini opera supposititia.

6. —— *libellus de duodecim gradibus abusionis,* f. 100-108, leges insertum supposititiis d. Augustini operibus.

Ex monasterio Minorum conventualium, loco *Frari* Venetiis.

Cod. 53 chart., saec. XV, a. 209, l. 142 [L. II, XVI]. Mb.

1. S. Augustini, *de vita christiana ad sororem suam* liber, initio mutilus, f. 1-10. Holstenius Fastidio auctori restituit.

2. —— *de natura boni contra Manichaeos*, f. 11-23.

3. —— *de praesentia Dei ad Dardanum* epistola, f. 24-34.

4. —— *de divinatione daemonum*, f. 34-40.

5. —— *de orando Deum ad Probam* epistola, f. 40-48.

6. —— *diversarum quaestionum in epistolis Pauli et in libris Regum, ad Simplicianum* libri duo, f. 49-77.

7. —— *epistolae undecim*, septem aliis Hieronymi, Marcellini et Volusiani ad eundem insertis, f. 78-141.

Codex nitidissimus folio extremo exscriptus est: *Liber iste est sancti Leonardi prope Veronam*, ex quo monasterio ad aliud Candianae eiusdem ordinis perlatum est.

Cod. 54 chart., saec. XV, a. 200, l. 150 [L. II, XI]. Ma.

1. S. Augustini, *de praedestinatione*, f. 2-9, inc.: « Addere » etiam hoc quam maxime huic operi oportet . . . . . » Est liber sextus hypognosticon inter Augustini opera supposititia.

2. —— *de symbolo et fide contra Paganos, Haereticos et Iudaeos*, f. 10-29, inc.: « Inter pressuras atque angu- » stias . . . » item inter supposititia eiusdem.

3. —— *tractatus super epistolam sancti Ioannis apostoli ad Parthos*, f. 32-113.

Codicem manibus variis exscriptum dono dat monasterio s. Ioannis in Viridario Ludovicus Mussatus patavinus.

Cod. 55 membr., saec. XV, a. 343, l. 240 [Z. L. XVI]. P.

S. Augustini opera varia, nempe:

a. *contra Faustum manichaeum* libri triginta tres, f. 1-154. Deest pars capituli libri extremi, a verbis: *legimus, obliviscimur quemadmodum loqui soleamus?* ad finem, folio avulso contenta.

b. *de divinatione daemonum,* f. 155-159.

c. *de fide et operibus,* f. 160-173.

d. *de beata vita,* f. 174-179. Desunt quinque postrema capitula, quod folia avulsa sint.

e. *de fide rerum invisibilium,* f. 180-183.

Folio 184 exstant, errate positi, indices capitulorum libri Aurelii Cassiodori *de anima* et primi usque tertium b. Augustini *de Genesi ad litteram.*

Codex membrana politiori eleganter exscriptus praestat litteris initialibus venuste auropictis.

Cod. 56 membr., saec. XIII, a. 247, l. 171 [L. II, V]. Mk.

1. S. Augustini, *de doctrina christiana* libri quatuor, f. 1-37.

2. —— *de bono coniugali,* f. 37-46. Sub fine, alia manu inest: *Fratres Aegidii parmensis ordinis praedicatorum,* cuius usui credo librum deputatum.

3. *Tractatus brevis* [cui titulus *Memoriale*] *quo datur sapienti occasio proponendi cum gratia opportuna negocia et perferendi cum sapientia responsa digna,* f. 47-61. Auctor anonymus sic operis finem revelat: « Volenti ex parte alicuius principis ecclesiastici vel alterius magni domini nuncium ferre vel legationem facere ad curiam praesidis ecclesiae vel imperii, aut regem, provinciam, regnum, civitatem, collegium, vel capitulum, aggregationem vel exercitum, consilium seu parlamentum, synodum aut concilium; expedit, si generose et ordinate, fructuose et authentice vult proponere, ut super materiam quam intendit aliquod verbum de sacra scriptura praesumat, quod ad propositum suum faciat et ad intentum suum applicando etiam reducat . . . . » Est collectio locorum sacrae scripturae ad argumenta varia.

4. Anonimi de ordine minorum, *sermones diversi,* f. 62-102. Prooemium: « Executis, inspirante Domino, sex partibus secundi tractatus cuius est titulus *de conditione doctoris,* restat pars septima quam habemus in manibus, difficilior quam aliae, *de doctrina* videlicet *hominis* pertinente ad praedicatores secundum experimentum practicae. Sed quoniam de dominicalibus et

» sanctorum festivitatibus ad piae memoriae papam Alexandrum » quartum [el. 1254, m. 1261] scribentes eius praecepto et im- » perio nos expedivimus; ideo de iis quae pertinent ad diversa » statuum et officiorum genera, prout Dominus dederit, subiunga- » mus et titulos subnectamus ». Sequuntur sermonum exempla.

5. *Scintillae scripturarum,* hoc est sententiae bibliorum et patrum sub diversis titulis collectae, sine auctoris nomine, f. 105-135. Titulus primus *de charitate* inc.: « Dominus dicit in » evangelio : maiorem charitatem . . . »

Cod. 57 chart., saec. XV, a. 200, l. 152 [L. II, XI]. Ma.

1. *Hypognosticon liber sextus,* falso d. Aug. tributus, f. 2-9.

2. *De symbolo et fide contra Paganos, Haereticos et Iudaeos,* f. 10-29. Opella inter Augustini suppositítia.

3. Augustini hipponensis, *in epistolam* [primam] *Ioannis tractatus decem,* f. 32-113.

Ludovicus Mussatus patav., canonicus regularis s. Ioannis in Viridario dono dedit codicem folior. 119, eidem collegio, cum prece : « Studens non ingratus pro se oret ».

Cod. 58 chart., saec. XV, a. 213, l. 130 [L. II, VI]. F.

D. Augustini *epistola ad Valentinum de gratia et libero arbitrio,* inc.: « Domino dilectissimo et in Christi membris hono- » rando fratri Valentino... Venerunt ad nos duo iuvenes Cresco- » nius et Phelix . . . », iam pluries edita.

Codex foliorum 42, cum titulis et litteris initialibus rubro pictis.

Cod. 59 membr., saec. XIV, a. 350, l. 237 [Z. L. LXIII]. B.

S. Augustini, *de civitate Dei* libri viginti duo. Sub fine additur *doxia : Gratia et honor patri et filio et spiritui sancto, omnipotenti Deo in excelsis : in saecula saeculorum amen.*

Codex foliorum 176, duplici columna, cum postillis marginalibus aevi sequioris.

Cod. 60 membr., saec. XIV, a. 282, l. 212 [L. II, XIX]. Mk.

1. Aurelii Cassiodori *epistolarum* et *formularum*, nomine *variarum* libri duodecim, f. 1-34.

2. C. Solii Apollinaris Modesti Sidonii, Avernorum episcopi, *epistolae quatuor*, quarum prima *Sidonius Eleutherio suo*, in editis est octava libri primi inscripta *Candiano suo*; secunda *Sidonius Agricolae suo* est undecima libri sexti *domino papae Eleutherio* data; tertia *de forma Theodorici regis* et quarta *de actionibus eius diurnis* in editis constituunt undecimam libri primi, f. 134-135.

Codex cum pluribus postillis marginalibus sequioris temporis folio extremo inscribitur: *Explicit liber variarum Magni Aurelii Cassiodori senatoris, viri clarissimi et illustris exquaestoris palatii, exconsulis ordinarii et magistri offitii, praepositi offitiorum atque patritii. Deo gratias. Amen.*

Iacobus ser Guidi civis castellanus scripsit quem Deus benedixit.

Cod. 61 membr., 1409, a. 308, l. 220 [L. II, XX]. Mk.

Eiusdem, *variarum* libri duodecim.

Codex foliorum 70, duplici columna, folio extremo inscribitur: *Cum laude Dei et omnium Sanctorum liber hic finitur feliciter, millesimo quadringentesimo nono, Mutinae, septembris luce prima. Amen. Deo gratias — per me dominum Blancum de Ferariis.*

Cod. 62 membr., saec. XVI, a. 321, l. 203 [L. II, XXI].

Eiusdem, *variarum* libri primus, secundus, tertius, quartus, octavus usque duodecimum. Post quartum, manus posterior quae plures passim edidit notas marginales, adiecit: *Hic deficiunt tres libri,* qui in alio quoque codice, de quo Garetius in praefatione, deerant. Textus caractere elegantissimo scriptus est.

at persaepe mendosus. Singulis epistolis breviaria sua sunt manu recentiori adiecta, haud illa tamen magni momenti.

Codicem foliorum 55, duplici columna, dono dedit monasterio sancti Ioannis de Viridario Paduae, anno 1478 *devotus Christi sacerdos et bonarum artium cultor* Petrus Montagnana.

Cod. 63 membr., saec. XIV, a. 336. l. 230 [L. II, XXII]. Ma.

1. Eiusdem, *variarum* libri duodecim, f. 4-105.

2. —— *de anima*, f. 105-113.

3. D. Augustini *epistolae octo ad d. Hieronymum* et quidem ex libro quarto in Genesim, f. 114-120.

4. D. Hieronymi *epistolae trigintaquinque* ad varios, f. 120-143.

Bonam lectionem codex ut plurimum exhibet, licet mendis non careat; ad novam autem *variarum* editionem multo magis quam superior codex prodesse potest. Ante epistolas, ex quibus thesaurus eruditionis ad regnum gothicum in Italia cognoscendum plane exstat, prolegomenon quoddam de Augustulo, Odoacre ac Theodorico scriptum est, *de historia miscella* potissimum sumptum, cuius initium: « Ad evidentiam huius tituli est notan- » dum . . . » Distichon praecedit:

« Iure senator amans offert haec dona magistro,
» Cui plus eloquio nulla metalla placent ».

Volumen, duabus columnis, cum imagine Cassiodori picta in littera prima initiali, dono dedit s. Ioanni in Viridario Baptista de Lignamine episcopus concordiensis, anno 1455.

Cod. 64 membr., saec. XIII, a. 323, l. 233 [L. II, XVIII]. Mk.

1. Anicii Manilii Severini Boethii, *de Trinitate* libri quatuor, f. 1-6, quorum tertius nomine *de hebdomadibus*, extremus *de duabus naturis*.

2. B. Anselmi cantuariensis *tractatus fere omnes*, exceptis epistolis, meditationibus et orationibus, f. 6-95, scilicet *de veritate ; de libero arbitrio ; de casu diaboli ; de incarnatione verbi ; monologion ; prosologion ; de insipiente ; de concordia praescien-*

tiae et praedestinationis, nec non gratiae Dei cum libero arbitrio [tractatus bis exscriptus, secunda vice nomine: *de praedestinatione et libero arbitrio*]; *cur Deus homo; de conceptu virginali et origine mundi,* seu *peccato originali; de Spiritu sancto et de tota atque individua Trinitate contra fidem Graecorum, qui sua arrogantia negant illum et dubitant de filio procedentem,* seu *de processione Spiritus sancti contra Graecos.*

3. *De similitudinibus,* f. 95-115. Est Eadmeri cantuariensis monachi, hoc titulo: *Liber de s. Anselmi similitudinibus,* a Gabriele Gerberonio ad calcem operum s. Anselmi, Parisiis [1675, 1721] editus.

4. S. Augustini, *super Ioannem homiliae quinque,* f. 115-117. Sunt excerpta ex quatuor prioribus tractatibus s. Augustini *in evangelium Ioannis:* opus mutilum.

5. —— *de fide ad Petrum,* f. 118-127. Inter supposititia d. Augustini opera editum, d. Fulgentio tributum.

6. —— *de sancta virginitate,* f. 127-136.

7. —— *contra Adimontium* seu *Adimantum Manichaei discipulum,* f. 136-148.

8. —— *contra Faustum manichaeum* liber vicesimus secundus, f. 148-168.

9. —— *enchiridion de fide, spe et caritate,* f. 168-182, indice centumviginti trium capitulorum praeposito.

Cod. 65 membr., saec. XIV, a. 180, l. 126 [L. II, LXII]. O.

S. Gregorii papae, cognomento Magni, *dialogorum* libri quatuor.

Veram plerumque lectionem codex habet, utpote cui Dionysii Sammarthani editio fere ubique respondeat, in iis etiam quae primum ab eo sunt emendata: ubi vero ab illa differat, vel aeque bonam, vel meliorem lectionem obiiciat. Quod liquet ex huius collatione cum Sammarthani editione, tum etiam cum novissima, quam perdoctus vir Ioannes Baptista Galliciollius Venetiis elaboravit; qui hoc se codice usum fatetur [in annotat. ad praefat. Sammarthani, tom. VI].

Codex folior. 6, duplici columna, indice universo concluditur.

Cod. 66 membr., saec. XV, a. 210, l. 140 [L. II, XXXI]. Ma.

Eiusdem, *dialogorum* libri quatuor. Sub fine, foliis 101-109 exstat *tabula per alphabetum super librum dialogi beati Gregorii pape.*

Codicem foliorum 108, non sine mendis, dono dedit monasterio s. Io. in Viridario, anno 1478, Petrus Montagnana.

Cod. 67 membr., saec. XIV, a. 315, l. 223 [L. II, XXXIV]. Ma.

Flores dictorum s. Gregorii papae, in libros duodecim distincti. Inc.: « Creator omnium Deus pater omnipotens ubique » est et ubique totus, in parte vero non est . . . » Excerpti sunt ad litteram ex Gregorii operibus, pleraque ex libris *expositionis in Iobum* sive *moralium,* ab Huberto Scutteputço, canonico regulari, et editi seorsim forma minori ac in editione operum Gregorii gillotiana.

Codex foliorum 73, duplici columna, habet titulos rubricatos et imagines pontificum seu episcoporum in litteris initialibus cuiusque libri.

Cod. 68 chart., 1472-1474, a. 236, l. 164 [L. II, XLV]. Mk.

1. S. Isidori hispalensis episcopi, *dialogorum* seu *soliloquiorum,* vulgo *synonimorum* libri duo, f. 1-26, editi. Sub. fine legitur: 1472. *Explicit dyalogus sancti Ysidori. adi* 12 *marzo.*

2. *De passione Domini nostri Iesu Christi.* Inc.: In diebus » illis imperatoris tetrarcho sub Pontio Pilato traditus fuit Chri» stus a Iudeis . . . », f. 27-34. Narratiuncula est in qua multa de Christo, et quod Titus et Tiberius sanitatem sint adepti, eo quia ipsis ostensum sit sudarium Domini, quod Veronica mulier sancta apud se habebat, aliaque certe commentitia. In ea Ioseph ab Arimathaea loquens inducitur: « Et vere filius Dei erat ille. » Et ego deposui eum de cruce, et posui eum in monumento ve» ro . . . Et Iudei tenuerunt me clausum in die parasceve ad

» vesperam; et dum starem in oratione die sabbati, suspensa est
» domus a quatuor angulis . . . », f. 27.

3. *Oratio sancti Thomae apostoli,* inc.: « Thomas ebraice,
» latine abyssus vel geminus interpretatur, et grece Didymus no-
» minatur . . . », f. 32-35. Plura apostoli miranda recensentur a
Ioanne patriarcha Indorum coram Callixto II, anno eius quarto recitata, prout exstant in vita s. Thomae ad finem, apud Petrum Collum, qui ex libro Marci Pauli Millioni de Venetiis, cap. 64, 66, 67 exscripsisse se asserit.

4. *Liber sanctorum philosophorum atque sapientum compilatus per venerabilem fratrem Albertum Brixanum, de ordine fratrum praedicatorum.* Prooemium incipit: « Quoniam nullum prin-
» cipium, nullumque rectum exordium inchoatur nisi a Deo...
» idcirco Nicolaus ego de Fabris, de ora sancti Iuliani, filius bo-
» nisti cristalarii, humiliter et devote supplico altissimo creatori
» ut adsit meo operi, cum nil sine ipso rite fundetur . . . » quod excipit index capitulorum quadraginta quinque, f. 35-55. Albertum minime esse operis auctorem, praeter nomen Nicolai de Fabris id evincit quod Eckardus ubi in *Historia scriptorum ordinis Praedicatorum,* t. I, pag. 526, de Alberto de Brixia s. Thomae discipulo pertractat, nullum ingerit de hoc opusculo mentionem. Sub fine legitur: *Deo gratias. Finitus die* 24 *madii* 1474 *die martis. Amen.*

Codex belle exscriptus habet opercula lignea corio vitulino impresso obducta, avulsis bullis.

Cod. 69 membr., 1270, a. 255, l. 163 [L. II, XLVI]. Ma.

1. S. Isidori Hispalensis, *etymologiarum* libri viginti, f. 3-130. Praeeunt foliis 1-3, *chronicon imperatorum Orientis ab Heracleona ad Constantinum ducam,* quod incip.: « Libellus quoque
» de accentibus . . . In accentibus quidem certa lex est et regula
» ad levandam syllabam vel premendam . . . . », caractere saeculi undecimi; libellus de accentibus Bedae perperam adiudicatus; antiphona de sancta Maria: *Salve regina misericordiae* cum notis musicis, epistolae Isidori ad Braulionem caesaraugustan. ep.

ut et huius ad eum, in quibus de etymologiis sermo institutus, editae in Isidori *operib.* Romae, 1802, sub fine, tom. VI.

Libro primo, cap. 21, tota ea pars deficit quae in editionibus inc.: *Exoche, quis eos appellavit?* usque ad capitis illius finem. Ad initium libri quarti Q. Sereni Samonici carminis *de medicina* capita septem priora, non tamen integra, nec recto versuum ordine servato, exstant. Libro quinto *legum fragmenta* quaedam ex *codice Iustinianaeo* interposita sunt. Libro eodem pro chronico brevi, quod in editionibus ac in codicibus quoque manuscriptis esse solet, maius aliud exstat Isidori eiusdem, commatibus tamen integris passim diminutum. In fine haec a textu vulgato differentia legere est: « Heraclius dehinc quinque agit an- » nos imperii. Sisebatus Gothorum gloriosissimus princeps in » Hispania quam plurimas romanae militiae urbes sibi bellando » subiecit, et Iudaeos sui regni subditos ad Christi fidem con- » vertit. Post quem religiosissimus Suinthila princeps bellum » cum aliquibus romanis urbibus iniit, celereque victoria totius » Hispaniae monarchiam regum primus obtinuit ». Deinde: « Fiunt igitur ab exordio mundi », ut in editionibus. Post etymologias haec litteris maiusculis adscripta sunt:

« Ut est labor agricolis proscindere vomere terras,
» Sic mihi arundineus calamus solcare novales,
» Ille etiam tostas congaudet cernere messes
» Sic et ego finem lector concludere versum ».

« Rogo boni lectores — ut oretis pro Ioanne scriptore — si Deum » habeatis protectorem. — Explicit Deo gratias semper. Amen. » MCCLXX ».

Carmina eadem post *etymologias* exhibet quoque codex pervetustus bibliothecae malatestianae, quae Cesenae est a mucciolo descriptus, tom. I, p. 140, indicis codicum illorum. Ei marcianus hic in multis respondet, et ipse antiquitate et textus bonitate praestans. Accedunt siquidem opuscula haec, in illo quoque ex parte adiecta.

2. S. Augustini episc. *epistola* inc.: « Primum quidem de- » cet nos audire iustitiam, deinde intelligere .... », f. 130-131. Huic una cum sermone sequenti Mansius locum dare parabat in nova *Miscellaneorum Baluzii* editione, id tamen non fecit. V.

Nuove memorie per servire all' istoria letteraria, tom. IV. p. 213.

3. S. Augustini, *sermo de diebus malis*, inc.: « Audi homo, » rapis aliena et gaudes male operari . . . », f. 131.

4. *De via iustorum et via peccatorum*, inc.: « Via sancto- » rum fides catholica, via peccatorum infidelitas prava . . . . », f. 131.

5. *De anima et eius virtutibus*, inc.: « Per auditum credit, » per desiderium querit », f. 131.

6. *Homilia sancti Augustini de die iudicii*, inc.: « O fratres » charissimi, quam timendus est nobis dies ille », f. 131. Inter Augustini apocrypha, tom. V, part. II, append. p. 251.

7. *Interrogationes de rebus veteris et novi Testamenti*, inc.: « Quia video te de scripturis contendere velle . . . », f. 131-133, ex codice Isidori caesenatensi a Mucciolo partim editae opere allato, tom. II. Quae pars in codice illo deficit, huic inest; interrogationes nimirum sunt a Genesi ad Apocalypsim.

8. *Interrogationes de locis quibusdam librorum veteris et novi Testamenti*, inc.: « Ubi primum in sacris scripturis sancta » Trinitas describitur? In exordio libri Genesis.... », f. 133-135.

9. *Chronica sancti Eusebii presbyteri de principio coeli, creatione terrae et confirmatione mundi*, inc.: « Mundus de tribus vi- » sibilibus, sed tamen invisibilibus factus est . . . . », f. 135. Futile fragmentum.

10. *De octo pondera* [sic] *unde factus est homo*, incip.: « In » primis pondus humi quod e limo factum est », f. 135-136.

11. *Quaestiones de rebus historicis*, inc.: « Quis primus lit- » teras invenit », f. 135. Sub fine: « Modo restant anni de sexto » millenario LXX, post isto anno quando Carulus pugnavit in » Eustria contra regem Elrangifrido . . . »

12. *Glossae evangeliorum*, incip.: « Fyson insufflatio, Geon » felicitas . . . », f. 136-138.

13. *Commemoratorium in Apocalypsim b. Ioannis*, incipit: « Ioannes gratia Dei interpretatur, figuram Christi tenet . . . », f. 138-140. Cap. primo, versiculo secundo: « Et testimonium » Iesu Christi, idest de incarnatione, sicut ipse Ioannes dicit: » Tres sunt qui testimonium dant, sanguis et aqua et spiritus ».

Sub Hieronymi nomine exstat in antiquo catalogo bibliothecae coenobii pomposiani, apud Montfauconium, *Diar. ital.*, p. 92.

Codici quaedam folia desunt passim.

Cod. 70 membr., saec. XIV, a. 190, l. 133 [L. II, XLIX]. Ma.

1. S. Isidori hispalensis, *sententiarum theologicarum* libri tres, ex Gregorii magni moralibus magnam partem excerpti, f. 1-136, emendatius Romae editi in Isidori operibus a. 1802, t. VI, p. 115-362, cum notis Arevali.

2. Excerpta, sine ordine, operis *de officiis* eiusdem Isidori, nempe ex capitulis 24-34, 37-40, 43 primi libri, ac decimoseptimo secundi, f. 136-145. Liber uterque eodem opere et volumine editus est, p. 363-471.

3. *Liber praemiorum, de ortu vel obitu sanctorum novi testamenti*, capitulis viginti, f. 145-151. Sunt excerpta breviora articulorum 34, 36, 39-51, 54-58, appendicis XX, nempe *libri de ortu et obitu patrum*, eodem opere publici iuris facti, tom. VII, p. 374-397.

4. *Capitula ex dictis sancti Augustini episcopi, de voto, de poenitentibus, de humilitate, de patientia, de karitate, de reddendis decimis*, f. 151-158.

Codex malae notae.

Cod. 71 membr. saec. XII, a. 320, l. 228 [L. II, XCVIII]. N.

Sententiarum libri tres, f. 1-72, 78-88, Isidoro hispalensi prorsus abiudicandi, etsi fragmenta quaedam evincant auctorem legisse Isidorum. Praeit index capitulorum viginti pro libro primo, triginta pro secundo, viginti unius pro extremo. Volumen incipit capitulo tertio primi libri : « Duarum pactionum nexibus » unusquisque fidelis Deo in baptismate se obligavit ». Libro tertio, f. 78-88, praeit index capitulorum 35 ; finit textus dimidio capite vigesimo primo.

2. *De anima quando egreditur corpore Augustinus dicit.* Incip.: « Et anima uniuscuiusque dum migrabit de suo corpore... », f. 73.

3. *Expositio in oratione dominica,* incip. : « Oratio domini-
» ca quam docuit ipse Dominus ac redemptor noster . . . .
» Dominica oratio septem conserta peticionibus . . . », f. 73-75.

4. *Traditio symboli,* incip. : « Symbolum quem vobis tra-
» dituri sumus, fratres carissimi, comprehensio est . . . . Sym-
» bolum grece, latine conlatio, vel signum interpretatur . . . . »,
f. 76-78.

5. Sermo s. Augustini *decachordon,* vel *de decem cordis,* a capit. IV, f. 89-98. Est sermo nonus supposititius acephalus in operib. s. Augustini.

6. *Lamentatio et oratio Ieremiae prophetae,* f. 98-103.

7. Quaedam sine ordine *de beato Ioanne apostolo,* f. 103.

8. S. Ioannis apostolis *apocalypsis,* cum prologo et praefatione f. 103-114, usque ad finem capitis XVI, incip. : « Ioannes
» hebraice, latine Domini gratia, seu columba, aut apertus in-
» terpretatur . . . ».

9. S. Ioannis epistola I, versic. 7, cap. I, ad 14, cap. IV, f. 115-116.

10. Fragmenta, sine ordine, narrationis ex historia sacra, f. 117-120.

11. Fragmentum *expositionis in Cantica canticorum,* f. 120-122. Principium operis in tres libros divisi inc. : « Cantica can-
» ticorum eo quod omnia cantica que aut Moyses aut Maria in
» Exodo aut Isayas . . . »

Codicem ex mutilis operibus compactum, duplici columna, ideo longiori sermone persecutus sum, quod ex saeculo decimosecundo.

Cod. 72 membr., saec. XIV, a. 380, l. 252 [L. II, I]. Mk.

S. Anselmi archiepiscopi cantuariensis opera :

a. *Monologion,* seu *Soliloquium.* Liber unus, capitibus octoginta, f. 1-18. **b.** *Prosologion,* **i. e.** alloquium. Liber unus, capitibus viginti sex, f. 18-22. **c.** *Quid ad haec respondeat quidam pro insipiente.* Liber unus, f. 22-26. **d.** *Tractatus de veritate.* Dialogus unus, capitulis tredecim, f. 26-31. **e.** *Tractatus de libertate arbitrii,* seu *de libero arbitrio.* Dialogus unus, capitibus

item tredecim, f. 31-36. **f.** *Tractatus de casu diaboli.* Dialogus unus, capitulis viginti septem, f. 36-46. **g.** *De meditatione humanae redemptionis,* seu *redemptionis generis humani.* Liber unus, f. 46-48. **h.** *De incarnatione Verbi epistola summo pontifici Urbano,* f. 48-54. **i.** *Cur Deus homo.* Libri duo, quorum primus habet capitula vigintiquinque, alter viginti duo, f. 54-72. **k.** *De conceptu virginali et originali peccato.* Liber unus, capitulorum vigintinovem, f. 72-80. **l.** *De processioneSpiritus sancti contra Graecos.* Liber unus, f. 81-89.

Codex, duplici columna, sub fine refert notas: *Anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo primo* [quem numerum ex scripturae indole puto falsum], item: *Anno* 1397, *die undecima post matutinas, aurora appropinquante de mense ianuarii, infra octavam Epiphanie, die Iovis.*

Cod. 73 membr., saec. XIV, a. 137, l. 101 [L. II, LXIV]. O.

1. *Considerationes de missa et de sacramento altaris,* f. 1-5, inc.: « Primo accessurus ad mensam celestis convivii . . . »

2. Anselmi archiepiscopi libri tres, *Lucidarii* titulo, f. 19-59, incip.: « Sepe rogant discipuli, quasdam questiunculas » enodare . . . » Nedum Anselmo cantuariensi, sub cuius nomine haud semel prodiit; verum etiam Augustino, Lanfranco Cantuariensi, Guilberto Novingentensi, Guillelmo Conventriensi carmelitae, ac Petro Abaelardo opus hoc tribui consuevit. At Honorio Augustodunensi illud iure adiudicant monachi sanmauraei in *historia Galliae litteraria,* tom. XII, p. 167.

3. Quaedam de absolutione laboranti in extremis, f. 60.

4. Nicolai papae III, *bullae super confirmatione regulae beati Francisci,* inc.: « Litteras felicis recordationis Honorii pape... ». Exstat in *annalib.* ordinis s. Francisci a Waddingo, t. V, p. 457.

5. Quomodo vita fratrum minorum sit instituenda, f. 60-62.

6. Quaedam acta Christi et apostolorum; symbolum apostolorum; nomina pontificum usque ad Gregorium XI [a. 1370-1378]; septem dona Spiritus sancti; nomina librorum veteris et novi Testamenti sex versibus per compendium recitata, f. 62-64.

7. *Sermones* varii de Genesi, de sancto Martino, bini de no-

va missa, in consecratione ecclesiae, de s. Andrea apostolo, de s. Nicolao, de s. Ambrosio, de b. Lucia, de s. Thoma, de omnibus apostolis, de uno sancto vel sancta; in annuntiatione, nativitate, assumptione b. Mariae virginis; de mortuis; de morte pueri, de poenitentia; in translatione sanctorum et sanctarum; de Elya; de b. Francisco; de s. Antonio; in die Pentecostes; de quolibet sancto; in nativitate Domini; in circumcisione; in epiphania; in omni tempore anni, f, 64-95.

8. ***Liber synodalis ecclesiae nemausensis,*** a. 1252, inc.: « Quoniam in sacramentorum collationibus . . . . . », f. 96-114. Hunc Martenius inter anecdota protulit ex duobus codicibus avenioniensis ecclesiae et colbertino [tom. IV, p. 1021], in quibus titulus erat: ***Liber synodalis compositus per magistrum Petrum de Sampsone, ad instantiam domini Raymundi, Dei gratia, nemausensis episcopi.*** Constitutiones anno 1252 factas ex codice nostro patet, quod quum Maurum Sartium de Sampsonio disserentem lateret [*de profess. gymnasii bonon.*, tom. I, p. I, p. 367], quamdiu is Bononiae ius canonicum explicavit, haud equidem vir eruditissimus discernere potuit. Eas in codice coenobii sancti Micaelis murianensis exaratas Mansius quum reperiisset, in eoque, licet annum 1252 praeferrent, ecclesiae tamen remensi tribui animadvertisset, nemausensi bene adiudicavit, et ad annum 1284 reiecit; quod aliis eo ipso anno pro ecclesia nemausensi conditis, et a Labbaeo iam vulgatis eaedem fere ubique respondeant [Mansi, supplem. ad Concil., t. III, p. 1389]. Falso tamen: Raymundus namque Almarici episcopi nemausensis sua primum decreta a Sampsonio scripta anno 1252 edidit; Bertrandus postea, qui illi successit, eadem pro suis adoptavit, ac, aliqua mutatione facta, denuo servanda edixit; quod rem qui discutient omnino cognoscent.

Vulgatum a Martenio textum saepe corruptum ac mutilum codex hic ipse noster emendat ac supplet. En fragmentum ad paginam editionis Martenianae 1070, versu 18 addendum; cuius nonnisi partem posteriorem Mansius edidit, nec illam quidem integram, vitio codicis, quo usus est, murianensis. « Quia colliga-
» tiones, societates, confratriae, seu coniurationes, quocumque
» nomine censeantur, reprobatae sunt ac canonibus et constitu-

» tionibus conciliorum factorum per legatos sedis apostolicae in » partibus et provinciis istis, omnino interdictae et cassatae, et » excommunicatio lata in factores, sicut in valentino concilio » continetur; ideoque praedictis conciliis inhaerendo, auctoritate » praedictorum conciliorum districte prohibemus, ne aliqui con- » iurationes, alligationes, confratrias seu alias quascumque obli- » gationes fide vel iuramento, seu qualibet alia firmantia inter- » positis, facere praesumat contra ecclesias vel personas eccle- » siasticas, seu contra ecclesiasticam libertatem; poenas timen- » tes super hoc in conciliis et canonibus promulgatas. Hoc est » in ecclesiis publice proponendum ».

« Quoniam periculosum est omnibus sententiam excommu- » nicationis incurrere, et eam sustinere animo indurato, districte » praecipimus sacerdotibus ecclesiarum parochialium universis, » ut parochianos suos publice moneant, et fere quintis singulis » annis, ne culpa sua se permittant excommunicationis vinculo » innodari, denuntiando eis quod quicumque post legitimam ad- » monitionem se excommunicari permiserit in VIIII libras et » unum danarium Turonis punietur; sicut statutum fuit per do- » minum Ludovicum regem Franciae in concilio apud Apamiam » celebrato, quod fuit per ecclesiam approbatum ».

« Item significatur eisdem parochianis, quod si per annum » contumaciter in excommunicationis sententia permanserint; » bona eorum cadent omnia in commissum; sicut ab illustri do- » mino Ludovico rege Francorum filio praedicti domini Ludovici » fuit constitutum et praeceptum observari in provincia narbo- » nensi; supra quod litteras suas patentes dedit et concessit uni- » versis episcopis provinciae narbonensis: quae omnia fuerunt » postmodum per ecclesiam comprobata ».

9. *Sermones* de s. Ioanne Baptista, corpore Christi, oratione dominicali, ascensione Christi; communes, de passione, dominicis, sancta Catherina, f. 116-125.

10. *Libri sancti Methodii episc. et mart.*, incip. a capitulo tertio: « Sciendum namque est quod exeuntes Adam . . . . », f. 126-131. Idem libellus qui sub titulo *revelationum* Methodio patarensi episcopo perperam tribui solet, ac in *Bibliotheca patrum lugdunensi* exstat, tom. III, p. 727-734.

11. De continentiae vario genere, ordinibus angelorum, humana natura, peccato Adae et angeli, signis iudicii originalibus, f. 131-135.

12. Synonimorum syllabus incip.: « Deus, omnipotens, cun-» cti potens, filius Dei, natus, verbum, veritas », ut ulterius: « Stella, sidus, astrum — magnus, ingens, grandis, grossus ec. », f. 137-142.

13. *Sermones* de sanctis apostolis Petro et Paulo, Petro ad vincula, Barnaba, f. 142-145.

14. *Errores quos communiter Patareni de Bosna credunt et tenent*, f. 146. Numero triginta incip.: « In primis credunt et » tenent quod duo sunt dii . . . . » Patareni genus haereticorum notissimam Bosniam medio circiter saeculo duodecimo pervas[illegible] plus annis tercentis fidem catholicam per eam regionem da[illegible] insigniter affecere [Farlatti. *Illyr. sacr.*, t. IV, p. 45]. Quos [illegible]dem errores saeculo XIV profiterentu[illegible]nat.

15. Bernardi abbatis, *specu[illegible] monachorum*, [illegible]c.: « [illegible] quis » emendationis vite desid[illegible]actus . . . », f. 146[illegible]7. [illegible]ulphi *Boerii* monachi cistercie[illegible]omine inscripta opel[illegible] in editione operum s. Bernar[illegible]risiensi anni 1609, t[illegible] p. 799.

16. Capitula exce[illegible] de quibusdam s. Be[illegible] operibus inc.: « Non est quod me[illegible]ctat magis . . . », f[illegible]-169.

17. Tractatus *de do*[illegible]*ritus sancti* inc.: [illegible] Quoniam or-» dinare materias edification[illegible]aluti animaru[illegible] . . », f. 185-223. Summa libri primi ex tractatu [illegible] septem donis Spiritus sancti a fratre *Stephano de Borbone*, qui et *de Bellavilla*, ordinis praedicatorum, conscripti, in quo de dono timoris disseritur: quam siquidem Echardus ex eo tractatu sumpsit, ac in opere *de scriptoribus ordinis praedicatorum*, t. I, p. 186, et in summa sancti Thomae vindicata attulit.

18. *Meditationes in vitam Domini nostri Iesu Christi* inc.: « Inter alia virtutum et laudum preconia . . . . . », f. 225-283. Exstant inter opera sancto Bonaventurae perperam adscripta, quae in postrema eorundem editione veneta volumine duodecimo sunt. *Bonaventurae Baduario* de Peraga nonnulli adiudicant; de quo Fabricius in *Biblioth. lat. med. et infimae latin.*, tom. I. p. 255, et auctor diatribae in eandem Bonavent. operum editionem.

19. *Epistola quam scripsit magister Samuel ismelita, oriundus de Ferret civitate Marochitarum regni Arabiae, ad Isac magistrum sinagogae, quae est in Subjulmeta in regno praedicto; translata de arabico in latinum, per fratrem Alphonsum [Bonihominis] ordinis praedicatorum de Hispania*, inc.: « Conservet » te Dominus, o frater, et permanentem faciat . . . », f. 284-295. De libello vulgatissimo disserit Fabricius in *Bibl. lat.*, 1, p. 71.

20. *Puncta principalia et auctoritates exstractae de disputatione inter Christianum romanum et Patarensem*, inc.: « Romane fidei Christianus dicit: postquam confiteris nos ambos » christianos esse . . . . . », f. 295-308. Catholicus et Patarenus disputant pro sua quisque doctrina; ut in alio eodemque fusiori scripto apud Martenium in *thesauro anecdotorum*, V, p. 1703.

21. *Planctus ecclesiae*. Rhythmus nullibi mihi obvius, qui inc.: « Ad te, Domine, levavi anime precordia = In te speravi » tanta cum fiducia = In te, Domine, speravi ego flens eccle- » sia . . . », f. 309.

22. *Sermones* de Maria virgine dolorosa, et in parasceve, f. 310-313.

23. *Liber originalis de viciis et virtutibus, de poenis Inferni et gloria Paradisi, et primo de malignitate diaboli a quo omnia mala procedunt*, capitulis sexaginta, inc.: « Prius conspersionem » uniuscuiusque antiquus hostis adversarius . . . », f. 313-333.

24. Glossarium latinum, inc.: « Abavus et abava dicuntur » mater et pater proavi . . . . », f. 334-360. Plura sunt quae in postrema Dufresne Ducangii glossarii editione desiderentur, ut *abacies, cingulum sacerdotale, abacia* enim diverso prorsus sensu prolatum; *acalicalis dicitur pincerna a calice dictus*, dum Ducangius dat tantum *acalicalus; acervus mercurii dicuntur acervi mercatorum, quando faciunt compotum, vel cum aliis huiusmodi*. Auctor saepe nugatur pro sui saeculi vitio, nec aliis monumentis usum se prodit, nisi Eberhardi Bethuniensis et Hugutionis pisani glossariis.

25. Glossarium synonimorum versu et prosa oratione exaratum, sic incipit f. 361:

« Occumbens moritur, subcumbens vincitur hoste,
» Accumbens dormit, discumbens fercula sumit,

» Concumbens violat, incumbens saepe laborat,
» Decumbens plorat, procumbens numen adorat ».

26. *Sermones de adventu, in die cinerum, de beata virgin in festis apostolorum,* in quo extremo sermone apostoli lapidibu pretiosis promissa oratione comparantur, f. 364-379.

Codex folio extremo 382 inscriptus: « Ego frater Ambr » sius conventus de Veneciis concessi istum librum et dedi » usum fratri Stephano de Tergestis, vicario Bosnae ex carita » et pro suis fidelibus servitiis mihi exhibitis, de licentia patr » magistri Angeli de Bonis generalis magistri 10 die septem» bris, anno Do. 1421 ». Antiquioribus operculis corio cocin obductis desunt bullae cupreae.

Cod. 74 chart., saec. XV, a. 210, l. 144 [L. II, LXVI]. 0.

1. *Sermo beatissimi patris nostri Bernardi, de contemplatione Domini nostri Iesu Christi,* f. 1-9, inc.: « Quam vehementi » amore amplexasti me, o bone Iesu, quando sanguis exivit de » corde tuo . . . »

Quod codex, ut primo folio adscriptum est, de bibliotheca esset coenobii septimiani sancti Salvatoris, ordinis cisterciensis; [cuius bibliothecae fata Nicolaus Baccetius exponit in historia abbatiae septiminianae lib. II, p. 10], fert titulum *sancti patris nostri Bernardi,* quo nomine sermo inscriptus est in codice nostro [Z. L. XXXV] et in Laurentiano [Bandini. *Catal. mss. bibl. laur.,* t. I, p. 160], licet ab eius dicendi genere, mea sententia, non parum absit.

2. Libellus *de laudibus et commendatione virginis Mariae,* f. 9-11, inc.: « Omnis qui ad divinum Hemanuel, hoc est ad ver» bum patris altissimum . . . »

3. —— *de modo contemplandi passionem Domini,* f. 11, inc.: « Septies in in die laudem dixi tibi. Rogasti me ut aliquem » modum . . . » De eo in codice [L. II, LXV] actum.

4. D. Bernardi, *de planctu virginis Mariae in passione filii eius,* f. 20-27, inc.: « Quis dabit capiti meo aquam et oculis meis » imbrem lacrymarum... » Bernardo tribuunt codices regiae bi-

bliothecae taurinensis [tom. II, p. 229] ac laurentianae [Lat., tom. I, p. 159], dissentiente tamen Bandinio.

5. D. Bernardi *iubilus*, f. 27-28, inc.: « Iesu dulcis memoria — dans vera cordis gaudia . . . » Rythmus de nomine Iesu, inter d. Bernardi supposititia opera editus.

6. —— *speculum monachorum*, f. 29-30, inc.: « Si quis » emendationis vite desiderio tactus . . . » Idem ac in alio codice [L. II, LXIV], *Arnulphi Boerii* monachi cisterciensis nomine inscriptus, exstat in *opp.* s. Bernardi [Paris., 1690, V, p. 799].

7. —— *epistola ad quemdam discipulum suum, de formula honestae vitae*, f. 30-31, incip.: « Petis a me, mi frater cha- » rissime, quod nunquam et nusquam . . . », Licet Bernardo in codicibus cisterciensi et parisiensi tribuatur, a Mabillonio inter eius opera adulterina reiecta est [t. V, p. 794].

8. —— *gradus obedientiae admodum perutiles*, f. 32-34, inc.: « Primus gradus est obedire libenter . . . » Spectat ad sermonem XLI d. Bernardi in editione parisiensi [t. III, p. 1171].

9. —— *de humana miseria*, f. 35-36, incip.: « O homo qui ex anima rationali et humana carne subsistis . . . » Supposititius b. Bernardi in editione parisiensi [t. V, p. 755].

10. —— *liber qui dicitur: ad quid venisti*, f. 37-44, capitulis triginta quinque, inc.: « Primo considerare debes semper » ad quid veneris . . . » Libellum inter opera perperam Bernardo adscripta leges in editionibus parisiensi ac veneta usque ad capitulum vigesimum sextum non absolutum ; fere integrum in *Bibliotheca patrum lugdunensi* sub *fratris David de Augusta* seu *Augustani minoritae* nomine [t. XXV, p. 869-880] et operis titulo *Formula novitiorum*, quod nomen [proprie *de institutione novitiorum*] eadem opella retinet in editione veneta sancti Bonaventurae [t. XII, p. 183], nullibi emendatior ac in codice nostro.

11. —— *tractatus utilissimus de modo contemplandi, qui dicitur scala claustralium*, f. 44-48, in.: « Dilecto suo fratri G. » [Gervasio] frater Bernardus: delectare in Domino. Cum die » quadam corporali manuum labore occupatus . . . » Opusculum [d. Augustino quoque quandoque tributum, sub nomine *Scala paradisi*] Guigoni adscribunt editores s. Bernardi operum parisiensis ac venetus.

12. D. Bernardi *homiliae* [quindecim] *super Ioann.*, f. 49-81, inc.: « Pascalibus dapibus saturati esuriens quicumque requi- » ris . . . . » Harum Ogerius Lucedii abbas, ordinis cisterciensis, auctor est in editionibus Bernardi operum parisina et veneta.

13. *Speculum novitiorum utillimum editum a fratre Bonaventura ordinis fratrum minorum*, f. 81-85, inc.: « In Christo » fratri suo dilecto P. frater eius B. [Bonaventura] in Domino » qualiscumque . . . » Sub fine legitur: « Expliciunt memorialia » pauperis Bonaventure ». Inter opera sancti Bonaventurae incerta numerat editor venetus in diatriba primi voluminis [p. 89].

Cod. 75 membr., saec. XIV, a. 173, l. 114 [L. II, LXV]. O.

1. *Quaestio animae et corporis*, f. 1-11. Tractatiuncula inc.: « O cibus angelicus, cibus dulcis et suavis », pio, ut credo, quodam monacho auctore.

2. *Oratio ad beatam Mariam virginem*, f. 12-13, inc.: « O » intemerata et in eternum benedicta.... », Anselmo cantuariensi auctore, quam edidit Gerberonus oratione 52.

3. S. Augustini, *de vita huius mundi et de vita beata* sermo, f. 17-20, inc.: « O vita quantos decepisti . . . », inter sermones ad fratres in heremo, falso Augustino adscriptos n. XLIX, saepe a textu impresso, ne dum titulo, sed et re differt.

4. B. Bernardi, *de passione Christi* sermo, f. 20-29, incip.: « Quis me consolabitur, Domine Iesu . . . », edita primum Ingolstadii anno 1617 a Gretsero sub nomine Bernardi, ex bibliotheca cartusiensium erfordensium, inter d. Bernardi opera supposititia a Mabillonio [*Bern. opp.* Paris., t. V, p. 521].

5. *Rhythmus ad sanctam crucem et Iesum Christum*, f. 29-30, incipit:

« O crux fructex salvificus,
» Vivo fonte rigatus,
» Quem flos exornat fulgidus,
» Fructus fecundat gratus ».

6. Quaedam breviora devote animadversa: *de antiphona: Gaude Maria; visio sancti Hugonis de nativitate Christi; quod angeli fecerint officium: salve, sancta parens; de conceptione b.*

Mariae virginis ; de antiphona : Regina coeli ; de responsorio : Gaude Maria ; de Salve regina et Mariae praesentia ; de muliere quae virgini ymaginem filium abstulit eo quod eius filium a carcere non liberavit ; de psalmis dicendis ad honorem nominis Mariae et Iesu, f. 30-32.

7. *De nativitate b. Mariae virginis et historia evangelica,* f. 35-44, tractatio utcumque consarcinata, nulliusque usus, quod tria folia sint partim abscissa.

8. S. Io. Chrysostomi *homilia in illud Ioannis* [XX, II] : *Maria stabat ad monumentum foris plorans,* inc. : « Audivimus, » fratres, Mariam ad monumentum foris stantem . . . », f. 47-56, nec apocryphis Chrysostomi scriptis adiudicata.

9. *Evangelium Nicodemi,* f. 59-78, quod inc. : « Audistis, » fratres carissimi, que acta sunt sub Pontio Pilato . . . », plurimum differt, quoad praesertim dicendi rationem, ab edito a Fabricio [*Cod. apocryph. novi Testamenti.* Hamburgi, 1719, I, p. 238].

10. *Quaestiones quae fuerunt inter Christum et diabolum,* f. 78-85, inc. : « Cognitione habita apud demones de Christo » pendente in cruce . . . » Dialogus inter Christum e cruce pendentem et diabolum super crucis brachium sedentem, in quo uterque de humani generis redemptione, more scholastico ac prorsus divina maiestate indigno, disputat.

11. Bernardi abbatis, *super contemplationem passionis Domini nostri Iesu Christi* liber, f. 85-89 : incipit prologus : « Se- » pties in die laudem dixi tibi. Rogasti me ut aliquem modum... » Libellus nec inter supposititia Bernardi opera impressus, meditationem continet de passione pro qualibet diei hora canonica. Bernardum auctorem praefert in codice nostro [L. II, LXVI], in laurentiano [Bandini. Catal. bibl. laurent., t. I, p. 164] ac in 973 bibl. s. Michaelis Venetiarum [Mingarelli. *Bibliotheca s. Michaelis* ec. Ven., 1779].

Codex, vetustate et iniuria hominum male actus, quomodocumque refectus est.

Cod. 76 chart., saec. XV, a. 287, l. 215 [L. II, LIX]. Ma.

1. B. Bernardi *contemplatio de gaudiis et praemiis paradisi*, f. 1-55. Librum qui inc.: « Multi multa sciunt et semetipsos » nesciunt; alios inspiciunt et se ipsos deserunt . . . » Bernardo abiudicandum censeo, etsi in omnibus fere mss. huius nomine obvius sit. Venit quoque titulo *Meditationes piissimae de cognitione humanae conditionis*, sub quo editus est in operibus d. Bernardi, non tamen huic attributus; saepe etiam *de interiori homine:* in codice dunensi hanc prefert epigraphen: *Tractatus utilis ex verbis b. Bernardi, abbatis claraevallensis et aliorum patrum* de interiori homine. *Quomodo Deum inveniat.*

2. —— *de contemptu mundi* liber, f. 15-27, qui inc.: « O » munde immunde, quare diliximus te? Hic ergo fructus tuus... » eidem quoque est abiudicandus.

3. S. Hieronymi ad Eliodorum monachum, *de contemptu mundi*, f. 27-31, sive de laude vitae solitariae, inc.: « Quanto » amore et studio contenderim ut pariter in heremo moraremur... »

4. S. Caecilii Cypriani, *de ecclesiae unitate, de opere et eleemosynis, de bono patientiae, de dominica oratione* tractatus, f. 31-66, omnes editi.

5. B. Aurelii Augustini, *de cura pro mortuis agenda, utrum prosit illis qui sepeliuntur in basilicis Sanctorum*, f. 66-77.

6. S. Basilii, *de utilitate capienda ex Gentilium operibus. Oratio ad nepotes suos, ex versione Leonardi Aretini, cum huius prooemio* ad Colucium Salutatum, f. 77-86, saeculo decimoquinto primum edita.

7. Xenophontis *libellus de tyranno, ex versione Leonardi Aretini* cum huius dedicatione *ad Nicolaum suum*, f. 86-96, pluries saeculo decimoquinto impressus.

Codex numeratus 87-182 partem maioris constituerat: operculis primigeniis corio nigro impresso obductis avulsae sunt bullae ex orichalco. Folio extremo sententiae inscriptae sunt: *Abusiones huius mundi sunt duodecim, scilicet sapientes sine operibus, senes sine religione, adolescentes sine obedientia, dives sine eleemosyna, femina sine pudicitia, episcopus negligens, rex mi-*

tis, pauper superbus, dominus sine virtute, servus sine timore, plebs sine disciplina, populus sine lege.

Cod. 77 chart., saec. XV, a. 279, l. 189 [Z. L. XCIV].

Locorum ex sanctis patribus Ioanne Chrysostomo, Basilio, Bernardo, collectio, sine ordine per titulos varios concinnata, cum indice sub codicis initio, quam factum putarim in usum concionandi.

Codex habet folia 291, vacua potiori parte.

Cod. 78 membr., saec. XIII, a. 230, l. 167 [L. III, LX]. Ma.

Petri Lombardi, *sententiarum* libri quatuor.

Quod opus per plura saecula regnum in scholis obtinuerit, eoque codices vel textus, vel commentariorum, sicut in ceteris bibliothecis, ita et in nostra abundent, operis pretium fore credimus aliquid breviter de auctore et opere edicere. Petrus Lombardus praeses scholae theologicae parisiensis sive scholasticus parisiensis, nomine quoque *magistri sententiarum* notus, ex canonico carnotensi creatus episcopus parisiensis anno 1159, defunctus est a. 1164. Continet opus pluries editum summam theologiae ex patribus, methodo scholastico digestam, ita ut libro primo per distinctiones quadraginta octo doctrina de Deo uno et trino exponatur; altero per distinctiones quadraginta quatuor, capita de creatione, angelis et homine lapso; tertio per distinct. quadraginta, de incarnatione verbi et caritate Dei; extremo de sacramentis et quatuor novissimis per quinquaginta distinctiones.

Codicem foliorum 126, duplici columna, colore obductum in titulis et litteris initialibus, dono dedit monasterio s. Ioannis de Viridario Paduae, anno 1455 Baptista de Lignamine episcopus concordiensis.

Cod. 79 membr., saec. XIII, a. 324, l. 223 [Z. L. XCIX]. B.

Eiusdem, *sententiarum* libri. Accedunt nullo ordine postillae et notae manus sequioris.

Codex foliorum 157, duplici columna, cum titulis et litteris initialibus coloratis, habet per picturas auro obductas, initio libri primi, imaginem auctoris scribentis; alterius angelorum et hominum; tertii nativitatis Christi; quarti Christi baptismatis. ad argumenta pertractata significanda.

Cod. 80 membr., saec. XIV, a. 258, l. 180 [Z. L. XCVIIII]. B.

Eiusdem, *sententiarum* libri. Accedunt passim notae manibus diversis.

Codex 232, duplici columna, belle exscriptus, habet titulos et litteras initiales atramento rubro et caeruleo.

Cod. 81 chart., saec. XIV, a. 356, l. 248 [L. III, LXIII]. Ma.

Eiusdem, *sententiarum* libri.

Codex folior. 154, duplici columna, cum titulis rubro atramento ac litteris librorum initialibus auropictis, excepta prima rescissa.

Cod. 82 membr., saec. XV, a. 373, l. 259 [L. III, LXII]. Ma.

Eiusdem, *sententiarum* libri, cum pauculis notis aevi recentioris.

Codex folior. 189, duplici columna, cum titulis rubro atramento, sub fine inscriptus est: *Iste liber est monasterii sancti Bartholomaei de Vicentia.*

Cod. 83 membr., saec. XV, a. 217, l. 158 [L. III, CLXXIV].

Hugonis a Sancto Charo *in quatuor sententiarum libros.*

Quetif et Echard ubi eius gesta enarrant (1), optimo consilio dant principia librorum et potiorum codicum elenchum.

Auctor, etiam *de Sancto Theuderio* et *de Sancto Theoderio* [Saint Chers] loco natali Viennae Allobrogum suburbio, ex ordine

(1) *Scriptores ordinis praedicatorum.* Lut Par., 1719. I. p. 194-209.

praedicatorum libros *sententiarum* a. 1230 legit Parisiis, cardinalis obiit a. 1263.

Codicem foliorum 286 eleganter, duplici columna, exscriptum, cum repraesentatione cardinalis sedentis in littera initiali libri primi, ac picturis, iam possederat A. C. cuius insignia margine inferiori folii primi visuntur.

Cod. 84 membr., saec. XV, a. 225, l. 148 [Z. L. C].

Quaestiones in *librum quartum sententiarum*. Etsi initium: « Unguentarius faciet pigmenta suavitatis et unctiones confi- » ciet sanitatis » idem sit ac ab Hugone a Sancto Charo exhibitum, tamen opus anonimum textu duplo latiori differt toto coelo.

Codex foliorum 282, duabus columnis, litteris minutissimis, non sine multis compendiis exaratus est.

Codd. 85-88 membr., saec. XV, a. 370, l. 264 [Z. L. CXXIV-CXXVII]. B.

S. Thomae aquinatis, *expositiones in quatuor sententiarum* libros. Opus centies impressum.

Codices quorum unumquodque librum unum continet, primum folior. 139, alterum 175, tertium 205, extremum 529, tereti membrana, per duplicem columnam, non una manus exscripsit. Omnes insigniis Bessarionis ac ornamentis auropictis folio primo conspicui sunt: secundus refert circum insignia: *Bisarion* [sic] *cardinalis tusculanus fieri f. MCCCCLIII:* quartus ceteris praestantior inscriptus est a principio: *Est meus b. cardin. tusculani, constitit ducatis trigintatribus.*

Cod. 89 membr., saec. XV, a. 326, l. 223 [Z. L. CXXIII]. B.

1. S. Thomae aquinatis *Quodlibeta undecim*, f. 1-71, aut *quaestiones quodlibeticae* et *placita s. Thomae* quoque appellata, frequenter impressa. In pluribus ab editione principe romana discrepat textus ut et in librorum numero.

2. Excerpta ex s. Thomae aquinatis opere *in primum et secundum sententiarum libros*, f. 124-131.

3. Excerpta breviora, sine nomine auctoris, expositionum *in libros quatuor sententiarum*, f. 124-131.

Codex, duplici columna, habet litteras initiales et titulos atramento rubro.

Cod. 90 membr., saec. XIII, a. 340, l. 232 [L. III, LXXXVI]. Ma.

D. Thomae aquinatis, in *quartum sententiarum librum*, cum notis aevi sequioris.

Codicem foliorum 313, duplici columna, Baptista de Lignamine episcop. concordiensis anno 1455 dono dedit monasterio s. Ioannis in Viridario Paduae.

Codd. 91-92 membr., saec. XIV, a. 308, l. 224 [L. III, XIII]. Ma.

D. Bonaventurae *commentarii in libros secundum et tertium sententiarum*, cum postillis manu recentiori appositis.

Codices duos folior. 214, 215, duplici columna, dono dedit idem episcopus eidem coenobio.

Cod. 93 membr., saec. XIV, a. 302, l. 214 [L. III, CXCVIII].

S. Bonaventurae *commentarii in libros secundum et tertium sententiarum*. Liber primus avulsus est saeculo decimo sexto, uti monet quidam amanuensis folio primo.

Codicem foliorum 138, duplici columna, coopertum tabulis corio rubro obductis cessit pretio marcianae Petrus Oliva del Turco de Aviano.

Codd. 94-96 membr., saec. XV, a. 320, l. 232 [Z. L. CX-CXII] B.

D. Bonaventurae *commentarii in librum secundum usque quartum sententiarum*.

Codices tres, quiqui pro uno libro, duabus columnis, rubricati, folior. 266, 161, 198. Extremus habet folio 163 *verso* ru-

di pictura delineatos Christum iudicem in throno sedentem, duos angelos buccinam inflantes, duo defunctorum corpora ex sepulchris surgentia; pagina extrema inscriptus est: *Iste liber est patris . . . . . de Montenigro, ordinis fratrum Minorum.*

Cod. 97 membr., saec. XV, a. 260, l. 174 [Z. L. CXIII]. B.

Epitome operis d. Bonaventurae *in quatuor libros sententiarum.*

Codex foliorum 303, duplici columna, cum litteris initialibus coloribus rubro et caeruleo distinctis.

Cod. 98 membr., saec. XIV, a. 347, l. 252 [L. III, LXVI]. B.

Guilelmi de Ware *lectura super quatuor libris sententiarum,* cum notis marginalibus aevi sequioris, inc.: « Quoniam testante » b. Augustino I. de civit. Dei . . . »

Operis initium prodit auctorem, de quo Trithemius, Baleus, Oudinus aliique. Guilelmus Verus aliis de Waria, Guaronis, Warrilio, Varro de Anglia, sive Warro, Guarro, anglus, ordinis Minorum, *Doctor fundatus,* praeceptor Ioannis Duns seu Scoti, floruit a. 1270.

Codex foliorum 185, duplici columna, non sine mendis.

Cod. 99 membr., 1461, a. 378, l. 273 [Z. L. CIX]. B.

Ioannis Scoti *expositio in quartum librum sententiarum.*

Ioannes Duns sive de Dunis, *Scotus* appellatus ex ordine Minorum, nomine inter scholasticos *doctoris subtilissimi* clarus, Oxonii post annum millesimum tercentesimum hos commentarios incaepit. Vide Waddingum in *Annales Minorum,* VI, p. 40-53.

Codex foliorum 218, duplici columna, cum litteris initialibus eleganter auropictis ac insigniis Bessarionis primo folio exstantibus, folio 216 inscriptus est: « Expliciunt quaestiones ma» gistri Iohannis super quartum sententiarum. Istius libri domi» no succedat ut opto. Scriptum per fratrem Holfferieum de Ba» benhusen ordinis praedicti 1461, die 16 mensis iunii ».

Cod. 100 membr., 1470, a. 364, l. 242 [L. III, LXIV]. Ma.

Eiusdem *expositio in quartum librum sententiarum.*

Codex foliorum 138, duplici columna, cum tabula in fine. Textus finit fol. 136 verbis: « Explicit quartus Scoti *doctoris* » *subtilis* transcriptus a me Cornelio de Mera ecclesiastico, anno » ab incarnationis Dom. nostri Iesu Christi 1470, completus 19 » mensis aprilis ». Anno vero 1471 *venerabilis pater d. Celsus de Verona prior monasterii s. Ioannis in Viridario Paduae, emit ex denariis librorum in medicina et aliis facultatibus q. Ioannis Marchanovae venditorum.*

Cod. 101 membr., saec. XIV, a. 320, l. 223 [Z. L. CV]. B.

Alexandri de Alexandria *scriptura compilata in sententiis Petri Lombardi.*

Alexander de Alexandria Statiellorum [*Alessandria della paglia*] etiam *Alexander iunior* appellatus, ad differentiam *Alexandri Alensis,* minister generalis ordinis Minorum anno 1313 constitutus, obiit mense octobris anni proxime insequentis.

Codex folior. 149, duplici columna, cum litteris initialibus pictis, a principio inscriptus: 1446, *die vicesima prima mensis aprilis.*

Cod. 102 membr., saec. XV, a. 343, l. 246 [L. III, I]. Ma.

Ægidii de Columna *super secundo libro sententiarum opus praeclarissimum incipit,* dicatum *Roberto illustr. regi Siciliae.*

Auctori romano archipraesuli bituricensi, ordinis fratrum haeremitarum s. Augustini, inter scholasticos *doctori fundatissimo,* a. 1316 demortuo, nullus est de eo scribens qui hoc opus tribuat.

Codex foliorum 184, duplici columna, cum litteris initialibus maioribus auropictis, diligenter exscriptus, dono datus est anno 1467 monasterio s. Ioannis de Viridario Paduae a quodam, cuius nomen rudior manus omnino delevit.

Cod. 103 membr.-chart., saec. XIV, a. 293, l. 216 [Z. L. CVIII]. B.

F. Francisci de Maioronis *conflatile in librum primum sententiarum* primo Tarvisii editum a. 1476, 4.° Accedunt postillae et notae sequioris aevi.

Auctor gallus, *de Mayronis* etiam dictus, nomine inter scholasticos *doctoris illuminati, magistri abstractionum, doctoris acuti,* ex ordine Minorum, decessit a. 1325.

Codex foliorum 228, duplici columna cum titulis et litteris initialibus pictis.

Cod. 104 membr.-chart., saec. XV, a. 367, l. 248 [L. III, LXIV]. Ma.

1. Anonymi *in quartum librum sententiarum,* inc.: « Samaritanus . . . Circa primam questionem quarti sentenciarum in qua magister tractat de sacramentis et in qua questione ponit partem principalem et partem incidentalem.... », f. 1-32. Ex iis quae sequuntur puto Francisci Mayronis opus. Scripsit: *Ni. W. P.*

2. *Quaestiones triginta quinque in Aristotelis physica,* inc.: « Queritur utrum ens quod est subiectum primi principii conveniat secundum eandem rationem formaliter omnibus . . . . . », f. 34-73.

3. Francisci de Maronis *tractatus de potentia obiectiva,* f. 73-79.

4. Francisci de Marchia *argumenta facta contra potentiam obiectivam,* f. 79. Utriusque scholastici, ordinis Minorum saeculi XIV, pauca ingerit Waddingus, qui et de his opellis tacet.

5. *Tractatus* [in metaphisica] *Francisci Maronis Carl'i, ordinis Minorum, per manus Ni. W. scriptus de Zeelandia,* f. 79-81.

6. *Quaestiones sex aristotelicae,* auctore quodam *scholastico,* f. 81-86.

7. *Compilatio opinionum ordinata per fratrem Prosperum de Regio, fratrum haeremitarum ordinis s. Augustini, secundum quod materia quatuor librorum sententiarum requirit,* f. 87-110.

Opus, titulo *quaestiones Parisiis disputatae super prologum librorum sententiarum,* Bononiae primum impressum anno 1503.

Codicem, duplici columna, emit anno 1471 pater Celsus de Verona pro monasterio s. Ioannis de Viridario *ex denariis librorum in medicina ec. Ioannis Marchanovae venditorum.*

Cod. 105 membr., saec. XIV, a. 297, l. 209 [Z. L. CIII]. B.

Durandi de Sancto Porciano *lectura in librum primum sententiarum.*

In codice parisino Victor. n. 946 sic ille de opere universo [pluries edito] in quatuor libros *sententiarum:* « Scripta super » IV *sententiarum* libros iuvenis inchoavi, sed senex complevi. » Siquidem quod in primis dictaveram et scripseram, fuit a qui- » busdam curiosis mihi surreptum, antequâm fuisset per me suf- » ficienter correctum. Propter quod hoc opus solum quod per » omnes libros incipit: *Est Deus in celo revelans* tanquam per » me editum et correctum approbo ».

Auctor ex ordine Praedicatorum, episcopus aniciensis ac meldensis, nomine inter scholasticos *doctoris resolutissimi,* obiit anno 1333.

Codex folior. 156, duplici columna, folio extremo inscriptus est *Potus scriptori debetur de meliori.*

Cod. 106 membr., saec. XV, a. 309, l. 218 [Z. L. CIV]. B.

Eiusdem *lectura in tertium et quartum sententiarum.*

Codex foliorum 196, duplici columna.

Cod. 107 membr., saec. XV, a. 290, l. 208 [L. III, XVI]. Ma.

Lectura super omnes quatuor libros sententiarum ad litteram, domini magistri Durandi, quae alio nomine sententiae sententiarum appellatur.

Dubium est num hoc opus eidem Durando de Sancto Porciano adscribendum sit, dum Quetif et Echard in opere: *Scriptores*

ordinis Praedicat. de hoc disserentes nullam ingerunt de *lectura,* quam potius *breviarium* appellarim, notitiam.

Codicem foliorum 48, duplici columna, extremo folio inscriptum : *Iste liber est mei Gaietani de Tienis,* hic vicetinus, canonicus paduanus donavit anno 1466 monasterio s. Ioannis de Viridario Paduae. Folio 47 in margine quidam scripsit *pretium ducatorum duodecim.*

Cod. 108 membr., saec. XIV, a. 269, l. 190 [L. III. LV]. Ma.

Petri de Aquila *quaestiones in quartum librum sententiarum.*

Auctor, *Aquilanus Scotellus* quoque appellatus, in Minorum ordinem cooptatus, inter scholasticos nomine *doctoris sufficientis,* inquisitor fidei apud Florentinos, scripsit a. 1337 *quaestiones in quatuor libros* non una tantum vice editas.

Codex foliorum 55, duplici columna a Baptista de Lignamine episcopo concordiensi, anno 1455 s. Ioanni de Viridario Paduae dono datus, finit verbis : *Explicit quartus sententiarum, reportatus sub fratre Petro de Aquila baccalario parisiensi, scriptus per Dominicum Petrum Condessa quem Dominus conservet in suo servitio, amen.* Operculis antiquis ligneis corio nigro impresso obductis desunt bullae duodecim ex metallo.

Cod. 109 chart., saec. XV, a. 290, l. 200 [Z. L. CI]. B.

1. *Tabula* duplex *in quatuor libros sententiarum Petri Lombardi.* Prima, f. 1-67, quae incipit : « Primo magister agit de bea- » te Trinitatis immensa natura . . . » dat divisiones et definitiones universi operis : altera quae inc. : *Abissus. Notandum quod massa nostrorum elementorum in principio informis creata fuit,* f. 69-133.

2. *Conclusiones de Trinitate beati Augustini editae a magistro Ioanne Bacco de Anglia,* f. 133-139. Libri ad quos se referunt conclusiones sunt quindecim.

Auctor Ioannes de Bacone sive Baconthorpius parisiensis, ordinis Carmelitarum, *doctor resolutus* inter scholasticos, obiit anno 1346.

3. *Aliqui* [7] *passus in libro sententiarum in quibus magister sententiarum communiter non tenetur,* f. 139.

Codex bombycinus cum titulis et litteris initialibus rubro colore notatis.

Cod. 110 membr.-chart., 1382, a. 290, l. 224 [Z. L. CVI]. B.

Petri de Candia *quaestiones in primum librum sententiarum.* Incipit maioribus litteris: « Iuxta thema collacionis erit iste ti-
» tulus questionis », dein: « Candida christiane religionis pro-
» fessio . . . »

Auctorem puto Petrum Philargium cretensem ex ordine Minorum, serius Alexandrum papam quintum inter scholasticos *doctorem refulgidum,* quem scimus iuniorem Parisiis et Oxonii theologiam didicisse. Praeter infra notata adverto memoriam fol. 7 ingestam: hanc *sententiarum lecturam* compilatam Parisiis in scholis fratrum Minorum a. 1379; fol. 50 escriptam *in augusto* 1386.

Codex foliorum 96, duplici columna, sic sub fine inscribitur:
« Expliciunt questiones super primo sententiarum per venerabi-
» lem magistrum Petrum de Candia ordinis Minorum in lectura
» parisiensi disputatione recitatae, completae scribi Bononiae per
» fratrem Ioannem Georgium de Bononia, ordinis Minorum, in
» die gloriosi militis sancti Georgii 1382 ».

« Ego frater Ioannes de Calathagerono provinciae Siciliae
» emi istam primam partem operis reverendi magistri Petri de
» Candia a fratre Nicolao Bertaldi de Senis pretio sex ducatorum
» boni ponderis . . . . in dicto conventu Senarum, anno Domini
» 1399, die 18 iunii ».

« Ego frater Nicholaus supradictus vendidi istum librum
» praedicto fratri Ioanni pro praedicto pretio, in cuius rei testi-
» monium scripsi manu propria hanc litteram ad sui cautelam
» amen ».

Cod. 111 membr., saec. XIV, a. 248, l. 177 [Z. L. CVII]. C.

Eiusdem, *in secundum et tertium libros sententiarum.*

Quaestiones in librum secundum, f. 1-154, finiunt: *Deo gratias, beatae Marie virgini et beato Francisco, Antonio Ludwico et Laurentio nunc completum* 12 *die mensis februarii Padwe anno* 94 [1394]; in tertium, f. 155-295, vero: *Explicit lectura super sententias venerabilis magistri fratris Petri de Candia, ordinis Minorum, anno Domini* 1390 *compilata, tempore quo Parisiis legebat sententias, quas de verbo ad verbum ut iacet suis scolaribus in scolis antedicti ordinis prolegebat, cui Deus pro labore solacium tribuat et pro scribendo donet refrigerium caritatis, amen.*

Tardior manus addidit: *Iste liber est ad usum fratris Ioannis de Calathagerono, ordinis Minorum, sacre theologie professoris,* qui episcopus mazariensis anno 1415 effectus est.

Codex folior 295, membrana rescripta exaratus: caracteres *reagentibus chemicis,* uti dicunt, reviviscentes rem ecclesiasticam tantum, etiam cum notis musicis, bene notam offerunt.

Cod. 112 chart., saec. XVI, a. 150, l. 105 [L. III, CLXXIX]. MI.

Compendium omnium quae tractantur in distinctionibus librorum sententiarum magistri, per Horatium Quarantottum sacrae theologiae doctorem, apostolicum protonotarium congestum, inc.: « Universum sententiarum volumen in quatuor libros distributum est, et continet centum octoginta et duas distinctiones... »

Auctor foliis 180-181 quaedam innuit de propria familia, dum memorat patrem ortum die 6 septembris, anni 1522; patruum Urbini archiepiscopum mortuum 12 febr. 1597; fratres Michaelem natum 18 febr. 1540, mortuum iunio 1597; Camillum natum 8 iulii 1545, denatum 19 sept. 1604; scipsum natum 8 octobris anni 1541.

Codex autographus habet folia 181.

Cod. 113 chart., saec. XVI, a. 208, l. 143 [Z. L. CII]. E.

Alexandri Marantae, *in quatuor libros magistri sententiarum,* cum praeeuntibus distinctionibus earumque partitionibus.

Auctoris nomen nullibi mihi obvium.

Codex foliorum 147.

Cod. 114 membr., saec. XIV, a. 347, l. 237 [Z. L. LXXXVI]. P.

Richardi de s. Victore, scoti, canonici regularis s. Victoris prope Parisios, opera quaedam non una vice edita, et quidem:

a. *de Trinitate* libri sex, f. 1-24.

b. *de interiori homine* liber, capitulis quinquaginta duobus distributus, non triplici tractatu, ut in editionibus, f. 24-33.

c. *de potestate ligandi et solvendi* liber, capitulis viginti-quinque, f. 33-35. Desunt folia plura, quibus inserta capitula a sexto ad vigesimum tertium inclusive.

d. *de spiritu blasphemiae* liber, articulis septem digestus, f. 35-37. Editiones plerumque dant tractatum, sine ulla membrorum partitione, ut et proxime sequentia **e, f.**

e. *de potestate iudiciaria* in finali et universali iudicio *tractatus,* capitulis octo, f. 37-40.

f. *quomodo pater et filius diligunt se Spiritu sancto* liber, f. 40. Titulus in edito sic habetur: *Quomodo Spiritus sanctus est amor patris et filii.*

g. *de tribus appropriatis* personis in Trinitate. Liber ad Bernardum abbatem clarevallensem, f. 40-41.

h. *declarationes nonnullarum difficultatum scripturae,* ad beatum Bernardum clarevallensem, f. 41-43. Caput extremum mutilum, folii avulsione, finit: « Attende que tibi apposita sunt, » et vide quia te oportet talia . . . »

i. *de verbo incarnato* liber, principio mutilus, eadem causa ac proxime superior, f. 44-48. Amanuensis dat libro titulum: *Super Isaiam prophetam.*

k. *de differentia peccati mortalis et venialis* liber, f. 48-49.

l. *de verbis apostoli,* scilicet: explicatio aliquorum passuum difficilium apostoli, f. 49-53. Tractatus mutilus capitulo decimo quod finit: « Superius dixerat quod fornicarii regnum Dei non » possidebunt, sed quia previdebat multos fore qui hoc . . . »

m. *de contemplatione eiusque commendatione* libri quinque, cum universo indice praevio mutilo sub initio, f. 54-104.

Codex, duplici columna, habet pravam lectionem.

Cod. 115 membr., saec. XIII, a. 273, l. 190 [L. III, CXVI]. Mg.

1. Raymundi Lulli *liber proverbiorum* inc.: « Cum pro- » verbium sit brevis propositio quod in se magnam continet » scientiam . . . . », f. 3-72, cum indice praeeunte capitulorum 302, f. 1-2. Operis indolem aperit ipse Raimundus, dum eius partitionem sic in prooemio offert: « Liber iste dividitur in tres » partes: prima pars est de proverbiis quae sunt de canonibus » Dei, de quibus unum librum fecimus, et naturam Dei ostendi- » mus et suas operationes, et ipsa ad moralitates applicamus. » Secunda pars est de proverbiis naturalibus per quae cognitio » habetur de naturis creaturarum. Tertia pars est de proverbiis » moralibus quae docent virtutes et vicia, et quamlibet partem in » centum rubricas dividimus, et quamlibet rubricam in viginti » proverbia ».

Unus Cavaeus *librum proverbiorum* anno 1516 Parisiis editum asserit, in *append. ad histor. script. eccl.* Genevae, 1705, p. 4. Nicolaus Antonius [*Biblioth. hispana vetus.* Romae, 1696], qui de auctore eiusque operibus disserit, *de proverbiorum libro* omnino silet. Mittarellus [*Bibl. codd. mss. s. Michaelis Venet.* Ven., 1779] scribit: « Proverbia Lulli scripta Romae 1299 ha- » buimus iampridem ante oculos . . . » Miror tamen interpretem eorum codicum, quibus hic etiam noster tribuendus, hunc librum praetermisisse omnino. Crediderim ego, ex titulorum collatione, plura nomina qua operum a Waddingo, Antonio, Cavaeo citatorum, convenire e converso *proverbiorum* capitulis.

2. Eiusdem *apostrophe ad summum pontificem* [Bonifacium octavum]. Prologus metrice scriptus incipit: « Suscipiat subli- » mis apex, veneranda corona . . . », f. 73-91. Tractatus *de probatione articulorum fidei,* relatus est a Waddingo [*Scriptor. ord. Min.* Romae, 1650, p. 301], qui librum variis locis impressum asserit, additque loco citato alium tractatum *de quatuordecim articulis catholicae fidei romanae,* eundem ac *apostrophe.* Sub fine legitur: « Factus fuit iste tractatus Romae, anno Domini 1296, » et completus ibid. in vigilia b. Ioann. Baptist. praecursoris... »

3. Eiusdem *liber super psalmum Quicumque, in quo fides traditur per quam te credimus qui vivis et regnas benedictus* ec.

Est autem expositio psalmi: ***Quicumque vult salvus esse, ante omnia opus est*** . . . ut exposuimus cod. [L. I, XLI] ubi de epistolis septem canonicis.

4. Eiusdem ***liber amici et amati pro haeremitis*** inc.: « Quadam die contigit heremitam qui Rome commorabatur . . . . », f. 112-128. Libro inditus etiam titulus ***de meditationibus totius anni*** [quo nomine prodiit Parisiis anno 1505, et alibi], « ita quod in Dei benedictione et auxilio Blanquerna incipit hunc librum quem in tot partes divisit quot dies in anno reperirentur ». Sub fine legitur: « Quoniam Blanquerna tractaturus erat de libro artis contemplationis, voluit ideo terminare hunc librum amici et amati, qui explicit ad laudem . . . » Anno quoque 1585 Parisiis editus est « ***libellus*** omnibus viribus spiritualibus non minus iucundus quam utilis, cum praemissis, quod Blanquerna alterius anachorete petitionibus acquiescens, 365 brevia verba in libellum compegit, quem praetitulavit de amico et amato; sunt enim haec verba amoris et exempla abbreviata et declaratione egentia, quibus intellectus ascendit altius ad maiorem devotionem ».

5. —— ***liber contemplationis,*** seu ***disputatio quatuor sapientium*** [latini, graeci, nestorini, iacobini] inc.: « In quadam silva magna, sub umbra cuiusdam arboris pulcherrime . . . . », f. 128-164. Prologum excipit expositio: « Haec disputatio quatuor habet partes, quarum prima est de processione Spiritus sancti, secunda de Nestorinorum opinione, tertia de opinione Iacobinorum, quarta et ultima erit de disputatione quae erit cum Saraceno praedicto ». Sub fine legitur: « Anno incarnationis dominicae 1294 in civitate neapolitana fuit editum hoc opusculum ad gloriam et honorem sanctae Trinitatis . . . . . » Opus Waddingus asserit Valentiae impressum, anno 1520.

6. ***Liber synodalis ecclesiae remensis, editus a domino B. episcopo remensi, anno Domini*** 1252, incip.: « Quoniam in sacramentorum collatione episcopus et animarum regimine cautelam multiplicem . . . », f. 165-189. De synodico Thomae de Bello-manso [etiam de ***Bello-manere,*** de ***Bello-meso,*** de ***Beaumais,*** de ***Beaumets,*** de ***Beaumeix,*** de ***Beaumanoir***] archiepiscopi remensis annis 1251-1263, nihil exstat in ***Gallia christiana.***

Codex, duplici columna, cum titulis rubricatis, habet titulos numeror. 1, 6 picturis et insigniis familiae Molin conspicuos.

Cod. 116 chart., saec. XIV, a. 330, l. 232 [L. III, CXVIII]. Mg.

Raymundi Lulli *arbor multiplex.* Incipit prologus: « In de» solatione et fletibus stetit Raymundus sub quadam arbore pul» chra... » In opere, inscripto quoque *arbor scientiae,* vel *de vitiis et eorum remediis,* omnium scientiarum traditur notitia. Arbor generalis in sexdecim speciales dividitur, nempe *elementalem, vegetalem, sensualem, imaginalem, humanalem, moralem, imperialem, apostolicalem, caelestialem, angelicalem, aeviternalem, maternalem, divinalem et humanalem, divinalem, exemplificalem, quaestionalem:* quaelibet in partes septem : *radices, truncum, branchas, ramos, folia, flores, fructus.* Editum opus Lugduni ann. 1515, 1635, et alibi, habet sub fine colophonem: « Finivit et complevit » Raymundus hunc arborem cum iuvamine et gratia Dei, quem » laudavit et benedixit . . . . » ut in codice, non autem metrum sine sensu quod in eodem codice :

« Grate pro scriptore vos legentes
» Qui periculis mundi est fortunae
» Patienter volens amare ferentes
» Christi bravium adhaerendo primae
» Ardentis ignis ut propter docentes
» Deum laudans et transeam impune
» De mundo isto ita dampnabili
» Intrans in coelo tam laudabili ».

Codex, duplici columna, cum litteris initialibus pictis, habet folia 221.

Cod. 117 chart., saec. XVIII, a. 350, l. 235 [L. II, LXXIII]. Mt.

Antonii Galland apparatus pro *Bibliotheca ss. Patrum* Venetiis impressa, annis 1765-1781, voluminibus quatuordecim in folio. Insunt studia varia in saeculum primum usque sextum. Fasciculi quinque.

CLASSIS IV.

THEOLOGI

Cod. 1 membr., saec. XIII, a. 380, l. 282 [Z. L. XLIV]. B.

B. Hilarii episcopi pictaviensis, *de Trinitate* libri duodecim. Titulo primi libri praeest Hilarius sedens cui plures viri, inscripti *turba haereticorum,* offerunt librum : episcopus tenet schedulam qua legitur : *Contundendae sunt adversus Deum insolentes disputationes.*

Codex foliorum 71, duplici columna, extremo folio inscriptus est : *Iste est liber magistri Adalberti Ranconis de Ericinio in Boemia.*

Cod. 2 chart., saec. XV, a. 213, l. 140 [L. II, LXXIX]. Z.

S. Ioannis Chrysostomi *liber dial. qui intitulatur de dignitate sacerdotali,* inc. : « Mihi quidem fuerunt amici certi et ami- » citie iura scientes solideque servantes . . . . » Sunt libri sex d. Ioannis Chrysostomi de sacerdotio ex versione mihi haud obvia inter plures oculis subiectas.

Codex foliorum 150, cum antiquis operculis ligneis corio vitulino signato obductis.

Cod. 3 membr., saec. XV, a. 140, l. 98 [L. II, LXXXVII]. N.

S. Ambrosii doctoris, mediol. episcopi, *de officiis ministrorum.*

Codex foliorum centum, ita mendis scatens ut sensus aliquando minime erui possit, haec refert sub fine : « Scripsit Milo » de Carraria apud urbem Neapolitanam, ad instantiam venera- » bilium et ortodoxorum monachorum prioris et conventus san- » cti Martini cartusiensis, extra muros neapolitanos, anno Do-

» mini millesimo quadringentesimo quinquagesimo. Manus se-
» quior addidit: *Emi ego Caesar A.* ».

Cod. 4 membr., saec. XV, a. 223, l. 158 [L. II, CXVI].

Eiusdem *officiorum* libri tres.

Codex foliorum 131, nitide exscriptus cum litteris initialibus pictis, tribus vero uniuscuiusque libri principio coloribus et auro conspicuis, habet antiquiora opercula lignea corio vitulino impresso obducta.

Cod. 5 chart., saec. XV, a. 217, l. 145 [L. II, LXXVI]. Z.

B. Salviani episcopi, *de vero iudicio et providentia Dei, et ipsius gubernatione hominum et rerum huius mundi libri octo ad sanctum Salonium episcopum.* Opus, cuius auctor presbyter massiliensis claruit a. 480, et *de providentia* inscriptum, pluries editum est.

Codex habet folia 156.

Cod. 6 membr., saec. XIV, a. 256, l. 188 [L. II, XLIV]. Mk.

1. S. Ioannis presbyteri Damasceni *traditio certa ortodoxae fidei, capitulis divisa centum, a Burgundione iudice, cive pisano, de graeco in latinum, domino tertio Eugenio beatae memoriae papa translatus,* f. 2-77, cum capitulorum centum libris quatuor distributorum indice praevio. Inc.: « Deum nemo vidit unquam,
» unigenitus qui est in sinu patris, ipse enarravit. Ineffabilis igi-
» tur est Deus et incomprehensibilis. Nullus enim cognoscit pa-
» trem nisi filius . . . » De inedita versione et interprete sic Michael Lequien in Damasceni *opp.* [Parisiis, 1712, I, in prooemio]:
« Saeculo ecclesiae duodecimo . . . . liber eius de fide orthodoxa,
» qui ceterorum praecipuus est ab Burgundione iudice, cive pi-
» sano . . . . in latinam linguam tum primum redditus fuit, sed
» barbare prorsus et indocte, quippe quem interpres iste, ut Ioan-
» nis Coroenis nurimbergensis dominicani verba usurpem, ver-
» sione sua, ne dicam inversione, verbum e verbo reddens, de

» more suo foedavit, graeca bona et lepidissima sordidis latinis » immergens. Huius autem Burgundionis mentionem habemus » in secundo Anselmi havelbergensis episcopi dialogo, qui testa» tur eum Constantinopoli interfuisse collationibus suis quas ha» buit cum Niceta nicomediensi, sub Calo-Ioanne Comneno im» peratore, cum illic Lotharii Germaniae imperatoris orator age» ret . . . . . » Ulterius vero pag. 119 : « Hac porro translatione » usi sunt magister sententiarum, s. Thomas, aliique subinde » theologi, donec decimo sexto saeculo ineunte . . . . . . castiga» tiorem aliam edere conatus est Iacobus Faber Stapulensis », aeque ac alteram Iacobi Billii parisienses, pluries editam. Errat ceteroquin Fabricius qui in *Biblioth. gr.*, IX, p. 696 interpretationem Burgundionis, nunquam publici iuris factam, eandem ac Stapulensis suspicatur.

2. *Tractatus de anima* incip.: « Quoniam entia omnia aut » sensu apprehenduntur, aut intellectu indagantur, noticiam ve» ro rei quis sensu vel intellectu perscrutans . . . . », finit vero: « Nam quemadmodum a Domino habet esse, ita et vitam Domi» no coypostaseo habet corpori condonare », f. 78-85. Utriusque largi margines parati scholiis inscribendis.

3. Excerpta ex epistolis d. Hieronymi; commentario Rufini in symbolum apostolorum; d. Augustini libris variis, sermonibus, homiliis, ex b. Gregorio Nazianzeno, f. 86-153.

Cod. 7 membr., saec. XV, a. 235, l. 162 [Z. L. LXXXIII].

S. Ioannis presb. Damasceni *traditio certa orthodoxae fidei*.

Capitulorum centum tituli colore rubro adpicti nullum referunt seriei numerum. Nulla quoque librorum partitio, nisi quod a principio libri quarti legitur *liber quartus*.

Codex, duplici columna, habet folia triginta.

Cod. 8 membr., saec. XIV, a. 358, l. 238 [L. III, XXXIII].

Innocentii papae III, *de missa* libri quatuor, pluries editi, etsi divisione varia, modo enim in quinque, modo in sex libros textus idem partitus.

Codex foliorum 83, duplici columna, sub fine inscriptus: *Vivat Rambaldus in nomine felix, amen,* ad quodam monasterium ravennatense spectabat.

Cod. 9 membr., saec. XIV, a. 219, l. 141 [L. VI, LVIII].

Bartholomaei de Recanato, *moralium dogma philosophorum,* capitulis octo incip.: « Moralium dogma philosophorum per mul- » ta dispersum volumina . . . »

Constat opus ineditum testimoniis veterum philosophorum, historicorum, oratorum, poetarum ad verbum sumptis, et in certa quaedam capita distributis, quibus auctor de suo alia semper adiecit. Ad saeculi decimitertii initium idem esse referendum epistola nuncupatoria declarat ad Andream Canalem primicerium ecclesiae s. Marci Venetiarum: quem quidem anno 1208 ad eam dignitatem assumptum fuisse constat. Est vero inscriptio huiusmodi: « Geminae pulchritudinis, totius honestatis formae, uni- » versi cleri speculo rutilanti, domino Andreae s. Marci de Ve- » netiis primicerio, dotibus omnimodis insignito Bartholomaeus » de Recanato solo nomine dictus magister, de virtute provehi » ad virtutem et Dominum in Syon facie ad faciem intueri... »

Librum primicerio dum auctor offert, se, cum Venetiis degens rerum inopia laboraret, ab eo adiutum et beneficiis auctum profitetur, ac in fine inquit: « Nec curemus invidorum latra- » tionibus respondere, praesertum cuidam simio de genere Py- » gmaeorum, nitenti ponere os in coelum, cuius lingua transit » super terram, cum ipse cum eis sicut fumus deficiat, et livoris » poena vertatur proprium in auctorem, ut in prologo quem fe- » cimus super versus differentiales a nobis compilatos probavi- » mus evidenter ».

Codex cum notis marginalibus pluribus, habet folia 40.

Cod. 10 membr., saec. XV, a. 366, l. 262 [Z. L. CXXX]. B.

Alberti Magni *tertia usque quintam pars summae* [theologicae].

1. *Tertia pars summae, de coequevorum virtutibus,* incip.

« Questio est de bono, secundum communem intentionem boni; » et queruntur quinque, quorum primum est: quid sit? », f. 1-158.

2. *Quarta pars summae, de sacramentis*, incip.: « Circa sa- » cramentum eucharistie queruntur tria, primo de sacramento » in se . . . », f. 158-218.

3. *Quinta pars summae, de resurrectione*, incip.: « Post hoc » querendum est de resurrectione », f. 219-268.

Prima et secunda pars tantum edita est Lugduni, inter opera Alberti Magni, tom. XVII-XVIII. Iis summam theologicam minime absolutam nunciaverat Tholemaeus de Luca [Hist. eccl. nov. libr. 22, cap. 18]: « Hic [Albertus] summam theologiae » inchoavit, sed non complevit, fecit tamen duo volumina, quae » ad divinam naturam pertinent et emanationes creaturarum ». Ludovicus a Valle Oleti, Laurentius Pignon et Echard [*Script. ord. Praedicat.*, I, p. 179] ineditas dicunt *tertiam partem de Christo et virtutibus, quartam de sacramentis et gloria resurrectionis*, quas trifariam codex noster dividit.

Albertus Grotus seu Magnus, lavingensis svevus, ordinis Praedicatorum, doctor parisiensis, a. 1236 Coloniae habuit discipulum Thomam Aquinatem. Episcopus ratisbonensis a. 1260 renuntiatus, ad monasterium coloniense rediit a. 1263, ibique obiit a. 1280.

Codex, duplici columna, iussu facile Bessarionis conscriptus, cuius insignia folio primo occurrunt. Litterae initiales cuiusque partis figuris coloribus et auro nitentibus ornantur.

Cod. II membr., saec. XV, a. 154, l. 109 [L. III, LXXXVII].

Compendium sacrae theologiae, sancti Thomae de Aquino. Est vero *Alberti Magni compendium theologicae veritatis*, libris septem, rectius ad Hugonem argentinensem referendum, nomine tamen Alberti editum in huius *oper.* Lugduni, 1651, tom. XIII, f. 1-148. Sub fine tabulae librorum et capitulorum, f. 294-316, legitur: *Explicit tabula super compendium Egidii*, cui manus posterior addidit: *vel sancti Thomae*, quod innuit varias de auctore opi-

niones. Sunt qui d. Bonaventuram aut Ioaunem de Combis auctorem repetunt.

Codex folior. 317 erat *ad usum congregationis canonicorum regularium divi Augustini, bergomensis.*

Cod. 12 membr., 1430, a. 238, l. 158 [Z. L. XCVI]. B.

Idem *compendium theologicae veritatis,* libris septem.

Codex foliorum 172, sub fine textus inscriptus est: *Explicit compendium theologicae veritatis scriptum per me Paulum de sancta Margarita de Traiecto superiori, die ultima augusti* 1430.

Cod. 13 chart., saec. XV, a. 288, l. 200 [Z. L. XCVII]. B.

Idem *compendium.*

Folio 143 *verso* exstat bulla Nicolai papae V [1447-1455] data Romae Iacobo I de Sirk episcopo trevirensi, qua conqueritur, quod, cum potestatem dederit monasteria ordinis Mendicantium reformandi, fratres conventuales ordinis Minorum in oppido Confluentiae violenter e coenobio expulerit, ac mandat ut *expulsos ad eorum loca* reducat.

Codex foliorum 144, duplici columna, folio 51 inscribitur: 1428 *Scomptela peccat.*

Cod. 14 membr., saec. XIV, a. 348, l. 244 [L. III, LXXXIX]. Ma.

S. Thomae Aquin., *summae theologicae pars prima.*

Codex, duplici columna, cum notis marginalibus manus sequioris, habet folia 131.

Cod. 15 membr., saec. XV, a. 322, l. 223 [Z. L. CXIV] B.

Eiusdem, *summae pars prima.*

Codicem foliorum 248, duplici columna, non una manus exscripsit.

Cod. 16 membr., saec. XV, a. 360, l. 242 [Z. L. CXV]. B.

Eiusdem, *summae pars prima.*

Codicem foliorum 230, duplici columna, *Wibernardus de Fresia qui hoc opus scribendo complevit,* exaravit.

Cod. 17 membr. saec. XIV, a. 326, l. 215 [L. III, XCI]. Ma.

Eiusdem, *summae prima pars secundae partis.*

Codicem foliorum 255, duplici columna, dono dedit monasterio s. Ioannis in Virid. Paduae, anno 1455 Baptista de Lignamine episcopus concordiensis.

Cod. 18 membr., saec. XIV, a. 328, l. 224 [L. III, XC]. Ma.

Eiusdem, *summae prima pars secundae.*

Codex, duplici columna, habet folia 171.

Cod. 19 membr., 1453, a. 367, l. 258 [Z. L. CXVI]. B.

Eiusdem, *summae prima pars secundae.*

Codex foliorum 160, duplici columna, cum indice *quaestionum centumquatuordecim et articulorum sexcentum tredecim* sub fine, habet insignia cardinalis Bessarionis cum littera initiali prima ac ornamentis tituli auropictis, inscribitur autem in calce: *Iste liber est mei B. Cardinalis Tusculani, legati bononiensis, scriptus hoc hanno* 1453, *constitit florenis* 18.

Cod. 20 membr., saec. XIV, a. 378, l. 277 [L. III, XCII]. Ma.

Eiusdem, *summae pars secunda secundae partis.*

Codicem foliorum 289, duplici columna diligenter exaratum, cum ornamentis auropictis in titulo, *Federicus alamanus scripsit.*

Cod. 21 membr., saec. XV, a. 368, l. 258 [Z. L. CXVII]. B.

Eiusdem, *summae secunda pars secundae.*

Codex foliorum 321, duplici columna, cum insigniis cardinalis Bessarionis.

Cod. 22 membr., saec. XIV, a. 370, l. 251 [L. III, CV]. O.

Eiusdem, *summae secunda pars secundae.*

Codicem foliorum 133, duplici columna, multiplici litterarum nexu, exaratum fuisse antequam divus Thomas sanctorum fastis adscriberetur, ex his in fine positis patet: « Explicit se-
» cunda pars summae fratris Thomae de Aquino, ordinis Praedi-
» catorum, cuius anima societur agminibus angelorum ».

Cod. 23 membr., saec. XIV, a. 362, l. 233 [L. III, CXCVII].

Eiusdem, *summae partis secundae secunda.*

Codex foliorum 549, duplici columna, cum quaestionum et articulorum indice, finit: *Quaestiones sunt* 189, *disputationes sunt* 906. Additus est foliis 547-548 index rerum alphabeticus.

Folio, antiquo operculo ligneo, corio vitulino obducto, adhaerenti, leguntur normae plures memnotecnicae addiscendae, quae incip.: « Locorum multitudo, locorum ordinatio, locorum meditatio . . . »

Cod. 24 membr., saec. XV, a. 292, l. 202 [L. III, XCIII]. Ma.

Eiusdem, *summae pars tertia.*

Codex foliorum 402, duplici columna, inscriptus est fol. 8 sub indicis fine: *Anno* 1440.

Cod. 25 membr., saec. XV, a. 340, l. 230 [L. III, XCIV]. Ma.

Eiusdem, *summae pars tertia*, f. 3-145, cum indice, f. 145-147.

Folio 148 est *laus fratris Iacobi de Tuderto, de gloriosa virgine Maria,* quae incip:

« Vergine plui che femina
» Santa Maria beata
» Plui che femina dico
» Chomon nasce inimico
» Per la scriptura el dico
» Anti santa che nata ».

Folio 149 habetur oratio quam *Thomas de Aquino in hora mortis ultima* recitavit, *quando sumpsit eucharistiam in monasterio Fossae novae,* quae inc.: Adoro te devota, latens veritas ».

Codicem, duplici columna, cum rubricis pictis emit anno 1468 Lanfrancus de Mediolano prior sancti Ioannis in Viridario Paduae, *ex denariis librorum in medicina Ioannis Marchanovae,* ad usum eius monasterii.

Cod. 26 membr., saec. XV, a. 364, l. 260 [Z. L. CXVIII]. B.

1. Eiusdem, *summae pars tertia,* f. 4-195, cum indice, f. 195-198.

2. *Additiones,* seu supplementum tertiae partis summae theologicae d. Thomae Aquinatis, ex eiusdem auctoris scripto in *quartum sententiarum,* quaestionibus nonaginta novem, f. 201-355, cum indice f. 355-358.

Codex, duplici columna, cum insigniis cardinalis Bessarionis.

Cod. 27 membr., saec. XIV, a. 334, l. 233. [L. III, XCV]. Ma.

Eiusdem *quaestiones viginti novem de veritate,* voluminibus XVI-XVII editionis venetae an. 1753 editae.

Codicem foliorum 182, duplici columna, *emit ex denariis librorum in medicina quond. magistri Ioannis Marchanovae venditorum* anno 1468 in usum monasterii s. Ioannis in Viridario, eius prior Lanfrancus de Mediolano.

Cod. 28 membr., saec. XV, a 355, l. 250 [Z. L. CXXI]. B.

Eiusdem *quaestiones de veritate.*

Codex foliorum 132, duplici columna, scriptura nexu multiplici ligata.

Cod. 29 membr., saec. XV, a. 383, l. 260 [Z. L. CXXII]. B.

Eiusdem *quaestiones de veritate.*

Codex foliorum 330, duplici columna, pro cardinali Bessarione exscriptus, cuius insignia cum littera initiali, imagine d. Thomae, et diagrammatibus auro pictis, titulum exornant.

Cod. 30 membr., saec. XV, a. 374, l. 265 [Z. L. CXX]. B.

Eiusdem *quaestiones viginti quatuor,* scilicet:

a. *de virtutibus* quaestiones quinque, f. 1-66; **b.** *de unione verbi incarnati* quaestio unica, f. 66-74; **c.** *de malo* quaestiones sexdecim, f. 74-234; **d.** *de spiritualibus creaturis* quaestio unica, f. 235-265; **e.** *de anima* quaestio unica, f. 265-310; **f.** *index,* f. 310-311.

Codicem tereti membrana, duplici columna egregie scriptum, exornant insignia cardinalis Bessarionis, pro quo exaratus, nec non litterae initiales cuiusque quaestionis, auropictae.

Cod. 31 membr., saec. XV, a. 292, l. 210 [Z. L. CXXVIII]. B.

Eiusdem opuscula theologica et philosophica pluries edita, alienis immixtis.

1. *Brevis compilatio theologiae,* f. 1-65, ad fratrem Reginaldum ordinis Praedicatorum. Compilatio, morte auctoris incompleta, fini communi: *ex evidenti exemplo* addidit verba *nulli enim difficilius fuit.*

2. *De intellectu contra Averoistas et de unitate intellectus* f. 66-79.

3. *De operibus occultis naturae, secundum sanctum Thomasium de Aquino,* f. 79-83, ad quemdam militem nobilem.

4. *De mixtione elementorum tractatus*, ad magistrum Philippum, f. 83-84.

5. *De iudiciis astrorum*, ad fratrem Reginaldum, f. 84.

6. *Responsio ad lectorem venetum de articulis triginta sex*, f. 83-85.

7. *De ente et essentia*, f. 86-91.

8. *De principiis naturae*, ad fratrem Silvestrum, f. 92-95.

9. *Liber de articulis fidei et ecclesiae sacramentis*, f. 95-100.

10. *De motu cordis, ad magistrum Philippum de Castro celi, secundum fratrem Thomam de Aquino*, f. 100-102.

11. *De regimine Iudaeorum ad ducissam Barbaucie* [Bragantiae], f. 102-104.

12. *De aeternitate mundi*, contra murmurantes, f. 104-105.

13. *Liber de rationibus fidei*, f. 105-113, sive declaratio quorundam articulorum contra Graecos, Armenos, Saracenos, ad cantorem antiochenum.

14. —— *de regno, ad regem Cypri*, f. 113-125, alter, *de regimine principum*.

15. —— *contra impugnantes Dei cultum et religionem*, f. 125-184.

16. —— *de perfectione spiritualis vitae*, f. 184-207.

17. —— *contra doctrinam retrahentium a religione*, f. 208-227, scilicet, retrahentium homines a religionis ingressu.

18. —— *de sortibus*, ad dominum Iacobum de Burgo, f. 227-232.

19. *Tractatus de forma absolutionis poenitentiae sacramentalis*, ad generalem magistrum sui ordinis, f. 232-236.

20. *Liber contra errores Graecorum conditus a fratre Thoma de Aquino ordinis fratrum Praedicatorum, ad preces papae Urbani* quarti, f. 236-252.

21. *Responsiones fratris Thomae ad articulos sibi propositos a magistro ordinis*, Ioanne de Vercellis, de articulis quadraginta duobus, f. 252-256.

22. —— —— —— *ad quosdam articulos sibi commissos* sex ad fratrem Gerardum lectorem bisuntinum, f. 256.

23. *Tractatus fratris Thomae super decretalibus de fide, prima et secunda*, ad archidiaconum tridentinum, f. 256-263.

24. —— *de substantiis separatis,* seu de angelorum natura, ad fratrem Reginaldum, f. 263-284.

Codex, duplici columna, cum ornamentis auropictis.

Cod. 32 membr., saec. XIV, a. 222, l. 166 [L. III, LXXXIV]. B.

Eiusdem opuscula quaedam, seu proprie *commentarii.*

1. *In articulos fidei et sacramenta ecclesiae* expositio, f. 1-8. Est opuscul. quintum edit. rom. 1570.

2. *In symbolum apostolorum,* scilicet *Credo in Deum,* expositio, f. 8-27. Est opusc. sextum eiusd. edit.

3. Expositio *in orationem dominicam,* f. 27, non quidem d. Thomae Aquinatis, etsi praeeat modo prooemii *compendiosa expositio totius orationis,* quae, uti assolet, in calce expositionis a d. Thoma inscribitur. Expositio incipit: « Pater noster ec. Formam » orandi brevem et utilem tradidit Dominus discipulis suis...»

4. D. Thomae Aquinatis expositio *in salutionem angelicam,* scilicet *Ave Maria,* f. 35-36. Opusc. octavum editionis eiusdem.

Codicem malae notae donavit Baptista de Lignamine episc. concordiensis, an. 1455 monasterio s. Ioannis in Viridario.

Cod. 33 membr., saec. XV, a. 236, l. 170 [Z. L. CXXIX]. B.

Durandella, seu liber quo Durandus de Aureliaco sive Durandellus, ordinis Praedicatorum, Guillelmum Durandum de Sancto Porciano eiusdem ordinis oppugnavit super erroribus d. Thomae Aquinati appositis in *prima parte, prima secundae et secunda secundae summae; quaestionibus de veritate, anima, potentia Dei, quodlibetalibus; expositione primi sententiarum* Petri Lombardi. V. Antonin. florentin. *Summae hist.,* tit. XXIII, cap. XI, §. 2, tom. III, p. 681; Quetif et Echard *Scriptores* ec., t. I, p. 586 et 587.

Codex, duplici columna, habet folia 110.

Cod. 34 membr., saec. XIV, a. 204, l. 131 [L. XI, CXXI]. B.

1. *Quaestiones* seu *interrogationes in Genesim,* incipiunt

« Quis fuit locus vel tempus scripturae legis in libris Moysis? » Respondit: sic solvit Augustinus; in Ægypto scripsit Gene- » sim et Exodum », f. 1-21. Opella sub dialogi forma, in quo unaquaeque propositio per titulos *interrogatus, respondens* occurrit, minime est Alcuino tribuenda, etsi similitudinem quandam praeseferat.

2. *Fragmenta ex operibus Albertani causidici brixiensis*, sine ordine, f. 21-32.

3. Albertani causidici brixiensis pars libri quarti operis *de amore et dilectione Dei* ec. a dimidio capitulo septimo *de sapientia: Initium sapientiae secundum prophetam est timor Domini*, usque ad finem, f. 32-45.

4. Eiusdem *sermones* omnes hucusque noti, nempe **a.** idem qui codice [L. VI, f. 190-193], lectione paulisper variata, f. 46-50; **b.** idem qui eodem codice, f. 93-97, variata quoque lectione, f. 50-55; **c.** idem qui folio 97-101 eiusdem codicis, f. 55-60; **d.** idem qui folio 101-105 eius codicis, f. 60-65; **e.** idem qui folio 105-107 eiusdem, f. 65-69.

Cod. 35 membr., saec. XIV, a. 410, l. 262 [L. VI, CLXXIV].

1. Albertani, tractatus philosophici et sermones, nempe:

a. *de doctrina dicendi et tacendi*, f. 1-8.

b. *liber consolationis et consilii*, f. 8-33.

c. *de amore et dilectione Dei* ec. libri quatuor, f. 33-90.

d. *sermo quem Albertanus supradictus composuit et edidit inter causidicos Ianuae, et quosdam notarios super confirmatione vitae illorum, tempore domini Emanuelis de Madio potestate Ianuae, currente millesimo ducentesimo quadragesimo tertio, in domo viridarii domini Petri de Nigro causidici. In die sancti Nicholai.* Incip.: « Congregatio vestra sit in nomine Domini, a quo » est omne datum optimum . . . », f. 190-193.

e. —— *factus super illuminatione et super spirituali et corporali refectione, et quae sint necessaria in refectione.* Incip.: « Orate Deum, fratres, ut misterio [ministerio] sue sanctitatis » per me servum inutilem atque indignum . . . », f. 93-97.

f. *Sermo secundus quem Albertanus . . . inter fratres Minores causidicos brixienses et in congregatione quam faciunt more solito,* incip. : « In nomine Domini amen. Fratres mei ad hono» rem Dei et refectionem pauperum hic congregati sumus. . . », f. 97-101.

g. — — *factus ad cognoscendum quae sunt necessaria in convivio et quomodo debeamus intelligere super egenum et pauperem, secundum prophetam dicentem : Beatus* ec. incip. : « Domi» ne labia mea . . . Ad convivium fratres more solito congregati, » quatuor inspicere debemus . . . », f. 101-105.

h. —— *quem Albertanus . . . . sub millesimo ducentesimo quinquagesimo, in media quadragesima, super doctrina timoris Domini :* incip. : « Rogate Deum, fratres, ut ministerio sue san» ctitatis tribuat mihi servo suo . . . », f. 105-107.

Quinque sermones ineditos habent quoque alii codices. V. Mazzuchelli. *Scrittori d' Italia,* verbo *Albertano.*

2. Senecae, *de formula honestae vitae,* incip. : « Quatuor vir» tutum species multorum sapientum sententiis definitae sunt... », f. 108-110. Opus, quod alii *de quatuor virtutibus,* alii *de quatuor virtutibus cardinalibus* inscribunt, falso Senecae tributum, licet admixta sint permulta ex eius libris, media aetate magno in honore, pluries impressum est.

3. Bartholomaei de Recanato, *moralium dogma philosophorum,* f. 110-134. De opere vide codic. [L. V, LVIII].

4. Membra, seu propositiones, per saltum, ex libris duobus L. Annaei Senecae *de clementia,* f. 134-136.

5. Fragmenta, sine ordine, gnomologiae, ex Salomone, Pythagorá, Seneca, L. Annaeo Senecae falso tributae, sub nomine *de moribus* liber unus, f. 136-138, quem leges in Senecae *opp. omnia,* Augustae Taurin., 1829, IV, p. 434-440, et alibi.

6. *De paupertate* liber, continens sententias e Senecae scriptis concinnatas in morem centonis, f. 138-140, editus est ibi. IV, p. 413-417.

7. *Declaratio eucharistiae,* sive casus varii in administratione huius sacramenti, incip. : « Queritur si vinum inveniri non » possit, vel aliquo casu defuerit . . . », f. 140-141.

8. *De numero peccatorum mortalium,* incip. : « Revolutis

» libris sacrae scripturae, diutius excogitando, inveni octuaginta » et unum esse genera peccatorum mortalium », f. 141.

9. *Liber de miseria humanae conditionis editus a* [Ioanne] *Lothario cardinali sanctorum Sergii et Bachii, qui postea Innocentius papa tertius appellatus est,* f. 142-159. Sub fine:

« Explicit liber de contemptu mundi, amen.
» Ve michi nascenti. Ve nati ve morienti
» Veque, sine ve non vivit filius Evae.
» Quum fovet fortuna, cave, namque rota rotunda.
» Cur caro laetatur, quum vermibus esca paratur ?
» Nonne vides mundum miserum nimis et moribundum ?

Sunt libri tres, quibus plura desunt capitula, editi inter *opera Innocentii papae III.* Venet., 1578, I, p. 421-450.

10. *Epistola sancti Bernardi ad quemdam nobilem militem, de cura et modo rei familiaris utilius gubernandae,* inc.: « Gra- » tioso et felici militi Raymundo domino castri sancti Ambrosii » Bernardus in senium deductus salutem. Doceri petis a nobis de » cura . . . . . » Sub fine: « Explicit epistola sancti Bernardi de » modo regendi se et familiam, amen », f. 159-160.

Praeeunt codici **a.** rubricae operum Albertan. f. I; **b.** rhythmi Petri Damiani haeremitae et episcopi omnibus ordinibus, qui inc.: « Episcopi attendite, Dei verba discernite . . . . » f. II-III, qui inter rhythmos Damiani pluries editos nullibi mihi occurrerunt; **c.** oratio rhythmica b. Mariae virginis:

« Salve sancta mater Dei
» Radix vitae robur spei » Mortis in angustiis », f. III-IV.

Edidit Mone in *Hymni latini medii aevi.* Friburgi Brisgoviae, 1854, t. II, p. 280-282, ex codice *Reichenauer Carlsruhe,* n. 36, fol. 109, addito falso titulo: *Iubilus sancti Bernardi abbatis ad Mariam virginem, de omnibus deliciis eiusdem.*

Codex initio pictus ita corruptus est ut sensus saepe deficiat.

Cod. 36 membr., saec. XIV, a. 268, l. 212 [L. VI, CCLII].

Albertani brixiensis opuscula, scilicet

a. *de amore et dilectione Dei et proximi et aliarum rerum, de forma vita hominis,* libri quatuor Vincentio filio inscripti. Inc.:

« Inicium mei tractatus sit in nomine Domini, a quo cuncta bona procedunt... » Sub fine: « Explicit liber de amore... quem Alber- » tanus causidicus brixiensis de ora sanctae Agathae compilavit » ac scripsit cum esset in carcere domini imperatoris Frederici, in » civitate Cremonae, in quo positus fuit cum esset capitaneus Ga- » vardi, defendendo locum ipsum ad utilitatem communis Brixiae, » anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo octavo, de men- » se augusti, in die sancti Alexandri, quo obsidebatur civitas Bri- » xiae per eundem imperatorem, indictione XI », f. 4-38. Inscriptio haec in pluribus aliis mss. codicibus occurrit. Praeeunt folio secundo rubricae sexaginta quinque.

b. *liber consolationis et consilii,* Ioanni filio, chirurgo nuncupatus. Capitula quinquaginta incip.: « Quoniam multi sunt » qui in adversitatibus et tribulationibus taliter affliguntur.... », f. 38-54. Sub fine: « Explicit liber .... quem Albertanus .... » compilavit ac composuit sub millesimo ducentesimo quadrage- » simo sexto, in mensibus aprilis et madii ». Praeeunt folio secundo rubricae triginta octo.

c. —— *de doctrina dicendi et tacendi,* Stephano filio inscriptus, quo dat normas uno versiculo comprehensas:

« Quis, quid, cui dicas, cur, quomodo, quando requiras ».

Incip.: « Initio et medio ac fini mei tractatus adsit gratia san- » cti spiritus . . . » Sub fine: « Explicit liber de doctrina dicen- » di et tacendi ab Albertano causidico brixiensi de ora sanctae » Agathae, compositus et compilatus sub millesimo ducentesimo » vigesimo quinto, mense decembris ». Latine Antuerpiae primum anno 1484, alibi pluries, editus est.

Triplicis operis antiqua versio itala impressa est frequenter.

Folio tertio inserta sunt pars actorum Filentuli, quae inc.: « In diebus sanctissimi Archadii archiepiscopi, fuit quidam Fi- » lentulus nomine qui multam pecuniam in pauperes orphanos, » viduas et alias miserabiles personas expendit .... », ac series lemmatum carminibus italis expressorum, sic incip:

« La gran caita d' un re masaro
» Bona raxon fa in Çenaro
» Sega prato e pan racoie
» E cosi paga somante noie ».

Codicem, duplici columna, iamdiu ad bibliothecam d. Bonaventurae Venet. pertinentem, nostra coemit anno 1824.

Cod. 37 membr., saec. XV, a. 270, l. 194 [Z. L. CXLI].

Eiusdem opuscula, scilicet:

a. *de amore et dilectione Dei et proximi, et aliarum rerum et de forma vitae* libri quatuor, f. 4-39. Fol. 1 extant rubricae.

b. *liber consolationis et consilii,* f. 39-56.

c. *de doctrina dicendi et tacendi,* f. 56-61. Nota ad finem libri apposita, ut in codice superiori dat annum millesimum ducentesimum quadragesimum quintum, ut est reapse.

d. *sermo factus Ianuae per Albertanum, potenti domino Manuello de Madio, patri domini Bernardi episcopi Brixiae, in* 1243, f. 62-64. Idem qui in codice superiori 35. Bernardus Madius [itale *Maggi*] fuit Brixiae episc. ann. 1275-1308.

e. —— *super doctrina timoris Domini,* f. 64-66. Idem qui in codice superiori 35, cum inscriptione eadem.

Folio secundo inserta sunt *electuaria* contra morbos stomaci ac coniurationes per verba et signa contra vermes. Ex tabula astronomica folii tertii liquet librum ante annum 1418 exaratum.

Cod. 38 chart., saec. XV, a. 202, l. 144 [L. VI, CCLXIII].

1. Eiusdem, *liber consolationis et consilii,* f. 2-39. Foliis avulsis, plura desunt praesertim in fine.

2. —— *de doctrina dicendi et tacendi,* f. 40-52. Desunt quaedam extremae rubricae de adverbio *quando.*

3. Exempla centum viginti sex ex apologis et fabulis sumpta, quibus deest principium, f. 53-79.

4. Elegiae *de fortuna,* cuidam Henrico alemanno datae, inc.:

« Quomodo sola sedet probitas; flet et ingemit aleph
» Facta velut vidua quae prior uxor erat »,

f. 80-98. Quaedam in fine desunt.

Codicis lectio omnino corrupta.

Cod. 39 membr., saec. XIV, a. 219, l. 150 [L. III, XXXIV]. Ma.

1. *Liber poenitentialis et immortalis a magistro Ioanne de Deo editus, et veteri et novo Testamento et iure canonico fideliter comprobatus, in quo succumbit falsitas et veritas elucescit, qui per septem libellos et per* 75 *v. est distinctus, super operis imperfectione venia postulata,* incip.: « Ea est regula veritatis a pa- » tribus approbata quod nihil facias causa commendandi tui », f. 1-34. Sub fine exstant versus in aliis quoque codicibus obvii, quos refero optimae lectionis gratia.

« En ego quem genuit patria pia portugalensis
» Diva cathedravit verbis scola bononiensis.
» Hoc opus aptavi, Domini non absque labore.
» Sed labor est facilis, vestro superatus amore ».

2. Collationes quatuor *de concupiscentia, virga Iesse, adventu Domini et Antichristi,* f. 34-37.

3. Versus ac prosa *de minori ac maiori excommunicatione,* incip.:

« Hic haeresis factor, falsans, percussor et auctor
» Prophanae legis ».

prosa vero: « Haeresis et omnis haereticus, vel iudaeus, vel sa- » racenus qui aliquo tempore fuit christianus . . . », f. 37-40.

Codicem, duplici columna, erroribus scatentem dono dedit Io. Bapt. de Lignamine episc. concordiensis canonicis regularibus s. Ioannis in Viridario.

Cod. 40 membr., saec. XIV, a. 218, l. 158 [L. III, XXVI]. Mk.

Henrici de Arimino, *summa de quatuor virtutibus cardinalibus,* incip.: « Quia secundum sententiam apostoli ad Hebreos, » civitatem quam corporaliter possidemus, non manentem terre- » nam . . . » Capitula biscentum septemdecim, quorum sexagesimum nonum quadam gaudet celebritate ob ea quae de Venetis gloriosa depraedicat. Hoc testimonium in laudem Venetorum occurrit codice nostro [L. XIV, 265-266, f. 252-253] manu Marini Sanuto anno 1503 exscriptum ex codice Aloysii de Molino.

sapientis consilii et alibi; ut et impressum in chronico veneto Laurentii de Monacis a Flaminio Cornelio evulgato, p. 32.

Operis ceteroquin Spirae editi ab anno circiter 1472, idem capitulum certe ex Sandero [Elench. codd. mss. Belgii, p. 213] recenset Echardus in *Hist. script. ord. Praedicat.*, I, p. 523, dum Henrico tribuit *quendam tractatum de nobilitate et politica Venetorum.*

Codicem operculis lignis, corio vitulino purpureo obductis, errores plures inficiunt.

Cod. 41 membr., saec. XIV, a. 300, l. 220 [L. III, II]. Ma.

1. Ægidii de Roma *theoremata de hostia consecrata.* Propositiones quinquaginta. Incipit prologus: « Quia inter cetera sa» cramenta ecclesie eucharistie sacramentum plus difficultatis » continere videtur . . . . »; theorema vero: « Primum princi» pium quod est Deus summus, omnipotens potest convertere » aliud in aliud actu . . . », f. 1-60. Opusculum hoc etiam *de sacramento corporis Christi* ac *de corpore Christi* appellatum, Ægidio abiudicat Bellarminus; *de scriptoribus*, p. 359. Editum leges, sub eius nomine, Bononiae 1481, ac Venetiis, a. 1504.

2. —— *contra gradus et pluralitates formarum*, partes tres. Prooemium inc.: « Dixisti, Domine Iesu Christe, Dei virtus et Dei » sapientia. Qui elucidant me, vitam eternam habebunt... »; primum autem capitulum primae partis: « Etsi tractetur notitia in » universali de dicendis, cum postea specialiter tractabitur eorum » cognitio. . . », f. 61-100. Tractatus sub nomine Ægidii editus est cum aliis eiusdem operibus, Venetiis, per Simonem de Luere, a. 1500, f. 95-109.

3. —— *de esse et essentia* tractatus, capitulis viginti duobus, incip.: « Omne esse vel est purum per se, existens et infi» nitum; vel est participatum in alio receptum et limitatum ». Hoc theorema excipit textus explanatorius: « Volentes de esse » tractatum componere, ne laboremus in aequivoco . . . », f. 101-130. Opella differt ab edita Venetiis sub eodem nomine, quaestionibus tredecim distributa cum aliis Ægidii operibus, per Simonem de Luere, a. 1503.

Ægidius Columna romanus, si auctor, ordinem fratrum haeremitarum s. Augustini professus, fuit episcopus bituricensis a. 1294, obiit a. 1316.

Codicem mendis scatentem, duplici columna, cum litteris initialibus auropictis et insigniis familiae de Thienis dono dedit s. Ioanni in Viridario Paduae, anno 1466, Caietanus de Thienis vicentinus, canonicus paduanus. Compagem ligneam obducit corium vitulinum opere vermiculato impressum.

Cod. 42 membr., saec. XIV, a. 320, l. 212 [Z. L. CXXXIX]. B.

Hervaei Natalis *quodlibeta theologica,* [praeeunte indice capitulorum cuiusque tractatus, f. 1-2].

1. *De aliis materiis, contra m. Henricum de Gandavo,* quodlibeta minora scilicet:

a. *quaestiones tredecim de pluralitate formarum,* incip.: « Magister habet in suo primo quodlibeto: queritur questione » prima utrum sit ponere in divinis bonitatem essentialem et » personalem . . . », f. 6-20.

b. —— *quinque de essentia et esse,* incip.: « Eodem quod- » libeto primo queritur questione 13.ª utrum esse creature reali- » ter differat a sua essentia . . . », f. 20-36.

c. —— *octodecim de cognitione animae humanae, vel angeli,* incip.: « Eodem quodlibeto, questione XII queritur utrum » anima separata naturaliter intelligat se . . . », f. 36-55.

d. —— *viginti tres de intellectu et voluntate, seu de eminentia intellectus,* incip.: « Queritur in primo quodlibeto, 14.ª » questione, quis sit altior et potentior, utrum scilicet voluntas » vel intellectus . . . », f. 56-93.

e. —— *viginti et una de voto religiosorum contra Henricum,* incip.: « Primo in quodlibeto, questione 37.ª queritur utrum » religiosus teneatur ad primum votum. . . . », f. 94-106. In indice a principio, hoc loco legitur: *Expliciunt contra Henricum de Gandavo martiriis* [sic]. Minime noverunt opellam Quetif et Echard., loc. cit. I, p. 534-536

2. —— *decem de relationibus,* incip.: « Utrum in Deo sit re- » latio realis ad creaturam, et arguitur quod non ... », f. 106-111.

3. *Tractatus de processione Spiritus sancti,* incip.: « Utrum » Spiritus sanctus distingueretur a filio, si non procederet ab eo, » dicitur quod sic . . . », f. 112-129. Opellam ignorant Quetif et Echard, loc. cit., I, p. 534-536.

4. *Quodlibeta magna primum usque tertium.* Primum habet quaestiones sexdecim, f. 131-161, 227-229; alterum septendecim, f. 161-214, quindecim tertium, f. 204-229. Editum bis Venetiis, annis nempe 1486 et 1513. Liber quartus in aliis codicibus desideratur.

Natalis Hervaeus vernacule *de Nedellec,* brito aremoricus, in studiis Parisii baccalaureus promotus a. 1307, magister ordinis Praedicatorum anno 1318, multorum operum methodo scolastica auctor, obiit a. 1323.

Codex, duplici columna, caractere quam maxime breviato scriptus est.

Cod. 43 membr., 1429, a. 258, l. 190 [L. IV, VII].

Bartholomaei a Sancto Concordio, *summa de casibus conscientiae* incip: « Quoniam, ut ait Gregorius super Ezechielem, » nullum omnipotenti Deo sacrificium tale est, quale zelus ani- » marum . . . »

Opus, nomine *Bartholina* et *Magistruccia* et *Pisanella,* cuius innumera exempla exstant in bibliothecis manu scripta, pluries saeculo decimoquinto typis prodiit.

Codicem foliorum 214, duabus columnis, *cum rubrica totius libri* et *breviationum declarationibus* sub fine, sic lego inscriptum fol. 212: « Qui scripsit scribat, semper cum Domino vivat
» Vivat in celis Hollandinus in nomine felix. »

« Consummatum fuit hoc opus in civitate vincentina per » fratrem Michaelem de Hollandia, ordinis fratrum Minorum, an- » no Domini MCCCC vicesimo nono, decimo nono die mensis » octobris. »

Cod. 44 membr.-chart., 1461, a. 234, l. 152 [Z. L. CXL] E.

1. Eiusdem *summa de casibus,* secundum *compilationem* ec.

« Consummatum fuit hoc opus in civitate pisana, anno Do» mini millesimo tricentesimo trigesimo octavo, (quae nota et in pluribus aliis libris mss. et impressis occurrit, hac additione: « de mense decembri, tempore ss. p. d. Benedicti papae XII, per » S. Bartholomeum de Pisis, ordinis Predicatorum), transcriptum » vero fuit Verone a Bartholomaeo de Casa, 1461 ».

2. *De usu clavium proprio, quoad excommunicationes principales, quarum absolutio sedi apostolicae referenda est,* f. 265-271.

Codicem ad normam scriptum possedit Antonius Contarini patriarcha Venetiarum [1508-1524].

Cod. 45 membr., saec. XV, a. 293, l. 198 [L. III, CXCVI].

Eiusdem *summa de casibus ad conscientiam pertinentibus.* Sub fine, excipiunt indicem alphabeticum *declarationes de inviaturis in hac summa positis* et *quaedam regulae iuris.* Folio extremo habetur seorsim resolutio quaestionis: *utrum ars campsoria* [permutatio nummorum] *sit licita.*

Codicem splendidiorem foliorum 281, cum titulo auro picto, possedit Leonardus Iustinianus e Venetiis. Manus serior addidit: *pretium ducatorum novem.*

Cod. 46 chart., saec. XV, a. 205, l. 140 [L. III, CLIX]. N.

1. Ioannis de Tambaco, *de consolatione vitae humanae ex theologiae.* Tractatus quindecim incip: « Quoniam secundum a» postolum, quecumque scripta sunt ad nostram doctrinam scri» pta sunt . . . », f. 1-47. Sub fine legitur: *Completum per manus Ulrici Faber de Walstetten.*

Auctor teutonicus, ordinis Praedicatorum, sacrae theologiae apud Pragenses in Bohemia professor opus, sub nomine quoque *Speculi sapientiae* pluries editum, dedit anno 1366.

2. *Tractatus de castitate, compositus a beato Bernardo,* incip: « Vulnerata charitate ego sum: urget charitas de charitate loqui . . . . », f. 49-58. Est tractatus *de quatuor gradibus violentae charitatis* Richardi Sancti Victoris, in huius operibus editus,

ex quo confecta pars tractatus, nomine eodem, divo Bernardo perperam tributi, primum a Gretsero Ingolstadii a. 1617 ex bibliotheca erfordensi iuris publici facti.

3. Quaedam, sine auctoris nomine, *de charitate,* ex s. Augustino et aliis, f. 59-61.

4. Rhythmi duo, f. 61-62; primus dat normas vivendi monacho: « Si cupis esse bonus et verus religiosus
» Ut Deo placeas crucifixo, sis studiosus . . .
alter de timore mortis agit:
« Cum revolvo moriturus, quid post mortem sim futurus,
» Terret me terror venturus, quem expecto non securus ».

5. *Liber sancti Bernardi de conscientia* incip: « Domus hec » in qua habitamus, ex omni parte sui minatur ruinam . . . » f. 53-88. Hic tractatus *de interiori domo seu de conscientia aedificanda,* inter opera Hugonis a sancto Victore recensetur, et inter quatuor libros *de anima* numeratur ordine tertius: aequius cuidam cisterciensi Bernardo aequali tribuendus, cui perperam adscriptus prodiit in eius operibus. Capitulorum ordo varius in codice, cui desunt capitula vigesimum nonum usque trigesimum septimum.

6. *Liber de contemptu mundi domini papae Innocentii tertii* inc: « Domino patri carissimo Petro, Dei gratia, portuensi epi» scopo, Lotarius indignus diaconus . . . » f. 89-123. Libri tres pluries editi.

Codex mendis scatet.

Cod. 47 membr., saec. XIV, a. 248, l. 195 [L. III, LIV]. Ma.

1. *Summa magistri Pauli, de poenitentia* incip: « Quoniam » circa confessionem animarum pericula sunt et difficultates quo» niam emergunt, ideo ad honorem Dei sanctique Nicolai, ad fra» trum utilitatem . . . » cc. vigintiquinque rubricis, f. 1-10.

2. *Summa vitiorum,* rubricis nonaginta tribus, incip: « No» tandum quod octo sunt vitia principalia, primum est gula, » secundum fornicatio . . . » Patet ex contextu auctorem esse ex » ordine s. Francisci, f. 11-39.

3. *Viridarium consolationis* inc: « Quoniam, ut ait aposto-

» lus Petrus, Spiritu sancto afflati, locuti sunt sancti homines, » oportet nos Sanctorum dicta imitari . . . » f. 40-57.

Tractatus est de vitiis et virtutibus ex scriptorum ecclesiasticorum profanorumque testimoniis compositus, libris quinque distributus. *Viridarium consolationis a fratre Iacobo de Benevento, ordinis Praedicatorum* manuscriptum in bibliotheca sancti Vincentii vesontina indicat Montfauconius [Bibl. bibl. mss. pag. 1190]; quod num idem opus sit, haud mihi constat. Bene vero idem omnino esse deprehendo quod inscriptum : *Giardino di consolazione* a Bono Jamboni vulgari sermone redditum fuisse Mehusius declarat in vita Ambrosii Camaldulensis p. 298. Accademici autem *della Crusca* in vocabulario, eius interpretationem afferunt ad voces *batter d' occhio, prelato* et alibi.

Codicem folio extremo manu recentiori inscriptum :

« Finito libro, fessa quiesce manu. »

largitus est s. Ioanni de Viridario Paduae Baptista de Lignamine, episcopus concordiensis.

Cod. 48 membr., saec. XV, a. 138, l. 97 [L. III, VIII]. F.

D. Antonini *tractatus confessoris* [etiam *summula confessionalis*] *editus et compilatus per rever.* ec. f. 1-42. Partes tres, cum pluribus capitulorum lacunis.

—— *Opusculum quod vult denominari opus imperfectum, quia in eo ponuntur tantum interrogationes ad utilitatem simplicium confessorum. Sed plura alia non pertinent ad instructionem confessorum, et de potestate absolvendi et de casibus reservatis habes in tercia parte summae eiusdem Antonini, et hic sicut in tractatu praecedenti per totum.* f. 43-133. Continet opella *interrogationes in confessione fiendas,* trifariam partitas, nempe quae referuntur ad *transgressiones decem praeceptorum, ad vitia capitalia, ad status diversos personarum.*

Utrique operi, serius in unum coacto et in sex partes distributo, additi sunt tituli quinque, nempe *de absolutione, poenitentia et sacramentis,* f. 133-144; *de restitutione,* f. 144-168; *de decimis,* f. 168-171; *de ornatu mulierum,* f. 171-181; *de excommunicationibus papalibus et episcopalibus.* Haec omnia constituunt

summam confessorum, cuius usus frequentior saeculo decimoquinto occurrit.

Antonius, Nicolai de Florentia, ob parvam staturam *Antoninus* appellatus, ordinis Praedicatorum, archiepiscopus florentinus annis 1446-1459, plura scripsit, vel cumulate vel per partes pluries edita.

Codex optimae lectionis, foliorum 188, auctori coaevus videtur.

Cod. 49 chart., saec. XV, a. 207, l. 147 [L. III, IX^{b}]. Mb.

1. Eiusdem *summula confessoris*, per compendium oblata, f. 11-17, uno tantum titulo contenta.

2. *Interrogationes fiendae in confessione*, f. 17-88. Titulo de restitutione plura commixta sunt quae *summam* Antonini minime attinent.

Praeeunt **a.** *modus reducendi ad memoriam confitenti omnia peccata*, f. 1-4; **b.** *excommunicationes principales* f. 5-10.

Codicem, duplici columna, possidebat Gregorius de Campo, veronensis.

Cod. 50 membr., saec. XV, a. 182, l. 133 [L. III, CLXIV]. N.

Eiusdem tractatus. **a.** *de matrimonio*, f. 1-47. Hic titulus de sponsalibus et matrimonio extractus est de tertia parte summae eiusdem. **b.** *de usura*, f. 48-54. Prodiit in *Tractatu tractatuum*, sive *Oceano iuris*. Venetiis, 1584, t. VII, p. 78, et alibi.

Codex, duplici columna, est mutilus in fine.

Cod. 51 chart., saec. XV, a. 171 l. 113 [L. III, IX^{a}]. F.

1. *Summa confessoris* ut in codice praecedenti . . ., f. 1-129.

2. Magistri Nicholai de Anglia, *super casu de imprestitis Venetorum*, tractatus incip: « Quaestio disputata de praestitis quae » fiunt Veneciis, per fratrem . . . Bona est substantia cui non est » peccatum in conscientia . . . », f. 129-133. Casus varii excussi, quibus pecunia datur foenori communitati Venetiarum. Ni-

colaus de Treveth, vel Trivet, vel Traveth, anglus, origine nortwicensis, ordinis equestris, natus anno circiter 1258 Londini, Oxonii educatus, in ordinem Praedicatorum cooptatus, obiit anno circiter 1328. Eius opera triplici ordine retulerunt Quetif et Echard in *Script. ord. Praed.* I, 362-365.

3. *Responsio sancti Thomae de Aquino, ord. fratr. Praedicant., ad lectorem florentinum, super materia venditionis ad tempus.* Incip.: « Recepi litteras vestras cum quibusdam casibus... », f. 133-134. Epistola haec pluries impressa est cum operibus s. Thomae. Sub fine: « Obiit autem hic beatus vir [Antoninus], » die 11 maii 1469 ».

4. Eugenii papae IV. decretum *de communione in pascha,* f. 134-135. Extat in *Bullario romano.*

Folium primum codicis ornat elegans picta imago d. Antonini in littera maiori.

Cod. 52 membr., saec. XV, a. 320, l. 215 [L. III, CLXXVIII].

Monachi anonymi *libellus de exemplis naturalibus contra curiosos.* Prologus incip: « Cum solus in cella sederem, et aliqua » de catholica fide mente revolverem ». Opus, in libellos tres distributum, agit primo *de articulis fidei,* capit. 21, f. 2-26; altero *de dominicis sacramentis,* capit. 17, f. 26-47; tertio *de vitiis et virtutibus,* cap. 97, f. 48-131.

Foliis quae supersunt, principio et in fine, Philippus Strada mediolanensis, cum esset in coenobio s. Cypriani de Muriano, scripsit quaedam ligata oratione rudiori, latine et itale, de morum corruptela in urbem Venetiarum ab exteris invecta; nativitate virginis Mariae celebranda; de bonis rationibus contra invidiam presbyterorum saecularium in optimos religiosos; in nativitate virginis Mariae; invitatio eorum qui studiis vacant, ad sanctum Cyprianum de Muriano; satira in universalem avariciam rationalium quorumcumque hominum passim grassantem; *carmen* epigrammaticum in funere Guidonis de Rubeis, parmensis [m. octobri 1490]; demum epistola consolatoria huius filio, *commendatario abbatiae s. Chrisogoni intra iadrensem urbem Dalmatiae* [Muriani, in sancto Cypriano, 24 octobris 1490], cui offert hunc co-

dicem *precio tantummodo levissimo quatuor ducatorum*, seque Iaderam ad eum navigaturum proponit, *dummodo per menses singulos congrua merces unius saltem ducati deputetur.*

Cod. 53 chart., saec. XV, a. 210, l. 154 [L. III, XXXVIII]. Md.

1. Ioannis de Platea, *tractatus restitutionum*, f. 1-84. Sub fine, f. 70-78, extant duo capitula: **a.** *Duodecim casus in quibus potest quis recipere ultra sortem, absque vitio usurae*; **b.** *Tractatus societatis eximii iuris utriusque doctoris domini Ioannis de Platea, nobilis bononiensis;* quae desiderantur in opere pluries impresso saeculo XV, nomine *Francisci de Platea.* Tabula indicis habetur foliis 78-84.

2. *Tractatus de usuris* eiusdem, f. 84-125. Idem ac in editis opere antecedenti.

3. *Regula de celebratione missae.* Incip.: « Defectus missae » sunt, quando requisita ad missam deficiunt . . . », f. 125-129. Loco huius tractatus in editionibus de quibus supra, legitur *tractatus de excommunicationibus* eiusdem Ioannis de Platea.

Ioannes de Platea, nobilis bononiensis, iuris utriusque doctor, dubium est num idem sit ac Franciscus ordinis Minorum, qui anno 1460 Bononiae obiit.

Codex cum operculis ligneis antiquis folio 131 habet: « Iste » liber est nostri fratrum Evangelistae et Modesti vincentinorum, » ordinis canonicorum regularium sancti Augustini, scriptus per » me dominum Evangelistam suprascriptum, qui liber est deputatus ad usum utrorumque: defunctis vero nobis, sit monasterii » sancti Bartholomaei de Vincentia; cui monasterio reliqui etiam » nostri libri eodem modo deputati sunt ».

Cod. 54 membr., saec. XV, a. 204, l. 150 [Z. L. CXXXII]. B.

Francisci de Ruvere *liber de sanguine Christi*, Paulo II veneto, pontifici maximo.

Auctor savonensis, ordinis Minorum, cardinalis s. Petri ad Vincula, serius [1471] fit pontifex, nomine Sixti IV. Textus, lectione plurimum variata, prodiit, sine loco et anno [Romae, 1472]

una cum opella *de potentia Dei,* exemplaribus impressis tercentis, opera Philippi de Lignamine, cum dedicatione Sixto papae IV.

Codicem foliorum 68, nutu Bessarionis, cuius insignia folio primo auro picta apparent, facile descriptum credo. Editionem, quae supra, cum insignis depictis Sixti IV, belle compactam, scrimniis bibliothecae nostrae ex dono Bessarionis accessisse probabile est.

Cod. 55 chart., saec. XV, a. 235, l. 168 [L. III, XXXVII]. F.

Ioannis Maphaei, *de electorum praedestinatione ac reproborum damnatione* dialogus. Libri duo. Incipit prooemium: « Quam-» quam superiori tempore ex quo istinc a vobis recessimus, litte-» ris meis, quemadmodum pollicitus fueram, te minime ad scri-» bendum invitaverim . . . » Auctor *ex abbatia divi Pauli perusini territorii,* canonicus divi Georgii in Alga, patri Francisco Barbaro eiusdem congregationis canonico dicat opellam, qua inducit Benedictum a Platea, *in omni genere doctrinae praestantissimum* modos difficiliores de praedestinatione ab Ioanne Maphaeio propositos solventem.

Matthaeus Bossus veronensis laudat summopere concivis sui opus: *Opera varia.* Bononiae, 1627, f., libro septimo epistolarum [epistola 78 ei Romae data, ex aede virtutum, idibus ianuarii, ante annum 1490], ita tamen ut non dissimulet fieri: « a-» gitatum arcanum semper obscurius, et quod non tam animum » faciat, quam exterreat, et in periculosiores semper scopulos in-» vehat ».

Codex foliorum 30 cum insigniis eleganter pictis cuiusdam familiae, in titulo, incip: *Dyalogi de praedestinatione ac praescientia Dei: finit liber secundus feliciter.*

Cod. 56 chart., saec. XVI, a. 210, l. 152 [L. IV, VI].

Patris magistri de Barleeta, dialogus cui titulus: *de ecclesiastica republica, Didimo et Philotheo colloquentibus.* Incip: « Did. » Ardeo, perdocte Philotee, incredibili amore sciendi rei publicae

» ecclesiasticae arcana . . . » Capitula duodecim, cum solutione *dubiorum emergentium*, sub fine cuiusque capituli.

Auctor sacrae theologiae *doctor eximius*, qui se duobus operibus editis *fratrem paduanum de Crassis Barolitam, gymnasium domus magnae* [Minorum conventualium] *Venetiarum regentem* profitetur, opellam, ut credo, autographam, pontifici sic nuncupat fol. 66: « Author haec de pedibus sedentis super solium, maiori [qua » potui] diligentia et brevitate collegi, ad sancti patris et domini » nostri Pauli tertii pedes submissa. Finito libro, reddantur lau» des Christo ». Idem post epistolam dedicationis operis *Concilium Pauli* P. Morone cardinali mutinensi, sic : « Did. Nostris expletis » colloquiis de ecclesiastica republica, perdocte Philotee, mihi in » mentem venit Pauli monimenta calcatius delibare ».

Ioannes Hyacinthus Sbaralea in supplemento ad Waddingum, opellam, post annum 1534 certe exaratam, bis editam testatur, nempe Mutinae 1542, Venetiis 1543; hac tamen vice Rodulpho Pio, cardinali carpensi nuncupatam. Waddingus, Sbaralea, frat. Sigismundus a Venetiis *Paduani Grassi* nomine auctorem appellant.

Codicem folior. 66 impressioni paratum habet, uti ex nota extrema: « Visa de mandato rever. d. legati, et illam admictimus » et approbamus. Petrus Menochius lucanus auditor ».

Cod. 57 chart., saec. XV, a. 218, l. 147 [L. III, LXXXI]. F.

Sicconis Polentoni, *de confessione*, ad patrem reverendissimum dominum Petrum Donatum, episcopum paduanum [1428-1447] liber quadruplex incip : « Levavi oculos meos in monte » unde veniet auxilium mihi, hoc namque psalmistae versu pla» cuit ad te praefari, optime pastor . . . »

Liber minime editus frequenter manuscriptus in bibliothecis occurrit. Auctor paduanus pluribus operibus clarus, in hoc dialogi formam sumpsit inter *Sacerdotem* et *Peccatorem* in Dei templum accedentes et deambulando alloquentes *carnisprivii diebus, quibus haec civitas* [Patavium] *luxuriatur, atque plena, ut solet, comestionibus et larvis est :* statim in prooemio asserit se aetatis suae anno sexagesimo proximum. Ceterum de eo lege Kappium : *De Xic-*

cone Polentono, cancellario patavino, historiae litterariae saec. XV. in Italia instauratore. Lipsiae, 1733, 4.°

Codex habet folia septuaginta quatuor.

Cod. 58 membr., saec. XV, a. 233, l. 157 [L. III, CXXXVII]. Z.

Eiusdem opus idem nomine *confessionis christianae* libri quatuor, eidem Donato nuncupati.

Codex foliorum 58, cum operculis ex ligno, corio obductis et bullarum parte, scriptus est eleganter a Nicolao Rieto, titulo et initialibus litteris minio renidentibus.

Cod. 59 membr., saec. XV, a. 223, l. 154 [L. III, LXXXII]. Ma.

Eiusdem opus idem, Petro Donato nuncupatum.

Codicem foliorum octoginta memorat Tomasinus in *Bibl. patav.* ms., p. 17.

Cod. 60 chart., 1497-1501, a. 315, l. 211 [L. III, VII]. Ye.

Antonii Gazii opuscula quatuordecim, nempe:

1. *De labe peccati,* capitula triginta octo, f. 1-18.
2. *De mirabilibus sacramenti confessionis virtutibus,* capitula viginti quinque, f. 23-35.
3. *De venerabili eucharistiae sacramento,* capitula viginti, f. 40-51.
4. *De spiritali fidelium armatura ad iugem et periculosam cum daemonibus, callidissimis hostibus, dimicationem necessariam,* capitula viginti duo, f. 55-65.
5. *De charitate, virtutum omnium parente, unica, brevi ac certissima via salutis,* capitula triginta, f. 58-82.
6. *De aestimanda frugi, et bonis operibus conterenda temporis pretiositate, brevis sed admodum utilis libellus,* capitula decem, f. 85-89.
7. *De contemnendis terrenis opibus et de veris acquirendis divinis,* capitula viginti duo, f. 93-103.
8. *De phisici integritate et de perfecto medico, ad monarcham se-*

pientiae Hieronymum de' la Turre veronensem, praeceptorem optimum, capitula quatuordecim, f. 106-113.

9. *De viduitate servanda, ad Lucretiam Minam nobilem patavinam,* capit. novem, f. 117-121. V. Volpi, *Libreria*, p. 78.

10. *De servando virginitatis candore, perutilis ad salutem consequendam tractatus, quem Antonius Gazius .... ut filios ceterosque ad perpetuum caelibatum hortaretur, compilavit, et ipsum veram tyriacam voluit non immerito nuncupare,* capitula quadraginta, f. 123-142.

11. *De abnegatione et sui ipsius contemptu, seu de vita perfecta suscipienda perutilis tractatus,* capitula quadraginta, f. 144-163.

12. *De grato salis terrae condimento, de fructuoso scilicet praedicatore,* capitulis triginta quatuor, f. 165-182.

13. *De perutili angelorum nobis deputatorum ministerio, iugi salubrique custodia libellus,* capitulis novemdecim, f. 186-195.

14. *De inferno et aeternis impiorum suppliciis,* capitulis triginta, cum *figura totius inferni tam proprie quam improprie dicti, facta in plano, cum tamen sit rotunda, ad formam magni calicis in septem partes, iuxta numerum septem capitalium peccatorum divisa,* f. 197-213.

Opuscula omnia haec, quae inedita esse reputo, ipsiusmet auctoris manu scripta et emendata sunt, adiecta in fine uniuscuiusque de scriptione eorumdem annotatione. Venetiis exarata sunt annis 1497-1501, ultimo excepto, cuius in fine haec Gazius adscripsit: « Divino favente numine, in festo vel solemnitate can» didissimae ac gloriosae virginis ac martyris Catharinae, curren» te anno Christi Domini 1511, dum Budae infirmus essem ego » Antonius Gazius, artium et medicinae professorum omnium » minimus, sacraeque theologiae discipulus utinam non inutilis, » de inferno et impiorum suppliciis praesens opus absolvi .... »

Auctor ortus Patavii a. 1461, laurea in medicina a. 1485 donatus, Europa universa peragrata, Sigismundi I regis Poloniae medicus [*Effemeridi*, 1776, p. 88], decessit a. 1528. Quae eius opera medica edita, quae inedita narrat Vedova in *Biografia degli scrittori padovani*. Padova, 1832, I, p. 444-446.

Cod. 61 chart., saec. XVI, a. 210, l. 140 [L. III, LXX].

1. Quaestiones theologicae ac philosophicae centum septuaginta novem, f. 45-503, praeeunte duplici indice alphabetico rerum ac capitulorum, f. 1-17. Incip.: *Quaestio I. An animae sint factae ex essentia Dei. Utrum animae rationales sint factae ex essentia Dei, ut dixit Parmenides et Marcus Terentius Varro...*

Quaestiones centum viginti duae priores, f. 45-100, sunt extractae formaliter ex speculo quaestionum peregrinarum fratris Bartholomaei Sybillae monopolitani, ordinis Praedicatorum, pluries editarum. Aliae ex *d. Thoma Aquinate, Henrico de Hassia,* et *Silvestro Prierate.* A quaestione 164 usque ad dubium septimum quaestionis 169, f. 305-346, « omnia sunt extracta quasi » formaliter ex dubiis dulcissimi fratris mei olim domini Richar- » di lucensis, qui obiit Vercellis post festum annunciationis an- » no Domini 1512, plenus odoris sanctitatis et clarus miracu- » lis ». Nimirum ita scripsit Petrus Recta lucensis, canonicus regularis lateranensis, cuius elogium Rosinus exhibet in *Lyceo lateranensi,* t. II, p. 177. Petrus quoque ipse de suo non pauca in volumen loca coniecit, quaestiones videlicet et annotationes. Insuper alphabeta octo cum interpretatione latina posuit, f. 479-480: *hebraicum* cum declarationibus; *graecum* cum declarationibus et siglorum explicationibus; *indicum, chaldaeum, Iacobitarum, Christianorum de la Centura, arabicum, Christianorum Palestinae et Phoeniciae.* Haec indicare haud inopportunum fuerit; cum ex iis posteriora sex ab iis differant quae Theseus Ambrosius ex Albonesii comitibus, papiensis, idemque canonicus regularis lateranensis in *Introductione in chaldaicam linguam aliasque,* Papiae anno 1530 impressa vulgavit.

Ad quaestionem 160, dubio quinto, quo inquiritur: *an animal possit vivere ex solo odore vel aere,* epistola fere integra exstat « Andreae artium medicinaeque doctoris, domini archiepisco- » pi magdeburgensis, ducisque Saxoniae phisici egregio insignis » doctrinae viro d. Hieronymo de Florenzola, artium nec non et » sacrae medicinae doctori famosissimo, bononiensi in gymnasio » publice phisicam profitenti, suo praeceptori dignissimo, de qua-

» dum virgine quadraginta et octo annorum quae non comedit,
» neque bibit quicquam undecim iam annis, nec egerit, nec su-
» dat, nec expuit, nec urinat aut aliquid huiusmodi superfluita-
» tum de corpore eius, ut ceterorum hominum, manare videtur,
» seu experitur. » Ad quam epistolam, quae de muliere Augustae degente agit, Petrus Recta adscribit: « Nota quod anno Do-
» mini 1510 tempore quadragesimae, legatus papae, qui erat in
» Alemannia apud imperatorem, scripsit suo fratri, qui erat bo-
» noniensis, litteras quibus ei aperiebat multa de praefata mulie-
» re, et affirmabat verum esse, quod ipsa per undecim annos ni-
» hil penitus comederat aut biberat, et quod cum ipsa fuerat lo-
» cutus. Item multi alii itali et praecipue medici hoc scripserunt
» ex Alemannia, prout continetur in littera praecedenti. Item
» Ioannes Franciscus comes Mirandulae in 5 libro, 3 distinctio-
» ne praenotionum, cap. 4. testatur se fuisse per interpretem al-
» locutum hanc teutonicam foeminam », f. 271-271.

Primo capitulo dubii decimi, f. 273-274, legitur *quaestio de convinctione maxima trium planetarum, Martis, Iovis et Saturni anni* 1503.

Folio 379 Petrus Recta scripsit: *A quaestione* 171 *usque ad hoc dubium* [decimum quaestionis 172] *omnia sunt accepta formaliter ex Rosa aurea magistri Silvestri de Prierio, ordinis Praedicatorum.* Silvester Mazolinus, saeculo decimosexto incipiente, scripsit *Rosam auream in Evangelia totius anni*, pluries editam.

Foliis 386-393 exstat *sermo brevis totam historiam complectens et acerbitatem passionis et doloris Christi breviter enarrans, ex diffuso historiali sermone Gabrielis Biel* spirensis, scholastici, praepositi wurtembergensis. Huius sermo pluries editus est, primum saeculo decimoquinto ad finem vergente.

2. *De humani arbitrii libertate.* Dialogus d. Leonardi Veneti, canonici regularis incip: « Perdifficilem esse ac perobscuram » in theologia quaestionem de humani arbitrii libertate . . . . . » Dialogus est inter Valerianum et Leonardum, qui absolvit Romae in s. Maria de pace, in solemnitate sanctorum angelorum, die 29 septembris 1551, f. 504-535. Haec pars codicis recentius exscripta est.

Cod. 62 chart., saec. XVI, a. 320, l. 218 [L. III, LIX].

Petri Cittadellae tractatus *de gratia Dei*. Libri sex.

Auctor patavinus, a primigenia patrum suorum fide desciscens, virorum protestantium placita, maxime Lutheri, Erasmi, Zuinglii, publice professus est et in opus suum intulit. Propterea in carcerem coniectus est, unde dimissus opera familiaris sui Francisci Bottoni, cl. iurisconsulti. Ceterum quae in vulgus de eo sententia efferretur, eius epistolae comprobant: **a.** cuidam Franciscano, Fosse Clodiae concionanti [Clodiae, cal. dec. 1524]: **b.** Bernardino Franciscano, *de voluntate Dei;* **c.** Ioanni Andreae, cui mittit opus Lutheri: *de servo arbitrio* [cal. iul. 1540]; **d.** Francisco Bonaefidei, eum de haeresi insimulanti [ex Cittadella, cal. martii 1542]. Quod confirmat epigramma fini operis quasi coronis impositum : « Haec si forte vel legatus pontificis, vel alius vir » maior damnaverit, caesarem, cui non tantum hoc *de gratia Dei* » opus, sed duos quoque *de passione Domini* libros, et *sermones* » tres dedico, ac vocandum in Domino concilium appello [nam » conciliabula et concilia male vocata non agnosco] nec alio id » consilio [testor Deum] facio, nisi ut errantes Christi oves sui » erroris admonitae resipiscant, et, cognita veritate, ad caulam Domini sui tandem revertantur, ad quod ego cum aliis » omnes, qui Dei et Christi gloriam quaerunt, tum clarissimos » Venetiae principes imploro ». Auctor addidit : « Extremum » huic operi manum imposui 1542, 16 cal. nov., 30 abhinc annis » et eo amplius inchoato ».

In codice folior. 286, non una manu exscripto, occurrit frequenter nomen *Italici*, anteriori *Cittadellae* eraso.

Cod. 63 chart., saec. XVI, a. 320, l. 210 [L. III, CLI]. Ya

Eiusdem *tractatus de gratia Dei*, libris sex.

A principio leguntur ode monocolos et tricolos Cittadellae, sub fine quaedam excerpta ex Luthero, Erasmo, Zuinglio.

Exemplar magna ex parte autographum crediderim ab officio patavinae inquisitionis sacrae Consilio decemvirum, qua re-

ɔbandum, oblatum. Eapropter minime publici iuris factum, ıi eius opera: *De modo contemplandi: Epistolae tres consoloriae: Satyra una: De laudibus Virginis. Casualium et verrum flexiones: Breviarium verborum: De constructione verrum: De fundamentis grammaticae,* Venetiis, anno 1535; anıque proximo 1536, ibi alia eius opera prodierint: *Satyrae duae: mnia duo: Dialogi tres: Progymnasmata;* fere omnia Iosepho ədova [1] ignota, qui tria tantum meminit: *De arte grammati-: Carmen Deus homo: Epistolae metricae ad amicos* [1].

Codex, initio mutilus, habet folia 263.

Cod. 64 chart., saec. XVI, a. 155, l. 106 [L. III, CLXIII].

Bernardini Scardeonii patavini, *de castitate* libri septem, im-essi Venetiis ab Andrea Arrivabeno, anno 1542, cum emenda-ɔnibus manu eiusdem auctoris. Eas post annum 1556 additas ıntiat vocabulum *Canonicus* subditum, quibus locis Scardeonius *resbyter* legitur, eo enim anno, canonicus patavinus dictus est. əterum sub fine legitur: « Recognitum a proprio auctore et castigatum anno 1565, die 19 maii, anno Domini 1573, die 24 ianuarii ». Quaedam alia manu addita sunt aevo sequiori.

Cod. 65 chart., saec. XVI, a. 210, l. 156 [L. III, CLX]. N.

Cythinii Sanctis, *de divina praedestinatione,* ad Danielem ırbarum Aquileiae patriarcham designatum discursus inc.: « De divina praedestinatione verba facere, vir illustris, tametsi res ardua ac perdifficilis . . . »

Cur auctor lucubrationem Danieli Barbaro, quem Ioannes rimani patriarcha aquileiensis sibi socium adsciverat anno 1550, ɔdem nuncupaverit, ipse enarrat in prooemio: « Cum optimatum quorumdam precibus refragari minime possem, pauca haec ex ipsis patribus et ex d. Thoma potissimum excerpsi . . . quo et hinc fortasse pateat, quid veri, quidve dubii praeseferant litterae illae rever. patriarchae nostri aquil. Ioannis Grimani,

[1] *Biografia degli scrittori padovani.* Padova, 1832, I, 261.

Cod. 62 chart., saec. XVI, a. 320, l. 218 [L. III, LIX].

Petri Cittadellae tractatus *de gratia Dei*. Libri sex.

Auctor patavinus, a primigenia patrum suorum fide desciscens, virorum protestantium placita, maxime Lutheri, Erasmi, Zuinglii, publice professus est et in opus suum intulit. Propterea in carcerem coniectus est, unde dimissus opera familiaris sui Francisci Bottoni, cl. iurisconsulti. Ceterum quae in vulgus de eo sententia efferretur, eius epistolae comprobant: **a.** cuidam Franciscano, Fosse Clodiae concionanti [Clodiae, cal. dec. 1524]: **b.** Bernardino Franciscano, *de voluntate Dei;* **c.** Ioanni Andreae, cui mittit opus Lutheri: *de servo arbitrio* [cal. iul. 1540]; **d.** Francisco Bonaefidei, eum de haeresi insimulanti [ex Cittadella, cal. martii 1542]. Quod confirmat epigramma fini operis quasi coronis impositum: « Haec si forte vel legatus pontificis, vel alia vis » maior damnaverit, caesarem, cui non tantum hoc *de gratia Dei* » opus, sed duos quoque *de passione Domini* libros, et *sermonum* » tres dedico, ac vocandum in Domino concilium appello [nam » conciliabula et concilia male vocata non agnosco] nec alio id » consilio [testor Deum] facio, nisi ut errantes Christi oves sui » erroris admonitae resipiscant, et, cognita veritate, ad caulam Domini sui tandem revertantur, ad quod ego cum alios » omnes, qui Dei et Christi gloriam quaerunt, tum clarissimos » Venetiae principes imploro ». Auctor addidit: « Extremum » huic operi manum imposui 1542, 16 cal. nov., 30 abhinc annis » et eo amplius inchoato ».

In codice folior. 286, non una manu exscripto, occurrit frequenter nomen *Italici,* anteriori *Cittadellae* eraso.

Cod. 63 chart., saec. XVI, a. 320, l. 210 [L. III, CLI]. Ve.

Eiusdem *tractatus de gratia Dei,* libris sex.

A principio leguntur ode monocolos et tricolos Cittadellae, sub fine quaedam excerpta ex Luthero, Erasmo, Zuinglio.

Exemplar magna ex parte autographum crediderim ab officio patavinae inquisitionis sacrae Consilio decemvirum, qua re-

probandum, oblatum. Eapropter minime publici iuris factum, etsi eius opera: *De modo contemplandi: Epistolae tres consolatoriae: Satyra una: De laudibus Virginis. Casualium et verborum flexiones: Breviarium verborum: De constructione verborum: De fundamentis grammaticae,* Venetiis, anno 1535; annoque proximo 1536, ibi alia eius opera prodierint: *Satyrae duae: Somnia duo: Dialogi tres: Progymnasmata;* fere omnia Iosepho Vedova [1] ignota, qui tria tantum meminit: *De arte grammatica: Carmen Deus homo: Epistolae metricae ad amicos* [1].

Codex, initio mutilus, habet folia 263.

Cod. 64 chart., saec. XVI, a. 155, l. 106 [L. III, CLXIII].

Bernardini Scardeonii patavini, *de castitate* libri septem, impressi Venetiis ab Andrea Arrivabeno, anno 1542, cum emendationibus manu eiusdem auctoris. Eas post annum 1556 additas nuntiat vocabulum *Canonicus* subditum, quibus locis Scardeonius *Presbyter* legitur, eo enim anno, canonicus patavinus dictus est. Ceterum sub fine legitur: « Recognitum a proprio auctore et » castigatum anno 1565, die 19 maii, anno Domini 1573, die » 24 ianuarii ». Quaedam alia manu addita sunt aevo sequiori.

Cod. 65 chart., saec. XVI, a. 210, l. 156 [L. III, CLX]. N.

Cythinii Sanctis, *de divina praedestinatione,* ad Danielem Barbarum Aquileiae patriarcham designatum discursus inc.: « De » divina praedestinatione verba facere, vir illustris, tametsi res » ardua ac perdifficilis . . . »

Cur auctor lucubrationem Danieli Barbaro, quem Ioannes Grimani patriarcha aquileiensis sibi socium adsciverat anno 1550, eodem nuncupaverit, ipse enarrat in prooemio: « Cum optimatum quorumdam precibus refragari minime possem, pauca haec » ex ipsis patribus et ex d. Thoma potissimum excerpsi . . . quo » et hinc fortasse pateat, quid veri, quidve dubii praeseferant » litterae illae rever. patriarchae nostri aquil. Ioannis Grimani,

[1] *Biografia degli scrittori padovani.* Padova, 1832, I, 261.

duae distributae, ut in opere integro pluries edito, prima in tractatus sex, altera in duos.

Codex paginis 352 eleganter exscriptus.

Cod. 69 chart., saec. XVIII, a. 290, l. 202 [L. III, LXXVIII].

Sanctis Veronesii cardinalis, *de necessitate communicandi cum sede apostolica, ad sartam tectam tenendam catholicae ecclesiae veritatem.*

Auctor, episcopus patavinus [1758-1767], Clementi papae XIII opus dicaverat, sexdecim post eius mortem annis primum commissum [Brixiae, 1783], cum praefatione Caietani Cognolato, ac imagine Veronesii.

Codicem foliorum 385 nobis largitus estCarolus Veronesius auctoris ex fratre nepos, a. 1767.

Cod. 70-78 chart., saec. XVIII, a. 300, l. 215 [L. III, CLXXXI-CLXXXIX]. MI.

Bernardi M. De Rubeis theologica autographa, novem voluminibus digesta; extant tomo **a.** primo, foliorum 568, *de virtutibus theologicis;* **b.** altero, folior. 433, *osservazioni contro gli indifferentisti, ateisti, deisti, fatalisti;* **c.** tertio, folior. 374, *de gratia Dei;* **d.** quarto, folior. 248, *tractatus polemicus de sacramentis novae legis;* **e.** quinto, folior. 410, *de libero arbitrio hominis, Dei et Angelorum, iuxta d. Thomae Aquinatis documenta;* **f.** sexto, folior. 189, *de peccatis, gratia Dei, scientia, providentia et praedestinatione Dei;* **g.** septimo, folior. 337, *de moribus hominis christiani;* **h.** octavo, folior. 278, *de sacra scriptura, traditione, Deo eiusque attributis;* **i.** nono, folior. 84, *de traditione.*

Auctor Civitatis Austriae n. 1686, ord. Praedicatorum, editis operibus clarus, obiit Venetiis in coenobio *dei Gesuati,* a. 1775.

CLASSIS V.

POLEMICI

Cod. 1 membr., saec. XV, a. 266, l. 182 [L. II, II] Mk.

Sancti Athanasii, *contra Gentiles et de incarnatione* libri duo, ab Ambrosio camaldulensi latine redditi, ex hac ipsa versione editi Parisiis anno 1529 et Basileae anno 1531, cum Athanasii aliis. Ambrosii epistolam nuncupatoriam ad Petrum Donatum episcopum patavinum [a. 1428] edidit Berardellius in *Nuova raccolta d' opuscoli* a Calogerà, tom. XXXII, p. 44-46.

Codex foliorum 98 egregie scriptus politiori membrana est.

Cod. 2 membr. saec. XIV, a. 350, l. 242 [L. III, LXXXV]. Ma.

1. S. Thomae Aquinatis, *de veritate catholicae fidei contra errores infidelium* [*contra Gentiles*] libri quatuor, f. 1-181.

2. Quaestiones unicae sex, *de virtutibus in communi, de virtutibus theologicis, de correctione fraterna, de spe, de virtutibus cardinalibus, de unione verbi incarnati,* f. 182-220.

Codicem duplici columna, folio extremo 221 annotatum: 24 *die octobris anno a Nativitate Domini* 1392, donavit s. Ioanni in Viridario Baptista de Lignamine, episc. concord. a. 1455.

Cod. 3 membr., saec. XIV, a. 378, l. 267 [L. III, LXXXVIII]. Ma.

S. Thomae Aquin., *de veritate fidei catholicae contra errores infidelium.*

Codex, foliorum 190 duplici columna, concluditur versu:

« *Munera reddentur scriptori, si mereantur* ».

Cod. 4 membr., saec. XV, a. 358, l. 250 [Z. L. CXIX]. B.

Eiusdem, *de veritate catholicae fidei* ec.
Codex foliorum 160, duplici columna.

Cod. 5 chart., saec., XV. a. 290, l. 210 [Z. L. XC]. B.

Roderici Calaguritani, *de remediis afflictae ecclesiae militantis adversus extrinsecas Turchorum persecutiones, ac intestinas eius pressuras et angustias.*

Auctor operis titulum sic pluribus explanat: « Ad rever. in » Christo patrem d. d. Bessarionem .... libellus inci- » pit *de remediis* ...... *et angustiis:* an generalis synodus pro » hoc tempore sit expediens ac sufficiens remedium ad eas extir- » pandas; demum ostendit quando et quomodo, ex quibus cau- » sis generalia concilia congregari debent: rursus deducitur » romanum pontificem habere in terris supremam auctoritatem, » foreque summum ac ordinarium tribunal ad levanda quaevis » mala et incommoda ab ecclesia Dei; editus a r. p. Roderi- » co ...... » incip.: « Cunctorum sapientum illa semper fuit » verissima sententia . . . » Tractatus bifariam divisus constat considerationibus una supra triginta in quaestiones distributis, quarum tabula per materias digesta foliis 109-120 exstat.

Rodericus Sancii de Arevalo, anno 1404 in oppido s. Mariae de Nieva, segobiensis dioecesis natus, archidiaconus treviniensis in ecclesia burgensi, decanus legionensis et hispalensis, anno 1440 Ioannis secundi [Navarrae regis] nomine ad Caesarem orator; et pontificis orator item ad Philippum Mariam Mediolani ducem, Carolum Franciae regem, Philippum Burgundiae ducem dictus est. Idem Rodericus in *Historia Hispaniae* edita, parte IV, cap. 40 sic de se: « Paulus II qua die apicem summi pontificatus assum- » psit [30 aug. 1464], de sacri collegii assensu, non sine singu- » lari confidentia, me indignum sed fidum praefectum castella- » num castri s. Angeli de Urbe instituit, quippe qui iocalia et ec- » clesiae romanae thesauros fidei meae commisit. Deinde pro sua » animi nobilitate et munificentissima liberalitate, me ipsum in-

» dignum primum ad zamorensem ecclesiam, deinde ad calagu-
» ritanam, tandem ad palentinam transtulit ».

Operis inediti exemplum in biblioth. s. Ioannis in Viridario exstasse affirmat *Bibliothecae pontificiae* auctor l. 11.

Codicem foliorum 121 exornant rubricae, litterae initiales maiores auro pictae et insignia cardinalis Bessarionis.

Cod. 6 membr., saec. XV, a. 177, l. 108 [L. III, CXXX]. Ml.

Guillelmi Bechii, in libros *de falso dogmate Maumethi* libri quinque. Incipit prologus: « Cum Pius pontifex viveret, totius » christianae religionis pius amator, ad expugnandos Turcos... »

Willelmus Antonius Bechius pisanus, post studia Patavii [1433] et Bononiae habita, vicarius generalis sui ordinis anno 1454, post itinera visitationis per Italiam, Gallias, Flandriam, Angliam suscepta, ante annum 1464 sui ordinis generalis effectus est, auctore praecipue card. Iacobo Piccolominaeo (1) cui ideo opus huc usque ineditum nuncupavit. Mortuus est a. 1496.

Codex eleganter exscriptus foliis 68, cum titulis rubricatis, fronte libri egregie picta, refert insignia familiae Piccolomineae, unde idem dedicationis exemplar esse coniicio.

Cod. 7 membr., saec. XIV, a. 330, l. 234 [L. II, XV]. Mk.

1. D. Augustini, *de Trinitate* libri quindecim, f. 2-80, praeeunte indice, f. 1-2.

2. *Compilatio quaedam de libro de Trinitate,* nempe libri iidem s. Augustini ab anonimo declarati, f. 80-100. Uniuscuiusque libri principio sunt verba: *Intencio Augustini.* Primus incip.: « In primo de Trinitate facit prolocutionem Augustinus de qui- » busdam necessariis, scilicet de erroribus hominum circa divi- » nam naturam et de modo scripturae sanctae loquendi de illa... »

3. D. Augustini, *contra Maximinum haereticum altercatio,* seu, ut in editionibus, *collatio cum Maximino Arianorum episco-*

(1) « Quantumque electioni tuae ad Generalatum tunc studuissem » Piccolomini Iacobi *epistolae,* Mediolani, 1521, f. 52.

po, f. 103-111, *contra Maximinum haereticum* libri duo; alter titulo: *de fide catholica*, f. 111-130.

4. *Collatio d. Augustini ep. cum Pascencio ariano, habita in domo Anicia Yppone regio presidente Laurentio iudice dilecto* [sic] *a Pascencio viro spectabili*, f. 130-132, scilicet *Altercatio cum Pascentio* Augustino perperam tributa, Vigilio Tapsensi adiudicanda exstat inter supposititia d. August. opera. Venet. t. II, col. 961-964.

5. D. Augustini, *de diversis quaestionibus octoginta tribus* liber, f. 133-155.

Codex eleganter, duplici columna exscriptus, constitit *quinque ducatis de auro Venetiarum*.

Cod. 8 membr., saec. XV, a. 318, l. 222 [Z. L. LXII]. B.

S. Augustini, *de Trinitate libri quindecim*, cum graeca versione monaci constantinopolitani Maximi Planudis e regione latini textus. Versionem eo magis habendam puto, quod in graecis codicibus Bessarionis desideretur: hanc ceteroquin pluribus bibliothecis minime deesse annotavit Fabricius [*Bibliotheca graeca*, Hamburgi, 1808, nl. XI, p. 684], ut in nostra bis ex Iacobo Contareno [Z. G. DXXXI] et Ss. Io. et Pauli [G. II, II].

Codex foliorum 307, duplici columna pro graeco et latino textu, ornatur titulis et litteris initialibus rubro caractere, ut et insigniis gentilitiis cardinalis Bessarionis ac imagine d. Augustini in prima textus latini littera.

Cod. 9 membr., saec. XV, a. 202, l. 133 [Z. L. LXXIII]. B.

Flores sive conclusiones ex libris b. Augustini de Trinitate. Incip.: « Flores beati Augustini in libro de Trinitate per verita- » tes ecclesiasticas enunciati sic colliguntur . . . » Desunt conclusiones ex libro quintodecimo, quibus inserendis folia parata sunt.

Codicem foliorum septuaginta octo scriptor Bessarioni, cuius insignia folio quarto insunt, dicavit ode saphica, f. 2-3, cuius titulus: « Pragmatice de crucis tropheo in Orientem et Africam

» coruscantem Lilius Tyfernatis sanctissimi domini nostri fa-
» miliaris ad rev. B. episc. tusc., ubi agit de gloria Piccolho-
» minum familiae etiam debellatis infidelibus accessura . . . . . »
Saphica ode vero inc. : « Arbiter vitae a teneris honestae
» Qui regis me Bessarion verende
» Artibus qui me pater esse sanis
» Mire cupiati ».

Cod. 10 membr., saec. XV, a. 236, l. 160 [L. II, IV]. Ma.

B. Augustini, *congressio de sancta Trinitate contra Iudaeos,* f. 1-23. Opus et in supposititiis d. Augustini editis desideratum inc. : « Dic, o Iudaee, qui dum Trinitatem negas et unitatem » consequenter ignoras; si Deus, ut asseris, unus est in persona.

2. *Epistola translata de arabico in latinum, per fratrem Alfonsum Boni hominis, quam Rabbi Samuel israelita, oriundus urbis regis Marocorum mittit Rabbi Isaac magistro sinagogae, quae est in Sublimenta* (1) *in regno praedicto, quae talis est.* Inc.: « Conservet te Deus, o frater . . . . » Libellus quem mittit inc. : « Desidero, Domine mi, certificari per te testimoniis legis . . . . » f. 23-53. Pluries edita, hispanice quoque (2). Interpres Alphonsus *Buenhombre* vernacule, conchensis, ordinis Praedicat. qui floruit anno 1339, versionem nuncupavit Hugoni de Vaucemain, magistro sui ordinis; epistolam, qua prophetarum testimoniis Christum Dominum verum Messiam venisse, passum, mortuum esse, resurrexisse, ad coelos ascendisse, eiusque secundum futurum adventum demonstratur, a Iudaeis ex industria occultatam ait. Num ex suo penu protulerit, dubium. V. Echard. *Script. ordin. Praedicat.* I, 594-595.

Codicem belle scriptum cum initialibus aurepictis, dono dedit s. Ioanni in Virid. Petrus Montagnana anno 1478.

(1) Alii in variis codicibus *Sublimeta* [ut L. XIV, XLIII. f. 109-143]. *Sublulmeta.*

(2) Fabricius. *Bibl. mediae et inf. latin.* I, 71.

Cod. 11 chart., saec. XIV, a. 215, l. 147 [L. III, CLXVIII]. N.

1. *Epistola quam misit rabbi Samuel.... ad rabbi Isaac magistrum synagogae, quae est ierosolymitano in regno, in anno Domini millesimo, sed translata . . . . . ., quam translationem fecit anno Domini* 1339, *tempore pontificatus domini Benedicti papae XII.*, capitulis triginta tribus, f. 1-21.

2. *Quaestio de probatione per scripturas a Iudaeis receptas, quod mysterium Christi praedictum a lege et prophetis sit impletum, determinata a fratre Nicholao de Lyra, de ordine fratrum Minorum*, f. 21-44, sive *tractatus de Messia*, aut *probatio adventus Christi*. Eadem est ac *libellus editus* in codice 13, unde emendandus Fabricius qui in *Biblioth. latina*, sub nomine Lyrani, hanc opellam aliam a *libello* dixit.

3. *Responsio fratris Nicolai de Lyra ad quemdam Iudaeum, ex verbis evangelii s. Matthaei contra Christum nequiter arguentem*, f. 44-67. Prodiit Francofurti anno 1601.

Cod. 12 membr., saec. XV, a. 210, l. 149 [L. III, V]. Ye.

Epistola Samuelis israelitae ad Isaac magistrum sinagogae, ec. Eadem ac in codicibus praecedentibus, nisi quod in praesenti exstet dedicationis epistola interpretis *fratri Ugoni generali priori ordinis Praedicatorum*, quae incip.: « Cum ego propter » parvitatem meam et insufficientiam non sim talis quod vobis » aut pro vobis . . . »

Codicillum foliorum 27 Iacobus comes Zabarella patavinus dono obtulerat Octavio Ferrario, praefecto biblioth. archigymnasii patavini, ex quo annis 1791-1793 Marciae venetae cessit. Littera initialis dedicationis habet insignia aurata familiae Zabarellae.

Cod. 13 membr., saec. XV, a. 228, l. 164 [L. III, L]. Ma.

Magistri Nicolai de Lyra *libellus editus, in quo sunt pulcherrimae quaestiones iudaicam perfidiam in catholica fide impro-*

bantes. Prodiit hoc titulo Venetiis 1483, et Norimbergae 1493, ad calcem postillarum in Biblia.

Codicem nitidissimum foliorum 27 laudat optima lectio.

Cod. 14 chart., saec. XV, a. 290, l. 213 [L. III, XXVIII]. Ma.

Hieronymi a Sanctafide, *contra Iudaeos* libri duo.

Adiuncta historica sic qui praefatur evolvit: « Hae sunt ra-
» tiones quae coram sanctissimo in Christo patre, domino nostro,
» domino Benedicto divina providentia papa XIII, praesentibus
» cardinalibus suis, praeclaris in sacra pagina magistris, doctori-
» bus, aliisque multis naturalibus personis, in mense augusti, an-
» no Domini 1412, pontificatus sui anno XVIII, per venerabilem
» magistrum Hieronymum de Sanctafide, ipsius domini papae
» medicum, contra Iudaeos, de quorum genere fuit [Iosua Lurki],
» veri Messiae Iesu Christi negantes adventum . . . »

Liber prior *de Messia* duodecim habet capitula; alter *de erroribus Talmudis,* capitula sex hoc principio: « Sequuntur ali-
» quae [rationes] de multis et infinitis abominationibus in dicto
» inquisitionis volumine Talmud contentae ».

Sub fine: *Finito libro, fessa quiesce manus.*

Opus prodiit frequenter, anno vero 1601 Francofurti, cum *disputatione contra perfidiam Iudaeorum* Nicolai Lyrensis.

Codicem folior. 51, erratae prorsus lectionis, dono dedit Petrus de Montagnana canonicis regularibus s. Ioannis in Viridario.

Cod. 15 chart., saec. XV, a. 296, l. 222 [L. III, CXXVII]. Me.

1. *Disputatio facta inter Ignetum Contardum mercatorem ianuensem et quosdam sapientissimos Iudaeos et doctores in sinagogis Iudaeorum, quae fuit facta Maioricae, anno Domini* 1286, *et incoepta fuit in festo apostolorum Philippi et Iacobi, videlicet prima die maii.* Incip.: « Contigit ut quidam Iudaeus qui publi-
» ce vocabatur Rabbi . . . », f. 1-26.

Opus, pluribus codicibus exstans, prodiit in Francisci Carbonis veneti *flagello Hebraeorum.* Venetiis, 1672, 12.°

2. *Requisitiones et argumenta facta per magistrum Samuelem israelitam . . . ad rabbi Ysack . . ., qui est in sublimis regno praedicato de fide*, f. 27-40. Eadem ac in codicibus praecedentibus, ut et in aliis.

3. Ioachim abbatis prophetia de libro qui dicitur *concordia novi et veteris testamenti*. Incip.: « Hucusque finis primi et se» cundi status, quorum signum in Saul et David fuit... », f. 27-40. Ex opere citato, edito Venetiis, per Simonem de Lucre, 1514, 4.°

4. *De indumentis sacerdotalibus et aliis quae fiunt in celebratione missae, secundum expositionem beati Gregorii papae*. Incip.: « Sacerdos cum parat se ad dicendum missam, primo cal» ceat se . . . », f. 42-45. Anonymi significationes morales indumentorum sacerdotalium ex notatis a Gregorio Magno pontifice in sacramentario.

Operculis ligneis antiquis corio viridi coopertis bullae avulsae sunt.

Cod. 16 membr., saec. XII, a. 272, l. 184 [L. II, LXX]. Mg.

In hoc opere continentur beati Augustini episcopi libri septem : de perfectione iusticiae hominis liber I : de natura et gratia liber I : de gratia et libero arbitrio liber I : de correctione et gratia lib. I : de praedestinatione Sanctorum liber I : enchiridion liber I : de perseverantiae bono liber I : Theophili penitencia. Hic titulus codicis fol. 1. litteris grandioribus immixtis uncialibus nigri et rubri coloris, cum pluribus nexibus : insunt autem fere omnia contra Pelagianos iam edita. **a.** *De perfectione iustitiae hominis*, f. 1-14. **b.** *De natura et gratia*, f. 14-36. **c.** *Epistolae duae ad Valentinianum monacum et de gratia et libero arbitrio ad eundem*, f. 36-56. **d.** *De correptione et gratia*, f. 56-72. **e.** *Epistolae binae Prosperi et s. Hilarii ad Augustinum, et de praedestinatione Sanctorum, ad suprascriptos* libri duo, f. 72-112, quorum secundus de dono perseverantiae. **f.** De verbis s. Iacobi apostoli: *Ante omnia nolite iurare*, f. 112-116· Est sermo 180. **g.** *Enchiridion ad Laurentium Primicerium*, capitulis uno supra septuaginta f. 116-149.

Publica Theophili [vicedomini Adanae in Cilicia, 1538] *penitenciae satisfaccio qui Christum abnegavit et veniam, beatae Mariae interventu, adipisci meruit,* f. 150-154. Narrationem historicam quae incip.: « Factum est priusquam incursio fieret in Romaniae partibus . . . . », auctore quodam Eutychiano, editam habent Acta SS. Boll. 4. febr. I, p. 483.

Codicis textus fere sine nexibus pluribus scatet mendis.

Cod. 17 chart., 1442, a. 220, l. 140 [Z. L. XLV]. B.

1. S. Basilii Magni, *ad Amphilochium, adversus apologiam impii Eunomii, antirrheticus latinitate donatus a Georgio Trapezuntio,* libri quinque, f. 1-151. Praeit Eugenio quarto pontifici epistola cardinalis Bessarionis qui, sic ille, *opus per hominem non modo paternae et graecae, sed etiam latinae linguae peritissimum Georgium Trapezuntium, virum sane eloquentissimum ac discretissimum, tuaeque sanctitati deditum feci transferre.* Hanc quae incip: « Cum cogitarem, pater sanctissime, quidnam tibi congruum » offeram munus . . . » excipit epistola interpretis Bessarionis, sic incip.: « Accepi litteras tuas, reverendissime pater ac domi» ne, quibus a me petis ut magno illi Basilio . . . . » Versio sine epistolis, quas ineditas puto, edita est inter sancti patris opera, Antuerpiae, 1579, p. 254-299, et Coloniae Agrippinae, 1617, p. 182-214. Quaestionem de genuinitate operis, praesertim librorum quarti et quinti, agitatam leges in prooemio Basilii operum. Venetiis, 1750, I, p. LXII-LXXIII.

2. —— *contra Eunomium, ad Amphilochium episcopum Iconii, de Spiritu sancto* capitula triginta, f. 151-242. Incip.: « Laudavi diligentiam tuam in discendo, atque industriam; et » mirum in modum laetatus sum inquisitione ac vigilantia men» tis . . . . » Hanc quoque versionem, ut puto, ineditam, Trapezuntio adiudicandam, huius evincunt verba Bessarioni: « petis... » ut contra Eunomium conscripta volumina, ac simul quae ad » beatum Amphilochium edidit [d. Basilius] in latinam linguam » e graeca transferam »: Opellam antiquiores editiones Basilio tribuunt, non ita Garnier in editione parisina.

Accedunt passim notae breviores et emendationes alterius manus.

Codicis foliorum 245, pluribus scatentis mendis, folium 242 inscriptum est: *Ad Amphilochium, de Spiritu sancto adversus Eunomium capitula triginta, exemplata per Petrum Turris* [qui codicem universum exaravit] *clericum brandeburgensem, familiarem rever. in Christo patris et d. d. Bessarionis* .... 1442, *ultima die mensis februarii completa. Laus Deo amen.*

Cod. 18 membr., saec. XIII, a. 147, l. 83 [L. III, CXLIII]. Z.

Mamerti Claudiani, *de statu vel substantia animae* libri tres, adversus Faustum Reiensem, cum notis marginalibus sequioris aevi. Liquet Reiensem in libello de creaturis animam corporeis et localibus substantiis adscripsisse eum Tertulliano, Arnobio, Hilario, aliisque.

Auctor, aliis Claudianus Ecdicius Mamertus, sub Mamerto fratre, episcopo viennensi, presbyter, sive *antistes ordine in secundo,* defunctus est a. 470 circa.

Codex folior. 48, sub fine mutilus, habet titulos operis pluries editi litteris rubris, partim uncialibus.

Cod. 19 chart., saec. XVIII, a. 340, l. 230 [L. III, CXXIX].

1. Collatio omnium monumentorum causae Acacianae, iuxta codicem capituli veronensis, millenariam aetatem praeseferentis, p. 1-50, 89-107. Sunt collationes epistolarum Simplicii et Felicis papae tertii ad Acacium; Acacii ad Simplicium; Gelasii papae ad Anastasium, ad episcopos Dardaniae, ad Euphimium episcopum constantinopolitanum; vinculi anatematis Gelasii papae; commonitorii Gelasii papae ad Faustum magistrum, legationis officio Constantinopoli fungentem.

Acacius episcopus constantinopolitanus annis 471-488, impense favit sectae Eutychianorum, unde a Felice papa III, post plures reprehensiones, ann. 484 damnatus est anathemate.

2. Orationes vespertinae dominicae primae et secundae men-

sis Thobat ad vesperas, iuxta ritum copto-aegyptium, coptice, p. 51-72.

3. Oratio recitanda post absolutas horas canonicas, coptice et arabice, p. 73-79.

Cod. 20 chart., saec. XVIII, a. 204, l. 142 [L. II, CV]. Ml.

Supplementum Acacianum monumenta nunquam edita continens, quae marchio Scipio Maffeius a vetustissimis veronensis capituli codicibus eruit atque illustravit, editum Venetiis apud Sebastianum Coleti anno 1728.

Cum Nicolaus Coletus ex schedis Scipionis Maffeii *supplementi* textum suo arbitrio emendatum protulerit [quod in procemio advertit: « Textum quidem purgare adnixus sum, verun- » tamen transformare nolui ». — « Semel tantum transpositos » sensus aliquos suo loco reddidi, cum reconcinnatio in promptu » esset ac perturbatio in aperto] », presbyter Ioseph Bianchini veronensis, sua manu addidit marginibus lectiones variantes codicis, qui modo in Bibliotheca *presbyterorum oratorii* Romae servatur.

Cod. 21 membr., saec. XV, a. 180, l. 130 [L. III, XLIX]. Ma.

Fratris Monetae, *summa contra Catharos et Valdenses*. Libri quinque. Plura desunt quae in textu, Romae primum anno 1743 impresso, exstant.

Monetus, seu Moneta cremonensis, ordinis Praedicatorum, professor artium Bononiae, floruit a. circiter 1225.

Codex foliorum 148 duplici columna.

Cod. 22 chart., saec. XV, a. 220, l. 151 [Z. L. CXXXI]. B.

1. *Collecta et excerpta ex summa Benedicti abbatis Massiliae super capitulo: firmiter credimus, de summa Trinitate et fide catholica; additis paucis aliis contra diversos errores impugnantium fidem catholicam ecclesiae sanctae romanae ec.* Inc.: « Una » est fidelium universalis ecclesia, quae vivit in unitate fidei et

» in credulitate articulorum ac sacrorum . . . », f. 1-48. Capitula viginti unum ex nunciato opere consarcinata ab anonymo, contra errores Ussitarum et Wiclefitarum, nempe post concilium constantiense, f. 1414-1418, uti ex capitulo extremo. Ceterum *tractatus fidei contra errores super titulo de summa Trinitate* ec. exstat in regia parisiensi.

Benedictus, ex ordine Minorum, episcopus massiliensis anno 1229, ab episcopatu recessit a. 1263.

2. *Responsiones ad obiectiones et picturas*, ab Ussitis et Wiclefitis contra ecclesiam catholicam, vulgatas. Inc.: « Ex tracta- » tuli praescripti materia, tanquam ex quodam fundamento po- » sito, faciliter solvi possunt . . . », f. 49-59. Foliis 62-76 picturae lineares polychromae offerunt figuras pugnam innuentes inter veritates ex evangelio et facta historiae ecclesiasticae, ex gr. *conversatio Christi, opposita conversatione Antichristi.*

Codex habet folia 84.

Cod. 23 membr., saec. XV, a. 305, l. 210 [L. III, VI]. Ma.

Alvari Pelagii, *collyrium contra haereses*. Pártes sex. Incipit folio 8: « In nomine Domini nostri Iesu Christi . . . . Frater » Alvarus, professione Minor, silvensis minister, natione hyspa- » nus, decretorum doctor in sacra theologia scolasticus, gratia » vobis, pax et misericordia a Deo . . . Ideo ad extirpandam hae- » reticam pravitatem extollentem se adversus . . . » Praeit *tabula alphabetica super multis haeresibus extirpandis et fide catholica sancta corroboranda ad salutem credentium in vitam aeternam, compilata per fratrem Petrum Dominici in sacra pagina professorem, ordinis fratrum haeremitarum sancti Augustini*, f. 1-8. Sub fine, fol. 96 legitur: « Presens opus compositum a fratre Alvaro » de ordine Minorum, episcopo silvensi [in Algarbia] vocatur col- » lyrium, quia sicut collyrium est quaedam uncio facta ad feces » oculorum tergendas et visum illuminandum...» Sequitur f. 96-101 index capitulorum cuiuslibet partis.

De opere inedito, praeter ceteros, Nicolaus Antonius disserit in *Biblioth. hyspanae veteris*, lib. IX, cap. 4, 2, 228, ubi codicis quoque huius mentionem facit.

Codicem foliorum 101 donavit Baptista de Lignamine episc. concord. congregationi s. Ioannis in Viridario, anno 1455.

Cod. 24 membr., saec. XV, a. 273, l. 195 [Z. L. CCCCXCV]. B.

1. Fratris Roberti Anglici, ordinis Minorum, *dialogus de formalitatibus inter Ochanistam et Dumsistam*, f. 2-116. Incip.: « Quod verbis vituperii satis abundas, per tuum responsum ex» periar evidenter, sed quaeso rationi clare respondeas ». Sub fine legitur: *Explicit dialogus curiosus de formalitatibus, inter unum Dumsistam et unum Ochanistam, quem composuit venerabilis doctor Robertus Anglicus ordinis Minorum. Amen.*

Operis auctorem puto Robertum Conton vel Cothon, inter philosophos scholasticos anglicos nomine *Doctor amaenus*, ordinis Minorum, qui Oxonii educatus floruit anno 1340. Quos loquentes inducit adhaerent doctrinis Willelmi Occam seu Ockam philosophi scholastici anglici, sub nomine *Doctoris invincibilis*, *Incaeptoris venerabilis* ordinis Minorum [m. 1347]; et Ioannis Duns-Scoti theologi et philosophi anglici, *Doctoris subtilis*, ordinis Minorum, quos scimus in philosophicis dogmatibus profitendis violentos fuisse adversarios.

2. Fratris Thomae de Rossi scoti, ordinis Minorum, *de conceptione beatae Mariae virginis*, f. 122-146. Incip.: « Verum vir» go gloriosissima quae adeo fuit praeelecta ut filium Dei pareret, » fuerit concepta in originali peccato . . . . » Sub fine legimus: *Explicit quaestio magistri Thomae Derossi, ordinis Minorum sacraeque theologiae doctoris, de conceptione virginis immaculatae, quam legit in universitate parisiensi bachalarius ibidem existens in lectura sententiarum, anno Domini* 1373.

Codex foliorum 149, duplici columna, refert insignia cardinalis Bessarionis, cum ornamentis auropictis in titulo.

Cod. 25 chart., saec. XV, a. 210, l. 150 [L. III, CXXXIX]. Z.

1. *De conceptione b. Mariae virginis, discussio e sanctorum patrum doctrina excerpta ab anonymo adhuc ignoto auctore.* Tractatio a principio mutila incipit: « Idem libro Yponosticon: so-

» lus Dominus Iesus absque semine factus est homo et expers de-
» licti . . . . », f. 1-18. Auctor stat pro sententia quod Maria vir-
go sine labe originali concepta sit.

2. Hieronymi a Sanctafide, ex Iudaeo christiani, *contra Iu-
daeos libri duo*, f. 20-72. V. p. 121.

3. *Sermo de Spiritu sancto, praesertim contra Graecos*. In-
cipit : « Paraclitus autem Spiritus sanctus . . . Inde bellum in-
» stat ex diversis partibus . . . . », f. 72-75.

4. *Conclusiones nonnullae ex Aristotelis ethicorum libris
compilatae ab incerto, studii ergo*. Incip. : « Primo, quod in rebus
» humanis est aliquis finis intentus . . . », f. 60-88.

Cod. 26 membr., saec. XV, a. 217, l. 149 [L. III, LXXXIII]. F

Fratris Theolophori *libellus secundum auctoritatem sancto-
rum prophetarum et chronicarum, de causis et de statu ac cogni-
tione et fine tribulationum futurarum, maxime tempore futuri re-
gis Aquilonis, vocantis se Federicum imperatorem tertium usque
ad tempora futuri papae vocati angelici pastoris et Caruli regis
Franciae futuri imperatoris post Federicum supradictum*. Incip.
« Cum tristis et dolens de malis praesentis schismatis occaxioni-
» bus occurrentibus et universaliter occursuris . . . », f. 18-35.

Auctor, presbyter haeremita consentinus, qui dicat opus *ex
heremo agri herculani prope Thebas, die* 3 *septembris, Antonio*
[Adorno], *duci ianuensi* [1384-1390], deflet prophetico modo ma-
los effectus teterrimi schismatis, quod ab anno 1378 ad 1429 ec-
clesiam infecit. Figuras quoquo modo pictas, pontificum a Nico-
lao papa tertio [1277] ad Iulium secundum [1513] cum lemmati-
bus additis, f. 3-18 certe dedit transcriptor aevi recentioris, ut et
titulum operis, ac figuras propheticas *angelici pastoris* ante et
post Antichristum.

Opus ineditum in epitomen redegit Rusticanus ordinis Prae-
dicatorum, quam impressam habemus Venetiis anno 1516.

Cod. 27 membr-chart., saec. XIV, a. 315, l. 210 [L. III, XCVI]. Mk.

1. Clementis papae IV *exhortatio ad Michaelem Paleologum imperatorem Graecorum, ut redeat ad ecclesiae unitatem, et mittantur ei articuli fidei, quos romana ecclesia profitetur,* f. 1-3. Dederunt Raynaldus in *Annalib. eccles.* ad annum 1267, §. LXXII, aliique.

2. Collegii cardinalium, sede vacante, epistola ad Rodulphum, episcopum albanensem, legatum apostolicum, *de unione Graecorum cum Latinis facienda,* f. 3-5. Item apud Raynaldum ad ann. 1270, § III, aliosque.

3. Instructiones tres datae Hieronymo Generali, Guidoni romano, et Angelo, sancti Francisci provinciarum ministris, nec non Generali de Berchonio bononiensi, ordinis Minorum, nuntiis Innocentii papae V ad Michaelem Paleologum, *pro unione Graecorum cum Latinis.* Incipiunt: **a.** « In commissi vobis executio» ne negotii . . . »; **b.** « Si ea quae in memoriali vobis exhibito » continentur . . . . »; « **c.** « Inter cetera quae continentur in » memoriali, habetur insertum . . . . . », f. 5-7. Spectant ad annum 1276.

4. Memoriale [sub fine mutilum] datum Bartholomaeo episcopo grossetano, Bartholomaeo de Senis ministro Syriae, Philippo perusino, et Angelo urbevetano, lectoribus ordinis Minorum, nuntiis Nicolai papae tertii ad Michaelem Paleologum, *pro unione Graecorum cum Latinis.* Inc.: « In commissi vobis exe» cutione negocii, venerabiles fratres . . . . », f. 7-8. Raynaldus dedit excerpta ad annum 1278, n. VII.

5. Fratris Philippi de Pera, tractatus [sub fine mutilus] *contra Graecos de processione Spiritus sancti.* Incip.: « Sufficere » quidem deberent ad amplissimam pietatis et fidei contestationem . . . », f. 11-19. De auctore genuensi, a suburbio Constantinopoleos appellato, ordinis Praedicatorum, qui loco quodam testatus est a. 1358 *se iam 25 annos solidos Graecis ad romanam ecclesiam adducendis insudasse,* ac eius operibus, plura habet Echardus, t. I, p. 645-646.

6. Caedula a Latinis exhibita Graecis Ferrariae, a. 1438, ite-

rumque Florentiae anno sequenti, in concilio, *de veritate purgatorii.* Titulus in codice nullus est, textus vero incipit: « Convenientibus in hoc beati Francisci sacrario nobis ac vobis per » ecclesiam occidentalem et orientalem deputatis . . . », f. 22-23. Sub fine legitur: *Finis per me Ol. Fa.* Est inter *Acta concilii florentini* ab Andrea de Sancta Cruce collecta, inter *Concilia Labbaei,* Venet. XVIII, p. 1147-1151.

7. Responsio Graecorum ad caedulam praecedentem Latinorum, *de purgatorio,* inc.: « Si de hiis de quibus ad invicem di» sceptamus . . . », f. 23-26. Sub fine legitur: *Hoc finitur per me. Ol. Fa. pro r. p. d. N. d. V.* Eadem est de qua Allatius disserit, *de purgatorio,* p. 238, ac Fabricius *Bibl. gr.* X, p. 431.

8. Tractatus *adversus errores Graecorum* incip.: « Licet » Graecorum ecclesiam virtutum floribus et philosophiae stu» diis . . . . . », f. 31-58. Est in *Bibliotheca patrum lugdunensi,* XXVII, p. 590. De eo autem disserunt Echardus in *Script. ord. Praed.* I, p. 136, et Fabricius in *Bibl. gr.* X, p. 422, ubi Pantaleoni primum Diacono et chartophylaci ecclesiae constantinopolitanae, deinde ordinem Praedicatorum ingresso eundem tribuit. Desunt in codice additamenta duo in fine: *Tempore quo victoriosissimus* ec. *Haec vero gesta sunt* ec.

9. Replicatio Latinorum ad responsionem Graecorum, *de purgatorio.* Incip.: « Agimus omnipotenti Deo gratias uberes, » quod fructum aliquem laboris . . . . », f. 62-66. Responsio ad aliam num. 7 superius notatam.

10. Responsio Graecorum ad replicationem Latinorum inc.: « Magna quidem profecto indagacione et conquisitione opus ha» bent . . . », f. 67-73, 74-78. Duplex exemplum. Utraque deest in *Actis concilii florentini.*

11. Iuliani Caesarini cardinalis s. Angeli, dissertatio *de inserenda in symbolum particula Filioque,* habita in concilio florentino. Incip.: « Dicunt Graeci non licuisse ecclesiae romanae po» nere in symbolo dictionem illam *Filioque,* eciamsi verum foret » Spiritum sanctum procedere a filio . . . », f. 80-83. Ut ab auctore prodiit, sine ullo tamen titulo, in codice hoc exstat: graece a Nicolao Sagundino redditum codex Laurentianus habet, ex quo latinam fecit, et lingua utraque Florentiae anno 1762 vulgavit

Rudesindus Andosilla, ordinis Vallisumbrosae monachus. Additamentum adhuc ineditum in hoc ipso codice superest, cuius initium: « Ultra praedictas viginti rationes et auctoritates addidi viva voce XVIII novembris in disputatione solemni has duas au- » ctoritates ». Prima ex epistola Cyrilli ad Acacium, f. 82-83.

12. Apparatus pro tractatu *adversus errores Graecorum* conscribendo. Incip.: « Iussisti, pater sanctissime, ante tres dies, ut » Graecorum errores quibus catholicae fidei . . . . . », f. 88-109. Scriptum autographum est, at valde imperfectum, cui insunt quoque quaedam de papa et concilio.

13. Ioannis patriarchae antiocheni tractatus quo demonstratur *concilium generale esse supra papam, quia generalem repraesentat ecclesiam*. Incip.: « Quia nonnulli os suum aperientes, in » coelum potestatem romani pontificis . . . », f. 114-123. Est inter *Concilia* Labbaei. Venet. XVII, p. 705. Auctor tractatum anno 1434, sub festo Epiphaniae, basileensi concilio obtulit. Habent quoque alii plures ex nostris codicibus.

Cod. 28 membr., saec. XV, a. 280, l. 192 [Z. L. CXXXVIII]. P.

Manuelis Calecae, ordinis Praedicatorum, *tractatus de processione Spiritus sancti contra Graecos,* Ambrosio camaldulensi interprete. Libri quatuor.

Versionem tantum quam, iussu Martini papae V, compositam scimus ex prooemio: « Pauci praeceptis tuis, domine beatis- » sime, opusque illud clari et eruditi viri Manuelis Calecae contra » graecae levitatis errores, quod insignis theologiae cultor ma- » gister Antonius Mussanus zelo fidei succensus ex urbe regia secum » advexit, commode utinam atque utiliter, prompte certe atque » obtemperanter ex graeco converti », pluries editam constat.

Codicem egregie politiori membrana exscriptum, foliorum 122, cum insigniis auropictis episcopi . . . . . Quirini, possederat Venetiis domus societatis Iesu.

Cod. 29 membr., saec. XV; a. 273, l. 188 [Z. L. CXXXIII]. B.

1. Bessarionis cardinalis *libelli de processione Spiritus sancti* Paulo papae II nuncupati.

Littera dedicationis, f. 2-3, quam Zanetti primus edidit in *latina et italica d. Marci bibliotheca,* p. 76-77, in errorem certe eos adduxit qui opusculum peculiare de eadem materia Paulo II a Bessarione inscriptum, in bibliotheca nostra asservari dixerunt. Dedicationis et editionis causas dat auctor in eodem prooemio: « Eas orationes, quamquam ab amicis saepe ro- » gatus fuerim, conscius tamen imbecillitatis meae, edere num- » quam volui; nihil in his esse existimans, quod dignum videri » eruditis auribus posset. Veruntamen quum, versantibus nuper » mecum libellos meos quibusdam familiaribus nostris, in eorum » forte manus incidissent, nec prohibere potuissem, quin eas ac- » curatius legerent; non modo hortari me postea non destiterunt, » sed etiam vehementer efflagitare, ut tam ea, quam alia quae- » dam opuscula quae, post dissolutum concilium, quibusdam ad- » huc a recto itinere deviantibus, scribere compulsus fui, pro » communi hominum commodo ederem; pleraque in his esse di- » centes a graecis sumpta auctoribus, quae, quum apud Latinos » nusquam haberentur, non parvam forent legentibus utilitatem » adlatura . . . Tandem vero illud animo occurrit, ut lucubratio- » nes meas tuo sacratissimo nomini, dive pontifex Paule, dedica- » rem « . . . . Quod si edendum iudicaveris, plurimum certe au- » ctoritatis videbitur tua gratia consecutus ». Opuscula autem sunt:

a. *Oratio de unione ineunda, habita in initio concilii generalis ferrariensis, quod postea Florentiam translatum fuit,* f. 4-10. Edita est, non eodem interprete, in *Concil. a Labbaeo,* XVIII, c. 35-46. Haec synodus octava, quam Graeci *florentinam* appellant, exstat graece in *bibliotheca nostra* [Z. G. 527, 533, 589], *vaticana,* cod. 1428, p. 298.

b. *Oratio dogmatica vel de unione, habita in synodo florentina inter Graecos dumtaxat, dum post multas cum Latinis disputationes. patriarcha et imperator Graecorum sententias eorum seor-*

sum sciscitarentur, capitulis octo, f. 12-50. Praeit fol. 10-12 *declaratio quorundam ad cognitionem futurae orationis necessaria.* Exstat graece in codicibus nostris nuper citatis, edita lingua utraque in *Labbaei. Concil.,* XVIII, p. 399-468, versione varia, cum *declaratione* in calce.

c. *De processione Spiritus sancti ad virum cl. Alexium* [*Lascarin*] *Philanthropinum liber seu epistola,* capitulis decem, f. 51-93. Primus edidit Arcadius in *Opuscula aurea theologica.* Romae, 1630, versione propria cum graeco textu e fronte, [p.265-271], ac aliena, quam Bessarioni tribuit [p. 273-326], quamque Labbaeus protulit in *Concil.* XVIII, p. 1244-1280. Graece exstat in codicibus qui supra.

d. *Adversus Gregorium Palamam rationes Vecci patriarchae impugnantem de processione Spiritus sancti liber,* seu apologia, seu responsum duodecim argumentis Vecci, f. 93-117. Arcadio interprete prodiit opere citato: p. 67-97. Habet graece codex Marcianus [Z. L. 589].

e. *Adversus argumentum quo in primis niti adversus catholicam fidem Marcus Ephesiorum antistes solebat, ad Gregorium piissimum patriarcham constantinopolitanum* liber continens primum Ephesii argumentum. Incip.: « Magna illa inter Graecos » et Latinos de summis ac divinis rebus contentio . . . », f. 118-130. Habet graece bibliotheca nostra, [Z. G. 527] ac vindobonensis, teste Lambecio lib. V, p. 174. Vidit graece et Arcadius qui libr. II *de concordia* p. 113 finem refert ex latina sua versione a nostro haud multum discrepantem.

f. *Ad eundem confutationes reliquorum argumentorum ipsius Ephesii confectae atque editae, eo ipso patriarcha flagitante,* liber alter continens argumenta secundum usque vigesimum primum ab Ephesio obiecta cum confutationibus. Incip.: « Arbitrabar » profecto quae adversus primam Ephesii argumentationem dicta » sunt . . . », f. 131-162. Opellae huius nullibi mentio occurrit.

g. *De fide catholica et summi pontificis primatu epistola ad Graecos,* f. 162-172. Edita ab Arcadio ibi, p. 359-371. Exstat graece in Marcianis codicibus [Z. G. 527, 589].

2. *De sacramento eucharistiae et quibus verbis Christi corpus conficiatur,* f. 174-209. Disputatio edita est in *Biblioth. pa-*

trum lugdun., XXVI, p. 787-799. Graece exstat in codice Marciano, [Z. G. 527].

3. *De ea parte evangelii* [Ioannis, XXI, 23]: *Sic eum volo manere, quid ad te?* Incip.: « Cum nuper sacrum evangelium » Ioannis evangelistae in eius festivitate latine legeretur . . . . », f. 209-227. Hoc opusculum, quod graece exstat in nostro codice [Z. G. 527], impressum est Haganoae, 1532, 4.° Auctor fol. 214 plurimum commendat Nicolaum: « Quod si quis de his plura de» siderat testimonia, et latius nosse hanc rem cupit, Nicolaum » legat tituli Damasi diaconum et bibliothecae [vaticanae] suf» fraganeum, virum, quantum intelligere licet, hebraicae linguae » peritissimum, qui, Lucii secundi romani pontificis tempore, ad » Petrum basilicae sancti Petri canonicum scribens de sanctae » scripturae emendatione multa disseruit.

4. *Oratio de laudibus beati Bessarionis a Nicolao Perotto, pontifice sypontino, e graeco in latinum conversa.* Incip.: « Omni» bus certe, qui secundum Deum vixerunt et cursum suum pie » et religiose consumarunt . . . . . », f. 227-241. Graece data in nostro codice, [Z. L. 533]. Differt omnino a *sylloge historica de sancto Bessarione abbate anachoreta in Ægypto, ex menaeis Graecorum et vitis patrum* edita in *Act. Sanct. a Bolland.* 17 iunii, p. 299-303.

Codex splendidus, insignibus cardinalis Bessarionis, foliis secundo et centesimo septuagesimo quarto belle auropictis, emicat.

Cod. 30 chart., saec. XV, a. 224, l. 147 [Z. L. CXXXVI]. B.

Bessarionis cardinalis opuscula theologica, nempe

1. *Oratio dogmatica de unione*, ut in codicibus antecedentibus, f. 1-52.
2. *De processione Spiritus sancti, magnifico et clarissimo viro Lascari Philanthropino salutem dicit Bessario cardinalis nicaenus*, f. 53-97. Ut in codicibus qui praecedunt, varia tamen versione, quae reapse fuit ab Arcudio, qua Bessarioni tributa, edita in *opuscul. theolog.*, p. 273-326.
3. *Adversus Gregorium Palamam rationes Vecci patriarchae impugnantem de processione Spiritus sancti liber* in fine

mutilus, f. 98-121. Eadem tractatio, non idem presso vestigio textus.

Codex pleraque autographus est.

Cod. 31 chart., saec. XV, a. 288, l. 197 [Z. L. CXXXIV]. B.

Bessarionis opuscula, eadem, eodemque ordine, ac in codice praecedenti

Codex foliorum 187, concinne exscriptus.

Cod. 32 membr., saec. XV, a. 270, l. 185 [Z. L. CXXXV]. B.

Bessarionis opuscula ut in codice praecedenti, ordine minime immutato.

Codex splendide exscriptus foliis 242, cum titulo aureis caracteribus conspicuo, litteris maioris formae ac insigniis gentium Pauli V pontificis ac bessarionaeae auropictis, quem ideo puto dedicationis volumen, quod Bessarion epigramma in titulo adiecerit:

« Quod nostros tibi dedicem libellos
» Qui sceptrum retines Dei secundum,
» Ingens Paule honor et decus tuorum
» Hoc veri indicium putato amoris ».

Quaenam causae Bessarionis voluntatem interceperint quis referat?

Cod. 33 membr., saec. XV, a. 210, l. 114 [Z. L. CXXXVII]. B.

Bartholomei Rimbertini, *de Spiritus sancti distinctione a filio,* capitulis novemdecim, ex operibus d. Thomae Aquinatis.

Auctor a magisterio scholarum sacri palatii apostolici ad episcopatum argolicensem anno 1434 assumptus, cortonensis episcopus a. 1440, coronensis a. 1445, Florentiae demortuus a. 1446, sic capitulo primo operis [quod anecdotum puto] Bessarioni cardinali nuncupati occasionem aperit. « Vestra prudentia . . . summo flagrat desiderio ut sancti Thomae doctrina contra adversantium tela stabilis et inconcussa appareat, quatenus per distinctionem Spiritus sancti a Filio, eius quoque processio ab

» ipso, eam negantibus facilius asseratur. Huius rei gratia me » Romae, hoc maio proxime iam elapso, visitationis gratia con» stitutum, vocavit ad singulare certamen vestra solertia cum ve» nerabili quodam sacrae theologiae magistro, vestro domestico, » qui viam famosissimi illius magistri Iohannis Scoti, quem do» ctorem subtilem vocant, studiose prosequitur. Cui pro tunc ex » tempore quae occurrere potuerunt me vehementer angenti re» sponsa obiicens, non mihi visus sum plene v. d. votis fecisse » satis. Ideoque ex tunc animo diligenter excogitavi unde possem » sancti doctoris mentem ita clare disserere, ut cor vestrum in » hac veritate quiesceret . . . Et sciens quod multas materias in » quaestionibus disputatis doctor ipse dilatat quas alibi strictius » colligit, quaesivi, tandemque his septembris diebus Florentiae » gratanter inveni quod ardenter concupivi. Libellum hunc ita» que non facundo sed utcumque foecundo stilo digestum vestro » nomini dedicavi . . , . » Incip.: « Sanctus Thomas de Aquino, » catholicae veritatis doctor, constans, clarus, solidus, inconcus» sus, inter cetera divinae sapientiae theoremata . . . »; in tractatus vero conclusione: « Confutavimus eos qui negant decretum » concilii florentini, Sabellianos eos detegentes ». Ceterum Rimbertinum, legatum apostolicum quoque in partibus Germaniae exstitisse, excerpo ex eius opere: *Liber de sensibilibus deliciis paradisi respectu omnium exteriorum sensuum corporis humani in patria, extractus ex tractatu fratris Ioannis de Tambaco . . . . dum in partibus Germaniae apostolicae sedis legationis fungeretur officio.* Venetiis, 1498, 16.° De auctore confer Bremond. Bullarium ordinis Praedicatorum.

Codex foliorum 58, membrana egregia, subtiliori ac tereti, habet paginas lineis vigintiquinque, belle ad normam exscriptus. Idem dedicationis exemplar, quod, post indicem characteribus rubris, referat titulum imaginibus d. Thomae et auctoris qua episcopi, nec non insigniis Bessarionis ornatum.

Cod. 34 chart., saec. XVI. a. 242, l. 173 [L. I, XLVIII].

Constantii Rusconi brixiensis opus *de fide ac terminis humanae cognitionis et libertatis, adversus Lutherum.*

Auctor dicat opus [Ravenna, ad Deiparae Virginis in Portu, kal. martii, 1556] fautori suo, cardinali Herculi Gonzagae. Operi, fol. 1-236 praeeunt: **a.** argumentum ad lectorem quatuor super viginti capitibus distributum, fol. V-VII; **b.** capitum in argumento descriptorum series, fol. VIII; **c.** prooemium. Operis perorationem eidem Gonzagae offert auctor kal. aug. 1556.

Narrat amanuensis fol. I. Ascanium Martinengum brixianum, abbatem generalem eiusd. congregationis, adstruxisse elogium auctori, *qui non fucata probitate insignis, disciplinae regularis mihi exhibuit rudimenta.* Cum vero Martinengus anno 1597, typis Laurentii Pasquali opus: *Glossae magnae in Genesim,* Patavii in canonica d. praecursoris Io: in Viridario, duobus voluminibus in 8.° ediderit; iniicio exemplum unde codex et huic similes [L, I, XLVI-XLVII] sumpti, Martinengum ex Brixia secum detulisse ad monasterium patavinum, ex quo in bibliothecam Marcianam inlati.

Cod. 35 chart., saec. XVI, a. 215, l. 155 [L. III, IV].

Alexandri . . . *labyrintum haereticorum.*

Auctor, artium et sacrae theologiae doctor, familiae nomine eraso, opus inscribit *magno Etruriae duci Francisco Medices. d. et patrono suo colendiss., Venetiis ex nostro museo, in vigilia d. Catharinae virginis et martyris, studiorum tutelaris, anno* 1580, f. 29. Foliis 29-37 exstat elencus *erratorum praecipuorum, quae in hoc haereticorum labyrinto damnantur,* ordine alphabetico digestus, f. 29-31; quem excipit index librorum decem, f. 31-32. Horum partitiones offeruntur per quaesita, digressiones, appendices.

Codex folia 962 habet.

Cod. 36 chart., saec. XVII, a. 275, l. 210 [L. III, CXC].

1. Antonii Possevini *scriptum magno Moscoviae duci traditum, cum angli mercatores eidem obtulissent librum, quo haereticus quidam ostendere conabatur pontificem maximum esse Antichristum.* Incip.: « Audio, ser. princeps, non ita pridem, idest post

» adventum ad te meum ab istis, qui Moscoviae sunt, mediatori-
» bus anglis . . . . . », f. 1-8. Editum est in : *Antonii Possevini Moscovia.* Vilnae, [alibi quoque, et itale versum] 1586, f. 114-123, lectione plurimum variata.

2. *Capita quibus Graeci et Rutheni a Latinis in re fidei dissenserunt, ubi ab ecclesia catholica Graeci sese praeciderunt, tradita ab Antonio Possevino in magno consensu procerum, Ioanni Basilii magno Moscoviae duci, die* 3 *martii,* 1582, *Moscoviae.* Inc. : « Quod de me, tuo nomine, quaesivere senatores tui, ut di-
» scrimen indicarem tibi inter rutenicam et catholicam romanam
» fidem . . . », f. 9-19. Edita ibi, f. 1-105.

3. *Errores eorum qui Graecorum fidem sequuntur, postquam illi ab ecclesia sese absciderunt.* Incip. : « Errant cum dicunt
» simplicem fornicationem non esse peccatum . . . . », f. 19-24. Editi eodem opere, f. 105-111.

Auctor, e societate Iesu, Mantuae a. 1534 ortus, mortuus Ferrariae a. 1681, missus est legatus anno 1581 ad Moscoviae caesarem, ut schismaticos ad ecclesiam catholicam reduceret.

CLASSIS VI.

HOMILETICI

Cod. I membr., 1300, a. 276, l. 193 [L. II, LXXXIII]. Ms.

1. S. Zenonis episcopi veronensis ***tractatuum seu sermonum libri duo,*** cum indice utrique praeeunte, f. 1-114. Ordo sermonum, idem ac in ceteris codicibus antiquioribus, editis minime respondet: propterea fratres Ballerinii in editione veronensi [1739, 4.°], impressorum seriem cum manuscriptorum contulerunt.

2. *Vita s. Zenonis episcopi veronensis* incip.: « Vobis igi» tur, fratres carissimi, breviter et aperte sancti Zenonis quae» dam gesta narramus . . . » finit: « Sacerdotes apertis indiciis » Sathan inter filios Dei venisse cognoverunt », f. 115-125. Si textum universum considero, anecdotum dicere ausim; non tamen ex integro, dum vitae huius quaedam quasi fragmenta constituunt **a.** *sermo venerabilis Coronati notarii de vita s. episcopi et confessoris Zenonis* [editus a Mombritio et Ughellio primum, deinde in *Actis Sanctorum,* 12. april., a fratribus Balleriniis, ibi, p. CXLVII-CL], **b.** ***historia elevati corporis et miraculorum s. Zenonis, ex mss. collectaneis Petri Calo ordinis Praedicatorum*** [publici iuris facta in *Actis Sanctor.* 12. aprilis], **c.** ***historia translationis s. Zenonis subiecta vitae eiusdem sancti, ab anonymo scripta*** [pariter edita p. CLIII-CLVI]. Vitae praeeunt disticha quinque, quae ideo profero quod in editione veronensi, ceteroquin diligentissima desiderentur:

« Qui precepit aquam populo producere petram
» Hic valet ingenium mollificare meum.

» Unde tuam vitam, Zeno sanctissime, scribam
» Arbitror esse pium signa referre stilum.
» In quibus excelsus crescis velut alta cupressus
» Talia dum nitor, gaudeo si superor.
» Si quis preteritos sancti numeraverit actus,
» Computet arva soli, computet astra poli.
» Paucula de multis iactemus semina sulcis
» Incrementa dabis ditia Christe satis ».

Textum vitae et translationis fere universum, [plura sub fine desunt quae in nostro codice] cum distichis praeeuntibus, publici iuris fecit ex codicibus veronensibus Maffeius in *Istoria diplomatica che serve d'introduzione all'arte critica.* Mantova 1727, p. 320-334.

Codicem ornatissimum, politioribus membranis belle exaratum, cum litteris initialibus librorum auropictis ac insigniis s. Zenonis « scripsit Bartholomaeus Fabius M. utinensis, ultimo die » augusti 1300, dono autem dedit aevo sequiori presbyter An- » dreas Capellinus clericis regularibus Teatinis in s. Nicolao de » Tolentino Venetiis ». Volumen ab eo monasterio Parisios anno 1797 delatum, Venetias anno 1816 redux Marciae bibliothecae datum est. Opercula lignea antiqua, corio vitulino impresso obducta, cum bullis ex oricalcho.

Cod. 2 membr., saec. XIII, a. 284, l. 193 [L. II, LXXXV]. Ms.

1. Eiusdem, *tractatuum libri duo,* f. 1-92. Idem fere ordo est ac in praecedenti. Lectiones ad remensem codicem [de quo fratres Ballerinii in edit. veronensi operum s. Zenonis p. V-IX] multum accedunt, at a librario minus perito et indiligenti liber exscriptus apparet, cum eadem voce alicui recurrente, frequentes saltus occurrant. Titulus sic descriptus: *Sanctissimi Çenonis huius alme civitatis Verone episcopi ac doctoris eximii,* ipsum codicem aut scriptum Veronae aut a veronensi aliquo antiquo codice derivatum prodit. Deest primi tractatus *de pudicitia* prima pagina, et a verbis *lubrica utilitate* initium fit. In tractatum *de patientia* uno contextu insertum est longum quatuor paginarum fragmentum ex tractatu *in psalm.* 128, quod subinde in hoc tra-

ctatu sub fine codicis descripto omittitur. Id autem ex eo videtur profectum, quod hic codex ex aliquo exemplo fuerit sumptus, in quo quaterniolum *tractatus in psalm.* 128 extra suum locum transpositum et tractatui *de patientia* errori aliquo fuerit inligatum, ut ne id tolentinatis manuscripti amanuensis adverterit. Liber secundus uno eodemque charactere, quo totus codex scriptus est, additionem habet undecim illorum tractatuum quos in remensi alia manu adiectos observaverunt Ballerinii: tractatus vero illi undecim fiunt duodecim ob partitum de livore et invidia in duos. Libri secundi finem excipit tractatus *de signo sanctae crucis,* scilicet hymnus octo stropharum versibus dimetris iambicis, qui incip.: « Cultor Dei memento — Te fontis et lavacri — Rorem su- » bisse sanctum ».

2. *Tractatus de vita sancti Zenonis nobilissime ac magnifice civitatis huius veronensis episcopi et pastoris sanctissimi,* f. 93-96.

3. *Tractatus de translatione sancti Zenonis nobilissime ac magnifice civitatis huius veronensis episcopi et pastoris sanctissimi,* f. 97-100. Utrumque, eundem ac in codice praecedenti, edidit Maffeius, ut iam notavi.

Codice, cum operculis ligneis corio vitulino signato obductis, usi sunt fratres Ballerinii in editione veronensi adornanda, ut et canonicus Iacobus Dionisi in versione operum s. Zenonis, [Verona, 1784, 8.°].

Cod. 3 membr., saec. XIV, a. 279, l. 195 [L. II, XXVIII]. X.

1. S. Ephraem, *monita de resurrectione et iudicio, et de regno coelorum et munditia animae,* f. 1-5. Inc.: « Gloria omnipo- » tenti Deo qui os nostrum superno nutu aperuit . . . » Latine ab auctore exarata edidit Assemanus in *s. Ephraem opp.* Romae, 1746, t. III, p. 553-557.

2. ——— *monita.* Inc.: « Dolor me compellit dicere et infir- » mitas mea cominatur ut sileam », f. 6-27. Diversimode distributa, sunt membra unius eiusdemque sermonis titulo *ascetici de vita religiosa atque monastica* d. Ephraem, ex graeco in latinum translati, opera anonimi, non Ambrosii Camaldulensis aut Zini, aut Vossii, aut Assemani, cuius versio legitur ibi, I. p. 40-70.

3. Eiusdem *de iudicio et compunctione*. Inc.: « Venite, dile» ctissimi fratres, exhortationem meam suscipite . . . », f. 27-32. Differt ab hac versione latina quam Iosephus Simon Assemanus edidit ibi, II, p. 50-56.

4. —— *de beatitudine*. Inc.: « Beatus qui odio habuerit hunc » mundum et solum modo meditatio eius in Deo fuerit », f. 32-35.

5. —— *de agone*, seu de luctaminibus huius saeculi. Inc.: « In luctaminibus saeculi nullus sine agone seu certamine coro» natur . . . », f. 35-38. Latine ab auctore exaratum sermonem dedit Assemanus ibi, III, p. 557-560.

6. —— *de poenitentia*, incip.: « Dominus noster Iesus » Christus qui descendit de sinu patris et factus est nobis via sa» lutis . . . », f. 38-42.

7. *Vita cuiusdam senis. De discretione virtutum*. Inc.: « Si » quis custodierit sermones hos, poterit liberari a gehenna . . . », f. 42-46.

8. *Eiusdem senis, de virtutibus*, incip.: « Timor Domini ex» pellit omnem nequitiam, negligentia vero expellit timorem » Dei . . . », f. 46-47.

9. *Sententia s. Ambrosii ad hominem poenitentem qui in hoc saeculo conversatur*, incip.: « Ad te surgo hominem quem scio es» se fidelem. Ad increpationem festino . . . », f. 47-49.

10. Sermo s. Antonii *de vanitate mundi et resurrectione mortuorum*, incip.: « Tempus operationis est, dilectissimi, quo » pervenire possimus ad aeternam vitam . . . », f. 49-51.

11. *De ieiunio cuiusdam senis* incip.: « Sapientis ieiunium, » dilectissimi, res sancta, opus coeleste . . . », f. 51.

12. S. Augustini *sermo de corpore et anima et misera vita*, inc.: « O vita, quantos de propriis decipis, tantos seduxisti. . . », f. 51-54.

13. —— *sermo*, inc.: « Cum de bonis operibus frequentius » admonemus aliquos ex vobis . . . », f. 54-55.

14. —— *de aedificatione animae*, inc.: « Docet nos Salvator » noster in sancto evangelio quod nunc lectum est... », f. 55-56.

15. —— *de aedificatione animae*, incip.: « Rogo vos, fra» tres charissimi, et cum grandi humilitate admoneo . . . . », f. 56-59.

16. —— *de aedificatione animae,* inc.: « Fratres charissimi, » caritatem vestram admoneo et consilium dare praesumo . . . », » f. 59-60.

Initio codicis hae notae historicae leguntur : « 1415 fuit nix » magna die 24 martii in ista civitate Veneciarum ».

« In eodem millesimo, videlicet a nativitate Domini obiit » dominus Michael Steno dux, die 26 decembris et sepultus fuit » in ecclesia sanctae Marinae de Veneciis, in die sancti Iohannis ».

Cod. 4 membr., saec. XV, a. 103, l. 72 [L. III, LXXX]. F.

1. Sermones, sine auctoris nomine, *de caritate, patientia, humilitate,* f. 1-34.

2. S. Augustino tributus sermo *de caritate.* Inc. : « Divina- » rum scripturarum multiplicem abundantiam . . . », f. 34-37.

3. Sermones varii, sine auctoris nomine, *de patientia, caritate et humilitate,* f. 37-90.

4. Varia quae theologiam moralem spectant, f. 91-110.

5. *Manuale.* Opusculum incerti auctoris, divo Augustino, Anselmo, Hugoni tributum, sub quorum nominibus editum est. Inc. : « Quoniam in medio laqueorum positi sumus, facile a coe- » lesti desiderio frigescimus . . . », f. 111-117.

6. *Septem dona de quibus crucifigitur homo.* Inc. : « Haec » dulcissima Dei dona quicumque obtinere potuerit perfecte ... », f. 137-138.

7. D. Augustini sermo *de poenitentibus,* qui tercentesimus nonagesimus tertius de verbis Apostoli, inter editos est. Inc. : « Penitentes, penitentes, penitentes. Si tam estis penitentes et » non recidentes . . . », f. 138-140.

8. *Verba aurea.* Inc. « Qui sequitur me non ambulat in te- » nebris, dicit Dominus . . . », f. 140-176.

9. *De beneficiis recolendis divinis.* Inc. : « Benedictus Do- » minus Deus sempiternus, ex quo et per quem et in quo . . . », f. 176.

10. *De virtute orationis.* Inc. : « Est quippe oratio inestima- » bilis virtus et efficax, ad omnia proficua . . . », f. 177-196.

11. *De superbia et vanitate,* sermo s. Augustino tributus inc.:

« Primum est, fratres charissimi, quod mundum non diligamus... », f. 197-201.

12. *De aedificatione animae,* sermo d. Augustino tributus. Inc.: « Obsecro vos, fratres charissimi, quod istius seculi vani- » tates . . . », f. 201-206.

13. Sermo b. Ambrosio tributus inc.: « Dilecte fili, dilige » lacrimas, noli differre eas . . . f. 206-208.

14. Sermones duo *de humilitate et patientia,* f. 208-211.

15. *De corporis et animae miseria,* sermo d. Augustino tributus inc.: « O vita quae tantos decepisti, tantos seduxisti . . . », f. 211-215.

16. *De laude caritatis et quod ipsa sit mater omnium virtutum,* sermo d. Augustino tributus inc.: « Caritas est mater, fons » et origo omnium sanctarum virtutum . . . », f. 215-217.

17. Tractatus *de passione Domini,* divo Bernardo falso tributus inc.: « Quid commisisti, dulcissime puer, ut sic iudiceris, » quae noxa tua . . . », f. 217-220. Pars libri subdititii s. Augustini *Meditationum* (1) cum aliis.

18. Sermo alius d. Bernardo tributus inc.: « Quam vehe- » menti complexu complexisti me, bone Iesu . . . », f. 220-224.

19. *De vera religione* sermo eidem tributus inc.: « Religio » in paupertate fundata, erigitur obedientia . . . », f. 224-225.

20. Sermones varii divo Isidoro tributi, f. 225-247.

21. Sententiae ex libris Salomonis sapientialibus diversimode assutae, f. 247-258.

22. Loca quaedam, sine ordine, ex epistolis d. Pauli septem canonicis et evangeliis, f. 258-272.

23. *De desiderio amandi et contemplandi Deum ex toto corde et omnibus viribus.* Soliloquiorum animae ad Deum liber inter subdititios d. Augustini (2) inc.: « Agnoscam te, Domine, co- » gnitio mea, agnoscam te . . . », f. 273-282.

24. Fragmenta sermonum et meditationum fere omnia operibus subdititiis d. Augustini tribuenda, f. 282-304.

25. *Incipit valde devota et pulchra expositio beatiss. Augu-*

(1) S. Aug. Opp. ibi, VI, app. 109-110.
(2) S. Aug. *Opp.* ibi. VI, 85-95.

stini super septem psalmos poenitentiales, quae tamen divi patris expositioni prorsus absona est, f. 307-322.

26. *Incipiunt orationes beati Augustini episcopi super psalmo quinquagesimo: miserere mei Deus:* « O ineffabilis memoria et » immensa pietas benignitatis tuae, Dominus omnipotens . . . », f. 372-355.

Cod. 5 membr., saec. X, a. 248, l. 170 [L. II, LXXXII].

1. *Opus excerptum de tractatu psalmorum sancti Augustini. Explanatio quorundam versuum*, seu potius loca, sine certo ordine, ex sermonibus d. Augustini in psalmos duos supra viginti, levioribus additis animadversionibus, f. 1-34, 192-194.

2. Sermones quatuor *de* **a.** *vigiliis quotidianis*, **b.** *militantibus*, **c.** *quaerenda pace*, **d.** *decimis*, d. Augustino tributi. Tertium tantum ordine tercentesimum quinquagesimum septimum editum inter opera s. Augustini reperio (1): secundum inter suppositititios octuagesimum secundum (2), f. 35-53.

3. Sermones *de fide centurionis* et de verbis: *Ascendente Iesu in naviculam* ec. Origeni tributis, f. 54-65.

4. S. Caesarii arelatensis *homiliae novemdecim ad monachos* respondent eodem ordine vigesimae usque trigesimam septimam codicis sequentis cum praeeunte indice, f. 66-150.

5. S. Augustini *ad omnes et maxime monachos et viduas*, sermo inc.: « Frequenter semper diximus, christiani persecutionem » patiuntur . . . », f. 151-159.

6. S. Ioannis Chrysostomi sermones quinque *de poenitentia et eleemosyna*, f. 160-192.

Codicem foliorum 196, pluribus locis inscriptum: « Iste li- » ber est monachorum congregationis sanctae Iustinae seu *uni-* » *tatis, monasterio s. Iustinae de Padua deputatus* », Parisiis iam delatum Marciana demum bibliotheca adepta est.

(1) Aug. *Opp.* V. c. 1391-1395.
(2) Ibi. V. append. c. 149-150.

Cod. 6 membr., saec. XIV, a. 200, l. 133 [L. II, XCII]. M.

S. Caesarii episcopi arelatensis *homiliae triginta octo ad monachos,* f. 16-108, praeeunte s. Basilii admonitione ad filium spiritualem, f. 1-16, quae edita est ab Holstenio (1).

Collatione cum *bibliotheca maxima lugdunensi* [tom. VIII] instituta, omnes editas reperio praeter primam quae incip.: « Sta» de monache diligenter, ne pecces, ut non cohabitantem tibi Do» minum ad iniuriam provoces ». Homiliae tertia : « Ecce quam » bonum » ; quarta : « Fidelium exhortationes » ; quinta : « In» struit nos atque hortatur » ; decimaquarta : « Instruit nos atque » hortatur sermo divinus » ; decimaquinta : « Fidelium exhorta» tores animarum » ; decimaoctava : « Ecce quam bonum et quam » iucundum », Eusebio episcopo gallicano in *bibliotheca lugdunensi,* [t. VIII, p. 657 ; V, p. 674; VIII, 668] tribuuntur.

Codicem, belle duplici columna exscriptum, possederunt canonici regulares sancti Augustini, commorantes in monasterio sancti Bartholomaei in burgo Pusterlae civitatis Vicetiae: hic emebat anno 1774 Iacobus Morellius.

Cod. 7 chart., saec. XIV, a. 194, l. 138 [Z. L. LXXX]. E.

Eiusdem *homiliae septemdecim ad monachos.* Eaedem sunt ac secunda usque decimam octavam codicis praecedentis.

Codex foliorum 56 diligenter exscriptus.

Cod. 8 chart.-membr., saec. XV, a. 240, l. 168 [Z. L. LXXXV.

S. Bernardi abbatis sermones varii, vel ei tributi : mihi obvios annotavi.

1. *Homilia super evangelio secundum Ioannem, scilicet ad diem festum, quod canitur feria quinta hebdomadae sanctae in missa.* Incip. : « Reminiscens beati sanguinis quem profudit amator » hominis, profundo lacrymas... », f. 1. Praeest lectio evangelii.

(1) *Cod. regul.* Parisiis. 1663. IV, p. 20.

Ante diem festum paschae, usque : *quemadmodum ego feci vobis ita et vos faciatis.*

2. *De verbis Domini in ultima coena* sermones quindecim, f. 1-47. Habent auctorem b. Ogerium abbatem Lucedii, ordinis cisterciensis, legendi in d. Bernardi operibus [Venet. 1750, III, cl. 664-717].

3. *In die paschatis* sermones quatuor, primus in locum : *Maria Magdalena et Maria Iacobi* inc. : « Istae tres mulieres si» gnificant tres virtutes, fidem, spem et caritatem . . . » ; tertius incip.: « Sacramentum hodiernae festivitatis, fratres carissimi, ad» mirabilis et venerabilis gloriosae . . . » ; quartus in locum : « E» gredimini filiae Sion et videte regem . . . », inc. : « Filiae Sion, » scilicet animae sanctae multa habent obstacula, si voluerint...» f. 48-55.

4. Sermo *in letaniis,* sive rogationibus. Inc. : « Bonus est » Dominus sperantibus in eum, animae ec. Quum faciem Domini » nostri semper quaerere debeamus, secundum illud prophetae : » *Quaerite faciem eius semper ;* sunt tamen quidam dies . . . . », f. 55-57.

5. *In ascensionem Domini* sermones tres. Primus incipit : « Laetatus sum in his quae dicta sunt mihi, ec. Attendite fratres » monachum affectu non habitu. *Laetatus sum,* inquiebat, non in » forma corporis . . . » ; alter *de corde humili et mediocre et sublimi,* inc. : « Accedet homo ad cor altum et exaltabitur Deus ». « Adscensio Domini est festivitas clara et solemnis, honoranda » plane et adoranda . . . » ; tertius : « Hodie victoria Christi com» pleta est : hodie triumphalia vexilla eriguntur », f. 58-61.

6. Sermo *de sanctissima trinitate,* inc. : » Christianae fidei » bonum, fratres carissimi, caritati vestrae ante omnia solliciti » commendamus . . . », f. 61-63.

7. Sermones *tres in die sancto pentecostes.* Primus incipit : « Spiritus Domini replevit orbem terrarum. Hodie festivitas spi» ritus est, et de spiritu in spiritu . . . » ; alter : « Dies pente» costes sacratus est in lege et in evangelio, in lege quia a die » quinquagesimo . . . » ; tertius titulo *valde utilis : « Cum com» plerentur dies pentecostes,* ec. Dies ista, carissimi, plena est » gaudiorum, in qua Spiritus sanctus et largo . . . », f. 63-66.

8. Sermo *in nativitate s. Ioannis Baptistae, de decem privilegiis*, inc.: « Hodie dilectissimi, dies illuxit insignis . . . », f. 66-72, editus in oper. s. Bern. III, col. 748-757.

9. Sermo *in festo s. Mariae Magdalenae*, inc.: « Hodie » misericordia et veritas obviam currunt sibi, et multitudo mise» rationum Domini . . . », f. 72-76, editus ibi, III, col. 799-803.

10. Sermones duo *in festivitate s. Andreae apostoli*. Primus incip.: « Beati Andreae apostoli festivitas hodie celebratur, quam » si pia sollicitudine perscrutemur.... », editus ibi, III, col. 347-» 350; alter incip.: « Et quia aequum studium et attentum silen» cium, et tanta tanti viri festivitas . . . . », editus sub nomine Nicolai Claraevallensis, ibi, III, col. 790-795, f. 77-83.

11. Sermo *in festivitate Nicholai episcopi et confessor.*, inc.: « Nicholaus iste meus, ymo et vester, electus ab utero, sanctus » a puero . . . . », editus ibi, III, col. 796-799, f. 83-86.

12. Sermo *in laudem sancti Bernardi*, inc.: « In laudem » beatissimi patris nostri Bernardi, cuius hodie festivitas celebra» tur . . . », f. 86-91.

13. *Libellus contemplationum Bernardi* incip.: « Quam ve» hementi amplexu amplexasti me, o bone Iesu, quoniam sanguis » exivit de corde tuo, aqua de lacte . . . », f. 91-98.

Cod. 9 membr., saec. XV, a. 375, l. 247 [L. III, LXXIX].

1. Sermones decem, auctore anonymo, *in festo epiphaniae et ascensionis; nativitatis et assumptionis b. Mariae virg., ss. Francisci, Bernardi, Io. Baptistae, Petri et Pauli, Augustini; et in dominicis diebus prima et quarta quadragesimae*, f. 1-27.

2. Fratris Hugolini *sermones septem de adventu, nativitate, epiphania; dominicae primae quadragesimae; s. Augustini; in laudem sacrae scripturae*, f. 28-38.

3. Clementis papae sexti *oratio in morte Iacobi Caietani Stegnini*, cardinalis s. Georgii ad vellum aureum. Incip.: « Tempus » tribulationis est Iacob et ex ipso salvabitur . . . », f. 38-39. Caietanus mortuus est Romae a. 1304, cuius propterea laudes habuit cardinalis Petrus Rogerius, antequam pontifex, nomine Clementis VI, creatus esset.

4. Sermo *magistri Thomae anglici, ord. Praedicat., in capella papae et cardinalium.* Incip.: « Implebit illum Dominus spi-
» ritu sapientiae et intellectus . . . », f. 39-40. Lectio ab ea differt quam dedit Echard in *Historia script. ord. Praed.* I, p. 599.

5. Sermones decem anonymi *de bibliis, theologia, legibus, nativitate et coena Domini, ss. Iacobo apost. et Augustino,* f. 40-53.

6. Clementis papae sexti *oratio in funere Napoleonis Ursini, card. diac. s. Hadriani.* Inc.: « Leonem et ursum interfeci. I.
» Reg. 17 . . . », f. 53-54. Ursinus anno 1342 mortuus est.

7. —— *oratio in promotione d. Caroli* [quarti] *in regem Romanorum, in imperatorem postmodum promovendum.* Inc.: « Salo-
» mon sedebit super solium meum, et ipse regnabit pro me, illi-
» que praecipiam ut sit dux super Israel. III. Reg. primo capite
» post medium. Sicut audisti nuper per archiepiscopum pragen-
» sem, proponendo negotium electionis carissimi filii nostri Caro-
» li in regem Romanorum electi, fuit nobis porrecta quaedam
» supplicatio . . . . », f. 54-58. Carolus IV anno 1347 rex inauguratur.

8. —— sermo *in laudem s. Thomae de Aquino.* Inc.: « Do-
» cebat eos de regno Dei. Matth. 29, et in fine evangelii hodier-
» ni . . . », f. 58-60.

9. Fratris Hugolini sermones *quatuor de epiphania, coena Domini, d. Hieronymo, theologia,* f. 60-66.

10. Sermones *varii anonimi sexdecim* habiti « Veronae ad
» fratres, Paduae ad scholares, in Montepulciano ad fratres, Me-
» diolani ad clerum et populum, Faventiae ad fratres, quando
» incoepi *sententias* Ianuae, Parisiis in capitulo », f. 67-77.

11. Clementis papae sexti sermo *quando fecit processus contra interfectores Domini Andreae regis Siciliae, pontificatus sui anno quarto.* Inc.: « Vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me
» de terra gentium », f. 77-80.

12. —— *principium sententiarum,* incip.: « Amice, ascen-
» de superius, erit enim tibi gloria. Lucae. 14 . . . », f. 80. Statim ab initio opus mutilum, desunt enim viginti folia.

13. Ioannis Calderini *principia quaedam in lectura decretalium.* Incip.: « Omne quotcumque facitis in verbo aut opere, om-
» nia in nomine Domini . . . », f. 101.

14. Eiusdem *licentiae variae pro laurea doctoratus,* datae dominis « Ceretano de Ceretanis senensi a. 1360; Georgio de Cypro; » Francisco abb. s. Stephani bononiensi; Simoni de Borsano me- » diolanensi, qui fuit archidiaconus bononiensis, deinde arch. me- » diol., deinde cardin. tempore Gregorii papae XI », f. 102-108.

15. —— *principia in lectura decretalium, annis lecturae suae* 21-32. Ad huius anni marginem legitur: « 1369. Dom. Io. » Cal. legit decretum et fecit sermonem prolixum et pulchrum, » et ulterius non legit »; et paulo post « Casparis nati domini » Io. Cal. », f. 108-110.

16. —— *licentiae doctoratus datae* « Ioanni de Savignano » de pede montium, Thedisco de Ranucciis de Florentia, Obilato » de Polonia, Nicholao de Messina de Alamania, Ioanni de Ster- » tin de Polonia, Nicholao de Sachis de Papia, Iacobo plebano de » Senis, Lucae priori s. Venancii de Camerino, Iacobo genero d. » Io. Cal., fratri Ioanni monacho de Vicecomitibus de Mediolano, » Bartholucio de Montevelio, Ardicioni de Novaria, Io. de Dena- » yn de Polonia, Ioanni de Gratonis de Polonia, Gregorio custodi » varadiensi, Andreae nepoti d. Io. An., Laurentio bononiensi; in » praesentatione domini Ferdinandi nepotis d. legati [Ægidii episc. sabinensis et terrarum Ecclesiae in Italia apostolicae sedis vicarii]; pro d. Friderico cantore Aschaffati, Gurgensis de Ala- » mania », f. 110-138.

17. —— *sermones pro licentiis cum tenui officium archidiaconatus,* f. 138-145.

18. —— *sermones quos feci pro illis quos conventuavi,* nempe pro dominis *Dyno de Urbino, Stiborio canonico olumucensi de Boemia, Iacobo de Pheiuntis et Canteno de Arnisinis,* f. 145-149.

19. —— *invocationes in principio lecturae,* annis 7-23, f. 149-152.

20. —— *sermo quem ego Io. Cald. feci pro principio studii, anno quo legi decretum, videlicet millesimo trecentesimo quinquagesimo nono, die* 18 *octobris, et fuit tricesimus tertius annus doctoratus mei.* Incip.: « Ex utraque parte fluvii, lignum vitae. Apoc. » ult. Magnus Augustinus . . . », f. 152-156.

21. *Principia capitulorum voluminis decretorum, secundum ordinem alphabeti,* f. 156-163.

22. Responsio de collationibus seu sermonibus conscribendis. Inc.: « Petistis a me utrum de faciendis collationibus sive ser» monibus possit ars aliqua specialis inveniri . . . », f. 164-168.

23. *Sermo domini Ioannis Andreae pro domino Andrea de Hungaria.* Inc.: « Sapiens in populo haereditabit honorem . . . . » quia Tullio testante », f. 168-169.

24. *Collatio quam fecit dominus magister Io. de Legnano quando me praesentavit pro subeundo examine privato.* Incip.: « Tempta, Domine, et proba. Psal. XXV . . . », f. 169-170.

25. Io. Calderini, *collatio quam feci quando fui decoratus in petitione insigniorum.* Incip.: « Perfice opera tua et super » hominum gloriam . . . », f. 170.

Folio extremo, sub fine, haec tantum leguntur: « Sermo» nem quem fecit d. noster d. Symeon de Broxano, utriusque » doctor eximius, archidiaconus bononiensis, in licentia mea pu» blica in doctoratu habere non potui, sed proposuit: bene ergo » fecit. — Sermonem quem fecit d. noster de Legnano in datio» ne insigniorum. Quaere supra carta . . . » forsan uno ex foliis deficientibus 81-100. — « Sermonem quem r. p. d. Aymerici » episcopi bononiensis in licentia privata, licet ipse publice fece» rit, etiam habere non potui; sed proposuit: *pro patribus tuis* » *nati sunt tibi filii,* et introduxit Hugonem antiquum patrem » et me filium . . . »

Ioannis Calderini doctoris iuris canonici bononiensis, ac virorum in codice nominatorum momenta historica diligenter evolvenda censui, ut non tantum eorum, quantum archigymnasii bononiensis historia nova luce affundatur.

Cod. 10 membr., saec. XIV, a. 341, l. 233 [L. III, LXXVI]. Mk.

Sermones illustrissimi principis domini Roberti, Ierusalem et Siciliae regis, *de dominicis, de festis et ad status.*

Collectio uberrima ab auctore praestantissimo profecta, ex hoc uno codice, quantum video, innotescit: in tres classes tributa, quarum prima *de dominicis et festis mobilibus,* altera *de sanctis,* tertia *de diversis materiis.* Eorum qui classem tertiam constituunt non pauci ad summum pontificem, et ad reges ac prin-

cipes habiti sunt. Nonnulli se sc argumento vario commendant, videlicet :

a. Sermo *in commendationem civitatis Bononiae,* p. 1-3. Io. Fantutius edidit, sibi a Iacobo Morellio datum, ex hoc codice, in *Notizie degli scrittori bolognesi.* Bologna, 1782, t. II, p. III-VIII.

b. —— *in conventu domini Roberti nepotis domini Bartholomaei de Capua,* p. 172-175.

c. —— *undecim millium virginum,* factus in monasterio dominarum de Romania, p. 175-178.

d. *Quaestio utrum lex humana contineat aliquid contra divinam, disputata et determinata in Castronovo Neapolis, die* 24 *ianuarii, VIII indictionis,* p. 235-236.

e. *Collationes pro domino Nicolao de Ianuilla,* coram pontifice, Ianuensibus, rege Franciae, p. 283-284.

f. *Collatio facta cunctis civibus Neapolis, super pace inter eos ineunda,* p. 309-311.

g. —— *pro responsione ad propositionem syndicorum universitatis neapolitanae, offerentium fidelitatis iuramentum et homagium dominae Ioannae ducissae Calabriae, natae condam felicis recordationis domini Caroli primogeniti ipsius regis Roberti, quarto die novembris, anno Domini* 1330 *in palacio regis, Castrinovi,* p. 320-321.

h. —— *facta certis universitatibus regni, pro consimili homagio, vicesimo eiusdem mensis,* p. 321-322.

i. Sermones *pro constituendis in munere Rogerio de Sancto Severino, comite Mileti,* p. 340-341, et *Ricardo de Bursono, comite Sacariani,* 341-342, 353-354; *Willelmo comite Synopuli,* p. 366-368; *comite Minervini palatino Altaemurae,* p. 376-377; *Roberto de Capua comite Altaevillae,* p. 378-379.

k. Sermo *in promulgatione pacis inter ipsum et intrinsecos ex parte una, et extrinsecos Ianuae ex parte altera,* p. 342-343.

l. —— *in magistratione Bartholomaei comitis de Salerno,* consiliarii regii, in iure canonico, p. 349-350.

m. —— *die dominico* 16 *maii, cum invēstivit eminentes principes dominum Ioannem fratrem suum de ducatu Duracii et dominio Albaniae regni, et Robertum principem Tarenti nepotem suum de principatu Achaiae, per serta aurea et vexilla,* p. 350-352.

n. *Sermo ad universitatum regni syndicos, pro petendo subsidio contra communes inimicos*, p. 357-358.

o. —— *factus quando fratri Cypriano, monacho nigro fuerunt assignata insignia doctoratus*, p. 369-370.

p. *Collatio quando insignivit principatu Salerni Andream regis Hungariae primogenitum et Ioannam ducissam Calabriae*, p. 372-373.

q. —— *pro translatione principatus Achaiae a principe Tarenti primogenito in secundogenitum*, p. 374-375.

r. —— *ad praelatos regni, quod armatae mittendae pro recuperanda insula Siciliae et prosecutione suae iustitiae velint benevole subvenire*, p. 380.

Codex habet folia 387.

Cod. II chart., saec. XV, a. 213, l. 132 [L. III, XXXI]. F.

1. *Petitiones quadraginta et una, quas fecit anima in sua conversione ad Christum dilectum in isto sacratissimo tempore.* Inc.: « Convertimini ad me in toto corde vestro. Ioel 2.° Anima » peccatrix quae ad se ipsam convertitur, cognoscendo et perci» piendo delicta sua . . . », f. 1-60.

2. *Sermones viginti quatuor de fide, spe, charitate, prudentia, abstinentia, contritione, confessione, nobilitate hominis, oratione, Elia, ieiunio, matrimonio, honore sacerdotum, anima, pace, misericordia, in festivitates de tempore, a feria quarta in capite ieiunii ad feriam tertiam post tertiam dominicam quadragesimae*, f. 61-133.

3. *Bulla Nicolai papae V, ad arma in Turcas capessenda.* Romae, 1443 [?], pridie kalend. octobris, f. 134-135.

4. *Epistola missa per dominum magnum Teucrorum pontifici*, 1443, 20 octobris, f. 136.

5. *Causae de quibus simplex sacerdos non potest quempiam absolvere, ac casus papae reservati*, f. 137.

6. *Quaestiones morales de iustitia, de iudicio, quomodo Iudaei vituperant Christum, de morte, de fructibus memoriae mortis, de beatitudine, de vita hominis, quod venenum assimiletur peccato*, f. 140-157.

7. *De proprietabibus serpentum, salamandra, stellione, scorpione, coelo empireo, stellis, Saturno, Iove, Marte, Venere, Mercurio, sole, luna, quatenus ad sensus morales religiosos referri possunt*, f. 157-163.

8. *De lapidibus pretiosis, saphyro, calcedoneo, smaragdo, crysolito, sardonice, sardio, berillo, thopacio, crysoprasso, hiacincto, amatisto, allabaustro, adamante, achate, absicho, abesto, allectoria, argilla, celidonio, cristallo, corallo, gelacia, hyena, hilcofono, margarita, quatenus ad eosdem sensus referuntur*, f. 167.

9. *De stellis, pluralitate stellarum, cometa, polo articho, luce, lumine, tenebris, umbra, angelo et sacerdote, sole, item ad sensus morales religiosos relati sermones*, f. 168-174.

10. Sermones *de via in qua est ambulandum, de muliere comparata tribus bestiis multum nocivis, de cruce Domini, de vocatione, de misericordia et iustitia*, f. 174-182.

11. Hugonis de Prato sermones *de resurrectione Domini, de honore parentum nostrorum, de assumptione beatae Mariae virginis*, quos editos asserit Fabricius in *Biblioth. med. et inf. aetat.*, verbo *Hugo de Prato.*

Codicem ex diversis coactum, cui quaedam insunt membranae, ornat primo folio scutum blasonicum mihi ignotum, cum litteris inscriptis A. R.

Cod. 12 membr., saec. XV, a. 177, l. 122 [Z. L. LXXXVIII]. P.

1. *Tractatus de octo beatitudinibus evangelicis secundum fratrem Bernardinum de Senis*, sermones novem, f. 1-33. Qui a primo usque nonum decurrunt sermones. in operibus editis [Lugduni, 1650, III, p. 19-66] respondent quarto usque duodecimum.

2. Eiusdem, pars sexti sermonis, a capite tertio ad finem, *in die pentecostes*, f. 34-42, ut et eiusdem sermones septimus et octavus in die eodem, f. 58-60, publici iuris facti [ibi, IV, p. 33-49].

3. —— *tractatus de inspirationibus, feria secunda post pentecostem*, sermo secundus, fragmenta tertii et quarti, f. 42-57. Respondent in editione primo usque capitulum tertium non abso-

lutum secundi *adventualis de inspirationibus*, ac fragmentis secundi et tertii, III, p. 131-158.

4. *Sermones secundus et tertius de institutione et pietate christiana*, f. 61-66 iam editi ibi, III, p. 10-18.

Codicis mendis scatentis lectionem difficilem reddunt folia male consuta. Eum Dominici cardinalis Grimani fuisse innuunt stemma familiae Grimanae pileo cardinalitio insignitum et litterae initiales D. G.

Cod. 13 membr.-chart., saec. XV, a. 263, l. 184 [L. III, CLVIII]. N.

S. Laurentii Iustiniani, protopatriarchae Venetiarum, *sermo de corpore Domini nostri Iesu Christi, ac de fidei excellentia et auctoritate catholicae religionis*, f. 2-6. Inc. : « Inter difficilia quae » humanae saluti necessaria fore noscuntur . . . » Ineditum puto.

2. —— sermones triginta sex *in festis de tempore et sanctorum*, f. 6-87, quos inter *Hieronymi patroni huius nostrae domus ; Hugonis episc. linconiensis, ordinis cartusiani ; Andreae apost. secundi patroni nostri*, eodem fere ordine distributi ac in recentiori editione (1). Pars dimidia sermonis d. Thomae deest sub fine.

Cod. 14 membr.-chart., 1486, a. 217, l. 140 [Z. L. LXXXIX]. B.

1. F. Bernardini Aquilani de Fossa, *sermonum centuriae duae:* libro primo, f. 1-167 sunt *centum sermones pro festis de tempore, a dominica prima adventus ad vigesimam quartam post pentecosten ;* altero *sermones dogmatici et morales centum et unus*, f. 167-351. Praeit index duplex festorum dierum de tempore et de sanctis, quibus sermones accomodandi, f. IV-IX. Prooemium incip.: « Centurio autem et qui cum eo erant custodientes Iesum, viso terraemotu et his quae fiebant . . . » Primus vero sermo primi libri *de gloria paradisi :* « Sic currite ut comprehendatis. 1. Cor. » 9. Tanto unaquaeque res maiori affectione quaerenda est . . . »

Auctor, cuius vitam *Antonius Fossanus, utr. iuris doctor,*

(1) S. Laurent. Iustiniani *opp.* Venet. 1751, p. 24-108.

Beati abnepos scripsit continenti sermone, f. 352-353, natus Fossae, oppido quatuor distanti lapidibus ab Aquila in Aprutiis, anno 1445 a iure civili, cui incumbebat, Perusii ad Minorum observantium ordinem recipi meruit. Eugubii tirocinio facto, Stronconii anno 1446 professionem emisit. A b. Ioanne Capistrano, vicario generali ad provinciam s. Bernardini amandatus, eam decem annis gubernavit: in Dalmatiam et Bosnam postea missus, dein procurator generalis in curia romana, demortuus anno 1503, sepultus est in capsa lapidea, in altari maiori ecclesiae s. Angeli de Ocra. Idem Antonius Fossanus scripsit sub fine:

« Ad Bernardinum gressus teneatis orantes
» Hic poterit nobis conciliare Deum.
« Bernardine pater, divini cultor honoris,
» Qui radiis rutilus pluribus ante Deum,
» Da precibus meritisque tuis lustrare nepoti
» Coelestem sedem, miraque facta Dei.
« Hoc Bernardini insigne est pariterque nepotum
» Scilicet ut fiant cuncta labore gravi ».

Codicem foliorum 356 duplici columna, quo loco exscriptum nuntiat nota f. 350: « Completus fuit liber iste in loco sancti » Nicolai prope Sulmonem, die 26 septembris 1486 »; auctoris manu verosimilius exaratum nota fol. III: « Pertinet ad locum » sancti Angeli de Ocra, et fuit fratris Bernardini de Fossa, ordinis Minorum de observantia ».

Cod. 15 membr.-chart., saec. XV, a. 219, l. 142 [Z. L. CXLIII]. B.

1. Eiusdem *quodlibetum scholasticum*, scilicet:

a. *Sermonum libri tres*, primus *de statu fidelium laborioso*, f. 1-103, constat sermonibus quinquaginta duobus *de tempore*, *a septuagesima ad feriam tertiam dominicae resurrectionis*; alter *de statu fidelium periculoso*, *in quo tractatus de iis qui per mortem de hac vita recedunt*, f. 104-126, habet sermones quadraginta; tertius *de statu fidelium glorioso*, f. 128-216, habet sermones quinquaginta tres divisos trifariam, nempe *decem de festis Iesu Christi*, *octodecim de festis b. Mariae virginis*, *viginti quinque de festis sanctorum*.

b. *Tractatus praedicabilis*, intitulatus *de floribus*. Sermones tres, f. 218-223.

c. *Quaestiones variae* ac *epistolae monachorum ann.* 1486-1487, f. 229-233.

d. *Historia coenobii s. Angeli de Ocra,* itale, f. 233-236.

e. *Vita b. Philippi de Aquila,* itale, f. 236-242. Latine contracta a Wadding, *annal. min.* VI, edita quoque est in *Acta Sanctor. a Boll.*, 1. maii, p. 549-551.

2. *Raimundi Lulli opellae*, nempe:

a. *Ars brevis, quae est imago artis quae sic intitulatur,* f. 243-251. Inc.: « Ratio quare facimus istam artem brevem est ut » ars magna facilius sciatur . . . » Scripta anno 1307 edita est pluries. Folio 250 ad finem inscribitur: « In loco s. Petri prope » Ripam, 1460, die 14. maii ».

b. *Tabula generalis ad omnes scientias* incip.: « Ratio quare ista tabula ponitur . . . », f. 252-279. Sub fine: « Ego frater Bernardinus Aquilanus de Fossa, ordinis Minorum complevi scribere hanc tabulam manu propria et festinanter in loco » sancti Andreae prope civitatem Theatinam, in vigilia sancti » Francisci, quando terribiliter ningebat, anno Domini 1462. Opella incoepta in porta Turici 19 septembris 1292 finita est a Lullo Neapoli in octava epiphaniae a. 1293.

c. *Liber de lumine* inc.: « Quoniam intellectus multiplicat » species, attrahendo similitudines . . . », f. 280-286. Sub fine: « Ad honorem Dei finivit Raymundus librum de lumine in monte Pesulano mensis novembris 1303 ». « Explicit liber de lumine, Raymundi Lulli, 1462, de mense octobris ».

d. *Lectura super artificium artis generalis,* incip.: « Iste » est titulus huius operis, et dividitur in tres partes seu tres di» ctiones quas continet in se . . . », f. 287-294. Deest indici praelongo operum Lulli a Luca Waddingo dato in *Scriptores ordinis Minorum*, p. 296-303.

Codex duplici columna habet characteres minutissimos.

Cod. 16 membr., saec. XIII, a. 253, l. 180 [L. III, XXX].

Sermones in epistolas missarum aliquot dierum festorum de

tempore. Inc.: « Dicite pusillanimes, confortamini et nolite timere . . . »

Codex in fine mutilus, quod quaedam folia abscissa sint, foliorum 161, inscriptus est folio primo: *Iste liber est sancti Bartholomei de Vicetia.*

Cod. 17 membr., 1301, a. 288, l. 200 [L. I, XXXI]. F.

Epistolae totius anni, secundum ordinem curiae romanae, nempe quae in missis vel de tempore vel de sanctis leguntur, f. 1-93. Sequitur tabula cum epistolarum initiis, f. 93-96.

Codex duplici columna diligenter exaratus, cum ornamentis coloribus et auro fulgentibus, habet sub fine, manu librarii: « Explicit liber epistolarum magnifici viri domini comitis [palatini » Etruriae] Guidonis Silvatici, quem scripsit dominus Petrus de » Sancto Gaudentio, canonicus heremita, sub annis 1301 . . . » qui eiusdem comitis palatini fuit capellanus et scriptor. Ceterum codicem ms., quem structor librarius nigro corio impresso et bullis litteratis ex oricalcho belle compegit, bibliothecae Strozzianae adiectum adverterunt Mittarellus et Costadonus (1).

Codd. 18-20 membr., 1415, a. 305, 300, 295, l. 217, 210, 202 [Z. L. XXXIV, XXXIII, XXXV]. B.

Bertrandi de Turre ordinis Minorum, episcopi tusculani ac cardinalis, ***sermones epistolares,*** sive ***expositiones in epistolas missalis,*** que leguntur per totum annum, voluminibus tribus distributi, non una vice editi. Eorum primo prooemium, f. 2-5, inc.: « Scripsit Ezechias epistolas ad Effraim et Manassen ut veni» rent . . . Ad evidentiam huius nostri sequentis operis, exposi» tiones videlicet aliquantulorum sermonum qui per totum an» num, diebus singulis, secundum romanum ordinarium, ante » sacrum evangelium, tam de veteri quam de novo testamento » in missae recitantur officio . . . » Praefationem excipit *tabula de omnibus epistolis et sermonibus istius primae partis quae dicitur*

(1) *Annal. camaldul. ord. s. Benedicti*, Venetiis, 1760. V. f. 246.

dominicale, f. 5-10. Foliis 10-188 exstant sermones a dominica prima adventus ad dominicam in quinquagesima; fol. vero 188-268 sermones a feria secunda hebdomadae sanctae usque ad sabbatum sanctum. Volumini altero foliorum 231, insunt sermones a die cinerum ad feriam secundam post dominicam palmarum; tertio fol. 295, a paschate usque ad dominicam vigesimam quartam post pentecosten. Huius sub initio legitur: « Explicit ter-
» tium volumen domini Bertrandi de Turre super epistolas a pa-
» scha usque ad finem, quos frater Ludovicus de Pino provinciae
» Siciliae, filius conventus trapanensis fecit scribi Parisiis dum
» actu erat ibidem studens, anno Domini millesimo quatuorcen-
» tesimo quinto decimo, die octava mensis iulii per manum Ioan-
» nis Kermaon, amen ».

Cod. 21 membr., saec. XV, a. 225, l. 158 [L. III, CXCIX].

Sermones in epistolas missarum de tempore a dominica septuagesimae ad resurrectionis. Praeest index.

Codicis folia 242 antiquitus numerarunt paginis 351-830, ad quas se refert index appositus fol. 1-3: anteriores quae dubio procul sermones ab adventu ad finem hebdomadae quintae post epiphaniam comprehendebant, puto deperditas.

Cod. 22 membr., saec. XII, a. 530, l. 360 [Z. L. CLIII]. B.

Homiliae fere *tercentae sanctorum patrum et scriptorum ecclesiasticorum,* Hieronymi, Origenis, Ambrosii, Augustini, Ioannis *Osaurei,* pontificum Leonis et Gregorii, episcoporum Maximi et Fulgentii, Severini, a *dominica prima adventus ad sabbatum sanctum,* et sermones s. Petri Damiani in idem. Quaedam annoto passim.

I. S. Leonis pape I, *ad Flavianum episc. constantin. epistola* initio mutila, quam tempore *adventus* in officio divino legi consuevisse constat ex allatis in *opp. s. Leonis.* [Venetiis, 1753, I, 795], f. 1-5.

IV. *Sermo s. Augustini de nuptiis Christi et ecclesiae,* qui inc.: « Turtur amatrix eremi . . . . . » in codicibus Laurentianis

[Bandini. *Catal.*, I, p. 70, 296] Ioanni Chrysostomo et Ambrosio tribuitur, f. 7-9.

VIII. Sermo *s. Leonis papae,* qui inc.: « Sanctam et desiderabilem gloriosam . . . » restituendus est Caesario, cui in Corbeiensi ms. adscribitur, f. 12-13.

XVII. —— *s. Ambrosii,* qui inc.: « Laetitia quanta sit... » est homilia prima s. Maximi. [Romae, 1784, col. 2-6], f. 21-22.

XX. —— *s. Maximo ep. tributus,* qui inc.: « Diximus su» periore dominica, cum silentii vestri . . . » est quinquagesimus secundus Ambrosii, f. 24.

XXXIII. *Homilia,* quae inc.: « Qua gratia vel quibus lau» dibus . . . » s. Ambrosio, tributa est sermo s. Maximi [ibi, c. 407-410], f. 38-39.

XXXV. —— *d. Ambrosio* tributus: « Hodie, fratres dile» ctissimi, hesternum debemus . . . » est s. Petri Chrysologi, n. CXLVIII, f. 39-40.

XXXIX. *Sermonem d. Fulgentio* tributum: « Hesterno die » natalem habuimus . . . », a quibusdam vel d. Maximo, vel Caesario, quod probe, leges inter scripta s. Augustini supposititia [Ibi. V, append. n. CCX, p. 350-352], f. 49-50.

XLV. *Vita* vel *obitus s. Ioannis evang.* ab Eusebio Caesareensi descripta: « Ioannes apostolus et evangelista . . . . » est caput XXIII, libri III, histor. eccl. Eusebii Pamphili, f. 56-63.

LIV. *Sermo:* « Audiat in presenti dilectio . . . » Augustino tributus ut et in codice Laurentiano [Bandini. *Catal.*, I, 70] in editis desideratur, f. 68-69.

LXXV. *Sermonem s. Ambrosio* adiudicatum: « Hodie verus » sol . . . . . . » tribuerunt Combefisius [tom. II, p. 37] Origeni, incerto Vallarsius [s. Hier. *Opp.*, t. XI, p. 208-209] s. Maximo episc. editores romani [c. 413-414], f. 87.88.

LXXXVIII-LXXXIX. *Sermonum,* inc.: « Evangelica scri» ptura refert . . . Exultandum est fratres carissimi . . . . » non Ambrosium, ut in codice, sed Maximum episc. editores romani auctorem dixerunt [ibi, c. 415-420], f. 104-105.

CXI. *Sermo* creditus s. Ioannis *Osaurei:* « Homo paterfa» milias Christus . . . », sumptus est ex opere imperfecto in Matthaeum [Combefisius, II, p. 306], f. 131-134.

CXIV. *Homilia d. Ambrosio* tributa: « Frequenter admoneo » vos fratres . . . » est octava s. Maximi in editione romana [c. 293-296], f. 135-136.

CXX. *Sermo de hypocrisi:* « Ubi Dominus se Dominum » mutavit... » s. Severino ep. tributus, est primus s. Petri Chrysologi, f. 141-142.

CXXV. *Sermo* Severiano ep. adiudicatus: « Christus in corpore nostro . . . . » est eiusdem Petri Chrysologi centesimus secundus, f. 146-147.

CXXVII. *Sermo:* « Moyses quadraginta diebus . . . . » in hoc ut et in codice Laurentiano [Bandini. *Catal.*, I, 83], Augustino tributus sub Caesarii nomine [*Raccolta ferr.*, XIV, p. 9], f. 148.

CXXVIII. *Homilia s. Hieronymo* assignata: « Audistis quia » dictum est . . . » exstat sub Chromatii nomine apud Combefisium [II, p. 442], f. 148-149.

CXXXVI. *Homilia:* « Sanctae quadragesimae rationem... » non d. Ambrosio, ut in codice, sed Maximo tribuenda, trigesima nona legitur in edit. romana [c. 113-116], f. 158.

CXXXVII. Qui sub nomine d. Augustini *sermo:* « Non u- » sque adeo contristari . . . . . » datus est, sub. d. Maximi prodiit [ibi, c. 437-440] et Caesarii in *Raccolta ferrarese* [XIV, p. 14], f. 158-159.

CXL. *Sermo s. Ambrosio* tributus: « Legimus in prophetis » est homilia octagesima nona s. Maximi [ibi, c. 301-304], f. 160.

CXLII. *Homilia s. Ioannis Osaurei:* « Merito commoveban- » tur . . . . » ex opere imperf. in Matthaeum est apud Combefisium [ibi, III, p. 44], f. 161-162.

CXLIV. *Sermo s. Maximi:* « Hos sanctae quadragesimae » dies . . . » editus [ibi, c. 447-450] prodiit sub Caesarii nomine [*Raccolta ferrarese,* XIV, p. 11], f. 165-166.

CLVIII. *Sermo s. Ambrosii:* « Ieiunii tempora . . . . » est Isidori Hispalensis [*de officiis ecclesiasticis,* lib. I, cap. 37], f. 188.

CLXII. *Homiliam s. Ioannis Osaurei:* « Super cathedra » Moysi . . . » ex opere imperfecto in Matth. edidit Combefisius, [ibi, III, p. 203], f. 195-197.

CLXV. —— *eiusdem:* « Omnis gloria Dei . . . » ex opere eodem edidit Combefisius [III, p. 225], f. 198-200.

CLXXII. *Homilia :* Homo erat paterfamilias . . . » ex opere eodem Combefisius [III, 329], f. 203-205.

CCXXV. *Sermo s. Leonis :* « Audiat in presenti... » a Bandinio in codice Laurentiano, Chrysostomo tributus est [*Catal.,* I, p. 89], f. 281.

CCXXIX. *Homiliam* dictam *s. Ioannis Osaurei :* « Puto res » ipsa exigit . . . » edidit ex eodem Combefisius [IV, p. 392], f. 284-286.

Codex foliorum 316, principio mutilus, duplici columna, litteras habet initiales plerumque unciales. Extremo folio haec nota lectu est : ***Millesimo tercentesimo quadragesimo sexto de mense iulii fuerunt facte ambe campane sancti Michaelis de Salvaris :*** margo vero folii 315 inscriptus : « Anno Domini millesimo tri- » cesimo, primo die mensis novembris, Ugolini de Tisi della ter- » ra de Bellun ».

Cod. 23 membr., saec. XII, a. 390, l. 280 [Z. L. DVIII]. Ya.

Sermones ultra centum sanctorum Augustini, Ambrosii, Hieronymi, Ioannis Chrysostomi, Gregorii papae, Maximi episcopi, *in evangelia, pro festis de tempore et sanctorum ;* quibus interseruntur *epistolae duae d. Hieronymi ad Paulam et Eustochium, de assumptione,* f. 56-69, *et nativitate b. Mariae virginis,* f. 78-80. Quae peculiariter advertenda sunt :

I. *Miraculum de Iconia Domini,* f. 1-3, scilicet narratio miraculi Berystensis, eadem quae in codice Laurentiano [Bandini. *Catal.,* I, 602] de qua disserit Lambecius [*Bibl. vindob.,* nova edit., p. 224].

XLIII. Quae s. Ambrosio *homilia* tributa est : « Si diligen- » ter audistis . . . . » d. Maximo episc. dederunt editores romani [c. 285-288], f. 91-93.

Codex foliorum 216, duplici columna, mutilus habet folia interiecta saeculi sequioris ; est autem lectionis non tam castigatae quam libri postulant, qui legi publice in ecclesia solent, quod noto cum usui ecclesiae d. Marci esset deputatus.

Cod. 24 membr., 1133, a. 589, l. 382 [Z. L. CLIV].

Homiliae centum octoginta sex sanctorum patrum Ambrosii, Augustini, Leonis magni et Gregorii magni, *in evangelia a paschate ad dominicam XXIV post pentecosten*. Quaedam de aliquibus annotanda perferam. Sermones V-VIII, XII, XIX, XLIII divo Ambrosio adiudicati, sunt sancti Maximi (1) LXXIII, LXXV, LXXXII, LXXXIII. Sermones s. Leoni tributi, editi sunt inter supposititios d. Augustini (2).

Hoc et praecedenti codice, satis correcte scriptis, se usos fuisse in emendandis s. Leonis operibus fratres Ballerinii editores, tom. I, p. LXXX profitentur, utriusque codicis aetate in saeculum circiter decimumtertium perperam reiecta. Utriusque lectiones variantes cum specimine characterum (3) quoad homilias d. Maximi episcopi misit eius operis editoribus romanis Iacobus Morellius, cui respublica veneta, *demonstratura summam suam erga tantum pontificem voluntatem, id negotii dedit ut laborem operamque omnem in exquirendis sancti illius praesulis homiliis, sermonibus, reliquisque opusculis poneret; ac si quid horum quaerendo comperisset aut nondum vulgatum, aut adnotatione dignum, id accurate describeret, et ad quem ipsa iusserat, magistratum deferret* (4).

Codex foliorum 188, duplici columna, litteris maioribus plerumque uncialibus et rubricatis, exaratus est anno 1133, ut in nota sub fine: « Finito libro referamus laus et gloria Christo. » Transacto quippe numero millesimo centesimo, et addito tri- » gesimo, iunctoque et tertio ». Serior manus eodem folio inscripsit: « Anno Domini millesimo tercentesimo, vigesima sexta octo- » bris ergo Rodardi dantonio imperiali ».

Folio vero 105 haec leguntur: « In l' ano de 1391 si viene

(1) P. 151-156, 175-186, 301-304.
(2) *Opp.* V, append. p. 307-314.
(3) Specimen dedit quoque Zanettius in *lat. et ital. d. Marci bibl.*, p. 86.
(4) S. Maximi *opp.*, p. XXXI.

» una zelada e si vien la neve adi undese del mese d' avril. Don » Domenego da Quinciana scripsit ».

Cod. 25 membr., saec. XIII, a. 169, l. 112 [Z. L. CLV].

Homiliae variae in evangelia. Prima incip.: « In illo tem- » pore erunt signa in sole et luna et stellis, et in terris pressura » gentium et reliqua. Dominus ac redemptor noster, fratres ca- » rissimi, paratos nos desiderat invenire. Propterea notum sit vo- » bis, ista signa in sole . . . »

Codici foliorum 110, praeeunt duobus foliis antiphonae saeculo XII exscriptae, cum notis musicis notatu dignis.

Cod. 26 membr., saec. XIV, a. 279, l. 194 [L. III, XXIX]. Ma.

Sermones sanctorum patrum et *scriptorum ecclesiasticorum* Origenis, Hieronymi, Ioannis episcopi, pontificum Gregorii et Leonis; episcoporum Augustini, Fulgentii, Isidori, Maximi; Bedae, Severiani, in *evangelia missarum de tempore,* a dominica prima adventu ad feriam quintam in coena Domini.

Codex folior. CXXXV, duplici columna, cum rubricis et litteris initialibus rubri et caerulei coloris, anno 1455 a Baptista de Lignamine episcopo concordiensi dono datus s. Ioanni in Viridario.

Codd. 27-28 membr., saec. XIV, a. 350, l. 250 [L. II, C-CI].

Homiliae patrum Origenis, Ioannis episcopi, Hieronymi, Ephrem Syri, Ambrosii, Augustini, Leonis papae, Maximi, Gregorii papae, *in evangelia a dominica in septuagesima ad vigesimam quartam post pentecosten;* ut et in loca varia scripturarum.

Codicum mss., duplici columna, cum litteris initialibus ornatis, primus habet folia 236, alter 240.

Cod. 29 membr., saec. XIV, a. 310, l. 218 [L. II, CIV].

Ss. patrum *homiliae in evangelia missae per annum*, scilicet festorum de tempore ab adventu ad dominicam XXIV post pentecosten; inventionis et exaltationis s. crucis; purificationis et assumptionis s. Mariae virginis; apostolorum Petri, Pauli, Ioannis, Matthaei, Bartholomaei, Andreae, Philippi et Iacobi; decollationis s. Ioannis; ss. Laurentii et Michaelis; communium apostolorum, evangelistarum, omnium sanctorum, plurimorum martyrum, unius martyris, confessorum.

Codex malae notae habet folia 177.

Cod. 30 membr., saec. XIV, a. 193, l. 119 [Z. L. DVII]. Ya.

1. *Flores evangeliorum* seu *sermones centum undecim* varii in festis de tempore et de sanctis, f. 1-61.

2. *Sermones ultra centum viginti*, sine certo ordine, in festis de tempore et de sanctis, quibus interseruntur:

a. *Visio s. Pauli* quae inc.: « Sanctus Paulus et sanctus » Michael arcangelus quando fuerunt ad infernum . . . », f. 79-80. De sermone apocrypho v. Fabricium *Cod. apocr. novi testam.* Hamburgi, 1719, I, 948.

b. *Epistola quam Dominus misit super altare s. Petri in Ierusalem.* Inc.: « Quia audistis filii hominum quae mandavi » vobis et non credidistis . . . . », f. 80-83: toto coelo differt ab edita in *Amadutii anecdota.* Romae, 1773, I, 69-74. Cf. Fabr. ibi, 309-310.

c. *Vita Antichristi* incip.: « Futurum est ut sciant aliud » semel et destitutam fatuam terram . . . », f. 83-85.

d. *Passio s. Margaritae* inc.: « Post beatam et gloriosam » resurrectionem Domini nostri Iesu Christi . . . », f. 85-89.

e. *Vita s. Alexii* inc.: « Fuit vir Romae magnus et nomi- » ne Euphemianus . . . », f. 89-92.

f. *Vita s. Marinae* inc.: « Erat quidam homo Hermas no- » mine huius parvula filia . . . », f. 92.

g. *Vita s. Taysis* inc.: « Fuit quaedam meretrix nomine

» Taysis tantae pulchritudinis ut pene multi propter eam . . . »,
f. 93.

Codex foliorum 189, cum litteris initialibus rubricatis.

Cod. 31 membr., saec. XIV, a. 311, l. 210 [L. II, XXXII]. Ma.

1. *Homiliae sancti Gregorii papae urbis Romae, numero quadraginta in evangelia* festorum vel de tempore, vel de sanctis, sine ordine, libris duobus. Praeit epistola Secundino episcopo una cum indice homiliarum, f. 1-115.

2. *Epistola ad filiam Maurici, de virginitate,* d. Hieronymo tributa, inc.: « Quantam in coelestibus beatitudinem virginitas » sancta possideat, praeter scripturae testimonia . . . » Leges in- » ter supposititia d. Hieronymi scripta in d. Hieron. *opp.,* XI, 127-138, f. 115-123.

Codex duplici columna lectionem habet mendosam.

Cod. 32 membr., saec. XIV, a. 135, l. 96 [Z. L. XCIII]. B.

Sermones in evangelia festorum de tempore ac sanctorum Andreae, Nicolai, Luciae, Thomae, Stephani, Ioannis evangelistae, Silvestri, Agnetis, Agatae, Benedicti, Georgii, Marci, Antonii, Ioannis Baptistae, Petri, Pauli, Margaritae, Iacobi, Clarae, Mariae Magdalenae, angelorum, cum indice rerum notandarum, f. 306-308.

Codex duplici columna habet folia 311.

Cod. 33 membr., saec. XV, a. 430, l. 308 [L. III, XCVIII]. Ya.

Homiliae centum ss. patrum Augustini, Ambrosii, Hieronymi, Ioannis Chrysostomi, Gregorii et Leonis pontificum, Petri Chrysologi, episcoporum Maximi, Ioannis, Eusebii, Fulgentii, Bedae ut et Origenis *in laudem sanctorum* tam *in officiis de proprio* quam *de communi.* Insunt: **a.** *Vita s. Paulae a D. Hieronymo* edita, f. 204-304. **b.** *Historia mortis et miraculorum s. Leonis papae,* cum eius miraculis Beneventi habitis, f. 305-317, edita in *Actis Sanctorum* a Bolland, die 19 aprilis, p. 665-673.

cum additionibus codicis ms. Strozziani. **c.** *Acta et passio s. Barnabae apostoli,* sub nomine Ioannis Marci, Barnabae consobrini, f. 318-321. Editam leges, mutata aliquantisper lectione, in *Acta Sanct.* a Bolland, 11 iunii, p. 431-435. **d.** *Vita s. Magni, primi episcopi Venetiarum,* f. 322-323, desiderata in *Actis Sanctor.* a Bolland, incip.: « Almus confessor beatus Magnus na- » tione altinensis, a primaevo aetatis suae flore coepit inquirere » Deum... » **e.** *Passio sanctar. undecim millium virginum,* f. 323, deest *Actis sanctorum* a Bolland, incip. autem: « Undecim mille » virginum passio hoc ordine celebrata fuit. In Britannia nam- » que rex quidam christianissimus fuit, nomine Nochuus vel » Maurus, qui quandam filiam Ursulam . . . »

Codex, cum litteris initialibus formae longioris ac protomis episcoporum pictis, habet folia 331 duplici columna: manus posterior inscripsit fol. 144 memoriam dedicationis ecclesiae s. Marci, ut et tegumento inferiori intus, canonicorum anno 1577 electorum. Desunt operculis bullae et fibulae antiquae.

Codd. 34-35 membr., saec. XV, a. 500, l. 350 [L. III, XCIX-C]. Ya.

Homiliae ss. patrum Ioannis Chrysostomi, Hieronymi, Augustini, Ambrosii, Gregorii, Leonis maximi, Bedae, Petri Chrysologi, Ioannis episcopi, Remigii, Eusebii, Hilarii, nec non Origenis, *in evangelia festorum de tempore totius anni.*

Volumen primum foliorum 403 continet homilias centumquinquaginta octo ab adventu ad sabbatum sanctum; alterum foliorum 271 homilias octo super octoginta a paschate ad extremam dominicam post pentecosten. Adduntur lectiones festi corporis Christi una cum decreto institutionis eius, dato ab Urbano papa IV Viterbii, 9 ianuarii, 1263, *quod legitur per octavam,* ac homilia s. Augustini in idem argumentum, f. 255-263; narratio translationis corporis sancti Theodori martyris ad urbem Veneciarum, quae incip.: « Auctor et conservator humani gene- » ris omnipotens, pius et misericors Deus, mirabilis in sanctis » suis . . . », f. 263-266; lectiones novem in solemnitate s. Helenae, f. 267-270.

Cod. 36 membr., saec. XV, a. 242, l. 160 [Z. L. XCII]. B.

1. Rudimentum indicis in primam codicis partem, f. 1-5.

2. Fratris Petri de ordine Minorum sermones duo supra nonaginta *in evangelia de tempore,* ab adventu ad dominicam vigesimaquartam post pentecosten, f. 7-70. Auctorem puto Petrum Aureolum [Oriol] de Verbenia, coenobii Vallis scholarum, theolog. parisiensem.

3. *Sermones quadraginta quinque de sanctis,* f. 70-120.

4. *Expositio supra dominicam orationem,* f. 120-123, inc.: « Omnis perfectionis magister Dominus noster Iesus Christus » cum discipulis suis formam et modum convenientissimum ora- » tionis et orandi dare vellet . . . »

5. *Sermones quinquaginta septem in communia Sanctorum,* scilicet apostolorum, evangelistarum, martyrum, confessorum, virginum, f. 124-171. Prooemium inc.: « *Nimis honorati* ec. Vul- » gariter dicitur quod Dominus nunquam amicum habuit quem » non exponeret confusioni; sed ecce ex illo prophetae habetur » contrarium cum dicit . . . »

6. *Sermones quadraginta sex,* turbate oblati, *de tempore, de sanctis, ad religiosos,* auctoribus d. Thoma de Aquino; magistro Anselmo canonico parisiensi, priore de Valle scholarum; magistro Ioanne Aurelianensi; magistro Ægidio de Valle scholarum; fratribus Io. de Montibus, Willelmo de Buscy, Willelmo de Quinciaco, Willelmo de Tornaco, Ioanne de Pech, Linthonio de Bononia, Alberto de Remis, Bartholomaeo.

7. *Sermones septem de Sanctis,* magistri Ægidii de Valle scholarum Parisiis, ad praedicatores, f. 269-283.

8. *Collatio de contemptu mundi,* f. 297-302.

9. *Sermones duo de corpore Christi et resurrectione Domini,* f. 303-304.

Codice foliorum 306, duplici columna, quodam in Gallia monasterium utebatur.

Cod. 37 membr., saec. XV, a. 173, l. 118 [L. III, CLXXI].

Sermones biscentum quinquaginta sex in evangelia festorum de tempore, f. 87-89: bini tantum exstant de sanctis Dominico et Stephano.

Codex foliorum 110, duplici columna, fol. 1 inscriptus est: *Liber praedicatorum, n. II.*

Cod. 38 membr., saec. XII, a. 260, l. 218 [L. I, LXXIII]. Me.

Homiliae plures, ordine serici turbato, in *evangelium s. Ioannis,* in festis de tempore per annum habitae.

Codici foliorum 111, initio et in fine mutilo, pravae lectionis, folia passim avulsa sunt. Manus recentior extremo folio inscripsit: *Iste liber est monasterii sanctae Mariae de* ....

Cod. 39 membr., saec. XV, a. 203, l. 143 [L. III, CCII].

1. *Sermones* et *collationes sermonum in festis de tempore per adventum et quadragesimam,* cum fragmentis itale datis, f. 1-117.

2. *Summa de poenitentia extracta de summa magistri Raymundi,* nempe praecepta confessoribus data in interrogandis poenitentibus, capitulis 65, f. 117-139.

3. *Casus et quaestiones valde utiles,* seu praecepta iisdem data, praesertim de re matrimoniali, capitulis 36, f. 139-146. *Summa* et *casus* dant compendium *summae de poenitentia et matrimonio* Raymundi de Pennafort, pluries editae.

4. *Consilium super quibusdam dubiis* de re poenitentiaria, f. 147-160.

5. *Sermones* et *sermonum collationes festorum de tempore et sanctis,* f. 162-246.

Cod. 40 membr., saec. XV, a. 263, l. 189 [L. III, CLXXVI].

1. *Sermones in festivitate Iesu Christi,* et narratio octo miraculorum de corpore Christi, f. 6-8.

2. Iacobi de Voragine, *sermones in evangelia quadragesimae,* pluries editi, f. 9-80.

3. *Passio Iesu Christi extracta de passionibus quatuor sanctorum doctorum tam de veteri testamento quam novo, pro praedicatione facienda in die veneris sancti,* capitulis novemdecim, cum versibus latine et itale, f. 80-92.

4. Magistri Marci de Alba de Laude, doctoris theologiae, ordinis Minorum, *dubia extracta de decretis et decretalibus et sacris scripturis, exponenda super quolibet die sacratae quadragesimae,* capitulis triginta novem, f. 92-126. Nec verbum quidem in Fabricio.

5. Antonii della Massa, ordinis Minorum, *quadragesimale* seu *introductiones de prophecìis et epistolis in quolibet die quadragesimae, incipiendo die merchurii cinerum et finiendo in coena Domini,* capitulis quadraginta novem, f. 126-153. De Antonio episcopo massano in Etruria ab anno 1430, ordinis Minorum ministro generali, plura habet Waddingus, tom. V *annalium.*

Sub fine f. 153 legitur: « Explicit quadragesimale . . . . . . » scriptum per me Antonium archipresbyterum sancti Prosdoci- » mi de Castrobaldo in *contra Abatiae* Policinis Rodigii distri- » ctus, ibidem commorantem propter nimiam et crudelissimam » guerram Venetorum et ducis Mediolani 1441, indictione 4, die » merchurei, 8 iunii, hora completorii ».

Foliis 2-5 exstat *tabula presentis libri omnium rubricarum omnium ystoriarum existencium in dicto libro.*

Eam materiam minime attingunt quae foliis 1, 153-158, addita sunt: primo, scriptura coaeva [ann. 1444] lineari pictura est *manus aurea pulcerima et verissima ad inveniendum pasca,* nec non loca de fide ex Alberto magno, de trinitate ex d. Augustino, de cognitione Dei ex Bernardo. Sub libri fine leguntur carmina Hadriae civitati, in annunciationem Mariae virg., Andreae m., in missa nova, contra gulosos, usurarios, luxuriosos, proditores, sacrilegos, in honorem Borsii ducis Ferrariae ac Bartholomaei Valaresso praetoris, manu eiusdem magistri Philippi, qui plura dedit aliis codicibus.

Cod. 41 chart., 1459, a. 243, l. 174 [L. III, CLXXV].

Sermones numero duo supra quadraginta in *evangelia* et *epistolas* quadragesimae, per *dubia* et *distinctiones*. Praeit, f. 1-4, historia *praedicationis s. Ioannis Baptistae.*

Codici folior. IV, 90, subscripsit amanuensis: « Albertus » diaconus de Este scripsit anno Domini 1459, die 30 iulii. Cum » amicos nobis fideles esse cognoscimus, labori minime indulgen- » gendum esse censeo. Quare, mi Stephane, scito me non solum » haec verum etiam alia maiora atque graviora ob tui amoris vin- » culum aggredi audere ».

Foliis primo et 79-80 leguntur carmina *Philippi doctoris* pluries nominati, nempe « de la Strata, de Mediolano, ordinis praedi- » catorum; **a.** invictissimo duci Borso mittit librum cum vita s. » Antonii: **b.** cancellario Murani poetae et oratori fraudes unius » foeminae narrat pauper frater; **c.** mittit versiculos Petro Anto- » nio generato sub arce Valenti; **d.** canit laudes Borsii ducis ma » ioris Ferrariae; **e.** quidam dat epistolam *Philippo senatori du-* » *cis Borsii* ». Epigrammate sub fine nuntiatum librum spectare ad Franciscum Grottum de Hadria.

Cod. 42 membr., saec. XIV, a. 181, l. 132 [Z. L. XCI]. B.

1. *Incipit opus Ludwici, de sanctis et primo de s. Andrea apostolo.* Sermones viginti quatuor, f. 1-29. Qui sit iste Ludovicus nec ex ipso diligentissimo Fabricio effodias.

2. *Sermones triginta de festis Iesu Christi et b. Mariae virginis,* item aliquot sanctorum, de die novissimo, de animabus ec., f. 30-70.

3. —— *unus supra viginti* varii, f. 71-80.

4. —— *quinquaginta septem breviores de sanctis,* sub quorum fine legitur: *Explicit opus de sanctis,* f. 81-109.

5. —— *octo de oratione dominica, b. virgine Maria, sanctis Elisabetha, Andrea, Rudberto, et in die animarum,* f. 110-120.

Codd. 43-44 chart., saec. XVI, a. 320, l. 213 [L. III, LI-LII]. Mb.

Sermones venerabilis patris Odonis, episcopi tusculani, quos composuit diversis temporibus et diversis locis, et sunt de sanctis per circulum anni, et incipiunt a festo beati Andreae apostoli; et terminantur in festo b. Katherinae virginis et martyris.

Primum ex his voluminibus, foliorum 562, complectitur sermones centum triginta sanctorum a festo s. Andreae ad d. Marcum, plures saepe de uno tantum, ita ut decem numerentur sancti Nicolai, totidem conversionis s. Pauli, undecim annuntiationis b. Mariae virginis. Alterum, foliorum 590, habet **a.** sermones sexaginta ab adventu Domini ad quinquagesimam, f. 1-267, 269-272; **b.** sermonem de feria quarta in capite ieiunii, seu potius tractatum de angelis bonis et malis, f. 273-344; **c.** sermones de dominicis adventus, nativitate Domini, s. Stephano, Innocentibus, f. 350-384; **d.** sermones a paschate ad pentecosten, f. 397-431, 443-447, 453-459. Nota quod sermones a fol. 397 scripti sunt Romae, 1563. Sermones qui desunt, praesertim de sanctis, duobus aliis voluminibus procul dubio exstabant.

Auctor, de Castro Rodulphi, bituricensis, ordinis cisterciensis, cardinalis, episcopus tusculanus, mortuus a. 1273, pluries alios sermones de rebus variis exaravit, quos in manuscriptis codicibus leges ab Oudino in opere *de scriptoribus ecclesiasticis,* III, c. 201, memoratis.

Cod. 45 membr., saec. XV, a. 163, l. 108 [L. III, XLII]. X.

Martini Mistilliani iureconsulti patavini, *in Mariam virginem panegyrici duo,* scilicet **a.** *Expositio super hymno Ave maris stella,* 5-46; **b.** *In summi Dei matrem problema et panegyricus,* f. 48-58. Panegyri alteri praeit visio cuiusdam Callimaci somniantis, opellam Martini amicissimi laudantis, f. 46-47.

Libellum pereleganter exscriptum Aloysio Lyppomano Veronae episcopo [ann. 1548-1558] dicavit Laurus Camillus.

Codd. 46-47 membr., saec. XIII, a. 355, l. 250 [L. III, LVII-LVIII]. Mk.

Petri de Mora, beneventani, diaconi cardinalis, *distinctiones* seu *alphabetum in arte sermocinandi*. Pars prima, codice quinquagesimo septimo, foliorum 81, a littera A ad nonum capitulum litterae I excurrit. Altera, codice quinquagesimo octavo, foliorum 73, continet reliqua capitula litterae I usque ad quintum litterae S.

Auctor, sub initio saeculi decimitertii, sic de opere in prooemio: « Proposuimus sane in hoc opere de omnibus illis dictioni- » bus agere quae in armario Spiritus sancti, scilicet sacra scri- » ptura, notabilem aliquam habent positionem, earum accepta- » tiones varias distinguere, et de singulis tractatum aliquem di- » sponere competentem, quo merito valeat in sermone aliquo » collocari. Sed ut ipsum opus magis esset distinctum, et ne pro- » pter multitudinis et numerositatis ipsarum dictionum copiam » confusio esset in opere, ordinem duplicem in eo curavimus ad- » hibere. Primo enim ponuntur dictiones, quae incipiunt ab A, » secundo quae a B, tertio quae a C, et sic per totum ordinem » alphabeti. Ad maiorem etiam operis distinctionem, et ut quod » quaeritur facilius inveniatur, in singulis litteris ordo aliquis » annotatur. Nam inter illas quae incipiunt ab A primo ponun- » tur dictiones illae, quae proprie conveniunt Deo, vel quae circa » Deum attenduntur; secundo quae angelis vel circa angelos; » tertio quae firmamento vel circa firmamentum; quarto quae » aeri vel circa aerem; quinto quae homini, vel circa hominem; » sexto quae brutis vel circa bruta; septimo quae terrae vel cir- » ca terram; octavo quae aquis quae sunt sub terra, vel circa » aquas; nono et ultimo ponuntur quae conveniunt abysso ut » secundum collocationem rerum ipsarum a summo usque ad » imum ordinate fiat descensus: qui ordo in B, C, et aliis omni- » bus litteris observatur ».

De auctore et opere tractant praesertim Oudinus in *commentario de scriptor. eccles.*, II, p. 1720-1721, et Sartius, *de professoribus gymnasii bonon.*, I, p. 313. Opus habes quoque in *bibliotheca taurinensi*, n. CXC.

Cod. 48 membr., saec. XIV, a. 218, l. 147 [L. III, LXXV]. Mk.

1\. *Moralitates editae et copulatae a fratre Roberto Holcot*, seu *allegoriae historiarum utriusque testamenti*, pro evangelizantibus verbum Dei, f. 1-29. Harum editiones refert Echardus in *scriptt. ord. praedicat.*, I, p. 631.

2\. *Ænigmata* [septem] *Aristotelis bene et pulchre moralizata a praedicto fratre Holcot.* Incip.: « Stateram ne transilias et ne » pretergrediaris iustitiam . . . », primum vero aenigma : « Va- » lerius libro 3.° ponit aenigma Aristotelis . . . », f. 29-33. Praeeunt, aliquot lineis, *Pithagorae aenigmata*, seu *praecepta*, sine expositione. De opere tacet Echardus l. c.

3\. *Moralitates super declaratione Senecae.* Inc.: « In civita- » te atheniensi fuit constituta talis lex : caecus de publico . . . », finit: « Expliciunt declamationes Senecae, editae a fratre Nicolao » Trivet ordinis fratrum praedicatorum, pulchre moralizatae », f. 34-46. Auctor *de Treveth*, vel *Trivet*, vel *Traveth* plura habet in mss. codicibus, circa Senecae delamationes, non vero hanc opellam.

4\. *Imagines Fulgentii*, incip.: « Refert Fulgentius de orna- » tu orbis, quod cum Romani multos deos coluissent, tandem ele- » gerunt colere solam rationem . . . », f. 46-67. Auctor, fortasse Robertus Holcot, quod cum eius moralitatibus in quodam codice Vaticano occurrant, triginta imagines seu virtutum moralitates ex libris mythologiarum Fulgentii Placiadis ruspensis eruit, ad eius opus, quod caeterum Fulgentio abiudico, *de ornatu urbis* alludens. Codex Vaticanus tredecim tantum capitula loco triginta continet.

5\. Roberti Holcot, *collationes de pugna spirituali*, seu sermones quadragintaquinque a die cinerum ad feriam sextam in parasceve. Inc.: « Dixit Iesus discipulis suis : cum ieiunatis ec. » M. VI. Quamvis tota vita nostra in qua sumus... », f. 68-147. Sequitur *tabula ad inveniendum facilius huius opusculi*, nempe *sermonum, materias*, f. 147-154. Robertus Holcot Northamptoniae, quo loco vita functus an. 1349, ordinem Praedicatorum

professus, in universitatè oxoniensi seu cantabrigensi sacrae theologiae magister ac diutius regens effectus est.

Sub fine legitur : *Qui me scribebat Ioannes nomen habebat.*

Opercula lignea, quibus bullae avulsae sunt, corium purpureum obducit.

Cod. 49 chart., saec. XV, a. 287 l. 212 [L. III, LVI]. F.

Vade mecum fratris Ioannis decretorum doctoris in novellibus de collacionibus dominicalibus, scilicet eius collationes in epistolas et evangelia de tempore, a dominica prima adventus ad vigesimamquartam post pentecosten, f. 1-118 ; de festis sanctorum, f. 119-136.

Morellius qui auctoris nomen fol. 118 non legit, perperam Petro Calo clodiensi has collationes tribuit (1) quod in fronte codicis quidam seculo proxime elapso scripserit : *Sermones dominicales inventi a rev. P. M. Petro Belo, compositi ab episcopo Clodiae . . . . . Calo O. N.* [Episcopus Clodiae, nomine Calo, nullus]. Quantum de cetero hae collationes a sermonibus Petri Calo alias Calorii clodiensis, ordinis Praedicatorum differant, liquet ex collatione eorundem quos habemus codicibus XV-XX classis nonae mss. latinorum.

Cod. 50 chart., saec. XV, a. 220, l. 150 [L. III, CC].

1. *Collationes scholasticae in evangelia missarum de tempore,* per totum annum, scilicet a dominica prima adventus ad vigesimamquartam post pentecosten, f. 1-50.

2. *Tractatus in decalogum,* inc.: « Audi Israel praecepta do- » mini Dei tui et ea in corde tuo scribe », f. 51-102.

3. *Collationes scholasticae in sermones festorum* plurimorum *tam de tempore, quam de sanctis,* f. 103-165.

4. *Veteris vocabularii* linguae latinae pars, a voce *Incuria* ad *Testudo,* f. 166-371. Collatione vocabularii cum *Lexico philologico* Matth. Martini [Amstelod., 1701, vol. II, f.º] instituta, conii-

(1) *Bibliot. ms. Farsetti.* Ven , 1771, p. 128-129.

cio textum eundem esse ac codicis ab eo descripti vol. primo ante eius vitam: « Vocabularium quod vetus soleo vocare, quod capite » et calce mutilum ab amico viro nactus sum, antiquo monastico » caractere excusum, cuius nec auctor, nec locus editionis mihi » hactenus innotuit. Id vero verbo tenus convenit cum summa » antecedente [*Summa quae vocatur Catholicon*. Venetiis, 1487, » qua careo] : rariuscule plus vel minus habet, tantum aliter » divisum est, quia primo operis volumine exponuntur nomina, » secundo verba, tertio partes indeclinabiles. Est igitur Catholici » compendium ».

Cod. 51 membr., saec. XV, a. 192, l. 130 [Z. L. CLVIII].

1. *Collationes dominicales de epistola et evangelio per totum annum et earum omnium festivitatum solemnium,* seu contextus centum tredecim sermonum ad concionandum in omnibus festis *de tempore,* f. 1-57.

2. —— *quadragesimales,* seu contextus sermonum septem supra triginta de festis occurrentibus a feria quarta *cinerum* ad sextam post *dominicam in ramis,* f. 58-87.

3. —— seu contextus novendecim sermonum de sanctis, sine certo ordine, f. 87-97.

4. —— *sermonum de tempore,* f. 98-117, 123-124, 126-134, 139-140, 142-144, 147-149, 154-160, 188-203, 227-230, 233-247, 250.

5. *Historia passionis Iesu Christi,* f. 289-291, 303-306, 317-326.

6. Sermones *de b. Maria virgine,* f. 240-241, 272-274, 307-308. Foliis 299-303, inest sermo *de concept. b. Mariae virg.,* fratris Francisci de Mayronis [galli, ordinis Minorum, m. 1328].

7. Sermones *sanctorum* et quidem **a.** *Agnetis,* f. 220-222; **b.** *Antonii,* f. 120-122; **c.** *Ioannis Baptistae,* f. 173-179; **d.** *Bartholomaei,* f. 328-329; **e.** *Francisci,* f. 149-153, 203-205, 230-233, 250-254; **f.** *Simonis et Iudae,* f. 205-209; **g.** *omnium sanctorum,* f. 211-216; **h.** *Martini,* f. 258-268; **i.** *Clementis,* f. 222-227; **k.** *Catherinae,* f. 209-211; **l.** *Andreae,* f. 255-258;

m. *Thomae apostoli,* f. 330-331; **n.** *Ioannis evangelistae,* f. 179-182, 218-220, 247-250.

8. Origenis *homilia super evangelium de b. Maria Magdalena,* edita in *s. Zenonis et aliorum sermones.* Ven., 1508, sub fine.

9. *Historia nativitatis et educationis s. Stephani protomartyris,* f. 327-328.

10. *Constantini imper. donatio Silvestro papae,* f. 325-326.

11. *Collationes de mortuis,* f. 135-136, 217-218.

12. *Principia super theologia,* f. 117-120, 182-188, 268-272.

13. Super libris *Sententiarum,* f. 136-138, 144-146, 153.

14. Sermo *contra usurarios,* f. 140-141.

15. *Conditiones religiosi,* f. 146-147.

16. Collatio: *quando puella intrat in monasterium,* f. 134-135.

Codici foliorum 339 folia quaedam abscissa sunt.

Cod. 52 chart., saec. XV, a. 240, l. 170 [L. III, CXXXIII]. Z.

Fratris Antonii de Florentia, ordinis Praedicatorum, *sertum* seu *corona fidei christianae,* nempe collationes sermonum, numero quadraginta quinque, quadragesimales a *feria quarta in capite ieiunii* ad *sextam in parascere.*

Prooemium nuncupatorium incipit: « Cogitanti mihi, fili mi » dulcissime Bartholomaee, plurimorum virorum in evangelizandi » arte varia confecta volumina . . . »

Codex foliorum 109, duplici columna, habet opercula lignea antiquo corio vermiculato obducta (1).

Cod. 53 membr., saec. XV, a. 182, l. 128 [Z. L. CXLIV]. B.

Anonymi liber *de virtutibus et vitiis.* Tractatiunculae centumtriginta, titulis cuiusque alphabetico ordine distributis, pone: *abstinentia, adulatio, ambitio, amicitia, amor carnalis, amor Dei, amor proximi, amor inimicorum, aspectus Dei, apertio aurium, vocatio Dei, voluntas bona, voluntas propria, virginitas, usurarii, veritas, videre, vita aeterna.*

(1) De Rubeis. *De rebus congreg. b. Iacobi Salomonii.* Ven. 1751, p. 329.

Auctor sermones accomodat diebus festis totius anni; sub fine duplex exstat elenchus *thematum in dominicis diebus tocius anni et in aliquibus diebus ferialibus,* ac *thematum in festivitatibus sanctorum per totum annum, secundum quod in kalendario continentur.*

Codex habet folia centum sexaginta duo duplici columna.

Cod. 54 membr., saec. XV, a. 214, l. 140 [Z. L. XCV]. B.

Antonii Rampegoli de Ianua, *compendium figurarum moralium Bibliae,* seu *concordantiae figurales,* uti appellat Zanettus (1), quas ego collationes dicere mallim; sunt enim silvae sermonum plerumque moralium, ordine alphabetico distributae, cum exemplis ex utroque foedere. Auctor, frater eremita ordinis s. Augustini, dicat opus studentibus monasterii neapolitani, cuius erat doctor ac regens: concionator sui saeculi praeclarissimus, concilio constantiensi a. 1415 interfuit.

Codex duplici columna habet folia 131.

Cod. 55 chart., saec. XV, a. 306, l. 208 [L. III, CCI].

Repertorium alphabeticum ordine ex Bibliis, patribus, quandoque etiam profanis auctoribus, digestum, pro sacris concionibus componendis.

Codex foliorum 254, duplici columna, litteras continet A-G, cum indicatione sub fine: « Sequitur in alio libro '*Habere iusti-*
» *ciam* ».

Codd. 56-59 membr.-chart., saec. XV, a. 296, l. 210 [Z. L. CXLV-CXLVIII]. B.

Dictionarium sive *repertorium morale* ex libris plerumque sacris exaratum, in usum concionum sacrarum, praesertim in monasteriis. Duplicis vocabuli do specimen: « *Cadaver.* Nota quod
» cadaver secundum Isidorum dicitur a cadendo; significat cor-

(1) *Latina et italica d. Marci biblioth.*, p. 65.

» pus animalis mortui carens vita, quod iam de statu vitae ad » corruptionem cadit; moraliter dico quod significat mortis re- » solucionem, culpae dissolucionem, carnis inquinacionem, ani- » mae dampnationem, sanctorum devocionem: primum est cadaver » putridum, secundum est cadaver horridum, tertium est cadaver » foetidum, quartum cadaver aridum, quintum cadaver floridum » ec. *Diligentia* nihil aliud est quam fervor seu motus animi ad » aliquid cito, aperte et summo desiderio peragendum; et est di- » ligentia quaedam virtus quae potissimum requiritur in praela- » tis, communitas enim bene non regitur ni rector vigilet et di- » ligenter habeatur ec. ».

Deest volumen primum. Quatuor quae supersunt volumina, quaternis ita distributis ut unumquodque chartaceum foliis duobus membraneis includatur, foliorum 298, 279, 345, 338, duplici columna, una manus scripsit, ut legitur sub fine alterius: « Ex- » plicit prima pars dictionarii sive repertorii moralis, scriptum » [sic] per manus Constantini Iacobi de Zirixee: orate pro eo, » quae quidem pars sub quatuor primis litteris contenta A. B. » C. D. completa fuit anno ab incarnacionis Domini 1414, octa- » vo die mensis augusti ». Ex notis cuique appositis liquet opus habuisse *fratrem Emericum de Bassano conventus Bitunti, ordinis fratrum eremitarum s. Augustini,* sequiori aevo *fratrem Ioannem de Calano ordinis Minorum, sacrae theologiae magistrum ac episcopum.*

Codd. 60-62 chart., saec. XVI, a. 316, l. 210 [Z. L. CXLIX-CLI]. E.

Dictionarium seu *repertorium morale-religiosum* vocum et sententiarum, non eadem tamen, ut proxime antecedens, materiei proportione distributum. Eae sunt verborum et sententiarum definitiones, divisiones, applicationes, quas quidem rei ecclesiasticae praecipue monasticae studiosus turbate congessit, deinde in schedulas resecavit, quas glutine quatuor his voluminibus apposuit.

Cod. 63 chart., saec. XIV, a. 218, l. 140 [Z. L. CLII]. B.

Liber qui intitulatur: thesaurus pauperum clericorum, sive speculum sanctorum, divisus in tres partes per alphabetum.

Auctor, opere bifariam tantum partito [quod et evincit conclusio: « Explicit thesaurus pauperum clericorum et speculum » vitae sanctorum »], praecepta et exempla christianarum virtutum persequendarum, ex sanctis patribus, Augustino praesertim, eruit. Incip.: « Avarus semper est in angustia, unde Augustinus » in epistola ad Xistum: *Avarus nunquam quiescit* . . . . » Animadvertimus littera X fol. 69-99, Iesus Christi vitam oblatam capitulis viginti quinque, quorum extremum: *Christus veniet ad iudicium*, fol. 87-99 finit: « Explicit tractatus de adventu Anti» christi et de adventu Dom. nostri Iesu Christi ad iuditium, et » de gloria beatorum, nec non de poena sempiterna reproborum, » et de virtutibus Dom. nostri Iesu Christi . . . . . ». Pars altera, fol. 99-161, exempla sanctorum ex eorum vita et scriptorum ecclesiasticorum in eam animadversionibus, ordine alphabetico ita digerit, ut unicuique litterae praeeant acta b. Mariae virginis, sic: *Annuntiatio* — Benedicta Maria — Conceptio — Digna Maria — Exultatio Mariae — Fortis Maria — Gratia plena — Haereditas Dei Maria, cc.

Ea est auctoris intentio ut et monachorum vivendi rationi normae religiosae opportuniores, et verbi Dei praedicationi argumenta tradantur.

CLASSIS VII.

ASCETICI

Cod. I membr., saec. XIII, a. 338, l. 219 [L. II, XXVI]. Mk.

1. S. Dionysii Areopagitae, *de coelesti hierarchia* libri decem, seu capitula quindecim ex versione Ioannis Erigenae Scoti, cum scholiis s. Maximi et Ioannis Scythopolitani, ab Anastasio bibliothecario latine redditis, omnia ut in editione argentinensi anni 1502, f. 1-184.

Praeeunt index, epistolae Anastasii et Scoti Carolo Calvo ac prooemium quo distributio operis sic enunciatur: « In primis capitulum de textu *Hierarchiae* inseram, cui statim supponam » translatam de graeco et latinam glossaturam eidem capitulo » congruentem; postea praescripti capituli, secundum magistrum » Hugonem de Sancto Victore, expositionem subiungam; deinde » Ioannis Scoti; ad ultimum Ioannis Saraceni eiusdem capituli » explanatio subsequetur . . . . Sed notandum quod glossulae per » Anastasium apostolicae sedis bibliothecarium, de graeco in latinum translatae partim a beato confessore Maximo, partim a » sancto Ioanne Scytopolitano pontifice sunt editae: eas tamen » omnes in hoc opere nomine Maximi pertitulate disposui, ne » forte propter identitatem nominum Ioannis videlicet Scytopolitani et Ioannis Scoti, Ioannisque Saraceni, intentio legentis » in aliquo perturbaretur ».

2. Ioannis Saraceni latina interpretatio librorum eorundem Dionysii Areopagitae *ad magistrum Ioannem de Farthiciis,* capitulis quindecim, prout in editione coloniensi anni 1536, in qua Dionysii Cartusiani commentarii sunt, f. 185-205.

Ceterum opus *de coelesti hierarchia* ut et cetera in codicibus mss. quae sequuntur excussa, non Dionysio Areopagitae, ex virorum doctorum consensu, tribuenda, sed auctori incerto

saeculi quarti vel quinti. Qui tractatus de Dionysio eiusque operibus agunt legendi sunt tomo secundo: *Dionysii Aereopagitae opp.* ec. Venetiis, 1756. Longo eorum auctorum agmini addas recentiores: *Baumgarten-Crusius.* De Dionysio Areopagita. Ienae, 1823, 4.° — *Montet.* Des livres du pseudo-Denis. Paris, 1848, p. 140, 8.°

Codex, duplici columna belle exscriptus cum rubricis, scatet mendis.

Cod. 2 membr., 1436, a. 274, l. 184 [L. II, XXV]. X.

Eiusdem *opera omnia* huc usque nota, ad Timotheum episcopum ephesinum, Ambrosio Traversario florentino philosopho, rethore, et abbate generali Camaldulensium interprete, scilicet **a.** *de coelesti hierarchia,* f. 1-26; **b.** *de ecclesiastica hierarchia, ad eundem,* f. 26-57; **c.** *de divinis nominibus,* f. 57-98; **d.** *de mystica theologia,* f. 98-101; sub cuius fine legitur: *Absolvi Ambrosius peccator Dionysii opuscula in monasterio Fontisboni XV kal. aprilis, anno dominicae incarnacionis* 1436, *indictione XV. Emendavi et cum graeco contuli in heremo, III idus aprilis.*

Sequuntur eiusdem Dionysii *epistolae decem,* f. 101-113, eodem interprete, qui editione operum [Parisiis, 1555] undecimam edidit Apollóphani philosopho, quae inc.: Iamiam meus ad te con» vertitur sermo, praecordialis amor . . . »

Folium extremum inscribitur: *Meminit se scripsisse quae sequuntur nominatim : quae perierunt : de divinis hymnis, intellectualibus et sensibilibus, theologica informatione, anima, significativa theologia, legali hierarchia, angelicis proprietatibus et ordinibus, iusto divinoque iudicio.*

Codicem belle scriptum, cum titulo auropicto et insigniis familiae Molin, valde pretiosum iudico quod ab ipso interprete Ambrosio exaratus sit.

Cod. 3 chart., saec. XVI, a. 273, l. 204 [L. II, XXVII]. Mk.

Expositio in libros s. Dionysii Areopagitae de mystica theologia, de ecclesiastica hierarchia, de angelica seu coelesti hierar-

chia, de divinis nominibus, et in *epistolas*. Inc.: « Audivit arcana » verba, quae non licet homini loqui. Quia revelata facie gloriam » Domini speculando . . . » Auctor indicat se Dionysii libros explicare « propellente me ad istud exercitium illustrissimo domi- » no meo, domino Roberto, Dei gratia, rege Hierusalem et Sici- » liae [ann. 1309-1343], cuius serenissimam animam adeo verae » sapientiae sublimitas alluxit, ut non solum princeps inclytus, » sed et verus philosophus non immerito dici possit . . . » Igitur a vero minime abhorret operis esse auctorem Franciscum Mayronem ordinis Minorum s. Francisci, quem suppositos Dionysii libros de mystica theologia, Roberto rege rogante, commentario illustrasse Waddingus tradit apud Fabricium: *Bibl. lat. med.* et *inf. aetat.*, II, p. 196.

Sub fine, Roberti Linconiensis, episcopi lincolniensis [ann. 1235-1243] haec prolata sunt: « Nota quod duo libri *de angelica* » *ierarchia, de ecclesiastica ierarchia, de divinis nominibus* et *de* » *mystica theologia*, non hoc ordine compositi sunt a beato Dyo- » nisio, quo ordine positi sunt in hac congregatione eorum in » hoc unum volumen, composuit enim librum de simbolica theo- » logia ante librum de angelica ierarchia, sicut patet ex verbis » eiusdem in capitulo quintodecimo de angelica ierarchia; ante » librum vero de simbolica theologia composuit librum de divi- » nis nominibus, ut liquet ex verbis eius in fine ultimi capituli » de divinis nominibus; ex quo liquidum est quod librum de di- » vinis nominibus, ante quem proxime fecit librum de theologi- » cis subfigurationibus, composuit ante librum de angelica ierar- » chia. Ordinati sunt igitur dicti quatuor libri in hoc volumine, » secundum rationem visam congregantis, aut ordine quo in ma- » nus congregantis devenerunt ».

Codex foliorum 145, simplex alterius antiquioris exemplum, cum fronte auropicta et insigniis pontificalibus Molini [Aloysii] episcopi T. [tarvisini] qui decessit Venetiis anno 1604, additis in margine superiori verbis: *Ex legato ill. et rev. episc. Molin. T.*, habet opercula lignea, corio vitulino impresso obducta. His intus adhaerent membranae duae originales, quarum prima frater Christophorus Martignonus magister generalis ordinis Carmelitarum Robertum Stukyley sacerdotem provinciae anglicae et professum

absolvit a filiatione conventus Norwyci et instituit filium conventus Gypswyci eiusdem provinciae, potestate tributa condendi testamentum [Romae, 14 martii, 1481]; altera Nicolaus de Beneventano vendit sponte magistro Christophoro Martignono generali ordinis Carmelitarum *servum unum nigrum de montibus Barkarum . . . nomine Franciscum . . . pro bono et actalentato . . . et pro tali qualis est, preterquam de tribus morbis, scilicet de morbo caduco, stultitia et mingilecto* [Leontini, 1474]. Documentum hoc, utpote magni habendum, cum doctissimo Aloysio senatore Cibrario, historiam servorum medio aevo parante, communicavi.

Cod. 4 membr., saec. XIV, a. 178, l. 124 [L. II, LXI]. O.

1. S. Basilii episcopi *epistola ad monacos et ad Deum militantes* incip.: « Audi, fili, monita patris tui et inclina aurem tuam » ad verba . . . », f. 1-7. Inter opera Basilio perperam attributa reiecit Garnerius, tom. II, operum d. Basilii pag. 706 edition. paris. 1722. Vitiatam ibi passim esse lectionem docet codex.

2. —— *libellus de vita solitaria* inc.: « Licet de singularis » vitae meritis pauca perstringere... », f. 7-10. Ex Petri Damiani libro *Dominus vobiscum* inscripto sumptus est ac in eadem d. Basilii editione editus [tom. II, p. 704].

3. *Liber abbatis Isaac,* capitibus quadraginta quatuor distributus. Inc.: « Anima quae Deum diligit in solo Deo quietem » habet . . . . », f. 10-44. Constat liber ex pluribus sermonibus, quos titulo *de contemptu mundi,* ipso probante Fabricio [*Bibl. gr.,* X, p. 171], contra Lambecium [*Comment. de biblioth. vindob.,* lib. V, cap. 74], Dupinium [*Biblioth. des escriv. eccles.,* III, p. II, p. 113] et Oudinum [*De script. eccles.,* I, p. 1401], a quibus alius Isaac Syrus iunior, episcopus ninivitanus, deinde abbas, auctor habetur. Vetus latina interpretatio, quam codex noster continet, ex graeco textu adhuc inedito facile sumpta, eadem cum illa est, quae et in *Bibliothecae patrum lugdunensis* volumine undecimo est obvia; verum in ea tertio quoque verbo corrupta est, maximeque depravata; in nostro textu plerumque integra. Sex praeterea in codice capita sunt quae in hac ipsa editione desiderantur, exstant vero numeris notata XIX, XX, XXI,

XXII, XXXIII et LI in etrusca operis translatione, Florentiae anno 1720 edita, quae textui nostro mirifice respondet et capite XXXVI latinae interpretationis in *Bibliotheca patrum* vulgato, ut noster codex, omnino caret. At utrobique fragmentum deest postremo codicis loco adiunctum, cuius initium: « Nunquam de » ore monachi turpis aut lascivus sermo . . . . », et auctor idem est fortasse Isaac Syrus abbas.

Cod. 5 membr.-chart., saec. XVI, a. 164, l. 122 [L. II, XLIII]. X.

1. S. Ioannis Chrisostomi *sermo de reparatione animae,* f. 1-4, et de extremo iudicio, incip.: « Obsecro vos, fratres, ut qui » istius saeculi vanitates perituraque respuistis . . . »

2. D. Bonaventurae *itinerarium in se ipsum,* f. 5-23. Inc.: « Ecce descripsi eam tibi tripliciter. Proverb. 22.° [v. 20]. Cum » omnis scientia gerat Trinitatis insigne . . . »

Opella alibi [L. III, LXXI] nomine *trinarii* appellata in hoc codice absoluta, nullibi mihi obvia in operibus b. Bonaventurae, supposititiis quoque et ineditis.

3. B. Ambrosii *epistola ad quendam suum discipulum, de moribus et honesta vita,* f. 24-26, edita pluries, incip.: « Dilecte » fili, dilige lachrymas, noli differre eas . . . »

4. *Missa sancti Ioannis Chrysostomi,* f. 26-46, seu *liturgia missae,* saepe publici iuris facta.

Cod. 6 chart., saec., XV. a. 204, l. 138 [L. II, XLII]. Ma.

1. S. Ioannis Chrysostomi, *ad Stagirium monachum arrepticium* libri tres, f. 1-68. Incip.: » Oportuerat quidem, o mi aman- » tissime omnium Stagiri, fueratque sane convenientissimum nos » tibi adesse . . . . » Interpretatio incerti est, quae emendata in editione quoque Montfauconii exstat.

2. —— *homilia de ieiunio et in apostoli verbum: Gaudete in Domino semper, per Silvestrum Landum veronensem traducta, ad virum patricium perfectumque Dei servum d. Laurentium Iustinianum venetum,* f. 70-79. Incip.: « Animadverti permul- » tos esse qui gaudeant plurimum atque inter se dicant: victo-

» res iam et voti compotes . . . ». In dedicationis epistola ad Iustinianum, quae incip.: « Mirabar aliquando tacitus mecum . . . » ait interpres: « Hanc Ioannis homiliam forte legens, cogitavi ut » e graeca latinam facerem, tuoque sancto nomini dedicarem. » Cum enim tua hortatione, qui adolescentiae meae mores et vi» tam pio semper ac peculiari studio fovisti, litteris non modo » latinis, verum etiam graecis dederim operam apud summum » et clarissimum doctorem Guarinum conterraneum meum; hoc » te munusculo dignum putavi ».

Chrysostomi homilia est duodevigesima ad populum antiochenum, in edit. Montfauconii, I, p. 180. Landus innotescit ex allatis a Maffeio in *Verona illustrata,* p. II, p. 103, ubi nulla interpretationis huiusce mentio facta est.

Operculo extremo lego inscriptum: *Anno Domini* 1473, *die* 17 *madii.*

Cod. 7 membr., saec. XV, a. 247, l. 169 [Z. L. LXXII]. B.

1. B. Augustini, *liber contemplationis de spe habenda in Christo,* f. 1-9. Sunt viginti quatuor capitula priora libri quarti *de anima,* auctore Hugone de S. Victore. Opella d. Augustino tributa est quod constituat partem *Manualis* adscititii editi in d. Aug. *opp.,* VI, c. 135-146.

2. —— *libellus de cognitione sui ipsius,* f. 9-23, nomine *de spiritu et anima* d. Augustino perperam adiudicatus [ibi, VI, c. 35]. Constat viginti capitulis quae editis triginta tribus primis respondent, et in codicibus antiquioribus librum primum constituunt, dum reliqua ineditis 34-65 librum secundum.

Codicis diligenter exscripti duabus columnis folio extremo inest: 1432, 2. *iunii.*

Cod. 8 chart., saec. XIV, a. 252, l. 166 [Z. L. LXXIV].

1. B. Augustini, *soliloquiorum animae ad Deum,* f. 1-25.

2. S. Bonaventurae, *liber stimuli amoris in Dominum Iesum Christum,* f. 26-57. Opella ab edita pluries, primum Parisiis a. 1517, aliquantisper discrepat.

3. *Contemplatio passionis Iesu Christi per septem horas diei*, f. 58-66, d. Bernardo communiter tributus, inc.: « Septies in die » laudem dixi tibi. Rogasti me, carissime frater . . . »

4. B. Bernardi, *de bona conscientia aedificanda*, seu de interiori domo tractatus, f. 66-70, operibus utique b. Bernardi insertus. Textus in codice caput tantum duodecimum attingit, quibusdam additis quae in editis desiderantur.

5. Sermones, elogia b. Mariae virginis, eius colloquia ad Bernardum, preces aliaque eiusmodi eidem tributa, quae cum in editis desiderentur, puto adscititia, f. 71-81.

6. *Liber primus de miseria humanae conditionis, de contemptu mundi, editus a Lothario cardinali sanctorum Sergii et Bachi, qui postea Innocentius papa tertius est appellatus*, capitulis vigintinovem, f. 81-89. Operi pluries impresso desunt libri secundus et tertius, quos habes integros in codice nostro [L. III, 27, 23-45]. In codice aeque nostro [L. XIV, 273, p. 147 . . .], liber primus initio est mutilus.

Manus aevi sequioris sub fine notavit: *Ego frater Innocencentius de Venetiis scripsi: Vale.*

Cod. 9 membr., saec. XV, a. 182, l. 121 [L. II, LX]. O.

Orationes ex meditationibus et ex soliloquiis divi patris Augustini episcopi hipponensis, ad illustrissimum Herculem Ferrariae ducem. Inc.: « Domine Deus omnipotens da cordi meo de- » siderare . . . »

Quae ceu ex Augustini meditationibus desumptae preces hoc in codice afferuntur, ad *Anselmi Cantuariensis* orationes plerumque spectant; ex quibus decima, f. 28-30 in editione Gerberonii primum hic locum tenet: sunt vero et in meditationum libello inter Augustini scripta adulterina sexto in volumine operum sancti doctoris [Append. p. 107]. Neque minus ipsi Augustino abiudicandae quae ex eius soliloquiis excerptae dicuntur: non siquidem e vero eius opere sic in inscripto sumptae eae sunt, sed ex alio auctoris obscuri [s. Aug. *opp.*, VII, app. p. 85].

Orationes plurimae sequuntur, quas sigillatim indicare haud omnino interest. Altera ex iis *Gregorium Nazianzenum* auctorem

praefert, cuius initium: « Deus omnipotens et salvator omnium...», f. 73-74; altera Ephremum Syrum, quae incip.: « Domine Deus » omnipotens per miserationes tuas . . . . », f. 81-84. Rhythmi etiam quatuor accedunt, f. 101-119, quorum primus ad b. Mariam virginem, sub Augustini nomine incipit: « Salve mater » misericordiae . . . » ; alter ad eandem, sine auctore: « Ave re- » gina virginum . . . » ; tertius de nomine Iesu, Hieronymo tributus, ignoto medii aevi auctore, in opera d. Bernardi supposititia relatus [t. V, p. 995] inc.: « Dulcis Iesu memoria . . . » ; postremus, Thomae Aquinati communiter tributus, ad ss. eucharistiam: « Adoro te devote latens veritas . . . . . » cum eiusdem orationibus, f. 119-123.

B. Hieronymi presb. *psalterium abbreviatum in quo est flos omnium psalmorum, et est immensae virtutis, per eius enim lecturam anima salvabitur,* f. 124-142, incip.: « Verba mea auribus » percipe, Domine . . . » Constat paucis e quolibet psalmo versiculis compositum, quale nec inter opera sancto doctori supposita usquam offendi.

Septem psalmi poenitentiales, f. 143-154.

Officium mortuorum, f. 155-180.

Orationes variae ad s. Catharinam virginem, s. Mariam Magdalenam, s. Paulum apostolum, Iesum Christum, angelos custodes, s. Iosephum, f. 181-190.

Codicem splendidiorem e membranis nitidissimis, in usum Herculis Atestii, Ferrarae principis, diligentissime exaratum ornant imagines eleganter pictae sexaginta septem Iesu Christi, b. Mariae virginis, sanctorum cum litteris initialibus tum maioribus tum minoribus, coloribus et auro conspicuis. Folio primo addita est tabula paschalis, ab anno 1482. Operculis antiquioribus corio vitulino impresso obductis desunt bullae.

Cod. 10 membr., saec. XV, a. 333, l. 232 [Z. L. LXXVIII]. P.

1. S. Ioannis Cassiani, *instituta monachorum aegyptiorum,* libris duodecim, f. 1-36: in editionibus primi quatuor continent *de institutis coenobiorum,* ceteri octo *de remediis octo capi-*

talium vitiorum, gastrimargiae, spiritus fornicationis, phylargyriae, irae, tristitiae, acediae, cenodoxiae, et superbiae.

2. Eiusdem *collationes*, ut in codice sequenti, f. 37-138.

Auctor in monastica vita consenuit Massiliae annis 410-444.

Codex accurate exscriptus, cum litteris potioribus initialibus pictis auroque illitis, ad bibliothecam Ioannis Baptistae Recanati anno 1715 spectabat.

Cod. 11 membr., saec. XIII, a. 307, l. 210 [L. II, XLI]. Mk.

Eiusdem, *collationes vigintiquatuor sanctorum Patrum* in scitica eremo commorantium, quarum decem Leontio papae foroiuliensi et Helladio episcopo, undecima usque decimam septimam Honorato episcopo et Eucherio, duodevigesima usque vigesimamquartam Ioviniano, Minervio, alteri Leontio et Theodoro dicatae sunt, editae pluries.

Sub fine codicis foliorum 321 legitur: « Explicit liber col» lationum editus a beato Cassiano presbytero, qui alio nomine » Ioannes vocatur; consummatusque est liber iste sub anno Do» mini 1253 [errate], idibus decembris »; principio vero: « Iste » liber est ordinis fratrum Praedicatorum, concessus fratri Mar» chisino ad usum in vita sua, post mortem vero ipsius, debet » redire ad conventum sanctorum Ioannis et Pauli de Veneciis ».

Cod. 12 chart., saec. XIV, a. 217, l. 140 [Z. L. LXXVII]. P.

1. Eiusdem, *collationes vigintiquatuor*, f. 1-360.

2. S. Augustini, *ex sermone ad coniugatos*. Inc.: « Uxori vir » debitum reddat, similiter autem et uxor viro. Fratres mei, au» diant me viri . . . », f. 360-361.

3. —— *epistola Ecdiciae*, quae est in editis (1) biscentesima sexagesima secunda, cui in codice avulsum est initium: « Lectis litteris reverentiae tuae et eorum perlatore interrogato, » quae interroganda restabant . . . », f. 361-365.

(1) *Opp.*, II, 888-892.

4. Origenis *homilia in vigilia nativitatis Domini, in illud evangelii:* « Cum esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph... » Inc.: « Quae fuit necessitas ut desponsata esset Maria Ioseph... », f. 365-369. Sunt qui Origeni reapse tribuendam censeant, sunt qui inter supposititias, de quibus Huetius in Origenianis, t. IV, operum Origenis, p. 304, 325. Ex hac homilia aliquid sumpserunt Chrysostomus, Theophylactus in Matthaeum, Niceta, aliique; praecipue Hieronymus in Matth. ubi: *Quare,* inquit, *non de simplici virgine* (1) ec. eadem cum iis quae habet Origenes. Eius pars quaedam convenit cum syntagmate in Matthaeum, nondum vulgato, Nicetae episcopi Naupacti in codice nostro graeco XXVI, p. 67 (2).

5. D. Bernardi *sermo in Cantica canticorum* inc.: « Fasci» culus mirrae, dilectus meus mihi inter ubera mea commora» bitur... », f. 370-371. Eius sermonum in Cantica canticorum quadragesimus tertius editus. Parisiis, 1690, I, 1418-1419.

Folio primo codicis inest *responsio Pythagorae ad Hieronem qui ad se ut ille veniret scripserat* seriori manu exscripta. Inc.: « Tuta mihi vita est et sine cura longe quieta . . . »

Cod. 13 membr., saec. XIV, a. 205, l. 144 [Z. L. LXXXI].

1. S. Ioannis Climaci abbatis montis Synay *Scala,* vulgo *scala paradisi* seu tabulae spirituales praeceptorum, f. 9-90. Quinam fuerit interpres non liquet; minime Praderus, Lippomanus, Surius, cum quibus contuli. Auctor *Climacus* dictus a κλιμαξ *scala,* quod opus suum in triginta capita, ac totidem veluti virtutum gradus distributum, scalam appellaverit, rogante Ioanne, abbate raithuensi, composuit hoc religiose vitae commonitorium, quod occurrit in omnibus propemodum bibliothecis, aut manu scriptum aut prelo commissum.

Praeeunt **a.** *contemplatio scalae,* quam leges in *Maxima bibl., lugdun.,* 1677, X, p. 507, f. 5; **b.** *vita Ioannis a Daniele humili monacho Raithun* conscripta et *breviata,* anonymo inter-

(1) *Opp. d. Hieron.* Veronae, 1737, VII, 12.
(2) *Graeca d. Marci biblioth.* Ven., 1740, p. 22-23.

prete, quae incip.: « Quae nempe, ut sic loquar, auditu digna » civitas fuerit, generosum et divinum hunc proferens et nu- » triens virum . . . », f. 5-7; e. *epistolam abbatis Ioannis ducis monachorum Raithun ad Ioannem abbatem montis Synay cognominatum scholasticum; responsivam Ioannis scolastici,* ac indicem, f. 8-9, excipit prologus Climaco abiudicandus, qui incip.: « His » qui in libro vitae in coelis describi eorum nomina volunt, per- » fectam viam ad currendum praesens liber sapienter et manife- » ste ostendit ». Primus gradus incip.: « A bono et super bono » et toto bono Deo et rege nostro, pulchrum est ex Deo ad Dei » famulos principium facere . . . »

2. Eiusdem *ad pastorem epistola,* anonimo interprete. Inc.: « In inferiori quidem libro, o admirabilis, ego te omnium novissi- » mum posui et ordinavi in superno . . . . », f. 90-94. Liber hic, nulla capitulorum partitione, mutilus est sub fine.

3. *Commendatio sancti Ioannis Climaci et sermonis, videlicet libri huius, edita a Ioanne abbate Raithun, in qua fere totum sermonem brevissime mystice exponit, commendando in ea scribentem,* f. 94-96. Eadem est ac edita in *Maxima biblioth. lugdun.,* 1677, tom. X, p. 506-507.

Codici, duplici columna, adduntur postillae et notae marginales coaevae, etsi alterius manus; a principio vero duo folia ex saeculo decimotertio cum officio b. Ioannis apostoli, notis musicis accedentibus.

Cod. 14 chart., saec. XVI, a. 282, l. 210 [L. II, LXVIII]. Mg.

1. S. Maximi martyris et monachi, *de paschae ieiuniorumque diebus sanctissimis ac Iudaeorum solemnitatibus reperiendis liber et tabulae,* fratre Gabriele Alexandreo Galesii episcopo interprete, ad illustriss. cardinalem et principem Ferdinandum Mediceum, f. 5-70. Littera dedicat. incip.: « Non ignoro quidem, il- » lustr. reverend. que cardinalis ac princeps, quod ad meum hoc » obscurum nomen . . . » Ceterum codicem hunc laudat in bibliotheca Grimani Montfauconuis, tom. I, *Biblioth. bibliothec.,* p. 478, his verbis: *Codex recens Maximi in quo multa non edita.* Inc.: « Maximus humilis monachus celeberrimo patritio domino

» Petro, de Christi Dei, salvatorisque nostri pascha brevis expo-
» sitio, quae descriptas tabellas exponit. Quomodo tu, clariss.
» Domine, ex Dei auxilio totus pendens . . . » Tabulà numeri et universitatis temporum recensentur reges hebraeorum, aegyptiorum, babylonicorum, et imperatorum Romae et Constantinopolis, usque ad Phocam, post quem legitur: *Hucusque Maximus.* Ab alio scriptore adiuncti sunt qui sequuntur imperatores, nimirum ab Heraclio usque ad Constantinum et Romanum.

2. Eiusdem *de anima disputatio,* eodem Alexandreo interprete. Inc.: « Omnia quae sunt vel sensu discernuntur vel capiun-
» tur . . . », p. 71-74.

3. —— *de theologia, filiique Dei dispensatione per carnem facta, centuriae septem mystica theologia refertissimae,* p. 75-245, eodem Alexandreo interprete. Incip.: « Unus Deus est
» principio carens et incomprehensibilis, qui omni ex parte, i-
» psius esse vim omnem complectitur . . . » Centuria tertia codicis est prima inter editas in *Bibliotheca Patrum,* ex versione Ioannis Pici. Centuria quarta est secunda editarum, centuria septima est quinta. Quare prima et secunda centuriae *de theologia filiique Dei dispensatione per carnem facta* reperiuntur in nostro codice, praeter disputationem *de anima,* sed in ipso desiderantur centuriae *de charitate* et dialogus *de incarnatione verbi,* et libellus *de duabus Christi naturis.* Dionysius Petavius, tom. III, *doctrinae temporum,* sanctorum ieiuniorum exordium, et decimam diem septimi mensis, in qua semel in anno Hebraeorum pontifex sancta sanctorum ingrediebatur, et christiani paschatis brevem narrationem Maximi e graeco transtulit et protulit. Sed praeter diversam antiquioremque expositionem, fusior est codicis nostri narratio.

Ex codici praemissa epistola nuncupatoria, quam Mittarellius edidit in *Biblioth. codic. manuscr. monasterii s. Michaelis Venet. prope Murianum.* Ven., 1779, c. 21-22 oeconomia operum s. Maximi, aliaque ad interpretis vitam spectantia eruuntur. Alexandreus, qua Gallesii episc., desideratur in *Italia sacra* Ughellii, tom. X. Familiaris Christophori Madruccii cardin. et principis tridentini, opus dicavit Ferdin. Mediceo cardinali dicto a. 1563 et purpuram cum ducatus regimine commutanti a. 1588.

Cod. 15 chart., saec. XV, a. 218, l. 153 [L. II, XLVIII]. Ma.

B. Isidori episcopi hispal., ***sinonima sententiarum,*** communiter *synonyma de lamentatione animae peccatricis,* libri duo editi in operib. s. Isidori. Romae, 1802, t. VI, p. 472-533. Plura loca impressa in codice missa sunt.

Codex folior. 50, belle non emendate exscriptus, spectabat ***monasterio sancti Salvatoris extra et prope Brixiam.***

Cod. 16 membr., saec. XIV, a. 242, l. 174 [L. II, LVIII]. Ma.

M. Hugonis de S. Victore, ***didascalon libri septem, de studio legendi,*** rectius a libro primo ad caput universum decimumtertium libri sexti, editum in eius operibus. Venet., 1588, III. Auctor, de gente Saxonum, canonicus regularis in coenobio s. Victoris prope Parisios ob. a. 1140, vel 1142.

In codice fol. 24, cum operculis ligneis corio vitulino signato obductis, tot sunt menda quot propositiones.

Cod. 17 chart., saec. XV, a. 208, l. 140 [L. II, LVII.ª]. Mb.

Eiusdem *devota et amorosa soliloquia,* seu proprie: *Soliloquium de arrha animae, dilecto Gregorio ceterisque servis Christi Hamersleve degentibus;* editum in eius operibus, Venetiis, 1588, tom. II, p. 104-108.

Codex foliorum viginti, sub cuius fine legitur nota historica: « Anno Domini 1600 usque ad annun 1603 praefuit huic mona- » sterio in abbatem d. Benedictus Veronensis, qui . . . . » anno 1602, in die s. Ioann. Baptistae, innumero procerum con- » ventu, sacrum religiosissime peregit ». Codicis initio legitur: « Liber canonicorum sancti Augustini in monasterio s. Ioannis » in Viridario commorantium ».

Cod. 18 membr., saec. XV, a. 170, l. 120 [L. II, LVII.[b]]. Ma.

1. Eiusdem *soliloquium de arrha animae*, sine prooemio, f. 1-34.

2. Normae vivendi datae monachis quae inc.: « Si ergo ad » sanitatem festinas vide ut nil vel modicum de temetipso agere » presumas . . . », f. 34-64. Eas sequior manus inscripsit: « Hac » sunt epistolae beati Bernardi ad fratres de Monte Dei », sed iniuria, cum nec inter supposititia d. Bernardi opera locum habeant.

3. *Contemplatio beati Bernardi Clarevallensis abbatis*, f. 65-106. Liber editus in operib. d. Bernardi. Venet., 1750, vol. III, c. 361-380.

4. Quaedam *de inferno et paradiso*. Inc.: « L' inferno est » solum malum et solum malum . . . », f. 106-107.

Codex innumeris scatet mendis.

Cod. 19 membr., saec. XV, a. 161 l. 114 [L. III, LXXI]. Ma.

1. B. Richardi de Sancto Victore, *liber de duodecim affectibus virtuosis qui oriuntur in anima*, f. 1-45, etiam appellatus *de duodecim patriarchis*, vel *de contemplatione minori*, vel *de arca mystica*; editus vero inter opera Richardi sub titulo: *De praeparatione animi ad contemplationem liber dictus Beniamin minor*.

2. —— *soliloquium*, f. 45-49. Inc.: « Verbum mihi est » ad te, o princeps saeculorum, Christe Iesu . . . . » Inter opera edita non apparet, at manuscriptus libellus in bibliotheca Vaticana et in lipsiensi Paulina. Montfaucon, p. 49, 594. Richardus de Sancto Victore, scotus, canonicus regularis, prior sancti Victoris prope muros Parisiorum, Hugonis de Sancto Victore familiaris, obiit a. 1173.

3. B. Bonaventurae cardin. *trinarius*, f. 49-56. Inc.: « Ecce » eam descripsi tibi tripliciter. Proverb. 12.° c.° [XXII, 20]. Cum » omnis scientia tibi gerat trinitatis insigne . . . . » In operibus tum genuinis, tum supposititiis d. Bonaventurae desideratur. Nomine *itinerarii in se ipsum* habes alibi [L. II, XLIII] quoque Bo-

naventurae tributum, ex quo tamen discas huic codici partem tantum operis inesse.

Codex ita mendis scatet ut sensum exerere quandoque nequeas.

Cod. 20 chart., saec. XV, a. 143, l. 100 [L. III, XLIII]. F.

1. *Miracula et exempla* in unum collecta a pio quodam viro, confessore fortasse vel concionatore. Sunt autem in classes distributa, sumpta nempe ex confessione, eucharistia, cruce, b. Maria virgine, iudiciis Dei, eleemosyna, hospitalitate, contemptu mundi, obedientia, humilitate, beato Francisco, blasphematoribus, oratione pro mortuis, timore mortis, ducentibus coreas, tentationibus et illusionibus diaboli, poenis inferni, gloria paradisi, f. 1-102.

2. *Rubricae ecclesiasticae*, itale, f. 104-124.

3. *Oratio super vestimenta induendorum* [monachorum], f. 125.

4. Fr. David de Augusta [Vindelicorum] ord. Minor., *formula noviciorum*. Capitula viginti sex, f. 125-131. Hanc formulam non una tantum vice editam dicavit auctor Bertholdo et novitiis Ratisbonae versantibus, ante annum 1272, quo obiit.

Cod. 21 membr., saec. XIV, a. 215, l. 150 [L. III, XXV.ª]. Ma.

Guillelmi Peraldi, *summa de virtutibus et vitiis*, indice praeeunte, f. 2-5, et quidem **a.** *Tractatus moralis de virtutibus*. Partes binae, prima de theologalibus, f. 5-75, secunda de cardinalibus, f. 75-162. **b.** *Tractatus de donis*, f. 162-180. **c.** *Tractatus de beatitudinibus*, f. 180-198. **d.** *Summa septem vitiorum*, hoc ordine : *gula, luxuria, avaritia, acidia, superbia, invidia, ira*, eodem quo in codice proxime insequenti. Singulare [f. 199-300] est quod miniator vitio cuique appinxit in margine eius emblema : *sus ; amorem nudum, obcaecatum, eiaculantem ; murem quid sub terra condens ; mulum stantem ; leonem corona cinctum ; struthiocamelum inter flammas ; tigrim*. Si vero textum cum codice sequenti conferas, non tantum lectionis varietatem.

quam et capitulorum quandoque omissionem in hōc deprehendas, quod aliis quoque codicibus tribuas.

Tractatus novem, pluries post editionem coloniensem a. 1479 publici iuris facti, habent auctorem Willelmum Peraldi, rectius Peralti [gall. *Perault,* vulgo *a Peira, Peyra, Peyrauta,* lat. *de Petra alta*], viennensem Allobrogum, ordinis Praedicatorum, defunctum ante a. 1250, de quo Trithemius, f. 484.

Codex foliorum 300, duplici columna, concinne, non sine erratis, exscriptus est.

Cod. 22 membr., saec. XIV, a. 250, l. 190 [L. III, XXV[b]].

Eiusdem, *summa de vitiis et virtutibus, et primo de vitiis. Liber aureus omnium pretiosorum lapidum ornatus.*

Exstat tantum *tractatus moralis de septem vitiis capitalibus,* qui incip.: « Dicturi de singulis vitiis, cum opportunitas se offe» rat, incipimus a vicio gulae », f. 5-139, *et postea de peccato linguae,* f. 139-156, qui incip.: « Ultimo inter peccata dicendum est » de peccato linguae, quia illud remanet post alia peccata ». Ex particula *de peccato linguae* sumpsisse ferunt Cavalcam pisanum libellum suum, vulgari sermone *Pungilingua.* Vide Zenum ad *Fontanini, dell' eloquenza,* f. 221.

Codex duplici columna, pluribus nec tenuioribus scatens erroribus, habet opercula lignea corio vitulino signato obducta.

Cod. 23 membr., saec. XIV, a. 160, l. 112 [L. III, CIV]. O.

Eiusdem, *summa de virtutibus et vitiis,* f. 1-221. Convenit cum editione lugdunensi anni 1551.

—— *de peccato linguae,* f. 221-232. Textus mutilus, quod potiorem tantum capituli decimi septimi partem folio extremo exhibeat. Varietas est si conferatur cum edito.

Cod. 24 membr., saec. XIV, a. 254, l. 186 [L. III, CVI]. O.

Fr. Ioannis Wallensis *communiloquium.* Partes septem, quarum unaquaeque in distinctiones distributa est. Incip.: « Cum

» doctor sive praedicator evangelicus sapientibus et insipientibus » debitor sit . . . »

Ex Oudini commentario *de scriptoribus ecclesiasticis* [III, p. 495] ac Tanneri *bibliotheca britannica* [p. 434], hoc ipsum opus manu saepe descriptum, ac typis quoque editum fuisse constat, at non eodem semper titulo, dum modo *collatio communiloquii*, modo *margarita doctorum*, modo *summa collationum de regimine vitae humanae* nuncupetur. Wallensis, qui et Guallensis, e familia divi Francisci, fuit Scoti praeceptor Parisiis, quo loco *arbor vitae* dictus saeculo decimo tertio floruit. Quaecumque ad concionatores ecclesiasticos de omni hominum statu informandos apud scriptores sacros profanosque reperiit, in illud congessit.

Codex duplici columna numerat folia 144.

Cod. 25 membr., saec. XIV, a..306, l. 214 [L. III, XXXVI]. Ma.

Eiusdem *collationes*, sive *summa collationum de regimine vitae humanae*. Idem opus ac proxime antecedens.

Codicem foliorum 72, duplici columna, possederat canonicus Della Costa.

Cod. 26 membr., saec. XIV, a. 292, l. 208 [L. III, XXXV].

1. Eiusdem *breviloquium de virtutibus antiquorum principum ac philosophorum*, f. 1-23. Inc.: « Quoniam misericordia et veri» tas custodiunt regem, et roboratur clementia thronus eius . . . »

Opellam iam editam scindit auctor in quinque partes, scilicet de **a.** iustitia, **b.** prudendia, **c.** temperantia et continentia, **d.** fortitudine, **e.** ordinatione virtutum. Praeceptis adduntur exempla ab antiquis sumpta, ac in marginibus versus Virgilii, Ovidii, Valerii, Catonis ec. Principium tractatus *de iustitia* legitur codice [L. XI, 34, f. 127-129].

2. Alexandri *epistola Aristoteli* incip.: « O doctor egregie, » rector iustitiae: significo tuae prudentiae me invenisse in ter» ra quosdam habentes abundantem rationem, penetrabilem in» tellectum . . . », f. 24-25.

Picturae auro conspicuae, cuique parti praepositae, ad argumentum pertractatum se referunt.

Cod. 27 membr. saec. XV, a. 225, l. 175 [L. III, CXXII]. Mk.

Ioannis Guallensis, ***ordinarium vitae religiosae,*** sive ***alphabetum vitae religiosae,*** cuius tres sunt partes: ***diaetarium, locarium, itinerarium.*** Opus scriptis historicis a Vossio, praeter rem, accensitum editum est.

Codex foliorum 39, folio extremo subscriptum: « Iste liber » est fratris Matthaei de sancto apostolo de Venetiis, ordinis fra- » trum Praedicatorum », habet opercula lignea, corio purpureo obducta, avulsis bullis.

Cod. 28 chart., saecc. XIV-XV, a. 304, l. 222 [L. III, XXXIX].

1. Ioannis de Rupescissa liber inscriptus: ***Vade mecum in tribulatione,*** f. 1-19.

Editus est ad Edwardo Brownio in appendice ad Orthuini Gratii *fasciculum rerum expetendarum et fugiendarum,* editionis londinensis anni 1690, p. 496. Textus impressus mendis scatet, quas, codicis huius ope, tollere saepe est, quamquam hic quoque ab imperito librario prodierit. Inscriptio ab edita differt, sic namque ea se habet: « Ex medullis evangelicae caritatis, praedilecto » patri suo in Christo Iesu, Domino nostro fratri Petro Peper., me- » dicinae magistro, pauper incarceratus et devotus orator vester » frater Ioannes de Rupescissa, eiusdem ordinis professor indi- » gnus, petita per vos in Avinione de futuris eventibus, et per » me vobis promissa, cum laude Domini nostri Iesu Christi, et » cum perfecta plenitudine iter rectum ad coelestem patriam pro- » perare ». Ioannes de Rupescissa [gallice *Rochetaillade*], ordinis Minorum, provinciae aquitanicae, a Clemente papa VI anno 1345 Avenione, et deinde ab Innocentio VI in carcerem coniectus est, « quod multa de futuris tamquam propheta scribere praesum- » pserit, videlicet de duobus Antichristis et de ecclesiae conci- » liatione, et de conversione omnium ad fidem Christi, et alia

» multa quae in ianuis adesse affirmabat, et haec a Domino Iesu » Christo sibi revelata fuisse contestabatur, quae non modo non » evenere, sed oppositum in omnibus fuisse constat ». Sic de eo Bergomensis libro XIV *chronici*, p. 350.

2. *Nomina et tituli dominorum cardinalium, anno MCCCLIX, die XXIII aprilis, pontificatus d. Innocentii papae VI, anno VII*, f. 20-21.

3. Taxae cancellariae romanae pro episcopatibus et abbatiis, ordine locorum alphabetico, ex saeculo decimoquinto, f. 22-61.

4. *Calendarium ad sciendum festa quae coluntur in thesaurario domini nostri papae, per totum anni circulum*, f. 62-63. Ex eodem saeculo.

Codex fortasse autographus ex saeculo decimoquarto usque ad numerum secundum absolutum.

Cod. 29 membr., saec. XIV, a. 178, l. 122 [L. III, CVII]. O.

1. Fr. Simonis de Cassia *epistolae*.

Auctoris et aliorum ad eum epistolae de studio virtutis, fuga vitiorum, rebus asceticis, aliisque eiuscemodi omnino tractant. Nondum eae typis prodiere, prima excepta, nec, quod equidem sciam, aliis in codicibus exaratae supersunt. Numero duae supra triginta datae sunt Thomae de Corsinis; Thaddaeo, Petro Gabini de Florentia; Ioanni de Salerno; Bartholomaeo de Septimo de Pisis, ordinis Eremitarum; fratribus sanctae Mariae de Podio Sancti Sepulchri; Ioanni monacho vallumbrosano; Francisco de Luca Camaldulensi; fratribus sancte Mariae de Rosa de Senis, Camaldulensibus; fratri Bartholomaeo de Florentia, Carmelitae; abbati sancti Miniati de Florentia; Guidoni Ferramuscae de Pisis; Iacobo de Sabellis romano; Ceccho Bovi de Roma; et aliis sine nomine, f. 1-80. Primam Florentinis, *pro inundatione Arni*, quae inc.: « Est effusio lacrymarum et narrationis materia... », ex testimonio Ossingeri in *Bibliotheca Augustiniana*, p. 216, editam cum *Expositiones in evangelia* fratris Simonis, Mannius exhibuit in *Observationibus de sigillis antiquis*, X, p. 58, licet erroribus interspersam. De hac ipsa Ioannes Salernitanus in vita auctoris, de qua infra, haec habet: « Prohibitus frater Simon a prioribus

» florentinis ne quae praedicaverat contra eos amplius praedica-» ret, sed praedicata quam citius poterat revocaret, respondit di-» cens: Si falsa sunt quae dixi contra vitia nefanda, quae in hac » civitate manifestissime perpetrantur, paratus sum igne com-» burere hanc *bibliam,* quam in manibus meis gero, ubi scri-» ptum ereprii quidquid dixi: Si autem vera sunt, paratus sum » usque ad mortem illa minime revocare, immo audacter et in-» trepide confirmare; nec timeo minas vestras, nec opto blan-» ditias. Quod optime demonstravit in epistola, quam ad ipsos » Florentinos scripsit mordaciter, et transmisit tempore diluvii » florentini ».

2. Thomae de Corsinis, legum doctoris de Florentia, *epistola Simoni de Cassia.* Incip.: « Pater, litteras vestras datas Senis die » ultimo ianuarii recepi die decimo . . . . », f. 13-14. Corsinius qui fratrem Simonem de disciplina spirituali hisce litteris consulit, in patrio primum gymnasio ius civile interpretatus est; deinde reipublicae administrationem suscepit, qua domi forisque inclaruit; ac tandem fratribus quos *gaudentes* dicebant, se addixit, eosque inter vitam finivit. De illo Gammurrinius [*Delle famiglie nobili toscane ed umbre,* III, p. 159], Niger [*Degli scrittori fiorentini,* p. 512], Casotius [*Memorie di s. Maria della Impruneta,* p. 226] aliique scripsere.

3. Fratris Ioannis de Salerno *ad fratrem Simonem.* Incip.: « Vestrae paternitati recolo alias me dixisse quomodo domum... », f. 19-20.

4. *Visio fratris Simonis de Cassia.* Incip.: « Vidi pontem super aquas praecipites . . . », f. 31-33.

5. Fratrum sanctae Mariae de Podio Sancti Sepulchri de Florentia, *epistola ad fratrem Simonem.* Incip.: « Imperocchè di-» lunga da voi per intervallo di luogo e di regione . . . . . . », f. 35-36. Religiosi homines sub regula s. Augustini in coenobium camporeense prope Florentiam recens coacti fratrem Simonem rogant, num legem quandam de ieiunio, quam ii quidem semetipsis imposuerant, at gravissimam postea experiebantur, servandam ipse putaret, necne. Quibus ille epistola undecima respondet ne legi illi totum caetum obnoxium reputarent; unusquisque autem pro viribus a cibo potuque temperaret. Coenobii camporeen-

sis chronicon Angelus Quirinus cardinalis, in epistola pridie calendas iunias anni 1754 ad Felicem Nerinium scripta, partim evulgavit.

6. Domini Ioannis monachi vallumbrosani *epistola ad fratrem Simonem*. Incip.: « Referente mihi venerabili valde viro » fratre Benedicto, vestrae beatitudinis caritatem . . . . », f. 52. Ioannes de Catignano, vulgo *dalle Celle* nuncupatus, a fratre Simone de vita ascetica documenta postulat. Italicas piissimi viri epistolas Thomas Bonaventurius, ac deinde Antonius Maria Biscionius edidere; at de latinis apud neminem mentio est.

7. Thaddaei de Florentia *epistola ad fratrem Simonem*. Incip.: « Cogit me ad vestras aures fatigandas . . . . . », f. 69. Thaddaeus hic se fratris Simonis orationibus commendat, ut ab oculorum infirmitate convalescat. « A diebus enim, ait, non » longe praeteritis citra laboravi et laboro importabili oculorum » infirmitate, cui occasionem dedit mea fatuitas. Cum enim hoc » anno sol passus fuit eclipsim, intuitus fui per magnum spatium » ipsum solem, et hinc occasionaliter est exorta infirmitas quam » praedixi. Continue enim habeo pro oculis quasdam nebulas, » virtutem visivam multipliciter impedientes . . . »

8. Fratris Angeli de Clarino. *Praeparantia Christi Iesu habitationem et mansionem ineffabilem et divinam in nobis secundum exterioris et interioris hominis sunt ista*. Incip.: « Ieiunium, » abstinentia, oratio, vigilantia . . . », f. 80-81.

9. —— *breviloquium super doctrina salutis, ad parvulos Christi*, capitula sex cum prologo. Inc.: « Quoniam sunt personae » quamplures utriusque sexus petentes dari sibi . . . », f. 82-88. Waddingus et frater Ioannes de Sancto Antonio in bibliotheca Franciscana libellos hosce duos nequaquam commemorant; qui tamen de auctore eiusque doctrina et scriptis perhonorifice scribunt. De sanctitate eius testimonium luculentum affert Simon de Cassia in epistola nona, quam Waddingus laudat [*Annal. Francor.*, V, p. 217], Ioann. Salernitanum sic alloquens: « Fuit » ille vere *Angelus* nomine, sed verior re, qui illorum vitam, » quantum est possibile, imitabatur super terram . . . . Sed quia » aliquarum epistolarum et dictorum eius est memoria super terram, quas, ut potui, studui aggregare, tam aliis quam mihi

» directas, nolens ut eius memoria de saeculo totaliter deperiret: » tuae benignitati transmitto, quatenus, cum tibi vacaverit, non » in alio occupatus, paulatim scribas ».

10. *Tractatus de vita et moribus fratris Simonis de Cassia, praedicatoris praecipui, quem frater Ioannes de Salerno eius praedilectus discipulus fideliter et breviter, ut potuit, compilavit.* Inc.: « Quanti qualisque fuerit intellectus, divina gratia inspirante... », f. 88-92. Commentariolum nedum scriptoris fides, verum et raritas exemplarium magnopere commendat; neque enim aut editum unquam est, aut iis innotuit qui Simonis Cassiensis gesta et scripta enarravere. Nomen nec dedit Potthast in *biblioth. histor. medii aevi.* Certe Ambrosium Coranum idem latuit, Pamphilum, Torrellium, Elsium, Iacobillium, Gandulphium, Scoetgenium, Mannium, Ossingerium, aliosque plures quos consulere mihi licuit. Simon, ut pauca tandem de illo afferam, quae in hoc ipso libello sunt, Cassiae in Umbria e nobili Fidatorum familia ortum duxit anno circiter 1280. Eremitarum sancti Augustini societatem ingressus, tantum litteris humanis incubuit quantum concionatori ecclesiastico necessarium ea aetas habebat; at divinis impense vacavit. Nullo lectoris aut magistri titulo honestatus, animarum saluti procurandae, ac sacris concionibus in primis habendis totum se addixit; quod munus Romae, Perusii, Eugubii, Fulginii, Senis, Florentiae ac Pisis, magna cum celebritate nominis et animarum utilitate, per annos septenos et vicenos exercuit. Omni virtutum genere eundem excelluisse, qui annis septenis et denis cum eo vixit, Salernitanus affirmat; idemque eius nomen contra quorundam obtrectationes strenue tuetur et vindicat. Mortem anno 1348 obiisse, quae ad eius expositionem evangeliorum scripta sunt, et in editionibus quoque apparent, aperte indicant. De Salernitano id unum a Gandulphio [*de ducent. script. August.*, p. 324] didici, Cassiensis opus in evangelia ex illius doctrina eundem pene efformasse, ac etiam italice reddidisse.

11. *Peccata cordis, oris, operis et omissionis, secundum fratrem Simonem de Cassia.* Inc.: « Cogitatio, delectatio, consensus, » et intellectus negligens . . . », f. 97-99.

Duo haec opuscula, ut nec sequens, eidem fortasse auctori

tribuendum, inter scripta Cassiensis haud numerari solent a scriptoribus, quos superius adduxi.

12. *Quidam pulcher tractatus atque devotus, in quo explanantur valde bene divina praecepta.* Inc.: « Audi, Israel, praece» pta vitae, et ea in corde quasi in libro scribe . . . », f. 99-101.

Codex, satis emendatae lectionis, sub fine inscribitur: *Iste liber pertinet ad domum sancti Petri de Pontiniano prope Senas, ordinis Cartusiani, ad usum vero nunc est fratris Stephani de Senis ac monachi dictae domus.*

Cod. 30 membr., saec. XV, a. 203, l. 144 [L. III, CVIII]. O.

Fr. Simonis de Cassia *epistolae.*

Praeter epistolas Cassiensis in codice superiore descriptas, earumque nonnullas emendationes, est sermo, cuius initium: « Ambulabat Iesus in Galilea, non enim ec. Non est bene insti» tuti . . . », f. 2; epistola ad amicum ignotum: « Serpit occul» ta tabes et perniciosa doctrina . . . », f. 2-3; aliaque vulgari eloquio conscripta ad societatem quandam hominum religiosorum de vita spirituali; prima verba sunt: « O voi che siete chiamati » angeli, guardatevi . . . », f. 6-8.

Codex bene et belle exscriptus habet folia 80.

Cod. 31 chart., saec. XIV, a. 286, l. 213 [L. III, XII].

Armandi de Buseria, *via salutis.* Incip.: « Legitur quod, » ubi maius periculum imminet, ibi cautius est agendum ».

Constat ex allatis in *Gallia christiana* [I, p. 879; VI, p. 604] auctorem, alio licet atque alio nomine appellatum, anno 1329, cum esset abbas sancti Salvatoris leutevensis in provincia narbonensi, electum fuisse definitorem capituli generalis monachorum ordinis s. Benedicti; anno deinde 1341 factum fuisse abbatem coenobii avenionensis s. Andreae; anno demum 1352 vita excessisse. De libris tamen ab eo scriptis nullam ulibi mentionem fieri novi. In ipsa attamen operis huius praefatione aliud praeterea se scripsisse prodit, inquit enim: « Et ideo ego Armandus » de Buseria, abbas sancti Salvatoris de Lodova, licet inter alios

» minimus et indignus in *decretis* licentiatus, considerans impe-
» ritiam multorum sacerdotum, ad instructionem illorum prae-
» sens opusculum, quod *via salutis* nuncupatur, compilavi . . . .
» et ista extraxi de quodam alio meo opere, quod *speculum ani-*
» *mae* nuncupatur, sed quia magnum opus est, et multi paupe-
» res sacerdotes non possent ipsum opus habere, ideo istud so-
» lum, quod specialiter tangit sacerdotes de praedicto *speculo a-*
» *nimae* iam extraxi ». Opus universum in decem partes tributum, complectitur explicationem missae ac tractationes de horis canonicis et sacramentis.

Codex foliorum 87 habet in margine rerum pertractatarum titulos.

Cod. 32 chart., saec. XV, a. 288, l. 210 [L. III, CXVII]. Mg.

1. *Liber revelationum coelestium sanctae Brigidae* [*Birgittae* seu *Brigittae*] libri octo p. 1-543.

Opus in varios versum sermones, pluries editum est, diligentius a Consalvo Durante, Romae, anno 1628, duobus voluminibus in f.° In libro primo, pag. 72-74, leguntur *orationes variis temporibus recitandae,* divae Birgittae abiudicandae. Ad calcem quarti libri, pag. 272 legitur: « Quartus beatae Brigidae divini-
» tus revelatus, per Io. Noen de Alemannia exaratus . . . . Anno
» Dom. M.CCC septuagesimo tertio obiit Romae haec Brigida
» beata, quae M.CCC quadragesimo sexto caepit haec praesentia
» arcana videre, sanctorum adscripta catalogo, nonagesimo pri-
» mo ». Paginis 273-295 exstat *sermo angelicus de excellentia beatae Brigidae, ex praecepto Dei, et ipsa ex eodem praecepto devote conscripsit,* cuius principium: « Cum beata Brigida principissa Ne-
» ritiae de regno Sveciae, per plures annos habitaret in Roma in
» domo cardinalatus, quae est originalis ecclesiae sancti Lauren-
» tii in Damasi . . . ». Libro sexto desunt postrema capitula duodecim quae in *revelationibus* editis leguntur. Est liber octavus in editis qui respondet *libro coelestis imperatoris ad reges,* p. 411-543, sub cuius fine legitur: *Scriptus et completus sub anno Domini millesimo quadringentesimo decimo quinto, die decimasexta mensis maii per me Lodovicum,* eadem manu ac superius Ioannis

Noen de Alemannia. Pag. 544 legitur revelatio separata, cui titulus: *Hanc revelationem habuit a Deo domina B. in regno Cypri, in civitate Famagustae, quando ipsa ibat in Ierusalem, in qua Christus praecepit ei quod traderet omnes libros coelestium revelationum Alphonso eremitae, olim episcopo, ad hoc quod ipse scribat eos, elucidet et divulget.*

2. *Constitutiones sive regula monasterii compilatae per beatam Brigidam de Svecia de Alemannia*, p. 547-561. Capitulum primum *de humilitate et castitate,* est ordine secundum illius regulae quae *nova* dicitur. His constitutionibus quas sancta pro suis monialibus edidit, et simul viris ad ipsarum regimen constitutis, desunt capitula edita 28-31. Regula inserta est epistolae ineditae [Romae, in transtyberim 1379, m. decembri] cardinalis Eleazarii, qua hic confirmat ipsam regulam, ex auctoritate sibi collata ab Urbano VI, bulla pag. 547 legenda. Eadem pagina habetur epistola, pariter inedita, cardinalis fratris Thomae de Frignano ann. 1380.

3. *Officium beatae Brigidae de regno Sveciae, quod composuit archiepiscopus upsalensis in Svecia, et celebratur die vigesima tertia mensis iulii.* Inc : « In primis vesperis antiphona. Brigidae » matris inclitae festa iocunda suscipe, gaudens mater ecclesia... » p. 562-577. Hymnus ad vesperas primas: « Hora cum fulget » aurea — Lux absque nube rutilat . . . » legitur in Mone, *Lateinische hymnen,* III, p. 242. Novem praelongas lectiones excipiunt hymnus ad matutinum: « Dies salutis agitur — Et tem» pus acceptabile », qui desideratur in Mone, et sequentia missae: « *Insistentes cantilenae — Conformantes Phyllomene — Voces et » praecordia* edita in *Sacrificale itinerantium* ». Oppenhaim, 1521, f. 46. Codex postremo concluditur compendio vitae d. Birgittae, quod conferatur cum relatis in *Acta sanctorum,* 23 iulii.

Codex, duplici columna, pravae generatim etsi variae letionis, alteri codici bibliothecae Farnesianae plerumque respondet. Antiquis operculis ligneis corio purpureo obductis bullae plures avulsae sunt.

Cod. 33 chart., 1414-1417, a. 220, l. 144 [L. III, XXVII].

1. Henrici de Hassia, *speculum animae,* f. 1-9. Opus pluries editum, appellatur quoque *colloquium de animae conditionibus* ut et *soliloquium animae* Sub fine: « Scripsit Venetiis Henricus » quondam Henrici Tapiou de Prussia, 1414, die 16 aprilis ». Auctor, eius nominis senior, cognomento de Langenstein, magister theologiae, vicecancellarius parisiensis, canonicus wormaciensis Vindobonam ab Alberto duce Austriae vocatus, a. 1384, theologiam docuit usque ad a. 1397, quo diem obiit supremum.

2. *Tractatus de accessione sacramenti* [eucharistiae], *editus per magistrum Matthaeum de Cracovia,* sive *conflictus rationis et conscientiae de sumendo vel abstinendo corpore Christi,* f. 9-22. In editione memmingensi vero anni 1491 inscribitur: *Tractatus de eo, utrum deceat sacerdotes continuare missas, vel laicos frequenter communicare.* Matthaeus de arce Chrocove in Pomerania, communiter *de Cracovia,* unde polonum plerique faciunt, theologiae doctor in parisiensi et heidelbergensi academia, Ruperti imper. cancellarius, s. ecclesiae cardinalis, episcopus wormaciensis, a. 1405, obiit a. 1410.

3. *Liber de miseria humanae conditionis, editus a Lothario diacono cardinali, qui postea Innocentius tertius papa appellatus est in ecclesia Dei.* Libri tres, f. 23-45. Eundem habes in codice [L. XIV, 273, f. 117 et seqq.] cui tamen libro primo deest initium; ut et codice [Z. L. 74] cui desunt libri secundus et tertius. Opella, etiam *de contemptu mundi* appellata, pluries prodiit. Sub fine legitur: « Completus die sabbati 2 iunii, 1414 », dein oratio dominicalis versibus reddita: « O pater alme tuum nomen sit » sanctificatus . . . »

4. Francisci de Zabarellis, *de corpore Christi* tractatus inc.: « Quaeritur in eo quod in eucharistia Christus est praesens, sed » sub alia forma, quare hoc fuerat institutum... », f. 45-46. Opusculum quod auctor in libro *de felicitate* [Patavii, 1655, p. 80-82] se scripsisse testatur, ac inter eius scripta minime referri solet. puto ineditum.

5. *Epistolae Senecae ad Paulum apostolum, et e contra.* Prima inc.: « Credo tibi Paule innotuisse quod heri de te cum Lu-» cilio nostro de apocriphis et aliis rebus sermonem habuimus... », f. 47-49. Sunt quatuordecim, quarum extrema finit: « Vale Se-» neca carissime nobis. Amen ». Supposititiae omnino.

6. *Luctatio corporis et animae.* Rhythmus stropharum octoginta octo, quarum prima haec.

« Noctis sub silentio, tempore brumali,
» Deditus quodammodo sompno spiritali
» Corpus carens video spiritu vitali,
» De qua vero visio fit sub forma tali ».

f. 49-55. Idem fortasse est qui sub nomine *Roberti grossi capitis* episcopi lincolniensis exstat in codice lipsiensi, iuxta Fellerum in *catal. mss. biblioth. lipsiensis*, p. 158.

7. Bernardus, *de modo vivendi.* Versus leonini sic incipiunt:

« Haec tibi vivendi sit formula proficiendi.
» Qui cupis ardenter Domino servire libenter,
» Saepe recorderis bone frater, quod morieris ».

8. *Libellus de triplici via, qui dicitur triviarium.* Incip.: « Cum omnis scientia gerat trinitatis insignia, et praecepue illa » quae docentur in sacra scriptura . . . . . », f. 58-65. Sub fine: *Explicit liber de triplici via, qui trinarium* [sic] *vocatur.* 1417, 3 *iunii.*

9. *Decem praecepta Domini quae quilibet fidelis christianus servare tenetur.* Inc.: « Non habebis Deos alienos . . . . » Ista tria praecepta sunt primae tabulae pertinentia ad divini-» tatem . . . f. 65-67.

10. *Tractatus contra Iudaeos, qualiter redarguunt Christianos de cultura Trinitatis.* Inc.: « Advertendum est quod a Iudaeis » redarguimur de Dei cultura sub tribus personis . . . », f. 67.

11. —— *magistri Ægidii de Senis de corpore Christi.* Inc.: « Praeterea redarguimur ab eisdem de sacramento corporis » et sanguinis mediatoris Dei et hominum . . . », f. 68-70. Sub fine legitur: « Et sic est finis huius tractatus de corpore Christi » per magistrum Ægidium de Senis, grammaticae professorem » Paduae contra Iudaeos, scriptus Venetiis per me Henricum Ta-» piou de Prussia. 14 iunii, 1417. Amen ». Unde constat inte-

grum opusculum ex hoc et superiori libello conflatum. Qui sit Ægidius Senensis prorsus ignoro.

12. Quaedam *de vita Christi,* f. 71.

13. *Carmen de contemptu mundi,* sancto Bernardo perperam adscriptum. Inc.: « Cur mundus militat sub vana gloria — Cu- » ius prosperitas est transitoria, f. 71.

14. *Excommunicatio Graecorum lata per summum pontificem papam Nicolaum,* 1103, *VIII kal. apr., in concilio lateranensi, pontificatus sui anno secundo.* Incip.: « Vergentis in senium sae- » culi corruptelam . . . », f. 71. Error est in nomine pontificis et anni, dum epistolam hanc Innocentius papa tertius anno 1199, pontificatus sui secundo, dedit clero, consulibus et populo viterbiensi adversus haereticorum receptatores, fautores et complices, quam integram leges in *Annal. ecclesiast.* a Bzovio, XIII, p. 34. Eandem, corrupta prorsus lectione, habes num. 104 codicis nostri [L. XIV, 265-266].

Cod. 34 chart., 1417-1423, a. 296, l. 217 [L. III, XXI]. Ma.

Guillelmi Arverni tractatus tres, nempe:

a. *de fide et legibus, de virtutibus et vitiis,* f. 30-123, cum tabula alphabetica rerum diligentius exarata, f. 1-29. Tractatus iam editus, ut et proxime sequens « scriptus est per me Gofri- » dum de Varendorpe, clericum osnaburgensem, apud balnea Pe- » trioli millesimo quadragesimo vigesimo tertio, die decimatertia » mensis octobris ».

b. *de rethorica divina,* f. 124-187, scriptus *Senis,* 1423, *die* 21 *decembris, pontificis domini nostri Martini quinti anno septimo.*

c. *de daemonibus,* f. 188-238. Idem est a Trithemio relatus inter opera Guillelmi, eodem initio quo in codice est, videlicet: « Postquam auxilio Dei eo usque deduxi tractatum de parte no- » biliori universi, ut iam compleverim sermonem, iuxta dicta » ipsius, de sanctis ac beatissimis substantiis abstractis sive se- » paratis . . . . . ». Tractatum ineditum sic auctor in sex tribuit partes: « Primum de dispositionibus daemonum adventitiis inve- » stigare tentabo . . . secundo prosequar dictaturas eorum et or-

» dines, dominationes et potestates; tertio vexationes et arreptio-
» nes, quas operantur in hominibus; quarto divinationes quae per
» eos fieri videntur; quinto ludificationes, quas vocant opera ma-
» gica et nigromantica, similiter et apparitiones, quibus appa-
» rent hominibus sub diversis formis et speciebus; sexto loquar
» de incubis et concubis eorum cum mulieribus aut e contrario,
» nec non de generationibus quae incubis imponuntur, et de fi-
» liis qui nati dicuntur ex eis ». Hinc ad Guillelmi sententiam cognoscendam de daemonibus, lemuribus, strigibus, lamiis, ceterisque huiusmodi, multo plura ex hoc libro suppetunt argumenta, quam ex opere eius *de universo,* ex quo testimonia non pauca cl. vir Hieronymus Tartarottus sumpsit ad congressum lamiarum nocturnum evertendum in opere ea de re edito. Ac revera Guillelmus daemoniacorum operationes in hoc tractatu ceu deliramenta, non quidem semper, passim tamen reiicit. Idem scriptor: « Senis, 1423, indictione decimatertia, die 27 novembris ».

Guillelmus Bufeti, aureliacensis arvernus, Philippi Francorum regis medicus, ann. 1304-1320 episcopus parisiensis, scripsit *dialogos de septem ecclesiae sacramentis,* iam editos.

Cod. 35 chart.-membr., saec. XV, a. 184, l. 133 [L. III, CLIII].

1. *Compendium quadrigae spiritualis,* a fratre Nicolao de Auximo conscriptae. Incip.: « Ad dandam introductionem bre-
» vem necessariorum saluti, cuilibet sive ex simplicitate, sive ex
» periculo, sive in curia inexperto et salutem desideranti. . . . », f. 1-17. Habentur tractatiunculae de fide catholica, sacramentis ecclesiae, decem legis praeceptis, septem operibus caritatis corporalibus et spiritualibus, septem peccatis capitalibus, confessione, restitutione proximi, satisfactione Dei. Errat exinde qui in additionibus Fabricio [*Biblioth. med. et inf. latin.* V, p. 105] notat *quadrigam spiritualem* nil esse aliud quam *quadragesimale a Fabricio indicatum.*

2. *Liber de pluribus exemplis.* Exstant quoque miracula cum illis excerpta ex vitis et legendis sanctorum, f. 19-30.

3. Miracula sanctorum apostolorum Andreae, Bartholomaei, Iacobi Zebedaei, f. 30-32.

4. *Quaedam visio valde mirabilis*, f. 32-35.

5. Miracula beatae Mariae Magdalenae, beati Stephani, sancti Laurentii, f. 35-37.

6. *Vita s. Pauli primi eremitae, quam scripsit Hieronymus presbyter*, f. 37-39. Inc.: « Sub Decio et Valeriano persecutori- » bus, quo tempore Cornelius Romae . . . . ». Editam leges cum prooemio, quod in codice desideratur, in *Actis sanctor. Boll.*, 10 ian.; Hieron. operibus a Vallarsio. II, col. 3-13. Exstat quoque in codd. [L. II, 35, f. 244-247; 39, f. 20-44].

7. *Vita s. Hylarionis, quam scripsit beatus Hieronymus presbyter*. Inc.: « Beatus Hylarion ortus vico Thabatha, qui circiter » quinque milia a Çaza . . . », f. 39-43. Habentur tantum paragraphi 2-11, 44-45 eiusdem vitae editae in *Actis sanctor. Boll.*, 21 oct.; ac in d. Hieron., ibi, col. 13-40. Exstat integra in cod. [L. II, 35, f. 250-261].

8. *Liber qui dicitur Paradisus, de vitis plurimorum sanctorum patrum, quem scripsit sanctus Basilius episcopus*. Incip.: « Beatus Basilius episcopus narrat dicens: Cum primum Alexan- » driam attigi civitatem... », f. 43-53. Non compendium, sed fragmentorum seriem appella ex opere *Paradisus* nuncupato, seu ex *Vitis patrum* Heraclidis monachi alexandrini, Bithiniae episcopi [a. 380], incerto sed veteri interprete, non una tantum vice editis, missis ex integro capitibus quarto, octavo usque undecimum, decimotertio ad finem. Perperam tribuit Basilio amanuensis: textui impresso desunt verba: *Beatus Basilius episcopus narrat dicens*.

9. *De miraculis et transitu b. Mariae virginis*. Tractatus primus capitulis novendecim incip.: « De virtute nominis san- » ctae Mariae et silentio. Monachi quidam post matutinas ad flu- » vium iverant et audiunt remiges . . . », f. 54-58, 62-69; alter vero: « Igitur cum Dominus et salvator Iesus Christus per to- » tius saeculi vitam confixus clavis, crucis penderet in ligno... », f. 58-62. Ex relatis patet auctorem ex ordine fratrum Praedicatorum.

Codex corruptae lectionis nota insignis.

Cod. 36 chart., 1510, a. 227, l. 152 [L. III, XI].

De arte bene moriendi. Opus Dominici cardinalis de Capranica. Differt ab allato pag. 28, quod in praesenti, loco duorum capitulorum itale additorum, fini addantur orationes multo plures et admonitiones virginibus sancti Petri martyris de Regio, pro quibus liber exscriptus, ut legitur folio 47 : *Questo libreto he sta scripto per man de dun Raphaelo de Candia, et finito nel* 1510, *adi* 21 *de aprile, per le sorelle di sancto Petro martire da rezo, le quale, prego, pregano Dio per me.*

Codex foliorum 48 innumeris scatet erroribus. Huic similis [L. III, 66], pro usu ordinis Cartusiensis, habet multo plura.

Cod. 37 membr., saec. XVI, a. 177, l. 122 [L. III, CLXVI]. N.

1. *Opusculum de arte bene moriendi, editum a quodam fratre ordinis Cartusiensis,* f. 1-18. Idem quod codice praecedenti, auctore Dominico cardinali de Capranica, puto inscriptum *editum a quodam fratre ordinis Cartusiensis,* vel quod in usum fratrum Cartusiensium s. Andreae de Littore Venetiarum exscriptus sit liber, vel quod loco Dominici de Capranica recitaretur Dominicus Cartusianus prutenus a. 1460, de quo in additionibus Io. Alberto Fabricio. *Biblioth. med. et inf. aetatis,* II, p. 52.

2. *Letaniae super vita Domini nostri Iesu Christi devotissimae,* f. 18-20. Centum octodecim invocationes constituentes vitam, passionem, mortem et resurrectionem Iesu Christi. Confer cum cod. [L. III, 144], quo historia Christi sex tantum supra quinquaginta invocationibus contexitur (1).

Quae sequuntur proprius ad ordinem Cartusiensem referenda sunt.

3. *Qualiter absolvendus est qui apostataverit, vel aliter in excommunicationem inciderit de iure,* f. 20-21.

4. *Forma absolutionis generalis indulgentiae a poena et culpa ordinata in consistorio apostolico,* f. 21-22.

(1) *Bibl. cas.* I, p. 508

5. *Modus ungendi et sepeliendi fratres* [Cartusianos], f. 23-35.

6. *Forma suscipiendi novitios* [Cartusianos] *ad sanctum ordinem*, f. 35-40.

7. *Excommunicatio quae fit in dominica: Ramos palmarum in vulgari* [de iure possidendi]. Incip.: « Perchè il vicio de la pro- » prietade è a tutti li religiosi detestabile . . . », f. 40-42.

Cod. 38 membr., saec. XV, a. 210, l. 133 [L. XI, LXIV]. Mb.

Timothei Veronensis, *in sacram rusticitatem litteras impugnantem, ad Nicolaum quintum, pontificem maximum* [1447-1453] *libellus*. Libri duo, quibus sub dialogi forma Paulus Maffeius senior factus Celsum et Hilarium iuvenes dubitantes num assidua litterarum studia pietati officiant, hortatur ut tantum errorem evellant ac humanioribus disciplinis animum imbuant. Liber primus incip.: « Saeculo vale dicens, cum hoc Hilario meo tuoque pa- » riter, Paule pater, ut quietius beatiusque mortalem hanc vitam » duceremus . . . ».

Prooemium principio mutilum: « Nonnullos saepe religio- » sos viros . . . » edidit Scipio Maffaeius ex codice hoc in *Verona illustrata* libro tertio, quo loco gesta auctoris *Timothaei Maffaei, nomine Veronensis, canonici regularis* celebrat, nummosque memoriales duos aere sculptos exhibet. Opus et in codice Vaticano 5076, ac in Marcio, qui sequitur, obvium, idem Maffaeius *de studiis monasticis* inscripsit.

Codex, cui manus iniqua abscidit ornamenta picta initio libri primi et secundi habet folia 53 eleganter exscripta. Eorum primum refert epistolam *Guarini Veronensis sancto Dei servo d. . . . . . . sal.*: eam qua ineditam do. « Tuo in libello sicut amae- » nissimo quondam hortulo proxime versatus sum: eius mate- » riam, ordinem, suavitatem, copiam admiratus. Si cum adver- » sariis ratione et eloquentia certabis, iudice me, victor evades, » sin contra ligones et sarcula, vereor ne tu vapulando, ille ver- » berando defessi sitis: adeo ignorantia hostem impugnat veri- » tatem, cui aures occludit. Vale et Deo immortali me inter oran- » dum commenda ». Epistolam excipit alia manu epigramma *ad lectorem*.

« Perlege, nec tituli facies suspecta retardet,
» Sanctior est sancta rusticitate liber ».

Folio operculo adhaerenti legitur: « Iste libellus est cano- » nicorum regularium congregationis Salvatoris lateranensis, de- » putatus usui illorum canonicorum eiusdem congregationis, com- » morantium in monasterio sancti Leonardi de monte Donico in » suburbiis Veronae sito, sed in primis d. Celsi Maphaei veronen- » sis, canonici professi, eiusdem ordinis, quoadusque vixerit » ec. Ex hoc in eiusdem ordinis coenobium Candianae non longe a Bubulenta codex delatus est. Folio vero extremo anonymus verbis latinis, graecis litteris exscriptis, testatur sibi hora decima diei vigesimae martii 1463 sacrum chrisma, suscipiente Francisco de Gabiano, contulisse episcopum nullatenensem [Stephanum Nardini] Mediolani.

Cod. 39 chart., saec. XVI, a. 210, l. 143 [L. III, CLXIX].

Eiusdem, *in sacram rusticitatem litteras impugnantem libellus.*

Codicem, foliis 50 pereleganter exscriptum, exornant picturae pulcherrimae, praesertim folio primo, quo lances auratae sub duabus stellis pariter auratis laurea corona inscriptae marginem inferiorem venuste occupant.

Cod. 40 chart., saec. XV, a. 216, l. 148 [L. III, CLVII]. N.

1. Laurentii Iustiniani, episc. castellani Venetiis, *liber qui lignum vitae intitulatur, in quo plura de virtutibus scripta sunt, quibus fidelis anima Deo placere cupiens exhortetur ac accendatur ad propositum profectumque virtutum,* f. 1-88, quo titulo veniunt tractatus de timore Domini, fide, continentia, prudentia, iustitia, caritate, patientia, obedientia, spe, perseverantia, paupertate, sobrietate, humilitate et oratione, iam pluries editi (1).

2. —— *liber editus a quodam devoto monacho ordinis Cartusiensium,* capitulis sexaginta quatuor, f. 89-112. Incip.:

(1) S. Laur. Iust. *opp.*, I, 1-95.

De interna Christi locutione ad crucem fidelem. Audiam quid loquatur in me Dominus Deus. O beata anima quae Dominum in se loquentem audit.

3. Eiusdem *liber de vita solitaria, ad fratres monasterii s. Mariae sanctique Ieronimi de Montello, ordinis Cartusiani,* f. 113-136. Opellae editae (1) deest epistola dedicationis quam in codice legimus : « Venerabilibus in Christo fratribus dominis A. » priori, ceterisque fratribus monasterii de Montello, ordinis Car- » tusiensis. Servus vester per Christum L. se totum cum omni » humili recommendatione . . . ».

4. —— *sermo in solemnitate sancti Hugonis* episcopi linconiensis, f. 136-137, sub fine mutilus, idem qui editus (2).

Codex, cum titulis rubricatis ac operculis antiquioribus ex ligno, folio 1 inscribitur : *Iste liber est domus Montelli, ordinis Cartusiensis.*

Cod. 41 membr., saec. XV, a. 186, l. 134 [L. III, XLI].

Eiusdem *liber de triumphali agone mediatoris Christi,* capitulis viginti octo, iam editus (3).

Codici folior. 106 insunt tituli rubricati et desunt litterae initiales.

Cod. 42 chart., 1460, a. 140, l. 102 [L. II, CXI]. D.

Eiusdem, *de contemptu mundi* liber editus (4).

Codex foliorum 60 characteribus minutissimis exaratus est anno 1460.

Cod. 43 chart., saec. XV, a. 212, l. 148 [L. III, CLXVII]. N.

Meditationes sive contemplationes humanae naturae figuratae Romae in claustro sanctae Mariae Minervae, compositae per re-

(1) Ibi, II, 126-160.
(2) Ibi, II, 103-105.
(3) S. Laur. Iust. *opp.*, I, 335-438.
(4) Ibi. Ven., 1751, II, 161-197.

verendum in Christo patrem et dom. dom. Ioannem de Turrecremata [Torquemada] *sabinensem episcopum, cardinalem sancti Sixti vulgariter nuncupati.* Meditationes seu contemplationes titulo quoque: *Meditationes positae et depictae in ecclesiae ambitu s. Mariae a Minerva Romae,* hic prodiere annis 1467, 1473, 1498.

Auctor hispanus, ord. Praedicatorum, Romae defunctus a. 1468, aetatis annor. 80, interfuit conciliis constantiensi, basileensi, florentino.

Codex temporum iniuria male habitus, foliorum 32, primo inscriptus est: *Francisci Amadi et amicorum.*

Cod. 44 chart., 1469, a. 290, l. 202 [L. III, CLXXVII].

1. *Quaedam ex Ioachim abbatis prophetiis.* Foliis 10-11 pictura linearis exhibet navim varios Europae principes gestantem et Antichristum civitatem inter cornua gerentem. Textus fol. 13-15, se refert ad pontifices Pium secundum, Paulum II, Sixtum IV, Innocentium VIII [1458-1492], quorum imagines rudiori penicillo effinguntur.

2. *Liber de magnis tribulationibus in proximo futuris, compilatus a docto et devoto presbytero et haeremita Theolosphoro de Cusentia* [anno 1486 claro], *provinciae Calabriae, collectus ex vaticiniis novorum prophetarum Dandali et Merlini ec., deinde abbreviatus per ven. fratrem Rusticianum,* f. 15-35. Praeeunt **a.** *Epistola Rusticani* [ordinis Praedicatorum] *suo carissimo Dominico,* cuius principium dat operis rationem: « Novas prophetias » a te mihi nuper oblatas vidi atque revolvi, et quia magnum » erat volumen atque confusum, hortatus es ut brevi decerperem » ordinaremque quae digna viderentur: quem librum quidem » Theolosphorus haeremita collegit ante annos ferme septuaginta » ex vaticiniis novorum prophetarum . . . . . »; **b.** Prophetia b. Birgittae: « O desolata civitas, quae non solum viribus potissi» mum destrueris . . . » quae tamen prophetia anonymum habet auctorem, dum legitur: « Et sic punita est sexta aetas secundum » Brigidae visionem »; **c.** Prophetia fratris Antonii de Hispania ordinis Haeremitarum compilata in 1383: « Nel nome de quello » che tutto fece, e del fiolo crucifixo in croce . . . ».

Textus Theolosphori incip.: « Libellus fratris . . . .
» secundum auctoritatem sanctorum prophetarum et veterum
» chronicarum, de causis, de statu, de cognitione ac fine praesen-
» tis scismatis et tribulationum futurarum, maxime tempore fu-
» turi regis Aquilonis, vocantis se Federicum imperatorem ter-
» tium [1314-1325], usque ad tempora futuri papae vocati an-
» gelici pastoris, et Caroli regis Franciae futuri imperatoris post
» Federicum supradictum ».

Opus cum sua epistola et prophetiis dd. Birgittae ac Antonii de Hispania edi curavit Rusticanus Venetiis anno 1516.

3. *Tractatus de Antichristo et de fine mundi, completus per magistrum Ioannem Parisiensem.* Incip.: « Karolus filius Karoli,
» ex natione illustrissimi lilii, habens frontem longam, supercilia
» alta . . . », 35-42. Opus Ioannis de Parisiis, ordin. Praedicat., cognomento *surdi,* sive *Qui dort,* anno 1304 vita functi, praelo commissum est Venetiis anno 1516 cum opere praeccdenti, fortasse ex nostro codice.

4. Bardellini de Bardellinis, civis mestrensis. *Pronostico sive prophetia data al rev. miss. Victor Trevisano, ab. del monastero de s. Ciprian de Muran.* 19 *zenaro,* 1496. Incip.: « In illo tem-
» pore aquila veniens a septemtrione descendet in Liguriam, qua-
» si nemine sciente . . . », f. 43.

5. *Prophetia s. Malachiae e monacho bencorensi archiepiscopi ardinocensis, Hiberniae primatis, super pontificibus,* a Rainerio Priolo Venetiis, die 11 septembris, a 1666, in codice exscripta, f. 44-46.

6. *Prophetiae variae prosa et ligata oratione,* latine et itale, f. 48-54.

Historiam codicis rudioribus picturis ornati, ut et monasterii s. Cypriani de Muriano, quo codex olim asservatus, plurimum interesse arbitror quae fol. 42 notata leguntur: « Millesimo 477
» domnus Andreas monachus Sancti Cypriani excessit de hac vi-
» ta, homo quidem reputationis honestae, natus annos octuaginta
» vel circa, sepultusque fuit hic in monasterio praedicto, qui ante
» annos octo defunctionis suae hunc libellum scripsit manu pro-
» pria, ex exemplari habito a sancto Georgio maiori Venetiis,
» quem etiam libellum miniavit propria manu presbyter Lazarus

» Papiensis, bonae famae sacerdos; propter quae bona cognomi-
» na praedictorum patrum, ego d. Victor Trivisanus, abbas prae-
» dicti monasterii testem perhibeo, per praesentes annotationes,
» ipsum d. Andream fuisse virum integri sensus et prudentiae
» singularis, ac memoriae approbandae, natum prosapia Garzo-
» num, civium venetorum laudabilium. Quem etiam constat pri-
» mum fuisse fratrem ordinis Minorum venerabilem, demum cum
» dispensatione factum monachum egregium sancti Benedicti,
» ut praemittitur, cum honore; Lazaro presbytero miniatore ad-
» huc in humanis agente. Haec annotatio novissime facta fuit
» manu fratris Philippi Mediolanensis in die sanctae Scolasticae
» 1495, in sancto Cipriano ».

Cod. 45 membr., 1477, a. 204, l. 147 [L. III, CIX]. O.

Liber flosculorum vitae spiritualis, et primo de imitatione Christi et contemptu omnium vanitatum mundi. Titulum integrum exscripsi ut constet quibus variis nominibus aureus hic libellus Thomae a Kempis, iuxta probatiorem opinionem, tributus, sit appellatus.

In fine adscribitur: *Explicit liber flosculorum vitae spiritualis, scriptus anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo, pro domino Guillermo Pele, scriptore apostolico.*

Foliis vacuis extremis 108-110 insunt quaedam sine nexu, gallice et hollandice, ut et nomen eius qui codicem possederat: *Robertus Sollayge de Saceyo in Normandia.*

Cod. 46 chart., saec. XVI, a. 275, l. 212 [L. III, CXCV]. D.

Apocalypsis nova, sensum habens apertum; et ea quae in antiqua apocalypsi erant intus hic ponuntur foris, hoc est quae erant abscondita sunt manifesta. Inc.: « Ego Amadeus fui raptus ex spelunca mea, ubi orabam in monticulum quendam... » Auctor Amadeus lusitanus, ordinis Minorum s. Francisci, qui et Ioannes Mencsius de Sylva, defunctus anno 1482, fingit sibi in coelum rapto quaecumque scitu et in posterum visu digna sunt revelari: libro in octo *raptus* et decem *sermones* distributo, sub

fine octavi *raptus* de futuro regnorum fato prophetizat, sic de veneto disserens: « Antea quoque Veneti quam tempora felicia » adveniant, confederabuntur, timebunt, suspicabuntur, non sine » dolo amicos habebunt, sed prudenter se gerent et pro futura » liberatione servabuntur, acquirent et amittent, tandem deside- » rata et diu cogitata obtinebunt ». Tractationem ceu inconsultam et *falsiloquiis infectam* exprobarunt viri emunctae naris (1).

Librarius *Nicolaus Beganus modicus presbyter veronensis* in operis [*quod ter hactenus conscripsit*] laudes effusus, addidit *arte sua* repertorium, nonis augusti, 1527, f. 201-206.

Sub fine codicis folior. 210 exstat memoria, quod die 19 martii, 1535, Io. Matthaeus episc. veronensis altare maius maioris ecclesiae veronensis consecraverit.

Cod. 47 chart., saec. XVI, a. 140, l. 100 [L. III, CLXII]. N.

Lucae Bettinii, *oraculum renovationis ecclesiae,* iuxta doctrinam Florentiae praedicatam a f. Hieronymo Savonarola, ordinis Praedicatorum, a fr. Io. Francisco Benivenio eiusd. ordinis, latine redditum. Libri quinque in collationes, hae in partes, distributi. Praeit *tabula librorum et collationum ac partium,* f. 1-8; nec non *tabula secunda* [rerum] *in oraculum renovationis ecclesiae edita a fratre Sancte de Sancto Cassiano,* f. 9-20, sub cuius fine epigramma legitur fratris Ioannis Francisci Benivenii *de Hieronymo* [Savonarola] *ferrariense.*

« Tanta fuit probitas, cor, virtus, gratia, nomen,
» Ut credam cunctos aequiparasse deos.
» Nam multae ingenii dotes et candor in illo.
» Inclytus hic vates, martyr et egregius.
» Hanc tellus quaerit, quaerit Neptunus et aether.
» Certat Vulcanus, sic quoque praeda fuit.
» Non sic praeda fuit, nam fulgida Iupiter illum
» Maximus, omnipotens iam super astra locat ».

Dedicatio interpretis auctori incip.: « Pervenit superioribus

(1) Bartoloccius, *bibl. rabbinicae,* I, 241, 345 — Antonius, *biblioth. veter. Hispaniae,* II, 208 — Cornel. a lapide, *ad Apocalypsim,* I.

» annis ad manus meas, amatissime Luca, dialogus quidam tuus » vernacula conditus lingua . . . ».

Lucae Bettinii, etrusci, ordinis Praedicatorum, Hieronymi Savonarolae alumni opus, eo vivente, prodiit titulo: *Oracolo della renovatione della chiesa, secondo la dottrina del r. p. f. Girolamo Savonarola da Ferrara, dell' ordine de' Predicatori, per lui predicata in Firenze.* Venetia, Bernardino de' Bendoni, 1543, p. 326, 8.°, serius Basileae, cum aliis eius operibus.

Codex foliorum 297, manu interpretis passim emendatus.

Codd. 48-49 chart., saecc. XV-XVI, a. 215, l. 160 [L. III, CXCII-CXCIII]. D.

Tractatus varii ad moralem christianam strictiorem praecipue spectantes. Volumina duo. Primo habentur:

a. Epistolae una supra triginta spirituales anonimi, itale, ad monialem quandam, de pace; odio; misericordia; clementia; correptione divina; existentia, immutabilitate, aeternitate Dei; veritate divina; patientia; perseverantia; humilitate; virginitate et castitate servanda; continentia; obedientia; perseverantia iterum; fortuna prospera; animae cura habenda; perfecta vita, brevi et misera; paupertate; Dei cognitione et visu; iniuria tolleranda; vita contemplativa et activa; praedestinatione; primo fidei articulo; potentia et filiatione Dei. Prima incipit: « Quanto » sia la virtute, serafica in Cristo dilecta, et quanto necessaria in » la religione a tutte voi demoranti, lo apostolo in tutte le sue » epistole . . . », f. 1-62. Epistolas, quas anecdotas puto, purioris sermonis elegantia commendat.

b. Octaviani Magii, *de animi tranquillitate, ad Matthaeum Pizzamanum.* Incip.: « Rerum humanarum cognitio, Pizzamane » clariss., quam michi ex communibus rerum eventis, variisque » temporum casibus . . . . », f. 64-86. Auctor a secretis senatus veneti [ann. 1559-1572], editis operibus clarus, dissertationem hanc anno aetatis suae vigesimo octavo conscripsit.

c. Sententiae ac vitae normae ex scriptoribus historicis et politicis, itale, nullo ordine erutae, f. 95-107.

Volumine altero exstat *liber de Guast et Blanquerna, qui*

liber factus est intentione honorandi, laudandi et serviendi Domino Deo nostro. Prologus incip.: « Ad similitudinem quinque » vulnerum quae Dominus noster Iesus Christus passus fuit in » sancta cruce ut redimeret suum populum a diaboli servitute, » volumus hunc librum dividere in quinque libros . . . », f. 1-75. Auctor, sub narrationis monasticae, verosimilius hispanicae forma, dat normas vivendi in statu quintuplici, *matrimonii, religionis, praelationis, sedis apostolicae gubernationis, vitae eremiticae.*

CLASSIS VIII.

IUS CANONICUM

Cod. 1 chart., 1453, a. 290, l. 200 [L. II, CXV].

Ioann. de Turrecremata, ***summa de ecclesia,*** in quatuor libros distributa, nempe **a.** de ecclesia universali, f. 1-110; **b.** de ecclesia romana et pontificis eius primatu, f. 110-269; **c.** de universalibus conciliis, f. 269-354; **d.** de schismaticis atque haereticis, f. 355-413, pluries vel ex integro, vel per partes edita.

Codex folior. 416, cum prima littera initiali auropicta et insigniis alicuius familiae, fuit ***finitus in urbe anno Domini millesimo quadragentesimo quinquagesimo tertio, in mense octobri,*** ut legitur fol. 413.

Cod. 2 chart., saec. XV, a. 288, l. 207 [L. III, XL]. Ma.

1. Eiusdem, ***flores sententiarum d. Thomae Aquinatis de auctoritate summi pontificis,*** f. 2-14. Auctor, voluntati Iuliani Caesarini cardinalis indulgens, anno 1437 ***ex beatissimi doctoris Thomae libris sententiarum flores tanquam in unum manipulum florum collegit,*** ut in dedicationis epistola eidem Iuliano ac concilio basileensi obtulit. Post veteres editiones, anno 1715 Neapoli, ementito Florentiae loco, libellus recusus.

2. ***Concilium constantinopolitanum octavum oecumenicum,*** annis 869-870 celebratum, Anastasio Bibliothecario interprete, f. 15-94. Si cum edito conferas, desunt quaedam: actio altera, subscriptiones episcoporum, aliaque.

3. ***Responsiones datae per d. l.*** (Ludovicum) ***de Roma super cedula cardinalis sancti Angeli ad iustificandum citationem con-***

cilii, f. 98-106. Incip.: « Praesens citatio qua per sacrum basi-
» leense concilium . . . . » Ad annum 1433 se referunt.

4. *Responsio data in concilio basileensi per d. L.* (Ludovicum) *de Roma ambaxiatoribus electorum sacri imperii, anno Domini* 1438, *indictione prima, die* 8 *ianuarii,* f. 106-112. Inc.: « Ve-
» nerabiles patres . . . Oratio vestra in medio nostri sacri coetus
» proposita . . . »

5. *Sermo primus compositus per r. p. d. L. de urbe ad ill. principem d. ducem Sabaudiae, demum in effectu etiam ad inclitas universitates coloniensem et lovaniensem, in quo primo ostendit quod non potest solus papa generalia concilia dissolvere, quanquam ad eum, non stante congregato concilio, pertineat generalium conciliorum convocatio; secundo demonstrat quod quamvis apud papam remaneant Graeci, tamen propter hoc non debeat vacillare firmitas basileensis concilii; tercio hortatur eundem ad praestandam eidem plenam adhaesionem,* f. 112. Inc.: « Illustris-
» sime . . . Sancta universalis ecclesia, auctore Domino, per san-
» ctam basil. synodum . . . »

6. *Sermo secundus compositus et recitatus ut supra, in quo ostendit quod non peccat sancta synodus in refutando pacem quam sibi offert dominus Eugenius papa, eius pacis qualitate considerata,* f. 119-123. Inc.: « In nomine . . . Cognovit, religiosissime prin-
» ceps, sancta generalis basileensis synodus . . . »

7. *Tertio propositio eiusdem r. p. coram eisdem, ubi profundissime demonstrat auctoritatem conciliorum generalium supra papam,* f. 123-132. Inc.: « Dixerit forte quisquam: romani pon-
» tificis auctoritas superior est . . . »

Ludovico Pontano spoletino, qui Romanus appellari consuevit, et in concilio basileensi magnopere doctrina claruit, scripta haec adiudicanda esse satis constat. Horum quaedam exstant et in bibliotheca Caesarea vindobonensi, Mansio id affirmante in additamentis ad *Bibliothecam Fabricii latinam mediae et infimae aetatis,* IV, p. 290. In bibliotheca quoque Vaticana nonnulla esse, ex Montfauconio innotescit, *Biblioth. bibliothecar.,* I, p. 115-118.

8. B. Anselmi archiep. cantuariensis, *de conceptu virginali,* f. 134-143. Editus tractatus in eius operibus [Venet., 1744, I, p. 143-161].

9. Quaedam operi *de conceptu virginali* illustrando, ab anonymo, f. 145-149.

Codicem dono dedit anno 1455 monasterio s. Ioannis in Viridario Baptista de Lignamine, episcopus concordiensis.

Cod. 3 chart., saec. XVI, a. 370, l. 252 [L. IV, CXIV]. D.

Reginaldi Poli s. r. e. cardinalis, *pro ecclesiasticae unitatis defensione* libri quatuor. Incip.: « Quid ad te hoc tempore scri» bam, aud quid omnino non scribam . . . »

Opus, sine ullo titulo, sic inscribitur in perrara editione prima, Romae a Blado data, ut et in posterioribus: hinc certe erravit qui recentius folio primo notavit: « Cardinalis Poli, de aucto» ritate romani pontificis adversus anglicanam ecclesiam ». Etsi idem ab amanuensi transcriptum frequenter auctor sua manu in codice emendaverit et retractaverit, tamen editiones libris quatuor distributae, curas eius secundas magis quoad stylum quam res produnt.

Folia quaedam, sub fine, ad aliud operis exemplum, manu eadem exscriptum pertinent; continent autem fragmentum ab auctore, uti liquet ex codicis integri ad loca quaedam lituris, refutatum quod obiurgationes acerbiores exhiberet. Ea autem folia esse suspicor de quibus idem Polus Eduardo VI Angliae regi (1) « . . . . cum horum librorum schedas recense» rem, non eas quidem ut collectas mitterem, sed ut supprime» rem, reperi quasdam mihi deesse, eas ipsas quae regis famam » inprimis laedere videbantur; quas si separatim rex, praesertim » ab alio missas, legisset, facile suspicari potuisset, me clam pa» rare quod, ubi commodum videretur, palam ad eius infamiam » ac dedecus divulgarem. Eas cum diligenter ac diu perquisitas » non invenissem, non sine causa mihi venit in mentem, vereri » ab aliquo surreptas, qui hac re gratiam a rege inire vellet. E» quidem mihi tum necessitatem impositam intellexi, nisi regi » nulla mea culpa suspectus esse vellem, eunque infensum ha» bere, integrum volumen, ex quo omne meum consilium in scri-

(1) Reginaldi Poli. *collectio epistolar.*, IV, p. 334.

» bendo, sincerumque animum perspicere posset, ad eum primo » quoque tempore mittendi; ut mea sedulitate, eius qui schedas » surripuisset malitiam praevenirem ». Opus, anno 1535 exeunte, Venetiis exaratum, auctor per partes cardinali Caspari Contareno, qui ferret indicium, transmiserat (1).

Codex foliis 187 belle exscriptus.

Cod. 4 chart., saec. XV, a. 264, l. 208 [L. III, LXXVII].

1. *Tractatus gazensis* inc.: « Primo sequuntur auctoritates » sacrae scripturae, quae allegantur pro ecclesia et conciliis ge- » neralibus . . . », f. 1-18.

Plura de quaestione num Papa concilio subsit, vel hoc pontifici, sententiis allatis ex scripturis, patribus, pontificibus, quibus statutum: ecclesiasticam potestatem pontifici prorsus inesse; posse vero huius ecclesiasticae potestatis usum a concilio universali legitime congregato suspendi, quoties in ecclesiae detrimentum vertat.

2. *Defensorium status ecclesiae contra aemulos ecclesiae, editus a rever. dom. Rodorico, episcopo calagurino, utriusque iuris doctore et domini papae referendario ac Castri sancti Angeli de urbe castellano.* Tractatus decem, f. 19-133, cum tabula *ordinata die* 12 *augusti* 1486, *anno tertio beati papae Innocentii octavi,* f. 134-137.

Rodericus Sancii de Arevalo, natus a. 1404 in dioecesi segobiensi, episcopus sucessive ovetensis, zamorensis, calaguritanus, palentinus, m. a. 1470, dicat opus anno 1467, Paulo papae secundo, adnotans: « in isto opusculo arma reperies defensionis » ad omnia iacula detractionis et offensionis, quae quovis modo » contra ecclesiam et eius praelatos et ministros ab eius hostibus » et aemulis obiici et opponi possunt ».

3. *Quaestiones d. Petri Ioannis, de romano pontifice.* Incip.: « Primo quaeritur an romano pontifici, in fide et moribus, sit ab

(1) *Diatribe in epist. Reginaldi Poli,* ab Angelo Maria Quirini praefixa *collect. epist.*, I, p. 308.

» omnibus catholicis tanquam inerranti obediendum ; et videtur » quod non . . . . . », f. 138-151. Petrus Ioannis, dioecesis biranensis, ordin. Minor., cuius corpus, ob haeresim, post eius mortem effossum exustumque est, vixit a. 1199.

4. Ioannis de Casanova, *tractatus de potestate papae et concilii generalis* incip. : « Quamvis, ut ait beatus Hieronymus, » grandes materias ingenia parva non sufferant.... », f. 155-178. Auctor aragonius, ordinis Praedic., cardinalis s. Sixti, episcopus elvensis scripsit anno 1430, tempore concilii basileensis, opus quo papae potestatem supra concilium evincit.

5. —— tractatus ; *quod concilium generale non habet iudicare papam de quocumque defectu, etiam de haeresi notatum.* Inc. : « In quodam tractatu, quem nuper edidi et ei de potestate » papae . . . . ». Sub fine : « Quae omnia subici volo correctioni » et determinationi sanctissimi domini nostri papae Eugenii » quarti, et sanctioni sanctae romanae ecclesiae.... », f. 178-186.

6. Dominici de Dominicis, *tractatus sive conclusio ad sanctiss. papam dom. Sixtum quartum, liberalium artium et sacrae theologiae magistrum : si papa creare tentet aliquos in cardinales contra voluntatem maioris partis collegii cardinalium, ipsis non acceptantibus illos, immo reclamantibus : an illi erant cardinales et pro cardinalibus habendi.* 1471. Inc. : « Gratia collationis et » inquisitionis veritatis pono infrascriptam conclusionem . . . », f. 187-201. Auctor venetus, episcopus torcellanus et brixiensis, defunctus a. 1478, stat pro sententia : *Quod illi non erant veri cardinales, nec pro cardinalibus habendi.*

7. Alphonsi de Soto, *qui et qualis debeat esse cardinalis qui adveniente tempore vocationis possit congrue eligi in papam.* Inc. : « Quoniam iure cautum reperio, rever. pater, electionem summi » pontificis debere fieri ex cardinalibus . . . », f. 205-223. Praeit folio 204 decretum concilii constantiensis de numero cardinalium minuendo et de eorum qualitatibus. Auctor archidiaconus civitatensis et thesaurarius salamantinus, utriusque iuris interpres, cuius opus *in regulas cancelleriae apostolicae* laudat. Nic Antonius in *Biblioth. hispana vetus*, II, p. 228, dicat Georgio cardinali Costa tractatum, diversum a tractatu cardinalium, *quem Petro Gundisalvi de Mendoza, cardinali hispano direxi.* Utrumque, sub

fine saeculi decimiquinti compositum, certe ineditum, ignorat Nic. Antonius.

Codicem, non una manu exscriptum, possederat Nicolaus Gallerius.

Cod. 5 membr., saec. XIV, a. 314, l. 215 [L. IV, LXXIII]. Ma.

Augustini de Ancona, *summa de potestate ecclesiastica*. Tractatus, etiam nomine *de potestate papae et a quo est principaliter*, ab auctore Ioanni papae XXII inscriptus epistola : « Quam- » vis Dei filius humani generis naturam assumens infirma mun- » di elegerit . . . . . . », incip. : « Quia da potestate ecclesiastica » tractare sermonem assumpsimus . . . . ». Quaestiones centumduodecim, articulis quadringentis septuaginta sex distributae. Earum prima usque trigesimam quartam absolutam constituit primam operis partem ; trigesimaquinta usque septuagesimamquintam partem alteram, *qua considerandum est de ipsa potestate ecclesiastica per comparationem ad actum ad quem ordinatur ;* reliquae tertiam, qua *potestas papae comparatur ad statum quem per talem potentiam homo consequitur*.

Operis pluries publici iuris facti habeo oculis subiectas editiones Romae a. 1479, Venet., a. 1487, utramque cum epistola praeeunte Pauli Lulmei bergomensis, fratris eremitarum s. Augustini, prioris monasterii s. Mariae de populo in urbe, Ambrosio de Cora romano, eius ordinis priori generali, quam idcirco memoro quod reliqua auctoris opera enumerentur. Ceterum Augustinus Triumphus anconitanus, ordinis fratrum eremitarum s. Augustini, concilio lugdunensi anno 1274 interfuit ; post legationes varias ac officia Carolo et Roberto Siciliae regibus praestita, obiit archiepiscopus nazarenus Neapoli a. 1328, aetatis 85.

Codicem foliorum 346, duplici columna, titulos et litteras initiales coloribus rubro et caeruleo praeferentem, Bartholomaeus de Lignamine episcopus concordiensis dono dedit monasterio s. Ioannis de Viridario Paduae, anno 1455.

Cod. 6 chart., saec., XV. a. 422, l. 280 [Z. L. CXCV]. B.

Eiusdem idem opus, sine prologo epistolari Pauli Lulmei. Tertia operis pars venit nomine: *de status perfectione,* qua auctor tractationem *de paupertate Christi et apostolorum,* illo aevo vividius agitatam excutiit.

Codicis folior. 259, duplici columna, litteris initialibus rubris et caeruleis alterna vice, exornant initium picturae et insignia familiae venetae Zen.

Cod. 7 chart.-membr., saec. XV, a. 297, l. 214 [L. IV, LXX]. Mk.

1. Eiusdem idem opus, ut codicibus praecedentibus, f. 1-32. Tractatio in codice anonyma habet tantum quaestiones primam usque decimatertiam, ac principium quartodecimae.

2. Ioannis Antiocheni *opusculum de superioritate inter concilium et papam, sacrosanctae generali synodo basileensi* oblatum 1 ianuarii, 1434. Inc.: « Quia nonnulli os suum aperientes, in » coelum potestatem romani pontificis .... », f. 37-41. Auctor opellae editae concilium generale esse supra papam evincit. Habent quoque codices Z. L. 193, f. 148-164; L. IV, 91, f. 53-69; 92, f. 159-170; III, 96, f. 148-164.

3. *Utrum papa vel eius legati de necessitate iuris divini teneantur admitti ad praesidendum in concilio generali synodo generali basileensi.* Inc.: « Et arguitur quod sic, primo quia papa » est caput totius ecclesiae ... », f. 42-44.

4. Guillelmi Ocham angli ord. Minor., *dialogus inter magistrum et discipulum.* Incip.: « Solutiones praedictarum rationum » per memetipsum satagam ... » quod est principium sexti libri primae partis, qui unicus in codice capitula octo supra sexaginta habet. Libri finem quae post pauca leguntur indicant: « Ideo principaliter in hoc sexto libro, qualiter papa, si efficiatur » haereticus, sit puniendus investigare curabo .... », f. 45-79. Edidit opus integrum in tres partes distributum Goldastus in *Monarchiae s. romani imperii,* Francofurdiae, 1614, II, p. 398-457.

Cod. 8-9 chart., saec. XV, a. 400, l. 275 [Z. L. CLXVIII-CLXIX]. B.

Collectio canonum et epistolarum pontificum romanorum, sub nomine Isidori Mercatoris, ideo pseudo-isidori appellati.

Cum Isidorianae collectionis exemplaria manuscripta inter se maxime differant; quae in nostris, quove ordine denotore maxime interesset. Quod vero spartam hanc sibi exornandam saeculo proxime exacto sumpserint fratres Ballerinii Veronae (1), qui de collectione Isidori Mercatoris fuse disputantes, codices nostros, ut et ceteros Isidorianos, qui praesto erant, diligenter contulerunt; ideo ne catalogi limites praetergredi videamur, lectores ad eos libenter remittimus. Loca repeto praecipua quibus ii illustrantur: « Qui autem codices canones cum epistolis exhibent » non semper conveniunt . . . Codices autem cum epistolis atque » canonibus, e quibus ne unum quidem reperire contigit P. Con- » stantio, nobis hi octo praesto fuere : . . . Venetus bibliothecae » ducalis s. Marci in duos tomos divisus, quorum alter signatur » n. 168, alter 169. Ex his tamen nonnulli mutili, aliquibus epi- » stolis initio, vel in fine carent . . . . Codex autem Vati- » canus 1340 ac duo veneti s. Marci plura documenta addunt » post s. Gregorium, quae cum Pseudo-isidoro attribui non pos- » sint, ad additamenta referenda sunt, de quibus capite sequenti » erit sermo ». Reapse caput septimum, p. 237-240, sic inscribitur: « De additionibus Isidorianae collectionis a Merlino editae » [Parisiis, a 1523], quae continentur in ms. Vatic. 1340 ac in » aliis duobus bibliothecae venetae s. Marci ». Partes duae sic distribuuntur ut « prima pars in Caelestini litteris desinens, ex- » stet in ms. signato num. 168, altera vero quae a Xisti III epi- » stolis incipiens, et progrediens usque ad laudatam synodum re- » mensem, plura et potiora additamenta complectitur, describa- » tur in ms. 169 ». Quod vero alterum volumen propius spectat id est ab iisdem Ballleriniis notatum: « Locupletiora sunt addita- » menta Isidoro subiecta in ms. Vaticano 1340, quae separato

(1) *S. Leonis Magni opera*. Venetiis, 1753-1757, III, p. 225-240.

» volumine descripta invenimus in cod. veneto s. Marci 169. Haec » additamenta, quae pro collectione XII haberi queunt, perve- » niunt usque ad concilium remense an. 1148, unde collectoris » aetatem coniicere licet, et fortassis etiam nationem : alia enim » gallicana monumenta his additamentis comprehensa praesertim » in Leone collectorem gallum produnt » (1).

Codex uterque, ille folior. 324, hic 282, duabus columnis, ad normam non una manu conscriptus, caret litteris initialibus maioribus ac minoribus.

Cod. 10 chart., saec. XV, a. 405, l. 282 [L. IV, XLVII]. Ma.

Eadem collectio pseudo-isidoriana, cuius distributionem ideo exhibeo quod a codicibus praecedentibus differat aliquantisper.

I. Catalogus pontificum romanorum, a sancto Petro ad Agapitum, f. 1.

II. Isidori praefatio inc.: « ISIDORVS MERCATOR . . . », f. 1-2.

III. Aurelii carthaginensis episcopi et Damasi papae *epistolae duae mutuae,* suppostitiae, f. 2.

IV. *Ordo de concilio celebrando,* ex toletano IV, f. 3.

V. Index collectionis, designans conciliorum canones, qui tamen absunt, f. 4. Titulum praefert: « Incipit breviarium cano- » num apostolorum et primorum a santo Clemente usque ad san- » ctum Silvestrum apostolicorum, atque diversorum conciliorum, » sequens ordinem suum; quorum etiam gesta in hoc opere con- » dita commemorantur, subiectis capitulis suis ».

VI. Canones apostolorum, praemissa epistola s. Hieronymi ad Damasum, quae inc.: « Gloriam sanctitatis tuae », f. 4-6.

VII. *Epistolae pontificum romanorum,* a s. Clemente I ad Melchiadem, supposititiae, f. 6-73.

VIII. —— *et decreta eorundem,* a Silvestro ad Gregorium I, f. 73-239. Haec omnia eadem sunt quae codici Vaticano 630 inesse tradunt Ballerinii loco superius citato, a quibus de hoc quoque codice, olim s. Ioannis in Viridario Patavii, mentio

1) Loco citato, I, p. 527.

facta est in tractatu de antiquis collectionibus canonum (1), ac ex eo editum prooemium epistolae s. Gregorii Magni ad Augustinum episcopum. Porro eiusdem quoque epistolae et fragmenta accedunt, quae in codice Vaticano 1344 esse Ballerinii affirmant (2).

IX. Martini papae I *synodica contra Theodorum et Cyrum*, f. 239-242. Canones viginti sunt concilii lateranensis a. 649, sub Martino celebrati.

X. Gregorii papae II *constituta sub anathemate interdicta*, f. 242-244.

XI. Hadriani papae I *capitula Engilramo Mediomatricae urbis episcopo missa*, f. 244-245.

XII. S. Isidori hispalensis *epistolae duae ad Leudefredum et Massonum episcopos*, f. 245.

XIII. S. Cyrilli alexandrini *epistola synodica in concilio ephesino scripta ad Nestorium*, f. 245-248. Versio Marii Mercatoris.

XIV. Sanctiones nonnullae concilii calcedonensis sparsim collectae, f. 248-256.

XV. S. Cyrilli alexandrini *epistola ad Nestorium*, f. 256-257.

XVI. —— *epistola ad Ioannem Antiochenum*, f. 257-258.

XVII. Canones concilii constantinopolitani II, oecumenici quinti, f, 258-260.

XVIII. Excerpta ex actis concilii constantinopolitani III, oecumenici sexti, f. 260-261.

In fine carmina haec sunt, de veteri codice una cum opere toto facile sumpta, f. 261.

« Pontificem romanorum decreta vel acta
» Ordine disposito tenet hic inserta libellus.
» Hunc abbas Odilo describi corde benigno
» Iussit, et hoc propere devota manus famulantis
» Complevit monachi Bertramni nomine dicti,
» Pontificesque sacros reverendas fundere voces

(1) Append. cap. VIII, n. VII.
(2) Ibi, cap. VIII, § 6.

» Orantur pro se Domino, quo cedat eisdem
» Gaudia celsa poli, transacto tempore secli ».

Foliis extremis 263-266 opuscula duo accedunt, alia manu exarata, ipso tamen saeculo XV, quorum priore concilio constantiensi facultatem inesse pontificem summum eligendi demonstratur, et auctoritas conciliorum supra pontificiam generatim defenditur; eiusque initium: « Vacante sede per mortem Petri »: posteriore autem responsiones ac argumenta in priore allata continentur; eiusque initium: « Nota ex isto textu patrum dare po» testatem clavium . . . ». Utriusque titulus: *Impugnatio cathedrae sedis romanae ecclesiae in concilio constantiensi eiusdemque defensio.*

Codicem bina columna cum rubricis dono dedit b. Ioanni in Viridario Patavii sacerdos Petrus Montagnana, a. 1478.

Cod. II chart., saec. XV, a. 390, l. 292 [L. IV, XLVIII]. Ma.

Eadem pseudo-isidoriana collectio.

I. Catalogus pontificum romanorum, a sancto Petro ad Benedictum VIII, f. 1-4, idem omnino quem Io. Georgius Eccardus edidit in *corpore historico medii aevi.*

II. Isidori prooemium: « Isidorus peccator servus Christi.... », f. 4-6.

III. Aurelii et Damasi papae *epistolae,* ac *ordo de celebrando concilio,* f. 6-7, ut codice praecedenti.

IV. Pontificum romanorum *epistolae,* f. 7-80 item.

V. Opusculum *de primitiva ecclesia et synodo nicaena,* f. 80-82.

VI. Siricii et aliorum pontificum romanorum *epistolae,* usque ad Gregorium I, f. 83-124.

VII. *Canones apostolorum* itidemque *conciliorum,* a nicaeno ad hispalensia duo, f. 124-147, in quibus graeca ex versione Dionisii Exigui plerumque sunt.

Exceptis itaque epistolis nonnullis pontificum sinceris, et conciliorum canonibus, fere omnia codex habet, quae isidorianae collectioni inesse oportere demonstrant Ballerinii fratres, viri eruditissimi, in *tractatus de antiquis collectionibus canonum,* parte

III, cap. VI, § 5; quo in tractatu de hoc etiam codice, olim bibliothecae s. Ioannis in Viridario, mentionem facere, et alia ab Isidoro aliena in eo recepta fuisse affirmarunt.

VIII. Concilium moguntinum, a. 813, f. 247-250.

IX. —— wormatiense, a. 868, f. 250-254.

X. Hormisdae papae *epistola* [de lapsis] *per universas provincias* inc.: « Ecce manifestissime constat . . . », f. 254-255.

XI. S. Gregorii papae I *epistola ad Secundum* [de lapsis] inc.: « Nam tua sanctitas . . . », f. 255. Est epistola quinquagesima secunda libri noni, multis omissis.

XII. S. Isidori hispalensis episcopi *epistola ad Massonum de concilii ancyritani sententia quoad lapsos,* f. 255-256.

XIII. *Editio secunda concilii nicaeni,* f. 256-258. Sub hac inscriptione canones viginti sunt concilii nicaeni primi ex latina versione, quae Dionisii Exigui non est, neque Isidori Mercatoris, neque ea quam Quesnellius edidit in codice canonum ecclesiasticorum, neque itidem ulla ex duabus a Ballerinii fratribus evulgatis in tertio volumine operum s. Leonis (1); bene vero plerumque illi respondet quae *prisca* nuncupari solet, ac in *Bibliotheca iuris canonici* Ioannis Voellii et Henrici Iussellii primum prodiit (2), carminibus quibusdam praemissis quae in hoc quoque codice exstant. Accedunt canones duo postremi nicaeni *editionis tertiae,* alter nimirum ex versione a Quesnellio edita, alter ex isidoriana; ac duo canones iidem *editionis quartae,* ex versione isidoriana.

XIV. Synodi nicaenae *epistola ad Silvestrum papam,* et eius rescriptum, f. 258. Utraque suppositiția edita est.

XV. Silvestri papae *canones,* f. 258-260. Ii iam editi pro supposititiis habentur.

XVI. Concilia ancyranum, neocesareense, gangrense, antiochenum, laodicenum, ac constantinopolitanum primum editionis secundae, illius nimirum quae in collectione isidoriana est, f. 260-268.

(1) Pag. 566, 581.
(2) T. I, p. 116.

XVII. Theodosii imperat. *leges quatuor de rebus ecclesiasticis,* in codice theodosiano iam editae, f. 268-269.

XVIII. Concilium constantinopolitanum a. 448, ex versione latina, f. 269-270.

XIX. Faustini presbyteri *fides missa Theodosio imperatori,* f. 270-271. Edita est in codice canonum quesnelliano, cap. 38, et alibi.

XX. Concilii constantinopolitani II anathematismi quatuordecim, ex versione antiqua, f. 271-272.

XXI. Excerpta ex actis concilii constantinopolitani III, ac praesertim ex epistola Leonis papae II ad Constantinum imperat. supposititia, f. 272-273.

XXII. Iustiniani imper. *confessio rectae fidei adversus tria capitula,* iam edita inter *Acta conciliorum,* f. 273-280.

XXIII. Pontiani episcopi *epistola ad Iustinianum imper. de tribus capitulis,* inter *Acta conciliorum* edita f. 280.

XXIV. Concilii ephesini actio sexta, ex versione Marii Mercatoris, f. 280-283, iam edita : haud pauca tamen a librario in subscriptionibus symboli nestoriani praetermissa sunt.

XXV. Nestorii *blasphemiarum* capitula edita, f. 283-284.

XXVI. Concilii ephesini acta quaedam, f. 284-287, quae ex hac ipsa versione sunt in collectione Isidori Mercatoris, apud Merlinum I, 69, et apud alios.

XXVII. Concilii chalcedonensis excerpta quaedam *de damnatione* Dioscori, ex versione iam edita in collectione Labei et Mansii; et canones eiusdem concilii ex duplici versione, isidoriana nimirum et quesnelliana, f. 287-298.

XXVIII. Propriae auctoritates apostolicae sedis, f. 298-299.

In fine voluminis : *Ordo pontificum et originalia decretorum compilata ab Ysidoro.*

Codicem duplici columna, cum titulis et litteris initialibus pictis, dono dedit Baptista de Lignamine episc. concordiensis s. Ioanni in Viridario, a. 1450.

Cod. 12 membr., saec. XIII, a. 243, l. 153 [L. IV, LI]. Mk.

Ivonis carnotensis episcopi *panormia, de multimoda distin-*

ctione scripturarum, sub una castorum eloquiorum facie contentarum. Incipit prologus: « Exceptiones ecclesiasticarum regularum » partim exemplis romanorum pontificum, partim ex gestis con» ciliorum catholicorum . . . » quem excipiunt librorum octo argumenta, ab auctore ipso fusius exposita, in quibus de praeceptis divinis et ecclesiasticis ac de sacramentis actum. Prima pars inc.: « De fide sanctae trinitatis. Credimus unum Deum esse patrem et » filium, et spiritum sanctum... » (1). Quidam compendium *decreti* eiusdem Ivonis, septemdecim partibus digesti, ab Hugone Catalano concinnatum suspicantur, quod a vero abhorret, cum pauciora in *panormia* cum *decreto* conveniant. Opus prodiit Basileae, anno 1499, cum praefatione Sebastiani Brandt, et Lovanii a. 1557.

Praeit fol. 1-4 *privilegium archidiaconi et archipresbyteri a beato Gregorio digestum et constitutum.*

Cum libro octavo cohaerent decreta pontificum et conciliorum quae manu recentiori addita putamus.

Codex foliorum 130 habet rubricas nec caret ornamentis in litteris librorum initialibus. Operculis ligneis antiquis corio purpureo obductis bullae avulsae sunt.

Cod. 13 chart., 1469, a. 404, l. 283 [Z. L.CLXXI]. B.

Collectio canonum avellana.

Praeest index, f. 1-2, sic inscriptus: « Continet hic codex » relegens quae creveris infra ». Textus litteris maioribus habet titulum: « In hoc codice continentur epistolae CCXLIII [sunt » 246: error idem et in codicibus Vaticanis], quae gesta sunt » inter Liberium et Felicem episcopos. Quae vera sunt venerans » lector. Quae in detracionem romani pontificis in defensionem » haereticorum invenies cave ». Textus inc.: « Temporibus Con» stantini imperatoris filii Constantini . . . . ». Fratres Ballerinii ita fuse ac perite collectionem hanc [codice quoque nostro conlato] antehac a pluribus per partes, postmodum in conciliorum editio-

(1) Fabricius, *biblioth. gr.*, XI, p. 81; *bibl. med. et inf. latin.*, IV, p. 205.

nibus publici iuris factam excutierunt (1) ut de ea erudiri cupidos ad eos remittamus.

Codex, duplici columna, litteris initialibus ac titulis rubricatis, foliorum 178, primo habet insignia Bessarionis ac litteram principem deauratam, 177.° vero sic inscribitur: « Iste liber fuit » scriptus in domo et de mandato rev. Bessarionis . . . Expletus » ultima die mensis februarii anno Domini MCCCCLXIX.° pon» tificatus . . . ». Singulare est quod codicis proxime insequentis exemplum factum, haec initio habeat: « 1582, 24 di febraro, » Epistole Pontificum et Imperatorum de diversis rebus, et gesta » inter Liberium et Felicem episcopos. Manus clarissimi domini » Iacobi Contareni ».

Cod. 14 chart., 1582, a. 347, l. 236 [Z. L. CLXXII]. E.

Codicis qui proxime antecedit exemplum, foliorum 214, primo notatum: *Biblioth. seren. reipubl. venetae Iacobi Contareni Senatoris munus,* perfectum die 24 februarii, 1582.

Cod. 15 membr., saec. XIV, a. 240, l. 155 [L. IV, LV]. Ye.

Collectio canonum, ex apostolis, pontificibus romanis, conciliis, sanctis patribus Hieronymo, Augustino; poenitentialibus romano et Theodorici, constitutionibus imperatorum, Anselmo episcopo lucensi tributa. Praeeunt indices **a.** pontificum romanorum a d. Petro ad Bonifacium IV, **b.** librorum tredecim in quos opus universum distributum est.

Collectionem in Italia conditam, sub Gregorio VII lucubratam, momentis historicis Ballerinii fratres, qui codices mss. Vaticanos, Barberinianos, s. Germani a Pratis, non item nostrum excusserunt, evincunt (2). Titulos verò uniuscuiusque libri et capitum numeros, quod in variis codicibus differant, praenotandos censeo.

Lib. I. *De dignitate romanae ecclesiae,* cap. 90.

(1) Loco citato, III, CLVIII-CLXVIII.
(2) Loco cit., p. IV, cap. XIII.

— II. *De libertate appellationis*, c. 80.
— III. — *ordine accusandi, testificandi et iudicandi*, c. 115.
— IV. — *privilegiorum auctoritate*, c. 57.
— V. — *ordinationibus ecclesiarum, et de omni iure ac statu illarum*, c. 90.
— VI. — *electione et ordinatione, ac de omni potestate sive statu episcoporum*, c. 200.
— VII. — *vita et ordinatione clericorum*, c. 199.
— VIII. — *lapsis*, c. 37.
— IX. — *sacramentis*, c. 78.
— X. — *coniugiis*, c. 75.
— XI. — *poenitentia*, c. 164.
— XII. — *excommunicatione et schismaticis cogendis*, c. 75.
— XIII. — *vindicta et persecutione iusta*, c. 27.

Etsi initio collectio haec quae ceteroquin Burcardum vormaciensem sapit, sine auctoris nomine prodierit, ut et exemplar nostrum comprobat, tamen constat Anselmo iure tribuendam.

Codex foliorum XVIII, 295, litteris maioribus semiuncialibus et titulis rubricatis, plura habet additamenta.

Cod. 16 membr., saec. XIII, a. 462, l. 275 [L. IV, CXVII].

Decretum Gratiani partes tres [ministeria, negotia, sacramenta] cum glossis marginalibus eius qui sic in codicibus praelusit : « Quoniam novis supervenientibus causis, novis est re» mediis succurrendum, idcirco ego Bartholomaeus Brixiensis, » confidens de magnificentia creatoris, apparatum decretorum » duxi in melius reformandum, non detrahendo alicui, nec attri» buendo mihi glossas quas non feci, sed supplendo defectum so» lummodo, ubi correctio necessaria videbatur, vel propter sub» tractionem decretalium, vel diminutionem eorundem, vel pro» pter iura que supravenerunt de novo ; interdum et soluciones » interposui que pretermisse fuerant a Iohanne, ad honorem omni» potentis Dei et ecclesie romane et ad utilitatem omnium stu» dentium in iure canonico ».

Annotator, in archigymnasio bononiensi antecessor, anno

circiter 1236, Benincasa studiis in *decretum* (1) praecipue usus, apparatum absolvit, novas a Gratiano *decretales* excutiens. Idem Ioannis Teutonici, de Semeca serius appellati, aeque Bononiae anno 1227 cum Accursio professoris glossas, ubi retinuit, nomine *Ioannes* frequentissime inscripsit (2). Raro in fine glossarum legitur *B* [*Bartholomaeus*]. Glossae aliae marginales et interlineares, characteribus tenuioribus aevi recentioris auctorem non praeseferunt. Index rerum triginta sex partibus pertractatarum praeit foliis 1-10. *Decretum cum glossis Barthol. Brixiensis* edidit prima vice Argentinae *Heinricus Eggesteyn, civis inclite civitatis Argentine,* a. 1471.

Codex foliorum 298, duabus columnis pro textu, totidem pro glossis, non una manu exscriptus est. Litterarum maiorum ligatarum forma ac picturae auratae foliis 11, 270-272, saeculum, dubio procul, decimum tertium revelant. Reliquae initiales litterae coloribus rubro et caeruleo alternatis notantur : rubro rerum tituli. Operculis ligneis antiquioribus, corio signato obductis, desunt bullae octo ex metallo.

Cod. 17 membr., saec. XIV, a. 438 l. 282 [Z. L. CLXXIII]. B.

Gratiani *decretum,* cum Bartholomaei glossis.

Codex foliorum 297, quadruplici columna sic finit: « Expli» cit liber *decreti,* compilatus a Gratiano monacho monasterii » sanctis Felicis de Bononia . . . . . qui Gratianus monachus de » Classa civitate Tussie natus composuit hunc librum *decretorum* » MCLI, secundum quod apparet in cronicis ». Folium primum alia manu inscribitur : *Iste liber decreti fuit emptus pro LX florenis.*

(1) « Ego Bartholomaeus Brixiensis, inter studentes Bononiae minimus, » casus decretorum quondam a Benincasa compositos pro modulo scientiae » meae duxi in melius reformandos ». Sarti et Fattorini. *De claris archigymnasii bononiensis professoribus.* Bonon., 1769, p. 315.

(2) Philipps. *Du droit ecclésiastique dans ses sources.* Paris, 1852, p. 123-126.

Cod. 18 membr., saec. XIV, a. 479, l. 293 [Z. L. CXXIV]. B.

Idem *decretum* cum Bartholomaei glossis, cum titulo, qui deest in primo codice: *Discordantium concordia canonum.* Hic advertimus collectionen hanc quoque appellatam *Decreta: — Liber canonum — Codex decretorum — Liber decretorum — Volumen decretorum.*

Adduntur Laurentii Hispani [*L. — La. — Laurentius*] ac legum doctorum Ioannis Andree [*Io. — Io. an. — Ioannes — Ioannes doctor*] et Bernardi [*Ber. — Bernardus*] glossae quibus caret codex proxime antecedens.

Volumen habet folia 315, quaterna columna pro textu et glossis.

Cod. 19 membr., saec. XIV, a. 447, l. 275 [Z. L. CLXXV]. E.

Idem *decretum* cum Bartholomaei glossis, titulo: *Discordantium concordia canonum.*

Glossis perraro: *Bartholomaeus doctor decretorum* notatis accedunt frequentiores: *Iohannes doctor decretorum — Iohannes doctor decretorum minimus — Iohannes dominus.* Folium extremum 298 finit: « Explicit apparatus decretorum editus a io- » hanne theotonico ».

Ceterum codicem quaterna item columna distributum faciunt pretiosiorem auropictae tabulae octo supra triginta, materiam in opere disputatam illustrantes; ut et centenae litterae initiales cum humanis et avium capitulis diligenter expressis.

Cod. 20 membr., saec. XIV, a. 230, l. 164 [L. IV, XIII]. Ma.

1. *Breviarium decreti Gratiani,* sic folio primo inscriptum: « Liber *decretorum* distinctus est in tres partes, quarum prima » vocatur distinctiones, secunda cause, tercia de consecratione, » prima pars vocatur distinctiones eo quod distincta est per parti- » culas centum et unam, queque particula vocatur distinctio ». Capitulorum tabulam, f. 1-6, excipit breviarium, quod incipit:

« Sicut dicit Augustinus libro secundo *de civitate Dei*, c. XXI... », f. 6-27. Hanc sinopsim, ***breviarium quoque decretorum*** appellatam, Ioanni de Deo canonum professori Bononiae, canonico ulyssiponensi, merito tribuit Sartius (1).

2. ***Incipit ordo agendorum et dicendorum a sacerdote in missa privata et feriali iuxta consuetudinem sacrosancte ecclesie romane***, f. 28-30.

Initio voluminis ligneis operculis obducti legitur: ***Librum hunc largitus est canon. regul. in hac canonica, d. Baptista de Lignamine episc. concord.***, folio autem extremo: « Hic liber . . . » constat libr. quatuor parvulorum ».

Cod. 21 membr., saec. XIV, a. 243, l. 168 [L. IV, LVII]. Mc.

Margarita decreti a fratre Martino domini pape penitenciario et capellano compilata per alphabetum.

Opus, et ***tabula Martiniana*** appellatum habet, auctorem Martinum Strepum, oppaviensem e Silesia, ***Polonum*** dictum, ordinis Praedicatorum, poenitentiarium maiorem pontificum Clementis IV usque Nicolaum III, anno 1277. Tabula autem seu index rerum alphabeticus *decreti Gratiani* sic incip.: « Inter alia quecumque ad fidelium Christi doctrinam scripta sunt, liber *decretorum* ad ipsorum doctrinam et consolationem, conscriptus » reperitur ». Editus est pluries post primam editionem argentoratensem anni 1486. Sub fine foliis 118-121 legitur columna quadruplici index verborum. Singulare est quod ad finem indicis rerum exstat verbum ***Dordrecht***, verborum vero ***Dorley***.

Codex, duplici columna litteris minutissimis belle exscriptus, habet sub initio: « Ista tabula super decretum est canonicorum regularium congregationis Salvatoris lateranensis, deputata usui illorum canonicorum commorantium in monasterio » s. Leonardi in suburbiis Verone posito. Sed in primis d. Celsi » Maphei Veronensis predicti ordinis canonici, quoad vixerit, » 1455. Quare in ea legentes pro ipsius anima ad dominum preces effundere dignentur ».

(1) *De claris archigymn. bonon. professoribus*, p. 349.

Cod. 22 chart., saec. XIV, a. 330, l. 224 [L. IV, XXV]. Mk.

1. *Incipit summa a magistro Damaso compilata.* Inc.: « Iu- » ris operam daturum prius nosse oportet quid sit ius », f. 1-22. Damasus Bohemus, clarus canonum Bononiae professor, saeculi decimitertii principio dedit *summam* super primam compilationem *decretalium* Bernardi Papiensis.

2. Bernardi Papiensis *breviarium iuris.* Incip.: « Formavit » Dominus hominem ad ymaginem . . . », f. 23-71. Sub fine autem prooemii: « Incipit breviarium magistri Bernardi Papiensis » ec. idest liber sub brevitate acta continens dec. 9.° *iuste iudi-* » *cate* ». Sub fine: « Quidam angnellus eam incepit et ad finem » perduxit ». *Bernardus* ex patria *Papiensis,* gentis nomine *Baldus, Circa* quoque quandoque appellatus, Romae et Bononiae florens, primam *decretalium* collectionem post Gratianum dedit circa annum 1190, cum esset praepositus papiensis ecclesiae, unde collectio seu compilatio dicta est quoque *Praepositi;* is certe laude sua non fraudandus quod canonum distributione in classes seu titulos digesta, universaque collectione in quinque libros divisa, miri ordinis exemplum post se venientibus reliquerit, quod d. Raymundus in *decretalibus,* ceterique imitati sunt. Breviarium minime Bernardum auctorem habere, non tantum Agnelli nomen in fine, sed dicta evincunt; *Bernardus cum distinctione intellexit — Secundum Bernardum Papiensem.*

3. *Summa iuris* anonyma, iuxta tractationis ordinem a Bernardo Papiensi statutum. Incip.: « Queritur an episcopus cano- » nem late sententie possit condere inter subditos suos . . . . », f. 72-89.

4. *Casus decretalium* incip.: « Qui abscondit frumentum » maledicetur in populo; benedictio autem erit super capite ven- » dentium illud », f. 90-105.

Auctor in praefat.: « Baiulus ego ad crebram et multipli- » cem instantiam sociorum, casus *decretalium* veterum in opere » subiecto breviter compilavi, ita tamen ne opus causa brevitatis » obscurum, nec prolixitatis gratia videatur onerosum ».

Cod. 23 membr., saec. XIV, a. 440, l. 262 [Z. L. CLXXVII]. B.

Gregorii papae IX *decretalium* cum expositione, hoc titulo: « Incipiunt compilationes decretalium secundum novam compi- » lationem ». Textus glossis marginalibus *domini Bernardi brixiensis* qui pluries nomen inscripsit ita: *B.* — *b.* — *Ber.* — *Berna.* — *Bernar.* addens: *iuris canonici atque civilis doctor* — *iuris doctor* — *utriusque iuris professor;* nec non *Io.* (1) et *Laur.* [Laurentii] accedunt interlineares, aliaeque in marginibus, aevi sequioris. Marginales incip.: « In huius libri principio quinque » precipue sunt prenotanda, videlicet que sit intentio, que mate- » ria, que utilitas, quis modus agendi et quis libri titulus . . . »

Glossatorum numero praelusurus aliquid de *decretalibus* subiicio. Collectio ex constitutionibus pontificalibus a s. Gregorio primo ad nonum [590-1234], locis scripturae sacrae, canonibus apostolorum, decretis conciliorum, patrum operibus, in quinque libros distributa est, quorum ordinem et res exhibet versiculus:

« Iudex, iudicium, clerus, connubia, crimen ».

Libri divisi sunt in titulos, hi in capita, quae aliquando in paragraphos.

Partem refero bullae Gregorii IX, *doctoribus et scholaribus Parisiis commorantibus,* qua collector operis oeconomiam, uti dicunt, et historiam exponit: « . . . . Diversas constitutiones et de- » cretales epistolas praedecessorum nostrorum in diversa disper- » sas volumina, quarum aliquae propter nimiam similitudinem, » et quaedam propter contrarietatem, nonnulla etiam propter sui » prolixitatem, confusionem inducere videbantur; aliquae vero » vagabantur extra volumina supradicta quae tanquam incertae » frequenter in iudiciis vacillabant, ad communem et maxime » studentium utilitatem, per dilectum filium fratrem Raymun- » dum [de Pennafort, catalanum] capellanum et poenitentiarium » nostrum, in unum volumen, resecatis superfluis, providimus re- » digendas. Adiicientes constitutiones nostras et decretales epi-

(1) Ioannes de Deo, iurisconsultus bononiensis, patria ulyssiponensis. de quo Oudinus, III, p. 178.

» stolas, per quas nonnulla, quae in prioribus erant dubia, decla-
» rantur. Volentes igitur ut hac tantum compilatione universi
» utantur in iudiciis et in scholis, districtius prohibemus, ne quis
» praesumat aliam facere absque auctoritate sedis apostolicae
» speciali ».

Codicem foliorum 234, quadruplici columna, ornant picturae pro tempore elegantiores, in littera initiali cuiusque libri, ad huius argumentum se referentes. Foliis 232-233 passim legitur « Ephitafium [sic] domini Iohannis Andree », quod eo libentius, etsi editum, refero, propter lectionis puritatem :

« Hic iacet Andree notissimus orbe Iohannes
» Primo qui sextam Clementis atque novellas,
» Hieronimi laudes, speculi quoque iura peregit
» Rabi doctorum, dux, censor (1), normaque morum
» Occubuit facto inopino pestis in anno » [1348].

Subtus vero : « 1374. Ser Matiutius ser Marini ». Serius inscriptum : « die XXXI mensis iulii, 1429. Iohannes Bindi notarius »; demum : « 1441, die X aug. hora V noctis ».

Cod. 24 membr., saec. XIV, a. 480, l. 302 [L. IV, CIX].

Decretalium libri quinque, cum textu ac iisdem glossis marginalibus, ut in codice praecedenti, nomine glossatoris *Bernardi,* raro *Bernardi summi doctoris decretalium,* frequentius *B.* — *Ber.*

Codicem folior. 256, picturis elegantioribus ornatum, quem inter insignia cuiusdam cardinalis, amanuensis folio extremo inscripsit :

« Qui scripsit scribat, semper cum Domino vivat.
» Qui scripsit hunc librum semper vivat in paradisum ».

secundo manus serior : « 1471 fo fata la donation a Piero Beneto
» e fradelli . . . . . como apar ordinato da ser Zancto Zupan no-
» daro publico in Padova ».

(1) Fabricius in *biblioth. lat.*, IV, p. 49 habet *Caesar.*

Cod. 25 membr., saec. XIV, a. 373, l. 238 [L. IV, VIII].

Bernardi Parmensis *casus longi super quinque libris decretalium,* sine harum textu.

Bernardus de Botone, frequentius *Parmensis* a natali urbe appellatus, iurisconsultus, canonicus bononiensis, capellanus pontificis, praeter *glossam ordinariam in decretales* dedit *casus,* Parisiis primum a. 1473, alibique editos. Obiit a. 1266.

Foliis 80-82 adduntur *casus aliquorum capitulorum libri sexti.*

Codex cum indice rerum per alphabetum praeeunte, duplici columna, litteris maioribus pictis, sic folio extremo inscriptus: « IHS . XPS. In Dei omnipotentis nomine et gloriosissime genitricis eius Marie, ac preciosissimi Marci evangeliste nostre alme ac nobilissime civitatis protectoris atque signiferi. Tempore sanctissimi ac beatissimi in xp̄o patris et domini domini Eugenii superna providentia pape quarti, et domini Federici, celesti favente clementia, sacratissimi Romanorum imperatoris, nec non serenissimi atque illustrissimi principis domini Francisci Foscari, Dei gratia ducis Venetiarum ec. Ego Petrus Ritio cepi studere in iure canonico, in felicissimo studio paduano, sub spirituali regimine rever. in xp̄o patris et dom. dom. Petri Donato, miseratione divina antistitis patavini, sub temporali vero inclitorum dominorum Magdalini Contareno magnifici potestatis, et Lodovici Storlato magnifici capitanei. Et sub rectoratu spectabilis ac generosi viri domini Iacobi de Tertiis de Brixia, excellentissime iuristarum universitatis rectoris dignissimi. In millesimo quadringentesimo quadragesimo sexto die tertio mense novembris ». Operculis ligneis corio impresso obductis desunt bullae omnes, numero octodecim.

Cod. 26 membr., saec. XIV, a. 450, l. 304 [Z. L. CLXXVI]. B.

Eiusdem *casus in decretales,* ut codice praecedenti.

Foliis extremis 93-94 exstant *casus novarum* [constitutionum] *Innocentii papae IV,* qui idem sunt ac in codice superiori.

Codicis folio primo Bessarion sua manu, praeter nomen graece et latine, quaedam scripsit graece in honorem Raymundi de Pennafort.

Cod. 27 membr., saec. XIV, a. 210, l. 136 [Z. L. CLXXXV].

Gaufridi de Trano ***summa super titulis decretalium.*** Prooemium incip.: « Glossarum diversitas intelligentiam textus non » nunquam obtenebrat . . . . »; summa vero finit: « Si fortasse » legeris quod in apparatu meo meminuerit te vidisse, confidas » quod non omnis qui summam habituri sunt habeant appara» tum. Et ideo malui repeti quam deesse ».

Auctor, *Galfredus* quoque appellatus, Bononiae Azonis auditor, sic de opere, Venetiis a. 1482 edito sub titulo: *Summa perutilis Gofredi super libris Decretalium,* in prooemio: « Ego Gaufridus de Trano domini pape [Gregorii IX] subdiaconus et ca» pellanus, tam frequentibus quam devotis scolarium precibus » extractus, ac officialium romane curie instancia provocatus, ad » communem utilitatem et eorum maxime qui iuris canonici sunt » alumpni, quorum profectum libenter prosequor et amplector » super rubricis decretalium . . . ».

Codex foliorum 307, duplici columna belle exscriptus, cum initialibus litteris titulisque concinne depictis, habet folia 1-3, 301-303 posteriori manu descripta, quae, ut et longiores quarumdam litterarum ductus, gallicam voluminis originem revelant. Exstant autem **a.** formulae inquisitionis ab episcopis instituendae de iure patronatus, nempe de vita et moribus patroni, de vacatione ecclesiae, de feudis laicalibus, de excommunicatione ac eius absolutione; **b.** de beneficiis ecclesiasticis et privilegiis archiepiscopatus rothomagensis; **c.** copia instrumenti quo anno 1264 Beatrix de Sarquex eligitur abbatissa monasterii sanctae Trinitatis, *vacantis ex morte* bone memorie Iuliane de Sancto Serenico; **d.** inscriptio: « Hec summa verissima est, et fuit empta » parisiis septem ducatis cum dimidio »; **e.** nomen *Achala de Repaud.*

Cod. 28 membr., saec. XIV, a. 280, l. 193 [L. IV, XXXVII].

Eiusdem *summa super titulis decretalium*. Eadem ac codice praecedenti, cum postillis marginalibus sequiori tempore additis.

Codex, duplici columna, titulis et litteris maioribus minio obductis, foliorum 111, habet extremis inscriptos modos dividendi *decretum*, ac inveniendae indictionis, ut et praescriptionum medicarum syllabum.

Cod. 29 membr., saec. XV, a. 410, l. 260 [L. IV, XLI]. Ma.

Innocentii papae IV *apparatus in libros V decretalium*. Inc.: « Legitur in Ezechiele: venter tuus comedet et viscera tua com- » plebuntur . . . . » Auctorem, Sinibaldum Fliscum ianuensem, Bononiae iuris auditorem, serius pontificem, Diplovataccius (1) ubi *stellam lucidissimam, patrem iuris* appellavit, sic de opere: « Qui apparatus est tantae auctoritatis quod in romana curia, ad » quam de totius mundi partibus negotia veniunt, sicut causa- » rum experientia declarat, vix occurrit quaestio, quae per ipsum » congrue decidi non possit ».

Codex foliorum 270, duplici columna, litteris maioribus rubro et caeruleo colore pictis, cum rerum indice folio secundo, scatet erratis.

Quod vero maxime in codice advertendum est minime praetereo, foliis primo et duobus extremis notas saeculo terciodecimo, ut et ex scripturae forma et ex anno 1296 citato coniicio, exscriptas. Fol. 1 et 270 insunt notae memoriales vectigalium a pluribus Patavii solvendis, pari modo inscriptae sic: « Solidos viginti de- » nariorium parvorum a Zuliano quondam Zuliani pro bonis libris » in quo positus herat per Eccellinum a Flumine » — « Solidos » viginti denariorum parvorum a Pazo de Limana pro bonis li-

(1) *Vita Innocentii IV* praeposita *apparatui* edito Francofurti et Venetiis, a. 1570.

» bris in quo positus herat per Danielem notarium de ....
» syndicum sanctis Iohannis in Viridario » — « Solidos decem
» denariorum parvorum a Gerardo Fusario quondam Iohannis
» Fusarii pro bonis libris in quo positus herat pro dacio sibi im-
» posito tempore quarte partis domini Matthei de Cetigio pote-
» state Padue » — « Solidos quinquaginta ducatorum venetorum
» parvorum a Savarixo domini Raineri pro bonis libris in quo
» positus herat in tribus locis per Senblantem notarium a sancto
» Nicholao in uno loco, et per Wilielmum Banchot in alio loco,
» et per Malonum notarium in tertio loco ». Recito nomina inscripta virorum Alberti de Herbipoli, Manzini Linarella, Nicolai de Stepadis, Guglielmi de Castrobarco, Rainaldi et Stephani quondam Antonii de Montesilice, avochati Albertini, ac notariorum Willelmi, Gerardi de Lixario, Luchesini de Staphileo, Richardi quondam Henrici a Sanctacruce. Historiae patavinae particulam fol. 269 ornant *capita rerum consignatarum domino Bartholomaeo de Fanoio novo canipario communis Padue per dominum Iacobum,* quorum quaedam exempli gratia refero: « In primis unam cru-
» cem de panno indauratam a charocio — unum canonum in-
» dauratum — unum confalonem de cendato virupho de quinde-
» cim peciis integris et unum sachum ad tenendum dictum con-
» falonem — sexdecim anellos magnos de ferro qui sunt ad con-
» falonem caroci quando ponitur ad anthenam caroci — duos
» duplerios de cera qui ponderant libris octo — duas chaigas de
» ferro a manganis qui sunt in colonia — unam campanam a
» charocio cum batiuello — quatuor montes de soga magna que
» ponderant libris mille nonaginta una — omnes claves canipe —
» novem ballotas malas — unum axium a charocio — tres di-
» schos de nogaria et unam asulam de nogaria — unam capsu-
» lam de albeto que est in sala canipe — tres chartellas de piço
» que sunt in opera — duas asulas de peço parvas que sunt in
» sala canipe sub pedibus — quinque veretas de argento — sex
» balottas de recalcho — unam clavem ad portam s. Iohannis —
» duos batillos ferratos — duas cupertellas de pelle mallas et pe-
» ximas — unum maltellum de peço — tres sachos ad tenendum
» libros — triginta duo millia pillotarum a strope et novem cen-
» tum — mille et quadraginta pillotas a torno — mille pillotas

» a posatella — quatuor milia quingentas pillotas a duobus pedi-
» bus — septem soge que venerunt de colonia — duodecim cla-
» ves que venerunt de colonia — tres seraturas que venerunt de
» colonia cum catenacis ».

Cod. 30 membr., 1289, a. 423, l. 274 [L. IV, XCIX].

Ostiensis *summa de titulis decretalium compilata, additis in aliquibus locis quibusdam aliis rubricellis, que vocatur summa copiosa siue caritatis.*

Est *summa aurea* in quinque libros *decretalium*, Henrici Bartholomaei de Segusio, iuris canonici Parisiis antecessoris, archiepiscopi ebredunensis [unde operi nomen quoque *summa archiepiscopi*], et ab anno 1250 cardinalis ostiensis. Auctor in prooemio : « Opus aggredior in quo renovando (1) et prosequendo, » diversorum doctorum summas, flores glossularum, quaestiones » et distinctiones utiles, opiniones maiorum difficiles, et quid ve- » rius videatur apposui summatim, tangendo omnia super singu- » lis titulis, ut melius memorie commendentur ». Secundo libro absoluto legitur : *Expicit secundus liber copiose,* unde liquet et hoc nomine tantum eam summam notam. Sub fine hi versus, quorum duo primi in codice proxime insequenti quoque occurrunt:

« Monstrat obscuras iuris dissolvere curas :
» Excitat antiquas hec nova summa tricas.
» Pro *summe* summo sit regi gloria summo,
» Explicit *copiosa*. Deo gratias ».

Differt a *lectura in decretales,* Venetiis et Lugduni edita.

Folio extremo 300 post *quaestionem noviter transmissam de Bononia in curia romana, post compilationem huiusmodi summae,* quae incip. : « Quid si episcopus precipit clerico suo quod vadat » Romam . . . » amanuensis scripsit : « Anno Domini millesimo » ducentesimo octogesimo nono die sabbati post festum beate » Magdalenes » [sic].

(1) Idem in epilogo, sub fine libri quinti : « Opus quasi desperatum et » nimis difficile, quin immo insufficientie mee impossibile, quod in minori » inceperam et deinde incendio amiseram, in maiori constitutus officio renovavi, cursum operis consummavi . . . . »

Manus impia abscidit litteras initiales auropictas cuiusque libri.

Codd. 31-32 membr., saec. XIV, a. 430, l. 272 [L. IV, C-CI]. Md.

Eadem, volumine duplici. Primum continet libros primum et secundum, f. 2-178; alterum f. 232 tres extremos. Huius foliis 179-183 exscriptae sunt alia manu *remissiones magistri Iohannis Teotonici ad totum librum decretorum sub singulis titulis decretalium per ordinem collectis.* Inc.: « Ad inveniendam unam» quanque materiam in decretis in suo loco...... ». Opus alio quoque titulo sub fine notatur: « Expliciunt concordantie in de» cretis super ombibus titulis decretalium a Iohanne Theotonico compilate ». Auctor est *Ioannes lector de Friburgo Brisgoviae,* ordinis Praedicat., saeculo decimotertio ad finem vergente clarus (1). Foliis vero 183-184 occurrit *utilis valde et brevis doctrina ad totius libri decretorum intelligentiam,* seu index analyticus *decretorum.*

Utrumque, cum figuris auropictis litteris initialibus cuiusque libri insertis, *libero munere tradidit monasterio s. Barthol. apud Vicentinum in burgo Pusterle iuris utriusque doctor Bartholomaeus de Valmarana,* a. 1485. Folio vero primo libri primi donator scripsit: « Ista summa in duobus voluminibus ego Barth. » de Valmarana iuris.... emi precio ducat. 17 a dom. Bartho» lomaeo Bagaroto, die 26 iulii 1467 ».

Cod. 33 membr., saec. XIV, a. 340, l. 220 [Z. L. CLXXXIII]. B.

Bernardi Compostellani *quaestiones et solutiones in rubricas primam usque septimam libri primi decretalium.* Prooemium inc.: « Hactenus, ut loquar cum Seneca, meam ignorantiam ignoravi... » finit vero fol. 169, initio capituli secundi rubricae *de translatione episcoporum:* « Inter corporalia et spiritualia ».

Auctorem, gente de Montemirato, presbyterum, iuris canonici peritia praestantem, apud Innocentium IV gratiosum, dimi-

(1) V. Quetif et Echard. *Scriptt. ord. Praedic.*, I, p. 523-526.

dio saeculo decimotertio, ***casus super quinque libros Decretalium*** et ***lecturam in librum primum Decretalium,*** opus utrumque editum, exarasse asserit Oudinus (1). Num hoc vel illud idem ac ex nostro codice sit sum nescius, cum editionum defectus collationem neget. Verum sic de operis indole auctor in praefatione: « Ego magister Bernardus Compostellanus et domini pape capel- » lanus, ad laudem Dei ac utilitatem studencium et eorum preci- » pue qui causas versantur, ***de ipsius domini Innocentii speciali » mandato,*** auxilio mediante divino, intendo de apparatu predi- » cto ***questiones utiles et eorum solutiones,*** per eundem dominum » in causarum decisionibus approbatas decerpere, decretales o- » mnes prosequturus per ordinem sigillatim . . . ». Ex tractationis amplitudine liquet quoque opus a ***margarita compostellana,*** compendio ***apparatus,*** differre.

Cod. 34 chart., saec. XV, a. 444, l. 290 [Z. L. CLXXXIV]. B.

Baldi de Ubaldinis ***lectura super primo libro decretalium.*** Prooemium incip.: « Quia iustissime honos debetur Deo propter » gloriam magnam suam . . . . . . »; finit: « Baldus de Ubaldis » de Perusio, iuris civilis et canonici monarcha ». Lecturam super primo, secundo et tertio libro ***decretalium*** Bernardus de Tridino primum edidit Venetiis, a. 1495. Auctor, Bartholi discipulus Bononiae ius professus, pluribus operibus editis et ineditis clarus, *lucerna iuris* quoque appellatus, obiit Ticini a. 1400.

Codex foliorum 256, duplici columna, belle et compendiose exscriptus est.

Cod. 35 chart., 1388, a. 410, l. 290 [L. IV, XLIII]. Ma.

Ioannis Andreae ***novella in primum decretalium librum.*** Auctor iurisconsultus bononiensis, ***fons canonum — tuba — monarcha, — archidoctor*** appellatus, vita functus, a. 1348, commentarium in quinque ***decretalium*** libros exaravit una cum uxore ***Mi-***

(1) *Commentarius de scriptoribus ecclesiasticis, saec. XIII,* III, p. 246.

lantia **et filia *Bettina,* quae ita doctrinae tradendae munere excelluerunt ut quandoque illi operam vicariam in archigymnasii lecturis praestiterint. Reapse incipit prima novella: « Glossarum » compilacio genitricis et genite nomen gerens novella nuncu» patur », quod confirmat editio (1). Opus post annum 1327 publici iuris factum ex eo liquet quod auctor Bertrando da Porto [Poyet, dioeceseos carducensis in Gallia], episcopo ostiensi [el. 1327] « qui in huius tabernaculi regimine penes Christi vicarium » primus estis », nuncupatum sit his verbis: « Ego Io. An. fa» miliaris vester novellam hanc predecessoris vestri (2) ac aliis » antiquis et novis ornatam floribus offero . . . . . ».** ***Novellae in primum decretalium librum editionem diligenter expurgatam,*** **Venetiis, a. 1612 datam, nostris scrimniis asservo.**

Codicem foliorum 190, duplici columna, sic lego folio extremo inscriptum: « Explicit novella primi decretalium domini Io. » An. facta scribi per nobilem virum dominum ludovicum de pa» dua, de cortexis (3), utriusque iuris eximium professorem fi» lium anno 1388, die XXII septembris, hora tertia noctis, Bo» noniae ». Volumen, quod tenuisse Ioannem Tortellium, ante annum 1445 archiep. aretinum, constat ex nota folii primi, ***d. Iohannes de Aretio XXI decembris sexta indict.,*** **donavit Ioannes Marchanova monasterio s. Ioannis in Viridario.**

Cod. 36 chart., 1393, a. 417, l. 294 [L. IV, XLIV]. Ma.

Eiusdem *novella in secundum decretalium librum.*

Folio extremo 204 ita amanuensis: « Explicit nouella d. Io. » Andree super secundo libro decretalium, quem ego Armannus » finiui anno Dom. M.º CCC.º LXXXXIII, die XII mensis iu-

(1) *Novelle Ioan. Andree Bononiensis i. u. luminis ac monarche, super quinque libris decretalium subtilissima commentaria; que a nomine genitricis et genite vulgo nuncupatur: quibuscunque i. pontificii professoribus summe necessaria.* Venetiis, MCCCCCV, die 22 aug., 1523.

(2) Auctor *summam auream* attingit Henrici Barthol. de Segusio cardinalis ostiensis qui Bertrandum munere eodem antecessit.

(3) Facciolatus eum nomine de Curtosiis aemulum asserit Francisci Zabarellae in archigymnasio patavino. *Fasti gymn. pat.*, I. p. XLI.

» lii . . . ». Infra manu aevi sequioris: « Constitit in totum ducat. » 38 vel circha ».

Cod. 37 chart., 1386-1389, a. 298, l. 215 [L. IV, LIII]. Ye.

Stephani de Bonacursiis florentini, ***recoletta super secundo libro decretalium, quas recollegit sub domino Lapo abbate de Castilonchio.*** Fol. 3-10 exstat prooemium principio mutilum « secun- » dum d. Lapum de Castel., secundum quod legebat d. Ste. Io. de » Bon., scriptum per me Antonium Florentiae in festo s. Katarine, » 1386 de mense novembris ». Fol. 11-12, prooemium occurrit alterum « secundum d. Lapum de Cast., extensum postea per d. » Ste. de Flor. et in alia forma recitatum ».

Sub fine textus, fol. 253, legitur: « Expliciunt collecte se- » cundi libri decretalium collecte secundum d. Lapum de Casti- » glionchio de Florentia, cuius exemplum habui a d. Stephano » Ioannis de Bonacursiis, qui illas sub eo compilavit, edidit et » ordinavit, scripte per me Antonium, partim Fer. partim Tar. » et partim Flor., et explevi eas Flor. anno Dom. 1389, die VII » septembris ». Foliis vero 254-256 oblatus « Punctus questio- » nis, per dominum Risturum de Camigianis de Florentia, dispu- » tande est talis, videlicet: Legatus de latere commisit questio- » nem aliter non privilegiatam a iure recognoscendam sine stre- » pitu et figura iuditii. Queritur numquid commissarius cogno- » scere possit, saltim iuris ordine observato ». Sub fine quaestionis amanuensis Antonius idem fere repetit ac f. 253.

Stephani de Bonac., ***tractatus commissariorum***, f. 258-263.

Codicis historiae absolvendae exscribo notas folior. primi et extremi: « Lapus super secundo Decretalium — Iacobus de An- » cona, super tract. de commissariis — M.° CCCC.° XXVIIII. » Memento mei Bernardo Caraviallo de Imola. Quasi pater pre- » ceptorque singularissimus famosissimus ducis canonici yubar » nec non legum . . . . d. Stephanus Iohannis de Bonacursiis de » Florentia, die XXV aprilis de mane, dum sibi reddidi Lapum » ab. suum super sesto (1), largitus fuit mihi has recollectas me

(1) Lappus abbas, *super sextum decretalium*. Romae, in aedibus populi romani, 1589, f.°

» ipsum petendo amore Dei predictas ». Ad fidem doni, lego folio extremo: « Dono et trado domino Bernardo de Ymola, ut » ipsius orationibus, quando viderit expediens, habeat recommen- » datam animam domini Antonii olim familiaris mei, et postea » propter virtutes suas sotii mei. Ego Stefanus de Bonacursiis » docens decretorum doctor ». Bernardinus de Caravaial, a Fabricio *placentinus hispanus* dictus, fuit episcopus ostiensis et cardinalis ann. 1493-1522.

Cod. 38 membr., 1432, a. 442, l. 297 [Z. L. CLXXX].

Ioannis de Imola *lectura super secundo libro decretalium.* Auctor imolensis, de Foro Cornelii, Baldum senem audivit Bononiae, ibique iuris antecessor obiit anno 1435. In universos *decretalium* libros commentaria exarasse testis est editio: *Eximii viri ac iuris tam canonici quam civilis doctoris famosissimi Ioannis de Imola commentaria: seu* [si mavis] *lectura super quinque libris decretalium.* Lugduni, apud Ioann. Pullonem, 1549.

Codicem folior. 393, duplici columna, exornat folio 4 titulus ex floribus auro illitis conspicuus, maxime vero auctoris in schola cum discipulis sedentis icone. Folio 390, textus finem haec excipiunt: « Explicit lectura famosissimi utriusque iuris doctoris » d. Io. de Ymola civis bononiensis super 2.° li. decre. — Et fuit » finitum presens opus in Arce Gualdi dyocesis nucerine, in quasi » crepusculo profesti sancte Lucie virginis venerande amen. » M.° CCCC.° XXXII, mense decembris — ALAMANUS SCRIPSIT » CUIUS NOMEN EGIDIUS HERNRICI DE CUTKKEN AMEN ».

Cod. 39 chart., 1448, a. 403, l. 285 [Z. L. CLXXXI]. B.

1. Nicolai de Sicilia *famosissimi utriusque iurisconsultissimi lectura super quarto libro decretalium,* f. 5-71. Prooemium inc.: « Supra in precedenti libro visum est de gestis et actibus spe- » ctantibus ad clericos . . . . » Nicolaus de Tudeschis ex Sicilia, ius Senis et Bononiae professus, abbas coenobii sanctae Mariae de Maniacio, dein Panormi archiepiscopus, in basileensi concilio qua Alphonsi Aragoniae regis legatus, primum partes Eugenii

papae IV, postmodum Felicis V antipapae, a quo cardinalis creatus, amplexus, obiit a. 1442. Idem notus nomine *abbas siculus* — *abbas modernus* — *panormitanus*. Edita est, non una vice, *Abbatis Panormitani lectura super quinque libris decretalium*.

2. Baldi de Perusio *tractatus de carceratis*, iam editus qui incip.: « Omnia legum praecepta principaliter sunt inventa... », f. 71-72.

3. A principio et in fine exstant *consilia* **a.** Salustii d. Gulielmi de Bongulielmis de Perusio, f. 1-2; **b.** d. Ludovici de Roma, f. 2; **c.** quinque Bartholomaei de Saxoferrato, f. 72-73; **d.** Petri de Albizis de Pisis, f. 73; **e.** Uberti de Bobio, f. 73; **f.** Ludovici Pontani, f. 74-75; **g.** Ioannis de Montesperello de Perusio, f. 75-77.

Codicem fere sine litterarum compendiis, ac ornatum picturis, scripsit Franciscus Reda de Eugubio, a. 1448.

Cod. 40 chart., saec. XV, a. 440, l. 290 [L. IV, XL]. Md.

Iacobi de Zochis *lectura super quarto decretalium libro*. Auctor ferrariensis, primum in patria iuris canonici antecessor, dein Patavii annis certe 1429-1433, ob. a. 1457, vel 1471.

Codici huic folior. 396, duplici columna, habet similem bibliotheca regia monacensis inscriptum « lectura quarti libri de» cretalium famosissimi iuris utriusque doctoris Iacobi de Zoc» chis de Ferraria ». Foliis 345-369 exstat « tabula sive reper» torium super omnibus materiis huius commenti », de quo sic auctor: « Ego Iacobus de Soxis [sic], minimus inter doctores u» triusque iuris, presens operis huius quarti complementum, di» vina favente clementia, ad maximam scholarium instantiam et » requisicionem, licet pauculum temporis subesset, statui unam » brevem salmam atque brevem struere congeriem, per quam » quisque leviter recipiat quod in opere fuerit percunctatus ».

Librum *monasterio sancti Bartholomaei apud Vicentiam libero tradidit munere iuris utriusque doctor Bartholomaeus de Valmarana*.

Codd. 41-42 chart., 1420, a. 430, l. 292 [L. IV, XXXI-XXXII]. Ye.

Francisci de Zabarellis *commentarium super libris quarto et quinto decretalium.*

Volumine primo una manus descripsit librum quartum, f. 1-205, titulo addito auropicto cum imagine auctoris sedentis et librum tenentis in littera initiali, nec non insigniis familiae Contarenae: reliquis vacuis 206-231 aevo sequiori inserta sunt Bartholomaei de Saxoferrato [qui et Bartholus] iurisconsulti perusini opera varia: **a.** *Liber Minoricarum decisionum* in partes quatuor distributus, f. 206-220; de quo sic auctor: « Librum » Minoricarum decisionum volui nuncupari tam ab ipsius principio, quam ab ipsius materia . . . . . . Hoc opusculum divido in » libros quatuor, primus est de hereditatibus que fratribus [ordinis Minorum] relinquuntur; secundus de relictis singularibus » que in suis ultimis voluntatibus homines largiuntur; tercius de » hereditatibus et bonis que ab intestato fratribus deferuntur. » Quemlibet autem librum divido per distinctiones, et distinctiones divido per capitula . . . . . » **b.** *Tractatus de tiranno,* per quaestiones et responsa, f. 220-224. **c.** *De insigniis et armis que quis portat in vexillis et clipeis,* f. 224-227. **d.** *De dignitate continua vel de multis qualitatibus personarum,* opella quoque *de nobilitate mulierum* appellata, f. 227-231.

Volumine altero foliorum 139 exstat commentarium libri quinti, cuius titulus neque ac in primo ornatus habet spatia vacua inserendis littera initiali et tessera gentilitia. Folio extremo amanuensis exemplum die 23 augusti a. 1420 absolutum testatur. Qui a mendis codicem purgare velit, Augiae stabula everrere insumet.

Franciscus Zabarella patavinus, ius canonicum Florentiae, serius Patavii professus, idem episcopus florentinus et cardinalis, a. 1417 vita functus, fusior est in his codicibus quam in editionibus, quod Felinus Sandeus de codice suo iam annotavit (1). In

(1) Mansius ad Fabric. in *bibl. med. et inf. latin.*, VI, p. 330.

fine secundi voluminis accedit eiusdem *libellus de ordine docendi et discendi ius civile et canonicum,* f. 337-339, qui in codice quoque proxime insequenti, f. 385-387; ac manu itidem scriptus exstat in bibliotheca sancti Emmerami ratisbonensis, relatus in indice illius, II, p. 148, n. 885, ac inter Zabarellae scripta referri minime solet,

Operculis ligneis, corio vitulino obductis, extra insignia gentilitia Zabarellae cum aquila dimidia referentibus, cum epigraphe *Cardi Francisci,* avulsae sunt bullae octodecim.

Cod. 43 chart., saec. XV, a. 300, l. 223 [L. IV, XXXVI]. Ye.

Francisci de Zabarellis, *decretalium Gregorii IX glossae,* sine textu, ab initio libri quarti ad capitulum vigesimum septimum incoeptum tituli quadragesimi libri quinti.

Volumen alterum glossarum in decretales puto, litteris enim rubris incip.: « Anno Domini millesimo CCCC . IIII. die XVIII » mensis iunii, inceptus fuit liber quartus de sponsalibus, per e» gregium iuris utriusque doctorem dominum Franciscum de Ça» barelis, quem Deus et nos salvet in sospitate. Rubrica de spon» salibus et matrimoniis. Rubrica amen. Huius libri continuatio » ad precedentes... ». Opus universum primum Venetiis a. 1581, tribus voluminibus in f.° prodiit.

Codicis foliorum 270, liber quartus, f. 1-146, exscriptus est « per me Iacobum Ioannem, millesimo quatuorcentesimo quinto, » die quarto ianuarii, in domo nobilis viri Ioannis Francisci de » Galmarelis » [ex ea gente quae Benedictum sub initio saeculi quintidecimi, chirurgum, medicum, philosophum protulit] « do» mini mei carissimi ». Hanc libri partem seorsim datam evincunt et chartae differentia et postillae marginales frequentiores alteri deficientes, quarum auctorem, ex nota A. N. pluries repetita, Alexandrum Naevum vicetinum, in archigymnasio patavino serius iuris canonici antecessorem, crediderim. Id fieret certius, ubi mihi essent praesto vel eius autographi notitia, vel eius *in quatuor priores libros decretalium commentaria* [Venetiis, 1585, vol. II, f.°].

Cod. 44 chart., 1416, a. 433, l. 288 [L. IV, XXXIII]. Ma.

Eiusdem *commentarius in librum quintum decretalium.*

Codicem hunc fol. 387, cuius exemplum completum die 25 ianuarii, a 1416, pro bibliotheca patavina sancti Ioannis in Viridario emit Patavii Celsus Maphaeus veronensis, illius coenobii prior, *a commissaria d. Iacobi de Zochis, utriusque iuris eximii doctoris.*

Cod. 45 chart., saec. XV, a. 287, l. 215 [L. IV, LXV]. Ma.

Pauli de Doctis *breves et utiles collectiones super rubricis secunda, quinta et vigesimanona ad finem libri primi decretalium,* f. 1-328.

—— *breves et utiles collectiones super quarto decretalium,* f. 330-486. Foliis 417-427 sub fine rubricae *de consanguinitate et affinitate,* additur *arbor consanguinitatis et affinitatis iuxta modum et ordinem d. cardinalis florentini* [Francisci Zabarella] cum arboribus pictis. Folium extremum 486 sic finit: « Expliciunt breves et utiles collectiones super toto quarto libro » decretalium sub egregio ac famoso utriusque iuris interprete » domino Paulo de Doctis collecte, quas complevit 1431, die 27 » iunii » ; infra vero : « De isto clarissimo viro d. Paulo de Do- » ctis facit mentionem Paulus de Castro in libro 2, in 7.ª quae- » stione c. de rescind. venditi ».

Paulus de Doctis, in archigymnasio patavino iuris utriusque antecessor, anno 1422 *scholam regebat sexti et Clementinarum,* a. vero 1430 *translatus ad extraordinarium decreti locum,* a. 1431 *collega et antagonista* Iacobi de Ioannis *ad explicandas extra ordinem decretales;* serius a. scilicet 1438 habuit *collegam et antagonistam Antonium Rosselum.* Haec de eo refero a Facciolato in *Fastis gymn. patav.,* qui virum, loco *de Doctis, Doctum* appellat.

Cod. 46 membr., saec. XIV, a. 175, l. 123 [L. IV, LXII]. Z.

1. *Tabula alphabetica decretalium* inc. : « Prompte volen-

» tibus presens opusculum in decretalibus et super decretales, » secundum apparatum ordinarium, aliquid notare . . . », f. 1-86.

2. *Tabula alphabetica decretorum* fere similiter incipit, f. 87-138.

3. —— *capitulorum* rerum ordine digesta, eadem quae praeit *breviario decreti Gratiani*, a Ioanne de Deo confecto, f. 138-142.

4. *Concordantiae decretorum cum titulis decretalium a magistro Iohanne de Deo compositae in bononiensi civitate*, f. 142-145. Has puto esse easdem quas Sarti ex codice Vaticano 2343, *casus decretalium cum canonibus concordatis* appellat (1).

5. *Tabula super summa Raymundi tam textus quam glossarum, secundum ordinem alphabeti*, f. 146-203. Normis de usu tabulae praemissis, finit liber : « Explicit tabula summe casuum » Raymundi ».

6. —— *casuum eiusdem summe*, duplici columna, f. 203-211. Praeit monitum : « Attende lector ut hos casus per litteras » alphabeti signatos diligenter notes ».

Cod. 47 membr., saec. XIV, a. 396, l. 244 [L. IV, XXXVIII]. Ma.

Constitutiones variae pontificum a Gregorio papa X ad Bonifacium VIII, annis 1274-1296, omnes sexto *decretalium* libro editae, non quidem ordine quo in codice distributae, sed, *extravagantium* modo, *corpori* iuris additae sub titulis propriis.

a. Gregorii X *constitutiones novae editae in concilio lugdunensi* [1. nov. a. 1274] com glossis ordinariis Garsiae Hispani, f. 2-13. Praeit *salutatio* [epistolium] pontificis *magistris bononiensibus*. Auctor glossarum, iuris civilis et canonici antecessor, anno circiter 1285 glossas confecit (2).

b. Bonifacii VIII *constitutio* quae inc. : « Clericis laicos in- » festos [25 febr. 1296] », sine glossis, f. 13.

(1) *De claris archigymn. bonon. profess.*, p. 349

(2) Theiner. *Disquisitiones*, p. 73 et seq.

c. Nicolai III *constitutiones variae* ann. 1278-1280, cum glossis, f. 14-25. Earum prima *de ecclesiarum vacationibus* diei 13 dec. 1278, subscripta est fol. 20: « Explicit apparatus Nicho- » lay. Vinum. vinum. Amen ».

d. Urbani IV —— *novae* Viterbii datae ann. 1261-1264, sine glossis, f. 26.

e. Alexandri IV —— —— ann. 1255-1256, sine glossis, f. 26-31.

f. Clementis IV —— datae Viterbii anno 1266, sine glossis, f. 31-32, sub fine annotatae: « Expliciunt quaestiones » Clementis papae III Vinum.

g. *Constitutiones, de concessione prebende vel ecclesie non vacantis — de rebus ecclesie non alienandis — de censibus, exactionibus et precacionibus,* cum glossis, nulla auctorum et temporis indicatione, f. 32-33. Sub fine: « Expliciunt omnes constitu- » tiones tam in textu quam in apparatu, cum omnibus additio- » nibus que inveniri possunt. Vinum *peciit* et usque *ad summum* » *habuit. Vinum* ».

Codex cum figuris, ornamentis ac litteris initialibus auropictis, habet folio primo bullam originalem, dimidio resectam, Eugenii papae IV, qua mandat episcopo electeno et . . . . ut magistrum Guillermum Petri, sibi litterarum scribendarum experientia apprime notum, iuvent in beneficiis ecclesiasticis adipiscendis et retinendis, etiam si non resideat.

Cod. 48 membr., saec. XIV, a. 390, l. 258 [L. IV, IX]. Ma.

1. Bonifacii VIII *liber sextus decretalium* cum apparatu Ioannis Monachi cardinalis. Textum in quinque libros distributum, et glossas marginales cum notis, f. 1-125, edidit primum a. 1476 Mogunciae Petrus Schoyffer de Gernsheym. Pontifex in bulla universitati bononiensi quae incip.: « Sacros. rom. eccles., » quam imperscrutabilis divinae providentiae altitudo . . . . » sic aperit de necessitate et modo libri edendi sententiam: « Nos ad » apicem summi pontificatus superna dispositione vocati . . . . . » ambiguitatem et incertitudinem . . . . . omnino tollere ac elu- » cidare quae de decretalibus ipsis teneri, quaeve deberent in po-

» sterum refutari . . . . pro utilitate publica desiderabiliter » affectantes; per venerabiles fratres nostros Guilielmum archie- » piscopum ebredunensem et Berengarium episcopum bituricen- » sem, ac dilectum filium magistrum Richardum de Senis, s. r. e. » vicecancellarium, iuris utriusque doctorem, decretales huius- » modi fecimus recenseri » ec. Auctor apparatus, nomine gallico Lemoyne, cardinalis ab a. 1294, legatus ad Philippum IV, ob. Avenione a. 1313.

2. Eiusdem *constitutio fratrum Minorum* incip.: « Exiit qui » seminat seminare semen suum . . . ». Textus cum glossis vix incoeptis et nota Ioannis Monachi: « Hec constitutio sub pena » posita prohibetur glossari et ideo sisto ratem. Io. card. », f. 125-130. Codicibus 50-51 proxime insequentibus exstat tantum principium bullae cum declaratione: « prohibetur glossari, prohibi- » tioni parebo. Iohannes ».

3. —— *regulae iuris,* cum apparatu Ioannis Monachi. Incip.: « Beneficium ecclesiasticum non potest licite, sine insti- » tutione canonica optineri ». Regulae summatim [sub fine codicis mutilae] sunt octoginta, seorsim a libro sexto *decretalium* exhibitae.

Cod. 49 membr., saec. XIV, a. 412, l. 262 [Z. L. CLXXXII]. B.

1. Guidonis de Baysio, *in sextum decretalium,* sine textu, f. 1-103. Adiuncta historica auctoris et operis haec a principio: « Venerabilibus et discretis viris rectoribus universitatis scola- » rium Bononiae degentibus fratribus et amicis karissimis, Gui- » do de Baysio, bononiensis archidiaconus, domini papae capel- » lanus, nunc ipsius litterarum contradictarum auditor [consul- » tor s. officii Bononiae ann. 1297-1298, 1303] . . . . . Vestris » devinctus precibus et amore, nec non superatus instantia sco- » larium predictorum, quamvis multum lapsati fuimus circa vo- » lumen aureum decretorum (1); volumus . . . . circa aliqualem » declarationem eorum quae continet sextus liber, dare operam

1 *Guidonis lectura in decretum, cum tractatu de poenitentia et rosario.* Romae, 1477.

» efficacem . . . ». Liber primus, f. 1-38, finit: « Explicit lectura » super primo libro decretalium sexti libri, domini Bonifatii pa- » pae octavi, facta et composita a domino Guidone de Abaysio, » arcidiacono bononiensi ». Foliis vero 38-39 serior manus subdidit *quaestionem disputatam per dominum Rancrium de Forlivio, legum doctorem in civitate Bononiae,* positam in civitate Senarum, die 12 octobris, a. 1338. Quintus vero: « Explicit appara- » tus sexti libri decretalium papae Bonifatii editus a G. de Bay- » sio ». Opus, et nomine *archidiaconi* notum, editum est Mediolani (1) et Lugduni (2).

2. D. Iohannis Andreae *summa optima super matrimoniis,* seu *commentarium super quarto libro decretalium.* Inc.: « Christi » nomen invocans, ad honorem ipsius et rever. patris et d. mei » *Bononiensis archidiaconi,* qui divinam potentiam imitatus de » me nichil fecit aliquid . . . . ego Iohannes Andree parvus » decretorum doctor summam brevissimam super quarto libro de- » cretalium compilavi, subtilia vel nova non dicens, sed brevius » antiqua scripta commemorans, que omnia ipsi patri approban- » dum vel reprobandum, in totum vel in partem reservo », f. 103-104. Sub fine: « Ego Iohannes Andree doctor decretorum » compilavi hanc summam ».

3. *Tractatus de fama, indiciis et praesumptionibus, conditus a dom. Thoma de Piperata, legum doctore de civitate Bononiae.* Inc.: « Quoniam circa famam, indicium, argumentum, praesum- » ptionem et suspicionem, multas dubitationes in iudiciis oriri » contingat, instantia prudentis viri domini *Guillelmi Ceteralli,* » iurisperiti, civis alexandrini, ego *Thomas de Piperatis* de Bo- » nonia, iuris civilis professor [sub fine saeculi XIII], scripturam » super praedictis in scriptis curavi redigere, ad causas dubita- » tionis in singulorum animas imputandas . . . . . », f. 104-105. Tractatus a pluribus laudatus in *Speculum iuris* [tom. XI, part. I, p. 8] illatus est.

4. *Quaestiones variae* ex Dino, Guidone de Suzaria, Martino de Fano, Oldrado de Laude, Richardo Malumbra, f. 105-106.

(1) *Lectura super sexto decretalium.* 1490.
(2) *Uberrima commentaria in sextum decretalium.* 1547.

Cod. 50 membr., saec. XIV, a. 450. l. 300 [L. IV, X]. Ma.

1. Bonifacii papae VIII *liber sextus decretalium,* cum apparatu Ioannis Andreae, et annotationibus, manu fortasse doctoris *Bartholomaei de Valmarana* vicentini, qui librum dono dedit monasterio s. Bartholomaei apud Vicetiam, in *burgo Pusterle,* f. 3-100. Ioannes Andreae sic gratus de Baysio, quo praeceptore Bononiae doctor canonum renuntiatus, in prooemio: « Si quid » autem ibi fuerit dignum et utile, prius divine potentie adscri- » bo: secundo rever. patri, sub cuius umbra quiesco et doctor » sedeo [licet indignus], domino Guitoni de Baysio archidiacono » Bononiensi, ex cuius dictis et scriptis . . . . scripta collegi . . . » Filiali audacia huius operis scripta sue correctioni subiicio, et » profiteor me tenere quod approbat, et non tenere quod re- » probat ».

2. —— initium *constitutionis fratrum Minorum,* cum declaratione: « Ne crederet aliquis hanc constitucionem esse su- » blatam, ideo hic ponitur ut habeatur preservata, et de ea lo- » quitur prohemium huius libri, nisi ut ibi dixi et quia sic decise » venit sub bulla . . . . prohibetur glossari, prohibitioni pa- » rebo », f. 101.

3. —— *regulae iuris,* cum eiusdem Ioannis glossis, f. 101-108.

4. Dyni *de regulis iuris,* incip.: « Premissis casibus sin- » gularibus et eorum determinatione in precedentibus titulis » singulariter intellecta . . . », f. 110-121.

Dinus seu Dynus de Rossonibus, a patria *de Mugello* dictus, *iuris utriusque monarcha peritissimus,* qui Bononiae docuit, obiit vero a. 1303, sic in prooemio: « Dominus noster summus pon- » tifex, videlicet dom. Bonifacius papa VIII, lux mundi, regula » morum, ecclesie decor, patrie honor et iuris illuminator post » precedentes tractatus posuit titulum de regulis iuris, in quo » sub brevitate verboruum collegit ea que in aliis iuris partibus » per verba plura et varia inseruntur: cuius occasione videnda » sunt quinque communia omnium regularum, que forte per » glossatorem iuris civilis et canonici confuse vel minus plene

» tractata reperiuntur... Primum est qualiter regula definiatur:
» secundum qualiter constituatur: tertium que sit regule p-
» testas: quartum quid sit officium regule: quintum an ex-
» ptiones intelligantur esse de regula...... ». Desunt plu
Prodiit in Gallia anno 1530 « cum additionibus et reperto
» magistri Nicolai Boerii de Montepessulano ... nostri Fran
» rum principis consiliarii ordinarii ».

Haec sparsim folio primo inscripta leguntur: « Nos fr
» Laurentius episcopus agregentinus » — « Vobis egregio vi
» Antonio de Buondelmontibus marchionibus locum tenenti
» provinciae presbyter Salvator Farucius ».

« Dat Galienus opes, dat sanctio Iustiniana — alit. Gregori
» Ex aliis paleas, ex istis collige grana ».

Cod. 51 membr., saec. XIV, a. 452, l. 293 [L. IV, XI]. ...

1. Bonifacii papae VIII *decretalium liber sextus*, cum app-
ratu Ioannis Andreae, f. 1-108.

2. —— *regulae iuris*, cum apparatu eiusdem, f. 108-11...

Codicem quadruplici columna, cum litteris initialibus et ti-
tulis pictis, iam possederat Antonius de Leone.

Cod. 52 membr., saec. XIV, a. 443, l. 280 [Z. L. CLXXVIII]. ...

1. Eiusdem *liber sextus decretalium*, cum apparatu Ioannis
Andreae, f. 1-95.

2. —— *de regulis iuris*, cum apparatu eiusdem, f. 95-164

3. —— initium *constitutionis fratrum Minorum*: « Exii
» qui seminat ».

Cod. 53 chart., 1413, a. 397, l. 280 [L. IV, XLVI].

Ioannis Andreae *commentarium in regulas sexti libri decre-
talium*. Incip.: « Non est novum. Sic incipit glossa super ru-
» brica cuius glo. principio et fini resistens .... »

Operis compagem describit auctor in prooemio, cuius pro-

fero membra ad eius oeconomiam facilius investigandam : « Faciam plura nova. Primum quod per alphabetum ad minus dupliciter ponderatum, regulas persequar, et non eo ordine quo » sunt scripte . . . . . Lectura novelle non in scholis legenda est » sed studenda : illum autem ordinem studio magis hic expedire » putavi, per quem quod queritur facilius invenitur . . . . » Tepidus sum et fui in opere Mercurialium questionum, quas » iam lapsis multorum annorum curriculis inchoavi [unde falso » Pancirolus hoc opus cum Mercurialibus confundit (1)] . . . . . . » Meas questiones non proditas, per me alibi non locatas, hic » inseram, et de proditis aliquas reficere laborabo. Aliorum etiam » qui non sunt plus actu legentes nec habiles ad legendum, hic » multas sub regulis quibus conveniunt collocabo, illas precipue » quas *clementinarum* apparatus allegat . . . . Post singulas litteras alphabeti iuris civilis regulas hic obmissas per eiusdem » litteras inchoantes hic ordinate describam . . . . Sciendum » est quod scripta Dyni (2) decidere non intendo, ea tamen tangam ex illis que in scholis recitare solebam et que canonistis » expedire putabo . . . . . Ultimo non obmittam quod compositores harum regularum multum iuvari potuerunt ex generalibus » que in fine sui repertorii posuit Gui [Guido de Baysio] ».

Opus differt a *Novella,* etsi amanuensis folio extremo 135 scripserit : « Explicit novella super sexto libro decretalium compilata per magne auctoritatis ac illuminatissimum decretorum » doctorem legumque eximium professorem, d. Io. An. de Bononia, que scripta et finita fuit per me Mathiam Zoetermeer in » solempni civitate Pensauri, anno Domini M . CCCC . XIII, mensis novembris die quarta, circa horam sextam ».

« Explicit hic totum, de vino da mihi potum
» Et sic est finis : laudetur trinus et unus ».

Cod. 54 chart.-membr., saec. XV, a. 400, l. 280 [L. IV, XLV]. Ma.

1. Ioannis Andreae, *in librum sextum decretalium novella,*

(1) *De claris legum interpretibus*, p. 337.
(2) Savigny. *Geschichte des römisch. Rechts im Mittelalter.* V, p. 457.

incip.: « Cum eram parvulus, loquebar ut parvulus, sapiebam ut » parvulus, cogitabam ut parvulus », f. 1-248.

Operis originem et indolem sic auctor in prooemio excutit: « Cum autem reprehensibile docentis, verbo vel scripto, princi- » paliter consistat in tacendo dicenda vel dicendo tacenda .... » sic utrique reprehensioni in glossas huius libri me sciens fore » subiectum extimavi hic utile contra primum, persequi super » hoc libro novellam que tacita suppleat, et contra secundum, » apparatum addicionibus tamen paucissimis reformare que sup- » pleant quod de originali deficit ...... Sciendum quod ad se- » narium numerum pertinet tres fuisse huius libri compilatores, » de quibus in proemio, et tres fuisse glossatores de quibus con- » stat, scilicet dom. Io. Mo. et me, qui fuimus concurrentes, et » Archi. qui scripsit primis apparatibus publicatis. In quibus » autem ab eis discordaverim in modo glossandi, dicam infra su- » per prima rubrica. Plures autem secuti sunt nos tres, quorum » aliqui omnium trium faciunt mentionem. Ego autem predi- » ctorum dominorum et aliorum scripta hic inseram, prout po- » tero, decurtata ... ». Sub fine legitur: « Sequitur de Mercu- » rialibus et rubrica incipit sic: De re. iur. Rubrica Rubrica ». Deest hoc opus quod ita dictum putat Pancirolus (1) « utpote » diebus Mercurii elucubratum, vel, uti alii malunt, quod eo die » disputatas questiones ibi inserureit ».

2. *Constitutiones clementinae*, f. 258-275. Constitutiones has in concilio Viennae Allobrogum a Clemente papa V [unde nomen] datas a. 1312, Ioannes XXII papa universitatibus bononiensi, parisiensi, avenionensi, patavinae aliisque nuncupavit bulla, quae inc.: « Quoniam nulla iuris sanctio ... » data in nostro codice *scholaribus universitatis Avenioni*, VIII kal. nov., anno secundo [1317], hoc praecepto: « per apostolica scripta mandan- » tes, quatenus eas prompto affectu suscipiatis, et studio alacri eis » sic vobis manifestatis et cognitis usuri de cetero in iudiciis et » scholis ». Bonifacii papae octavi librum sextum *decretalium* excipiunt, non tamen libri septimi nomine. Editae pluries.

(1) *De claris interpretibus*, p. 337.

›d. 55 membr., saec. XV, a. 424, l. 293 [Z. L. CLXXIX]. B.

1. Petri de Ancharano *commentaria in libros primum usque tium decretalium,* sine textu. Incip. : « Iuris canonici doctor ·ummus et ingenii acutissimi, et sic merito alios excellens, Io-.nnes Andree revocat in dubium . . . . . », f. 1-223. Petrus ex charano, Farnesiorum castello oriundus, Baldo Bononiae audi- pleraque Bononiae, per intervalla Paduae, Ferrariae, Senis, isprudentiam docuit ante annum certe 1385 usque ad 1415 › obiit. Auctor Francisci Zabarellae familiaris, non rubricas versas trium librorum sed quasdam tantummodo sat promisso mmentario prosecutus est saltuatim ita, ut libri tertii nonnisi ›tem primas ex quinquaginta illustraverit. Alterum extitisse .umen libros quartum et quintum sexti comprehendens nuntiat ·criptio eius dorso inhaerens. Auctoritates frequentiores passim :urrunt ex magni nominis iureconsultis Guidone de Baysio, ınne Monacho, Ioanne Andreae, Iacobo de Butrigariis, Paulo de ızaris, Friderico de Senis, Lapo, Baldo, Nicolao de Sicilia, Pe- › de Perusio.

2. Ioannis de Montespellero, Floriani de Sancto Petro bono- ·nsis, et Ioannis de Imola, iuris utriusque doctorum, *consilia* a, f. 223-226.

Codicem, com ornamentis auropictis et effigie Petri de An- arano in cathedra legentis, scripsit Franciscus Reda de Eugu- ›, idem qui codicem s. Ioannis Climaci, p. 190 descriptum.

Cod. 56 membr., saec. XVI, a. 253, l. 184 [L. IV, LIX]. N.

Comitis Bartholomaei Chalepii *antidoxon* 177 *ad capitulum na de sententia excommunicationis in VI.* Incip.: « Ioannes 'alderinus. Quis nam tu qui molem adhuc retines corpoream, ıaestus turbatusque per hos nostros elysios campos cursitas ?..»

Auctor, qui Petro Lippomano, episcopo bergomensi [1517- ·4] opusculum nuncupat, Ioannem Calderinum, iureconsultum oniensem, vita functum a. 1348, inducit secum in elysiis lo- ntem super capitulo *Alma de sententia excommunicationis,*

sub fine sexti *decretalium*; quo quaeritur *num in festivitatibus liceat eucharistiam dare interdictis, excommunicatis tamen exceptis?* Infitialem Calderini et sectatorum sententiam refutat argumentis allatis Calepius.

Codicillos foliorum duodecim possedit Nicolaus Galerius.

Cod. 57 membr., saec. XIV, a. 482 l. 262 [Z. L. CLXXXVI]. B.

Clementis papae V *constitutiones, clementinae* appellatae, cum apparatu seu glossis marginalibus Ioannis Andreae. Glossa incip.: « *Iohannes*. Gratiosum hoc nomen per interpretationes, » derivationes vel ethimologias extollere . . . »

Cur Clementis papae V novas constitutiones pluries publici iuris factas, Ioannes papa XXII ediderit, hic ipse in epistola nuncupatoria anni 1317 universitati bononiensi aperit, quod Aventinus in *Annal. Boior.*, lib. VII, cap. 15, n. 18 ita perstringit: « Ioannes septimum iuris pontificii librum, quem Clemens V de» cessor eius composuerat, sed quod multa quae simplicitati chri» stianae et libertati religionis imponerent, ibi continerentur, pu» blicare supersederat, atque animam agens aboleri iusserat, edi» dit ». Fol. 58-59, addita bulla celebris Ioannis XXII: « Exe» crabilis quorundam tam religiosorum quam saecularium ambitio » . . . . . » ut et 60, bulla eiusdem: « Vas electionis doctor exi» mius et egregius praedicator . . . . » qua « condemnat errores » magistri Ioannis de Polliaco, magistri in theologia, super sa» cramento poenitentiae, quantum ad illos qui confitentur fra» tribus et aliis habentibus privilegium audiendi confessiones ».

Apparatui sic praefatur Ioannes, postquam antecessores nomine *Ioannem* laudasset: « Ego etiam qui memor sum inter duo» decim doctores collegii bononiensis, me quartum fuisse Ioan» nem, nunc inter eos solus, sed inter commentatores decimus » etiam de nigro papirum forte non dignum occupare mem» branas, et quia, prout patet hic in exordio, etiam compo» sitores iurium vix possunt tam clarum certumque statuere, » quin dubia multa relinquant, excusabilis ero quod in hac pri» ma lectione vel glossacione, singula non perfecte rimantur. Nam » etiam in rebus experimur quae naturaliter generantur, quod in

» eis paulatim de imperfecto ad perfectum venitur. Sin et qui de » veritatis cognicione a principio parum attingunt, postea quasi » pedetentim ad quandam pleniorem veritatis mensuram perve» niunt. Igitur sub hoc excusationis clipeo, licet variis occupatus » per fiduciam clementiae divinae has *clementinas* glossandas ag» gredior . . . ». De eo vero sic Zabarella sub initio glossarum in *clementinas* : « Sciendum quod inter commentatores huius volu» minis omnium primus, et omnibus ceteris, non tantum ordine » sed et emolumento preferendus fuit Ioannes Andreae, qui cano» nicam sapientiam suis commentis adeo locupletavit, ut a cen» tum annis simul omnes reliqui commentatores non aeque : cui » etiam principatus, omnium consensu, in eo datus est ut eius » commentum textui sit appositum ». Eapropter eius operis codicum mss. numerus uberrimus, quod supellex quoque nostra testatur.

Codex in titulo auropicto dat pontificem sedentem constitutiones suas episcopis, monachis, professoribus aliisque distribuentem.

Cod. 58 membr., saec. XIV, a. 412, l. 262 [L. IV, XVII]. Ma.

Eaedem *constitutiones*, cum apparatu Ioannis Andreae, et annotationibus.

Primum folium habet canones concilii melfitani an. 1284 celebrati, a Martenne in *collectione veterum monumentorum* primum editos, deinde in *collectione conciliorum a Mansio,* XXIV, p. 570 recusos. Abest a codice canon primus, accedit autem extremo loco canon alius *de uxoratis qui concubinas habent,* in editionibus praetermissus: item bulla Ioann. XXII papae: « Execrabilis », absque notis chronicis, de pluralitate beneficiorum cum animarum cura, quam impressam fuisse non constat. In fine vero fol. 45-52 occurrunt : **a.** constitutio Clementis V : *Exivi de paradiso,* an. 1312 data, de observantia regulae fratrum Minorum sancti Francisci ; **b.** alia Ioannis XXII papae : *Suscepti regiminis,* an. 1318 data de fructibus beneficiorum vacantium primo, secundo, tertioque anno rite distribuendis ; **c.** tertia eiusdem : *Cum inter nonnullos,* an. 1323 data de paupertatis Christi et apostolorum celebri controversia : liquet primam et tertiam fuisse editam. De-

mum sunt *versus de morte domini ducis Calabriae,* nimirum Caroli, Roberti Neapolis regis filii, qui an. 1328 obiit, evanida tamen scriptura exarati. Ubi de pertinentia libri disseritur, loco *Ioannis de Viridario* legitur *Ioannis de Viridaria.*

Cod. 59 membr., saec. XIV, a. 422, l. 280 [L. IV, XVI].

Eaedem, cum apparatu Io. Andreae, repetito passim nomine *Io. Andr.;* folio vero 28: *Ioannes Andree de Bononia, iuris utriusque doctor famosissimus.* Sub fine, f. 43: *Explicit apparatus excellentissimi doctoris* . . . . . Fol. 43-45 extremis occurrit bulla, sine glossa, Clementis V: « Exivi de paradiso ».

Cod. 60 membr., saec. XIV, a. 423, l. 290 [L. IV, XVIII].

Eaedem, cum apparatu Ioannis Andreae et annotationibus variis. Folia 70.

Initio est decretum concilii basileensis de Iudaeis et neophytis in sessione XIX, anno 1434 editum.

Amanuensis, ludi gratia, capita lineari pictura passim effinxit, unde quidam aevo sequiori, postquam animadvertit *quod sunt in hac compilacione centum et una constitutiones,* addidit: *Hic sunt circa tercentum vultus hominum, clericorum et mulierum.*

Cod. 61 membr., saec. XIV, a. 460, l. 284 [Z. L. CLXXXVII].

Eaedem, cum apparatu Ioannis Andreae. Folio 59 exstat bulla: *Execrabilis.*

Codicem lego folio primo inscriptum: « Ego Alberthus de » Alberthis civis veronensis emi hunc librum a Ioanne de Tremonia pretio ducatorum decem et sex, die sextadecima kalendi » ianuarii, 1459 ».

Cod. 62 membr., saec., XIV. a. 395, l. 252 [L. IV, XV].

Eaedem, cum apparatu Ioannis Andreae, et adnotationibus aevi sequioris. Foliis extremis 59-60 exstat bulla *Execrabilis.*

Praeter titulos rubros et litteras initiales passim coloribus et auro conspicuas occurrit in titulo pictura offerens pontificem in solio sedentem, exemplaria *clementinarum* episcopis, cardinalibus, monachis, professoribus distribuentem.

Cod. 63 membr., saec. XIV, a. 405, l. 260 [Z. L. CLXXXIX]. B.

1. Pauli de Liazaris ***apparatus super clementinas,*** libris quinque, sine textu. Glossae incip.: « Iohannes. Gratiosum. Obmissis » quaestionibus quae in primo decretalium et libro VI super sa- » lutatione . . . . . . prooemium divido in quatuor partes princi- » pales . . . », f. 1-80.

Auctor sic de opere in introductione, quae incip.: « Bonus » vir sine Domino nemo est, et non potest aliquis sine fortuna . . . » Hunc ego consiliarium caelestem invocans pro fine optato in » hoc opere consequendo, supplico humiliter et devote ego Pau- » lus de Lyaçaris inter decretorum doctores bononienses mini- » mus et indignus, qui sui sola misericordia meam imperfectio- » nem suppleat, ut sic praefatam finis metam, quae sola consilia- » bilis est, secundum Dama., possint studentes in hoc modico » apparatu repetita lectione attingere, considerantes quod huma- » nae naturae est ea quae in desuetudinem veniunt abhorrere et » consueta magna diligentia custodire ». Ceterum Paulus de Liazariis [Leazariis, Lyazariis], Ioannis Calderini condiscipulus claruit a. 1340 circiter. Eius commentaria in ***decretales*** prodierunt Venetiis a. 1496. De eo Zabarella sub initio glossarum in *clementinas :* « Scripsit et Paulus de Lyazaris [commentum in » *clementinas*], et hic si commentum Ioannis Andreae vidit, ut » praesumi potest, cum fuerit eius auditor, mirandum videtur, » cum saepe ipse idem contextualiter scripserit ».

2 Dini *super titulo de regulis iuris in sexto libro decretalium,* f. 81-101.

3. Ioannis Andreae *summula super tractatu et materia de sponsalibus et matrimoniis,* etiam *summa optima super matrimoniis* appellata, f. 101-102.

Cod. 64 chart., 1453, a. 438, l. 290 [L. IV, XXXIV]. In.

Francisci de Zabarellis, cardinalis, *lectura super clementinas,* sine textu. Incip.: « Novum nichil esse una est fere omnium » sententia, quae ut in aeternis vera est, in hiis quae corrumpun» tur prorsus non vera ». De opere pluries edito sic auctor in prooemio: « Inter huius autem novae canonicae sapientiae volu» mina, *clementinarum* hoc novissimum est . . . . In huius » expositione voluminis plurimum studuere, quorum nomina con» tinue referemus. Eorum autem scripta undecumque nactus ego » Franciscus de Zabarellis ipsorum dicta colligere, ordinare, de» clarare aut in quibus desiderent, ad concordiam, si fieri potuit, » adducere, aut quum id non potuit, quod ipse censeam addicere; » nonnihil etiam quod ex inventione se obtulit, annectere summo » studio, incredibilique diligentia molitus sum, ad . . . . . in hac » felici natali urbe Patavi studentium adiumentum ».

Codicem, foliorum 348, cum ornamentis auropictis in titulis, referentibus imaginem Zabarellae, belluas, flores, insignia gentis cuiusdam non absoluta, scripsit qui sub fine notavit: « Adrianus » Borsahc [filius Olivae] finivit istam lecturam in Castro sancti » Petri, anno incarnacionis Domini nostri MCCCCLIII, pridie » mensis marcii de sero ». Folio primo serior manus epistolam Francisci Petrarchae ad Italiam, datam kalendis maii 1353 (1), quae incip.: « Salve, cara Deo tellus sanctissima, salve . . . . . » scripsit, quam leges in Fr. Petr., *poemata minora.* Mediol., 1831, II, p. 266-268. Antequam volumen pro biblioth. patavina sancti Ioannis in Viridario emerit Celsus Maphaeius prior, *ex denariis librorum in medicina quondam Ioannis Marchanovae venditorum* 1471, constat in manus domini Andreae Fart catalani, Petri fil. devenisse, quod confirmat inscriptio : *Zabarella sobre las clementinas.* Ducata XIII, solid. XII.

(1) De Sade. III, p. 303.

Cod. 65 chart., 1402, a. 300, l. 218 [L. IV, XXXV]. Ma.

Eiusdem *lectura super clementinas* [sine textu], a rubrica: *De rebus ecclesiae non alienandis,* ad finem.

Codicem hunc, foliorum 376, pleraque autographum, cum emendationibus et postillis, descripto qui praecessit, postponendum censui, quod initio plura desint. Bibliothecae sancti Bartholomaei de burgo Pusterlae Vicetiae dono dedit iuris utriusque doctor Bartholomaeus de Valmarana.

Cod. 66 chart., saec. XV, a. 408, l. 282 [L. IV, XLII]. Md.

Iohannis Andreae *additiones ad speculum iuris Guillelmi Durandi,* sine textu. Incip.: « Reverendo in Christo p. — et ibi » praesens opus. Ego Iohannes Andreae huius speculi speculatio» nem assumens, illum speculor qui est speculum sine macula...» Opus in quatuor *particulas,* quarum unaquaeque in *rubricas,* editum est cum textu Guillelmi et additionibus quoque Baldi Bononiensis, nomine: *Speculum eximii doctoris utriusque iuris, domini Guillelmi Durantis, cum additionibus domini Ioannis Andreae suo loco ubique positis.* Guillelmus Durandus sive Durantes, ord. Praedicat., propter *speculum iuris* cardinali Othobono de Flisco anno 1271 nuncupatum, nomine *speculatoris* clarus, fuit mimatensis in Gallia aquitanica episcopus ann. 1286-1296.

Praeit foliis 1-2 prooemium opellae Antonii Roselli *de Concilio,* quae integra habetur codice [L. IV, IV].

Codicis, foliorum 291, titulum ornant littera initiales auropicta et insignia gentis venetae Minio. Volumen monasterio s. Bartholomaei apud Vicetiam, in burgo Pusterlae dono dedit Bartholomaeus de Valmarana.

Cod. 67 chart., saec. XV, a. 412, l. 284 [L. IV, XXIX]. Md.

1. Friderici Petrucii de Senis *quaestiones disputatae, consilia reddita, ad consultationes responsa, interdum allegando, sed ut plurimum consulendo, ac collationes cum iuris utriusque doctori-*

bus, ex iure canonico, f. 5-135, distributionis indice praeeunte, f. 1-5; rerum vero fol. 136-139. Ab anonymo quodam iurisconsulto in unum collecta sunt, qui annotationes addidit, hasque Ioannis Andreae iudicio subiecit. Exstat horum, et quidem fortasse omnium, editio romana anni 1472. Fridericum Patavii iuris canonici interpretem quaestio prima exhibet: ex aliis vero quaestionibus et consiliis, eum annis 1321 et 1322 Senis, ab anno vero 1330 ad 1342 Perusiae munus idem exercuisse constat. Consilia quoque nonnulla et litterae de controversiis iuris canonici insunt *Lapi Tuccii* abbatis monasterii sancti Miniatis ad Montem florentinum, ordinis s. Benedicti; *Nicolai Angeli* de Urbeveteri; *Grifoli Iacobi* de Montepolitiano; *Conradi de Stradella*; *Nicolai Comitis* senensis; *Ioannis de Papia*; *Ioannis de Regio*; *Ioannis Paleariensis*.

2. *Conclusiones seu decisiones novae rotae romanae*, numero tercentae octoginta septem, *collectae a Guillelmo Horboch*, ab anno 1376 ad 1381, f. 144-200, cum rerum indice alphabetico f. 201-209.

Collectionis historiam auctor ipse offert sub initio: « In nomine Domini amen; anno a nativitate eiusdem MCCCLXXVI » die mercurii, XXX mensis ianuarii, pontificatus domini Gregorii papae XI anno VI, de mandato et voluntate, unanimi » consensu, dominorum meorum coadiutorum sacri palacii apostolici pro tunc in *rota* existencium, videlicet Roberti de Sarton legum doctoris, Arnoldi Tireni decretorum doctoris, Galardi de Nova ecclesia doctoris, Ægidii Bellevic utriusque iuris » doctoris, Iohannis de Bayrolis doctoris legum, Nycolay de Cremona decretorum, Petri Tambonis decretorum, Bertrandi de » Aronia legum professoris; praesente et consentiente reverendo » in Christo patre et domino Bernardo pampilionensi episcopo » auditore contradictarum domini nostri papae: ego Guilielmus » Horboch theotonicus, decretorum doctor ac minimus inter dominos meos coadiutores antedictos, certam conclusionem quorumdam dubiorum continue occurrentium, in quibus singulariter » et concorditer omnes remanserunt et voluerunt de cetero, pro » tempore eorum, secundum eas procedi et iudicari; ad perpetuam rei memoriam incepi colligere et conscripsi sub com-

» ctione omnium dominorum meorum praedictor., et aliorum po » stea subvenientium ». Notam hanc emendatiorem ac absolutiorem leges in *decisiones Rotae novae et antiquae*, cum additionibus [Lugduni, 1521, 4.°], quae annis 1470, 1472, 1475 iam Romae typis editae sunt.

Codicem folior. 211, exscriptum manu Ioannis Bzschzize de Konigeshoven, dono dedit Bartholomaeus de Valmarana monasterio s. Bartholomaei de Vicetia.

Cod. 68 membr., saec. XV, a. 273, l. 190 [L. IV, CII]. Mk.

Ioannis de Deo *poenitentiarius*, libris septem. Operis pluribus bibliothecis delitescentis, hucusque inediti indolem sic auctor in littera nuncupatoria aperit: « Venerabili patri ac domino » A. (1) divina providentia urbis Bononiae episcopo, et venerabi- » libus viris decano, archidiaconis, cantori, thesaurario, et magi- » stro scholarum, et universo capitulo eiusdem, magister Ioannes » de Deo doctor decretorum, canonicus eorundem, et servus ipso- » rum providentiae salutem . . . . . Ea est regula veritatis a pa- » tribus approbata, quod nihil facias causa commendandi tui . . . » Idcirco ego Ioannes de Deo, servus sanctitatis vestrae, post » multos libellos et commentarios, quos diversis temporibus . . . . » composui . . . ad ultimum instantia precum multorum fratrum » diversarum religionum, et capellanorum et consorciorum Bono- » niae civitatis et dioeceseos compulsus sum de regulis poeniten- » cialibus librum componere ex auctoritate divinae legis et com- » mentis sanctorum, et ex corpore *decretalium* et praecipue *decre-* » *torum*. Quem librum, ad honorem Dei et vestri, et nomine vestro, » et intuitu memoriae et reverentiae vestrae, aggressus sum cum » multis vigiliis et diligentia plurima, favente divina gratia con- » sumavi, non condemnando eos qui hucusque talia non serva- » runt, sed monendo ut non sint earum contemptores . . . Qualis » autem sit stilus declarabo et modus: et quae sit utilitas, vestra » providentia debeat intueri et discretissime iudicare. Sane per se-

(1) Erratum puto, cum fr. Iacobus Buoncambio ecclesiae bononiensi ann. 1244-1250 praeesset.

» ptem libellos est distinctus, ad instar septiformis spiritus, et 72
» titulos ad instar 72 discipulorum ». Sub fine vero, f. 44: « Ex-
» plicit liber poenitentiarius, editus a magistro Ioanne de De,
» hispano, decretorum doctore et canonico Bonon. M.°CC.°XLVII.°,
» indictione V.ª ».

Foliis 45-47 exstat *formula confessionis audiendae a sacerdote*, cuius stilus eundem nuntiat auctorem.

Codex eleganter compactus corio purpureo, cum bullis, quae avulsae sunt, habet initio folia duo ex saeculo XIII cum antiphonis et responsoriis, notas musicas antiquiores referentibus.

Cod. 69 membr., saec. XV, a. 286, l. 195 [Z. L. LXXIX].

1. *Epistolae Leonis papae urbis Romae*, f. 1-102.

2. *Sermones* eiusdem, f. 107-270.

Codicem hunc cum litteris initialibus auro pictis, ac titulis rubricatis in principio tantum, belle exscriptum, quem ex insigniis sub pileo cardinalitio, cuidam cardinali Columnae pertinuisse censeo, fratres Ballerinii sic perite illustrarunt: « Codex Venetus s. Marci 79, praeter sermones collectionis IV [de qua fusius in prooemio] distinctam epistolarum collectionem praefert.
» Duarum collectionum XVII et XXI epistolas continet, hoc ordine: primum priores epistolas 26 collectionis XXI eadem serie: dein inferuntur epistolae omnes chalcedonensis collectionis
» XVII, eodem pariter ordine, duabus tantum omissis, quae inter praecedentes 26 descriptae fuerant. Tandem subiiciuntur
» ceterae epistolae collectionis XXI, sed tribus omissis et ordine non modicum immutato, ac lectionibus identidem valde dissimilibus, quae aliam originem manifestissime ostendunt. Epistolae omissae sunt Eusebii mediolanensis ad Leonem, nobis
» epist. 97, Ravennii ad eundem epist. 99, et Leonis ad episcopos Campaniae epist. 168 » (1).

(1) S. Leonis *opp.* Venet. 1753, I, p. 551.

Cod. 70 membr., saec. XII, a. 203, l. 123 [Z. L. CLXX]. B.

1. S. Leonis cognomento Magni, *epistolae quinquaginta et una*, cum insertis episcoporum Petri ravennatis et Eusebii mediolanensis; ac rescripta Flaviani Constantini ad Leonem ac Leonis ad Flavianum, f. 2-100, cum indice praeeunte. Editas omnes collectioni undecimae, nempe quae triginta novem epistolas collectionis isidorianae et octodecim adiectas comprehendit, tribuunt fratres Ballerinii (1).

2. Hilarii papae *epistolae tres*, nempe 1.ª ad episcopos tarraconenses de synodali decreto, secunda ad Ascanium episc. et reliquos tarraconensis provinciae episcopos; tertia ad Ascanium tantum, f. 100-104.

3. *Thimaei* Platonis libri duo, interprete Chalcidio, cum prologo Osio suo. Interpretationem leges in s. Hippolyti *oper.* curante Fabricio [Hamburgi, 1716-1718, II, p. 226-276]. Sub fine: *Explicit hic Plato, versus finitur in ato*, f. 105-119. Adduntur tabulae tres per circulos et lineas rectas in harmoniam et caelum, de quibus in Thimaeo.

De codicis aetate et comprehensione sic Ballerinii: « Vetu-
» stius huius collectionis [epistolarum s. Leonis] exemplar, quod
» vidimus, est ms. 170 bibliothecae venetae s. Marci, saeculi cir-
» citer XII. Solas epistolas continet » (2).

Cod. 71 chart., 1468, a. 273, l. 174 [Z. L. LXXXII]. B.

1. S. Gregorii papae I *epistolae biscentum nonaginta quinque*, sub nomine *registri*, nulla adhibita librorum distributione, f. 1-171. Ioannes Baptista Gallicciollus, sacerdos venetus, qui codicibus Marcianis usus est ad venetam editionem operum *s. Gregorii papae I* [1770, vol. XVI, 8.º] illustrandam novisque accessionibus completandam, acre, nec iniuria, de codice nostro iudicium protulit: « Plures ex regesto excerptas epistolas in co-

(1) Ibi, I, p. 526.
(2) Ibi, I, p. 551.

» dice Bessarionis reperi: sed tam faede scriptae sunt ut vix ope-» rae pretium sit eas commemorare. Quia tamen saepe editis » favent, et nonnunquam optimam lectionem praeseferunt, ideo » quasdam ex illis variantes decerpsimus et in notis subiecimus »; VII, p. XVII. Ceterum d. Gregorii epistolas septingentas septuaginta sex, duodecim libris distributas leges in *Concill. a Labbè.* Venet., 1729, VI, 738-1309.

2. *Passio sancti Petri, alexandrini praesulis. VII kal. decembris,* f. 172-177. Incip.: « Regnante impio et iniquo Dyocle-» tiano in Nicomedensium illustrissima civitate, erat multa con-» turbatio per omnem terrarum orbem . . . » : differt toto caelo a *passione* edita a Surio [*De probatis Sanctorum historiis.* Coloniae Agrippinae, 1581, p. 621-624].

Sub fine codicis legitur: *Anno Domini* 1468 *post Lucae, finitus inclitissimo domino B. car. nicen. per me Theodericum Wulf de Lubec, in curia habitationis domini eiusdem.*

Cod. 72 chart., saec. XV, a. 273, l. 208 [L. III, XIX]. F.

B. Gregorii papae VII *epistolae,* cum postillis marginalibus sequioris aevi. Omnes fere ex integro cum editis in *Concill. a Labbaeo.* Venet., 1770, XII, 234-538, conveniunt, eodemque quasi ordine distributae sunt.

Codex concinne exscriptus, foliorum 253, litteris initialibus et titulis rubro colore notatis, pictura lineari in fronte conspicuus, de quo Bluhme merito: *ist ohne Werth* (1), spectabat ad Dominicum Mariam Mansi.

Codd. 73-75 chart., saec. XVII, a. 310, l. 213 [Z. L. CXC-CXCII].

Collectio bullarum ad privilegia coetuum regularium maxime; plurium quoque ecclesiarum spectantium. Nomina pontificum recensemus sub quibus bullae prodierunt, ut et ordinum re-

1) Perz. *Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde.* Hannover. 1824, V, p. 615.

gularium, ecclesiarum, principum; eo magis quod pleraeque in *Bullario magno* desiderentur.

Vol. I, folior. 433, exstant bullae vel integrae, vel per regesta, ultra quadringentas, annis 537-1429, sic distributae:

Vigilius	1	Lucius II	1	Honorius IV	1
Vitalianus	1	Eugenius III	1	Nicolaus IV	5
Zacharias	2	Anastasius IV	1	Caelestinus V	6
Benedictus VIII	1	Hadrianus IV	1	Bonifacius VIII	9
Ioannes III	1	Alexander III	6	Benedictus XI	1
Gregorius VI	1	Urbanus III	1	Clemens V	6
Clemens II	1	Gregorius VIII	2	Benedictus XII	1
Leo IX	8	Innocentius III	3	Clemens VI	8
Victor II	1	Honorius III	21	Innocentius VI	2
Stephanus IX	1	Gregorius IX	52	Urbanus V	1
Nicolaus II	3	Innocentius IV	66	Gregorius XI	13
Alexander II	9	Alexander IV	37	Urbanus VI	3
Gregorius VII	46	Urbanus IV	4	Bonifacius IX	12
Urbanus II	14	Clemens IV	11	Gregorius XII	6
Paschalis II	2	Gregorius X	2	Alexander V	1
Innocentius II	1	Nicolaus III	3	Martinus V	16
Caelestinus II	1	Martinus IV	1		

Haec privilegia concessa sunt pluribus coenobiis et congregationibus, praesertim vero canonicorum regularium Lateranensium; nec non ecclesiis aretinae, bononiensi, caenomanensi, cluniacensi, ferrariensi, romandiolensi, salernitanae, viennensi in Delphinatu, ut et Rogerio comiti Calabriae et Siciliae, ac euntibus ad praedicandum in terris Infidelium. His accedunt foliis 429-433 diplomata quatuor imperatorum Othonis IV et Caroli V, seu privilegia data canonicis regularibus Lateranensibus.

Vol. II, folior. 433, bullas complectitur quos dedere pontifices

Ioannes XXII	16	Paulus II	6	Leo X	19
Eugenius IV	33	Sixtus IV	23	Hadrianus VI	2
Nicolaus V	13	Innocentius VIII	13	Gregorius XIV	1
Callixtus III	1	Alexander VI	14		
Pius II	14	Iulius II	9		

Ceterorum monasteriorum privilegia excedunt quae largiti sunt pontifices congregationibus canonicorum regularium Latera-

nensium, Iesuatorum; familiis ordinis s. Benedicti, cassinen Iustinae de Padua, s. Mariae Montis Oliveti; Servis b. Mariae v ginis; s. Hieronymo de Fesulis; Eremitis; Camaldulensibus.

Extremo foliorum 357 continentur privilegia, concessa pr cipue congregationi canonicor. Lateranensium et societati Ies pontificibus

Leone X	1	Paulo IV	2	Sixto V	
Clemente VII . . .	2	Pio IV.	5	Gregorio XIV . .	
Paulo III	19	Pio V	11	Clemente VIII .	1
Iulio III	7	Gregorio XIII . .	38	Paulo V.	

Cod. 76 chart., saec. XVI, a. 208, l. 143 [L. IV, XII].

1. Bullae plurimorum pontificum pro canonicis Lateranen sibus, praecipue ecclesiarum et monasteriorum s. Mariae in Fri sonaria lucensis dioeceseos, s. Mariae ravennatensis in Portu, s Leonardi de Monte Donico prope Veronam, basilicae Constanti nianae, s. Petri apud Cremonam, s. Mariae de Kalena, s. Mari Florentiae, s. Georgii maioris de Venetiis, s. Xisti de Placentia quarum quasdam edidit Pennotus [*De congregatione Lateran* ec. Romae, 1624], f. 1-68.

2. Supplicationes octo canonicorum regularium beatae Ma riae de Frisonaria pontificibus factae, privilegiis quibusdam as quendis, cum indicatione: *Concessum ut petitur*. Sub fine legitu alio charactere.

De ne Salodio habet Ludovicus munera summi
Pontificis, noviter quae relegenda dedit.

3. Bulla Alexandri papae quarti, de vestibus deferendis Eremitis ordinis s. Augustini in partibus Lombardiae. Anagni 15 calend. iulii, a. 1255, f. 74-79.

Codicem exscriptum a Paulo de Flandria, possederant can nici regulares divi Augustini, commorantes in canonica s. Sal toris extra et prope Brixiam.

Cod. 77 membr., 1515, a. 163, l. 105 [L. IV, XLIX]. X.

Iulii papae II *bulla pro confirmatione privilegiorum cano*

corum lateranensium, congregationis s. Salvatoris. Inc.: « Inter » ceteros in militanti ecclesia veluti regina in vestitu deaurato » circumdata . . . ». Romae, 2 april., 1512.

Bulla, ideo *mare magnum* appellata est, quod duobus supra septuaginta articulis distributa, quidquid eius ordinis constitutionibus, iuribus, privilegiis augendis conferre potest, comprehendat. Praeit index, fol. 3-5. Bullae exemplum, ut liquet ex codici adiectis, concinne exscriptum Ludovicus de Brixia, *congregationis canonicorum regularium sancti Salvatoris ordinis s. Augustini,* exhibuit anno 1515 cardinali Raphaeli episcopo ostiensi et papae camerario, qui *eam prorsus in iudicio et extra fidem adhiberi* testatur, perinde ac praefatae originales litterae exhibitae forent vel ostensae. Romae, 11 aprilis, 1515.

Cod. 78 chart., saec. XVI, a. 202, l. 138 [L. IV, L].

Eiusdem bulla eadem, f. 1-22, cum indice, f. 25-27.

Accedit bulla Pauli papae III: « Pastoralis offitii cura nobis, » meritis licet imparibus, ex alto commissa . . . . . » data die 18 iulii, 1548, qua confirmat privilegia a praedecessoribus suis Gregorio XII, Martino V, Eugenio IV, Callixto III, Pio II, Paulo II, Sixto IV, Innocentio VIII, Alexandro VI, Iulio II, congregationi sancti Salvatoris, ordinis s. Augustini canonicorum regularium, ut et eiusdem confirmatio per Philippum Archintum episcopum Salutiarum et vicarium pontificis generalem, die 19 octobris 1548, rogante fratre Ioanne Paulo veneto, visitatore congregationis eiusdem.

Cod. 79 membr., saec. XV, a. 390, l. 255 [Z. L. CXCIV]. B.

Roderici de Aravalo *commentum et apparatus ad sacram constitucionem sive bullam Pauli pp. II, adversus Georgium de Podebrach regem Bohemiae.*

Georgius tanquam hussiticae haeresis fautor, anathemate a Paulo pp. II anno 1466 damnatus, ac regio titulo depositus est bulla: « Cum extra fidem catholicam quam sacrosancta romana » praedicat et observat ecclesia . . . . ». Hanc Rodericus Sancius

de Aravalo, segobiensis dioeceseos, episcopus zamorensis, calaguritanus et palentinus, castri sancti Angeli de urbe castellanus, commentario persecutus est, quod pontifici eidem nuncupavit littera: « Consuevit antiquorum studiosa prudentia et ingeniosa » sagacitas... », annotans: « Dividitur haec apostolica et utilis » constitucio in octo partes principales . . . ». Bulla, etsi prodierit, desideratur in bullario maximo: commentum nunquam vulgatum puto. Foliis 113-122 exstat *tabula sive repertorium per alphabetum super libro praecedenti.*

Codicem auropictum in titulo, cum insigniis episcopalibus Roderici, eumdem fortasse qui nuncupatus, ab eodem pontifice Bessarioni donatum crediderim.

Cod. 80 membr., saec. XIII, a. 260 l. 182 [L. II, LXXXIV]. Mk.

C. Sidonii Solii Apollinaris, Avernorum episcopi, *epistolarum libri novem.* Praeit: *Gregorii turonensis archiepiscopi in secundo libro de gestis Francorum, de sancto Sidonio verba.* Eodem charactere quo codex totus, tabula accedit, folio extremo 53, sub hac inscriptione: « Anno Domini MCCXLII secundum pisanam for» mam hacc tabula ad pasca inveniendum incepta est die sancto » epiphanie, et omni anno currit una pars; et quota prima litte» ra partis est intra alphabetum tota, erit pasca intrante aprili, » vel exeunte marcio, et ubicumque invenitur M in fine partis, » illo anno erit de marcio, et quando Z venerit, adde unum et » habebis pascha; et quando venerit pars que Zabuli dicitur, ad» de duo et habebis pascha . . . ». Incip.:

« Auroram virgo moribus consurgens quasi humilis »

finit vero: « Pise perhemnis tribuat per infinita secula. amen ».

Codicem cum operculis ligneis corio purpureo obductis, Parisios annos 1797 delatum, possidebat *Crispinus Ortulanus de Cracovia anno* 1436.

Cod. 81 chart., saec. XV, a. 206, l. 139 [L. II, LXIII]. O.

Eiusdem *epistolarum libri novem.*

Codex foliis 107 accurate descriptus, situs udore male actus.

qui ad venetum Ioannem Baptistam Perusin spectabat, post eruditissimi Sirmondi in Sidonium studia, vix quidquam ad novam emendationem affert.

Cod. 82 chart., saec. XV, a. 270, l. 184 [Z. L. LXXXIV]. B.

1. *Epistolae Ivonis carnotensis episcopi* octoginta octo, fere omnes editae, f. 2-72. Quae septuagesima octava est in codice *dilectis in Christo filiis Waloni cum ceteris fratribus*, f. 66-67, respondet in edit. parisiensi anni 1610, decimae septimae, quae cui missa sit minime apparet. Extrema, f. 72, Laberoni viennensi archiepiscopo, quae incip. : « De rebus que semel Domino contri- » bute atque dedicate sunt . . . » nullibi in editis mihi obvia.

2. Hildeberti cenomanensis episcopi ac archiepiscopi turonensis *epistolae sexaginta octo*. Si cum editione parisiensi anni 1708 conferas, ordini quo tribus libris distributae sunt, minime respondent. Inter has, fol. scilicet 107 *verso*, quae inc. : « David » futura spiritu previdens . . . » et 122 *verso*, quae inc. : « Pro- » missa mundo gaudia », sunt prosae eiusdem Hildeberti *de natali Domini ;* foliis vero 123-127 est eiusdem sermo sinodicus ad pastores, qui incipit : « Quantas commissis vobis ovibus debeatis » excubias . . . »

Codex satis ornatus pluribus scatet mendis.

Cod. 83 chart., saec. XIX, a. 323, l. 218 [L. XIV, CCXCIII].

Epistolae fere centum sexaginta, latinae, Antonii Panciera patriarchae aquil. et aliorum, de rebus concilii pisani et patriarchatus aquileiensis, annis 1406-1411.

Collector haec indici praetulit : « Rubricae eorum quae oc- » currerunt et facta sunt in patriarchatu aquilegensi pro maiori » parte de anno Domini millesimo quatuorcentesimo sexto, die » quinta iunii, dum reverendiss. in Christo pater et dominus An- » tonius de Portogruario, concordiensis dioecesis, miseratione di- » vina, titulo sanctae Susanae, sacrosanctae romanae ecclesiae » presbyter cardinalis, existens episcopus concordiensis, et felicis » recordationis domini Bonifacii papae VIII secretarius, fuisset

» translatus ad regimen dictae ecclesiae aquilegensis, vocatus et » electus per capitulum ipsius, nemine discrepante, velut Aaron ». De epistolis et in eis contentis confer *monumenta aquileiensia* Io. Franc. Bern. M. de Rubeis, passim. Fere omnes ineditae, ante non multos annos, exscriptae sunt ex codice quem dicunt *Pascirino* seu *Boggiani,* civitatis Austriae: authenticum servat bibliotheca archiepiscopalis utinensis.

Codicem paginarum 562 dono dedit Marciae bibliothecae Petrus comes de Monteregali-Mantica portusnaonensis, die decima iunii, anni 1867.

Cod. 84 membr., 1476, a. 314, l. 221 [L. IV, LXVI]. Yc.

1. *Provinciale omnium ecclesiarum orbis christiani, cum suis suffraganeis,* seu syllabus titulorum cardinalium, archiepiscorum, episcoporum, regum in universo orbe christiano, f. 1-15.

2. *Taxae annatarum quae a patriarchis, archiepiscopis, episcopis et abbatibus in romana curia persolvuntur,* f. 15-103.

Codex pro Ioanne Baptista Zeno cardinali conscriptus, elegantissime quidem, cum litteris initialibus depictis et deauratis, nec non insigniis eius familiae Zeno, non sine multis mendis; sub fine inscribitur: « pro reverendissimo domino domino cardinali » sanctae Mariae in porticu Ioannes de Avolio patavus scripsit » anno Domini MCCCCLXXVI. Romae ».

Cod. 85 chart., saec. XVI, a. 297, l. 208 [L. IV, CVII]. Z.

Secretariorum apostolicorum privilegia. Bullae quatuor supra viginti pontificum Innocentii VIII, Alexandri VI, Leonis X, Clementis VII, Pauli III, Iulii III, ab anno 1487 ad 1553. Sub fine: *Visa. B. de Monteacuto.*

Innocentius octavus bulla prima ita novam secretariorum institutionem persequitur: « Dudum siquidem romani pontifices » praedecessores nostri . . . quamplurimos adhibuere secretarios, » quod postmodum Callixtus tertius et Pius secundus . . . ad sex » successive reduxerunt. Nos autem qui superiori anno, dum nostra urbs per nonnullas gentes armigeras hostiliter opprimere-

» tur, pro illius ab oppressione huiusmodi liberatione, grandia » subire compulsi fuimus opera expensarum, ad quae cum romanae » nae ecclesiae facultates non sufficerent, mitram pontificalem » *regnum* nuncupatam, et alia quamplurima eiusdem ecclesiae » iocalia preciosa aurea et argentea diversis mercatoribus . . . . . » pro diversis pecuniarum summis ad quantitatem forte centum » millium ducatorum auri de camera ascendentibus pignoravi- » mus. Quae cum commode ex dictae ecclesiae proventibus iam » exhaustis redimi non possent; nos sperantes quod si ad offi- » cium eorundem secretariorum, praeter et ultra dictos sex, de- » cem et octo praelati et in dignitate ecclesiastica constitutae » dumtaxat personae assumerentur, et omnes simul pro redem- » ptione et liberatione mitrae, et iocalium predictorum, de eorum » facultatibus usque ad summam sexaginta duorum millium et » quadringentorum florenorum auri de camera persolverent et » contribuerent; assignarenturque eis etiam de novo convenien- » tia emolumenta . . . statuimus quod nostri et pro tempore exi- » stentes romani pontificis secretarii de cetero perpetuis futuri » temporibus debeant esse vigintiquatuor . . . ».

Codex constat foliis nonaginta tribus.

Cod. 86 membr., saec. XIV, a. 256, l. 180 [L. IV, XXX].

Formularium et stylus scriptorum romanae curiae de omnibus quae spectant ad officium scriptorum. Incip.: « Est notandum » quod litterae domini papae, aliae bullantur cum serico, aliae » cum filo canapis... ». Pertinet ad tempus Bonifacii papae VIII [1294-1303]. Quaedam deinceps adiecta sunt.

Codex foliorum 83, cum titulis, litteris initialibus et partitionibus eleganter *rubricatis*.

Cod. 87 chart., saec. XIV, a. 313, l. 238 [L. IV, CXVIII].

Liber formularum, quibus pontifices Clemens V, Ioann. XXII, Benedictus XII, annis 1309-1340 Avenione usi sunt, in negotiis iuris canonici gerendis, cum indice praeeunte, mutilo in principio, f. 1-7. Formulae autem se referunt ad litteras missivas, procura-

torias, executorias, citationis, confirmationis, commissionis; ad formas praesentationis litterarum ac mulctarum; ad probationes et testes; ad ordines *represaliarum*; ad privilegia, praecepta, banna, iudicia ordinaria et extraordinaria, sententias, in rebus quae titulis sequentibus concluduntur: *Beneficiorum ecclesiasticorum vacatio, electio, acceptatio, resignatio — Formularium ex quibusdam electionis formis — Tractatus de mutuo, quietationibus, depositis, procuratione, venditionibus, concessionibus, indulgentiis datis per praelatos, pensionibus, officio tabellionatus concesso praelatis, dotibus, cessionibus, compromissis, societate habenda, diversis formis appellationum, testamentis, codicillis, donationibus causa mortis et inter vivos, adoptione, emancipatione, ordine iudiciorum.* Animadvertendum occurrit his formulis mentionem factam ecclesiarum albanensis, albiensis, alexandrinae, antheradensis, aquensis, arelatensis, augustanae, calvensis, cameracensis, capuensis, foroliviensis, leodiensis, lugdunensis, narbonensis, parisiensis, parmensis, pictaviensis, spoletanae, suessanae, suessoniensis, theanensis, turronensis, tusculanae, valentinae; ut et eorum episcoporum aut capitulorum, aut canonicorum: item cardinalium Berengarii, Bernardi, Francisci; fratrum domus hospitalis Ierusalem, I. locumtenentis in prioratu Venetiarum, Elorini de Villanova, Adam, Marci; I. Stephanelli cantoris ecclesiae s. Hilarii pictaviensis; ducis Calabriae; comitum palatinorum mediolanensium Bossiarii et Alberti de Alliate; notariorum Gualdi Iacobi de Pignatario Montiscassini, Petri Nicolai, Raphaelis de Osuntulo de Cremona; legum doctoris Iacobi de Ancona; civium et mercatorum florentinorum A., F., L., Petri et Simonis; conventus montis Sancti Dyonisii.

Codex foliorum 178, quem in Gallia exaratum suadent nomina frequentiora eius ecclesiarum, aevum pontificum avenionensium, scriptura gallicum referens typum, membranae quatuor in libro compingendo adhibitae, de quibus si disseram, putô historiae consultum iri. Agitur in iis *de redditibus et emolumentis nemorum de Angulis, de Mossano et de Cecenone et locis circumvicinis*, ac *seneseuliae Carcassonae*, quibus actis memorantur forestae *Narbonesii, de Cauna Albigesii, Senolhedesii, de Campo Leonis, de Brolio, del ghao francese, de Sancto Amantio, de Sancto Ludo-*

rico. Item numerantur *acapita* [cognitiones in dominum]; *expleta* [iurisdictiones] *et iustitiae, condempnationes* seu emendae [mulctae] *salini,* praestandae per praepositos, clavarios, aliosque Carcassonae.

Volumen ante duos annos Utini divenditum possedit Antonius Bellonus, cuius manu puto notas adiectas: « Liber A. Belloni notarii utinensis » — « Nunciatum fuit hic Utini die ultima februarii, millesimo quingentesimo quartodecimo, indictione secunda, expeditionem Osopii ab illustri domino comite Christophoro de Croatia, ceterisque dominis commissariis exercitus caesarei relictam fuisse propter metum dominorum venetorum redeuntium cum exercitu satis potenti, qui fertur iam Sacilum applicuisse. Dii meliora velint, lucrumque pingue dominis notariis concedant, quibus et probitas et fides inest solida, virtusque non obliviscenda, immo dignissima remuneracione quacumque. Nam quia neutrales nil magis cupiunt quam quod cunctis magis expediat ».

Cod. 88 chart., saec. XV, a. 158, l. 102 [L. IV, XCVI]. O.

Bartholomaei de Saliceto, de Bononia, *consilium* seu *tractatus super facto schismatis.* Incip.: « Factum alias de curia romana transmissum . . . »

Pervulgatum schisma illud est quod ex Urbani VI summi pontificis electione ortum, perdiu divexavit ecclesiam: cui quidem ut finis imponeretur, praecipui temporum illorum iurisconsulti Franciscus Zabarella, Ioannes de Lignano, Petrus de Ancarano, Antonius Butriensis, Petrus Maurocenus, Nicolaus Tudiscus abbas panormitanus, Antonius Rosellius, aliique scriptis pugnarunt. Iis Bartholomaeus Salicetius, legum, quas Bononiae, Ticini, Ferrariae ac Patavii explicavit, peritia clarissimus est adiungendus; ut qui consilio, hoc in codice descripto et in alio maioris ecclesiae lucensis (1), Urbani VI electionem, quam per vim et metum factam eius adversarii criminabantur, pro legitima tueatur, quod praesertim neque gravis, neque certa electoribus illata

(1) Zacharias, *iter italicum*, p. 18.

via esset; et alioqui nonnisi, quod e re ecclesiae erat, tunc ab iisdem petitum fuisset. Auctor a morte Gregorii papae XI [1378] orsus, Urbano pontifice adhuc vive se scripsisse, postremis hisce verbis declarat : « Concludo igitur dominum Urbanum verum » summum pontificem esse, et eum verum apostolicum tenendum » et adorandum : sed omnipotentem Deum suppliciter exoro, et » eius unigenitum dominum Iesum Christum salvatorem nostrum, » cuius vices summus pontifex gerit in terris, ut dignetur sui » clementia hoc schisma de ecclesia sancta tollere ; ne mentes et » corda fidelium deducantur in lubricum ; et dignetur mentes » principum sic inspirare, quod super hiis, si est possibile, fiat » concilium generale ».

Codicillus foliorum 22.

Cod. 89 membr., saec. XII, a. 173, l. 108 [L. IV, XCV]. O.

Tractatus de investituris ecclesiasticis incip : « Reddite » quae sunt Caesaris . . . Multi invidiam nobis inferunt dicentes » nos iniuste facere . . . »

Opellam nunquam impressam, cui titulus in codice deest, *de investituris ecclesiasticis* inscribere minime dubitandum, quod de iis praecipuum illius argumentum sit. Tum prodiit, quum de beneficiorum ecclesiasticorum collatione utraque potestas, pontificia scilicet ac imperatoria, contendebat ; qua de gravissima controversia Norisius cardinalis et Natalis Alexander uberrime commentati sunt. Beneficiorum collationem ecclesiae asserit auctor, ac nullam praeterea vult esset imperatoris in ipsam ecclesiam dominationem : quod ut ostendat, conciliorum canones affert, pontificum romanorum decreta, patrum testimonia et argumenta a ratione ducta ; nonnisi tamen iis utitur, quae alii et quidem pervulgati scriptores adhibent, qui pro ecclesia hac ipsa de re certarunt. Urbani papae II epistolam a Labbaeo editam (1) profert : « Hoc etiam sanctae memoriae secundus Urbanus papa, » affirmans quia qui res ecclesiae vendit vel emit, simoniacus sit,

(1) *Concil.* Ven., 1730, XII, p. 372.

» confirmat dicens . . . ». Hinc post annum 1099, quo Urbanus diem suum obiit, auctorem hanc scripsisse cognoscimus : et concilium lateranense anno 1123 coactum is facile praecesserit, cum in eo Callixtus papa II cum Henrico II imperatore litem de investituris composuisse constet.

Codex foliorum octodecim diligenter exaratus est, at librarius manum extremam operi minime imposuit.

Cod. 90 membr., saec. XIV, a. 237, l. 180 [Z. L. DXVII]. Ya.

Guillelmi de Mandagotto *liber de electionibus praelatorum*, cum glossis ab auctore ipso additis, minime vero in codice absolutis. Textus incip. : « Quia dum electiones imminent celebran- » dae [nempe archiepiscopi nemausensis] . . . . . » ; glossa vero : « Electio est celebranda dum vacat ecclesia et non ante ».

Auctor, *de Mandagozzo* etiam appellatus, archidiaconus nemausensis et domini papae capellanus, item archiepiscopus nemausensis, ebredunensis [a. 1295], aquensis [a. 1311], cardinalis praenestinus [a. 1312], mortuus a. 1321, nuncupat « mo- » ribus multipliciter radianti, magistro suo karissimo, domino » Berengario [iuniori] Fredoli succentori ecclesiae biterrensis, » domini papae capellano et doctori facundissimo decretorum », opellam [editam, p. 407, XV, *Oceani iuris* seu *tractatus tractatuum*] quae « intendit . . . . praemissis dispendiis » providere, ad instructionem eorum qui sunt iuris ignari, vel » electionum negocia non experti, quique habere nequeunt, cum » expedit, copiam praeteritorum ». Libelli autem « ex diversis » iuribus et doctorum opinionibus compositi » tractationem sic persequitur : « Doctrina primo traditur satis plena, quis modus » observari debeat in electionibus vel postulationibus faciendis » et, eis factis, tempore debito prosequendis. Secundo subiicitur » qualiter sint formanda instrumenta et litterae super hiis quae » occurrunt in ipsarum electionum vel postulationum negotiis » facienda. Tertio et ultimo adnectitur de appellationibus per » quas aliquando negotia huiusmodi ad sedem apostolicam defe- » runtur ». Altera libri parte, f. 35-52, praeceptorum quae tradidit quasi exemplum proferens dat acta electionis archiepiscopi

nemausensis, quo munere auctor institutus est. De opere in *Galliae christianae* tomo VI nec verbum quidem.

Utrumque Bonifacius papa VIII adhibuit in sexti libri *decretalium* compilatione: « Nos ad apicem summi pontificatus » superna dispositione vocati ......, per venerabiles fratres no- » stros Guillermum archiepiscopum ebredunensem et Berenga- » rium episcopum bitterensem ..., decretales huiusmodi diligen- » tius fecimus recenseri ». In prooemio.

Cod. 91 membr., saec. XIV, a. 258, l. 196 [L. IV, XXII]. Mk.

Plura circa sacrae inquisitionis officium.

a. Clementis papae IV constitutio qua leges in haereticos eorumque conscios vulgantur, f. 1-4. Inc.: « Statuimus ut pote- » stas, capitaneus .... Perusii, 3 nov. [1264] ».

b. Eiusdem constitutio qua leges in haereticos a Friderico II latas esse observandas praecipit, f. 4-6. Inc.: « Adversus hae- » reticam pravitatem quondam Fridericus ... ». Utramque constitutionem ediderunt Bremond. *Bullar. O. D.*, I, p. 125; Sbaralea. *Bullar. Francisc.*, I, p. 731; Bzovius. *Annal. eccl.*, XIII. Rei roborandae addit pontifex triplicem Friderici constitutionem Patavii datam die 22 febr. 1229, quam praeter alios, recens edidit Huillard-Bréholles. *Historia diplom. Friderici II*, Parisiis, II, p. 4-5; IV, p. 5, 298, 300; V, p. 201, 215.

c. ——— bulla *inquisitoribus ordinis Minorum, in administratione marchiae tarvisinae deputatis auctoritate apostolica et in posterum deputandis*, f. 6-8. Inc.: « Licet ex omnibus mundi » partibus qui christiana religione censentur ...... Perusii, 14 » nov. [1265] ».

d. Alexandri papae IV constitutio de eadem re, *inquisitoribus ordinis Minorum in partibus Italiae praesentibus et futuris*, f. 8-9. Inc.: « Quod super nonnullis quaestionum articulis .... » Anagniae, 10 ianuarii [1261] ».

e. P. albanensis episc. H. priori provinciali ordinis Praedic. in Lombardia, de modo se gerendi circa haereticos, f. 9-10, 80-83. Inc.: « Cum nuper domin. papa tibi praeceperit ... ». Duplex exemplum.

f. G.' narbonensis episcopi, inquisitoribus de eadem re, f. 10-12. Inc.: « Vestris devotis precibus annuentes . . . ».

g. Guidonis Ful [ginatis, ord. Praedic.] quaestiones breves super re eadem: *de his qui sponte redeunt; qui dicantur credentes; qui sint censendi fautores; qui dicantur receptatores; qui dicantur defensores; de inquisitionibus faciendis,* f. 12-15.

h. Innocentii papae IV constitutio inquisitoribus ordinis Praedicatorum in Lombardia et monarchia Ianuae, f. 15-76, 76-77. Incip.: « Super extirpatione haereticae pravitatis hoc a » vobis in locis ... Assisii, 30 maii [1254] ». Duplex exemplum.

i. Instructiones pro inquisitoribus, f. 16-18. Inc.: « Hic est » modus quem debent inquisitores haereticorum habere . . . »

k. Nicolai cremonensis et Danielis de Iosano inquisitorum, consilia quaesita a sapientibus, nempe a Philippo Placentiae episc. et aliis ea super re, annis 1276-1277, f. 19-25.

l. Formulae ad officium s. inquisitionis spectantes, f. 26-57.

m. Innocentius papa IV potestatibus per Italiam constitutis dat leges in haereticos et conscios, f. 58-65, 83-89. Incip.: « Ad » extirpandam de medio populi christiani haereticae pravitatis » zizaniam . . . . . . Assisii, 20 mai [1254] ». Exemplar alterum mutilum.

n. Idem eisdem, f. 66-73. Incip.: « Cum adversus haereti- » cam pravitatem quondam Fridericus . . . . Assisii, 18 mai » [1254] ». Habet constitutiones Friderici II, de quibus supra litt. **b.**

o. —— fratribus ordinis Praedicat. in provincia Lombardiae, f. 73. Inc.: « Cum in institutionibus nuper a nobis . . . . . » Anagniae, 20 iul. [1254] ».

p. —— universis Christi fidelibus, f. 74-75. Inc.: « Nove- » rit universitas vestra quod nos ad instar ... Perusii, 12 maii, » [1254] ».

q. Alexander papa IV iisdem, f. 77-79. Inc.: « Innocentius » papa praedecessor noster dudum constitutiones . . . . Laterani, » 2 martii [1257] ».

r. Clemens papa IV iisdem, f. 79-80. Inc.: « Ne inquisito- » ris negotium contra damnatam haeresim . . . . . Perusii, 13 ia- » nuarii [1265] ».

s. Consilium Benedicti [Ioannis Caietani] qui postea Nicolaus papa III fuit, et specialiter sapientum de curia, f. 90-95. Inc.: « Super eo quod vestrae consultationis articulus continebat, » utrum scilicet . . . ». Consilium datum ante annum 1277.

t. —— domini Francisci doctoris legum et magistri Iacobi canonici bononiensis, decretorum doctoris, f. 95. Incip.: « Super eo quod quaeritur de iuramento et promissione . . . »

Cod. 92 membr., saec. XV, a. 132, l. 103 [L. III, CXLII]. Z.

1. Incipiunt censurae ecclesiasticae compilatae per dominum Antonium archiepiscopum florentinum, et primo:

a. *de excommunicatione maiori* capitula septuaginta quatuor, f. 1-92.

b. — —— *minori* capitula sex, f. 92-101.

c. — *interdicto* capitula quinque, f. 101-120.

d. — *suspensione* capitula quinque, f. 120-132.

e. — *irregularitate* capitula sex, f. 132-155.

secundo: *de poenis ecclesiasticis*, f. 155-162.

Indicem generalem, f. 162-164, excipit syllabus excommunicationum papalium, f. 164-166; episcopalium, f. 166-170. Tractatum editum leges Venetiis 1474, et in *tractatu tractatuum* sive *Oceano iuris*. Venetiis, 1584, f.°, XIV: titulus apud Echardum, II, p. 170, est: *Tractatus notabilis de excommunicationibus, suspensionibus* ec.

2. *Quidam ordo in allegando iuris canonici et civilis*. Incip.: » Quia verus intellectus huius operis consistit in habendo aliqua- » lem noticiam . . . », f. 170-172.

3. *Tractatus domini Antonini archiepiscopi florentini, de ornatu mulierum*. Incip.: « Quaeritur primo utrum ornatus mulie- » rum secundum morem patriae . . . », f. 172-178. Apud Echardum venit nomine: *quaestio de ornatu mulierum*.

4. Quaedam de usura et de virgine, sine auctoris nomine, f. 179-180. Primus articulus incip.: « Quaeritur utrum sit lici- » tum emere pignora a manifestis usurariis . . . . », alter: « An » et quando quis vel quae dicatur virgo seu corrupta ».

Pagina opusculis praemissa habet: « 1653, die 13 ianuarii. » Admodum rever. pater Daniel Rissega, lector, praedicator et » conventus sanctae Mariae de populo vicarius, ordinis Praedi- » catorum, mihi donavit hanc summam divi Antonini: quam, ut » ex traditione habetur, multi patres dicti ordinis affirmant, esse » unam ex illis primis ab ipso divo Antonino manu propria scri- » ptis. Et ego Ioannes Matthaeus Madrutius canonicus collegia- » tae ecclesiae . . . ac vicarius generalis aemonensis, in huius rei » memoriam praedicta notavi ». Placet quae illustrationis gratia in hunc locum edidit Bernardus M. de Rubeis opere *de rebus congregationis sub titulo beati Iacobi Salomonii.* Ven., 1751, p. 330: « Æmoniae, idest in Civitate nova Istriae degebat Madrutius sub » episcopo Iacobo Philippo Thomasino. Coenobiolum *sanctae Ma- » riae de Populo* abdicatum fuisse anno 1616 vel insequente a » Bernardino Gosellino provinciae praefecto adnotavimus supe- » rius. Addendum hoc loco est egisse laudatum Thomasinum epi- » scopum anno 1650, quo cathedralis ecclesiae canonicum Ro- » mam ablegaverat ad veneranda sacra limina, ut coenobiolum » *sanctae Mariae de Populo,* generali ordinis magistro mandante, » iterum incolerent dominicani alumni. Schedam habeo ms. quae » rem enarrat. Hac igitur occasione data, laudatus *Daniel Ris- » sega* regimen coenobioli adsumpsit: quod omnino dimissum » denique, abdicatumque fuit ».

Codex duplici columna, eleganter exscriptus, cum antiquis operculis ligneis corio vitulino vermiculato obductis.

Cod. 93 chart., saec. XVI, a. 207, l. 158 [L. III, CLXI]. N.

De his quae praestari possunt non canonizatis, ad Augustinum Cusanum s. r. e. cardinalem amplissimum. Opusculum r. p. Antonii Gallonii, oratorii Vallicellani presbyteri, et aliorum eruditorum virorum. De hac re copiose actum est apud sanctiss. d. n. Clementem VIII cum de b. Philippo, aliisque aliquo cultu prosequendis orta esset dubitatio Romae, anno a Christo nato 1596. Capitula octodecim, per quaestiones et resolutiones. Opus non ultra annum 1605 exscriptum est.

Codex foliorum 56.

Cod. 94 chart., saec. XVI, a. 284, l. 210 [L. III, CX]. O.

1. Augustini Valerii cardinalis, episcopi veronensis, ***de occupationibus s. r. e. diacono cardinale dignis, ad Federicum cardinalem Borromaeum,*** f. 1-32.

Auctorem in titulo posui, quum ipsius Valerii, in opere impresso *de cautione adhibenda in edendis libris* [p. 38], testimonio nixus, tum aliis inditiis adductus, quae in libello sunt. Eius conscribendi occasionem sibi Carolum Borromaeum cardinalem, sanctissimum virum dedisse, auctor initio profitetur; a quo ut Federicum adolescentulum patruelem suum amore paterno complecteretur, eiusque studia curaret, rogatus fuerat. Carolo cardinali id se nullo modo negaturum ait, cuius multa et magna in se merita essent. Nam Romae primum anno 1561, quum Bernardum Naugerium avunculum a Pio IV pontifice inter cardinales recens cooptatum assectaretur, ab eo amicitiae iure donatum, et in academiam quam instituerat, adscitum; eo auspice se laicum hominem Venetiis, iussu senatus, patricios iuvenes philosophiam publice docentem, episcopum Veronae factum; omnique praeterea officiorum genere ab eodem prosequutum, lubens commemorat. Federico itaque dignas occupationes ob oculos ponit, easdem nimirum quibus ecclesiae cardinalem deditum cordati quique homines facile velint. Libros non tam multos, quam optimos, ei legendos dum suadet: « Nemo, ait, facile crediderit quantos progressus fecerit Carolus cardinalis in libris sancti Thomae Aquinatis, atque etiam sancti Bonaventurae: et quanquam nemo saepius et libentius diceret, se non esse theologum, se in doctorum numero collocari minime posse; nemo tamen, quum de dogmatibus loqueretur, maiore cautione et verborum, ut ita dicam, castimonia, quod sibi dicendum erat, exponebat; quum revera sanctus Thomas *ecclesiasticus Aristoteles* nuncupari possit, hoc est vir qui cum excellenti doctrina admirabilem ordinem coniungat; et sanctus Bonaventura non modo doceat, verum etiam inflammet eos, qui eius libros evolvant. Nosti tu, qui in publicis gymnasiis versatus es, et facultatem theologi-

» cam sub optimis magistris didicisti, insignia etiam doctrinae » more huius aetatis sumpsisti, ita ut scholasticos alios quamplurimos degustaveris. Ita se res habet : obruimur copia librorum : meliores seligamus oportet ». Bibliothecae autem comparandae Federico auctor est dicens : « Antiquitatis memoria co- » lenda certe est ; sed colenda magis memoria vetustatis, quae » in libris servatur. Quamobrem parandam supellectilem ma- » gnam librorum, bibliothecam nobilem instruendam tibi, cardi- » nalis Borromaee, putaverim : nulli sumptui parcendum hac in » re, ad nobilitatem animi tui pertinere quispiam existimaverit » ; quod equidem Federicum, tum quum bibliothecam Ambrosianam Mediolani instruxit, praestitisse iam constat. Libellus totus sana doctrina et rei ecclesiasticae eruditione scatet, haud secus ac cetera Valerii opera ; quem proinde, ceu auctore dignum vulgavit anno 1832, Angelus Mai ex codice Vaticano in *Scriptorum veterum nova collectio ex Vaticanis codicibus*, vol. VI.

2. Eiusdem *libellus, qua ratione monendi sint detrahentes reipublicae venetae, Clementis VIII pontif. tempore, post Ferrariam in sanctae apostolicae sedis fidem receptam, conscriptus ad Federicum Borromaeum, s. r. e. cardinalem*, f. 34-46.

Quum anno 1598 Romae nonnulli Venetos reprehenderent, quasi obedientiam et reverentiam sanctae sedi non praestarent, ecclesiasticam potestatem invisam interdum haberent, et multam rei publicae gerendae auctoritatem iunioribus concederent ; ad haec, magis quam opus fuerat, se sollicitos exhibuissent de communione ecclesiae catholicae Henrico IV Galliarum regi, cui summopere studebant, donanda, nec tandem in ferrariensi negotio ulla observantiae in summum pontificem iudicia dedissent ; ut malevolorum obtrectationibus occurreret, Valerius cardinalis hunc libellum, utilitate potius quam necessitate suadente, ad Borromaeum veneti nominis amantissimum conscripsit. Refellit in eo romanas accusationes, res a Venetis pro ecclesia fortiter ac praeclare gestas, et optimam eorum reipublicae administrationem, quae omnibus patebat, obiicens ; ut nonnisi ab invidis hominibus eas potuisse querelas proficisci demonstrat.

Opellam accurate scripsit in codice hoc Ioannes Theopulus, idem forte qui primicerius ecclesiae sancti Marci, ac deinde pa-

triarcha venetus factus est: edidit vero Iacobus Morellius in opere: *Codices mss. latini bibliothecae Nanianae*. Venetiis, 1776, p. 176-188.

Cod. 95 chart., saec. XVII, a. 217, l. 154 [L. IV, CXI]. MI.

Bartholomaei Ugolini, *de officio et potestate episcopi*, capitulis novem supra quinquaginta. Incipit capit. primum: « Episco-
» patus ordo quadripartitus est . . . », f. 1-132.

Editio altera (1) ita textus amplitudine codicem excedit nostrum, ut hic compendio potius tribuendus videatur. In ea tamen desideratur *examen episcoporum*, titulis quadraginta sex, quorum primus: « De constitutionibus. Quot annis debeat celebrari sy-
» nodus dioecesana », f. 133-186.

Auctor de Monte scutulo, dioeceseos ariminensis, iurisconsultus, sic operi, capitibus sexaginta tribus, quorum unumquodque in paragraphos, distributo, praefatur in edito, non in manuscripto: « Quatuor capita totius huius operis quasi fundamenta
» quaedam ieci. In quorum primo, quod potestas haec ab episco-
» po exercetur, ob eam rem, quibus qualitatibus episcopus crean-
» dus, creatusque affectus esset cum habito respectu ad se, tum
» ad ecclesiam suam gubernandam . . . In altero eiusdem pote-
» statis effectus tam per se quam per accidens collocavi . . . . In
» tertio, quod tota episcopi potestas sui muneris exercendi, ab
» ordine atque iurisdictione pendet . . . Postremo, quod forma ad
» haec peragenda, quae diversa sunt, diversa est ».

Codicem possederat Thomas Mallonius episcopus bellunensis [1634-1649].

(1) *Tractatus de officio et potestate episcopi*, Bartholomaei Ugolini, dioecesis ariminensis, ac Barbiani archipresbyteri, ecclesiasticis personis omnibus perutilis, hac secunda editione innumeris quibus scatebat erroribus expurgatus. Romae, apud Andream Phaeum, 1617, p. 174, f.o

Cod. 96 chart., saec. XVIII, a. 257, l. 193 [L. IV, LVIII]. N.

De iuribus sacerdotii et imperii tractatus contra Hugonem Grotium, aliosque aieraticos novatores, quo eorum nuperae sententiae repudiantur extirpanturque, auctore Iosepho Motta veneto, auditore metropolitano aquileiensi, et in curiis ecclesiasticis causarum patrono primi nominis, cum eius effigie pictura lineari atramento exhibita e fronte tituli.

Auctor additis sua manu lituris, emendationibus, additionibus, nuncupaverat, kalend. iuniis 1718, Clementi XI papae opus autographum in tredecim capita partitum, ac paragraphos summatim octoginta, typisque paraverat edendum; sub fine enim operis fol. 397 legitur : *Fr. Gio. Maria Bertolli de' Servi, revisore,* ac additionum fol. 416 : « *Die* 28 *martii,* 1727, *viso et approbato quod principes et bonos mores. Marzinoni revisor publicus.* Plures habentur auctoris opellae editae, non opus hoc ceteris praeferendum.

Cod. 97 chart., saec. XVII, a. 328, l. 230 [L. IV, LXXXVIII]. Yc.

1. Bartholomaei Sylvatici, *de iurisdictione saeculari in personas, loca, et res ecclesiae et mixtas* tractatus. Index operi praepositus sic incipit : « Hic tractatus sex principales quaestiones » complectitur, in quarum explicatione quasi omnes illae tracta- » buntur controversiae, in quibus de ecclesiastica et laica pote- » state agi potest . . . », f. 1-139.

Autor in archigymnasio patavino, annis quinquaginta, iuris utriusque interpres, reipublicae venetae consultor et eques, in dedicationis epistola sereniss. principi Marino Grimano, ante mensem novembrem anni 1600 data, de se narrat quomodo ab annis octodecim, Iacobo Chizzolae brixiensi suffectus, cum Vincentio Stella item brixiensi et Erasmo Gratiano utinensi, in causis publicis Venetorum consilium de iure praestaret; ac ideo Venetiis fuerit commoratus, ac in curia caesarea *pro finibus cum Germanis transigendis, relicta patria et numerosa undecim filiorum familia :* « Hos, ait in fine, tibi addico atque consecro, sperans etiam fore

» ut, ingravescente aetate mea, et laboribus consuetis vix apta, » unus ex his qui nunc senatus decreto feudalia iam publice pro» fitetur, non sine scholarium et in publicis negotiis sequens ve» stigia paterna debitum servitium peragat ». Senatusconsulto, quod folio 172 legendum est, diei 27 ianuarii 1601, captum auream catenam pretio biscentum ducatorum ei donandam, propter *tratato composto da lui in materia della giurisdizione secularе nelle persone, luochi et cose ecclesiastiche et miste.*

2. Eiusdem *responsum pro serenissimo dominio in causa superioritatis Cenetae, quod extendi potest ad alios praelatos similes iurisdictiones exercentes.* Capitulorum summarium excipit *species facti,* quae incip.: « Otto primus imperator anno 962 donavit » Sicardo episcopo cenetensi Cenetam cum omnimoda iurisdi» ctione temporali . . . », f. 141-157.

3. —— *responsum pro serenissimo dominio veneto ad probandam antiquissimam iurisdictionem, quam semper exercuit in sinu hadriatico, et quod nulla possit allegari pactio, per quam dicatur quod huic iuri cesserit.* Incip.: « Cum seren. resp. vene» ta dominium suum temporale a solo Deo recognoscat . . . », f. 159-171.

Cod. 98 chart., saec. XVII, a. 293, l. 202 [L. IV, CXII].

Sarpii Pauli, *de iure asylorum,* cum collectaneis viri eruditi de asylis, folia 19.

Opellam ab auctore, nomine *Trattato dell' immunità delle chiese,* exhibitam Augerius Frikelburgius latinitate donavit nuncupavitque Gerardo Maldechemio, haec adnotans: « Operae me » pretium facturum existimavi si, utcumque possem, latine face» rem quae magnus vir italice conscripsit; tum ut elegantissi» mum opus ab iis etiam qui italice nesciunt legi et intelligi pos» sit; tum etiam ut tu ipse, mi Gerarde, tuique similes, pietati » aliquando plus quam addicti, cognoscere possitis quid itali, » nationum omnium religiosissimi hac de re sentiant ». Versionis huiusce iuris publici factae Lugduni a. 1622 et Venetiis, a. 1677, codex tantummodo noster offert exemplum.

Cod. 99 chart., saec. XVII, a. 282, l. 203 [L. IV, LXXXIX]. Yc.

Casparis Lonigo, quaestiones iuris canonici variae de rebus praesertim ad rempublicam venetam spectantibus, indice earum, numero octodecim, praemisso.

Codex cum annotationibus autographis habet folia 379.

Cod. 100 chart., saec. XVII, a. 300, l. 203 [L. IV, LXIV]. Yc.

Eiusdem, *de derivatione nominis* CAPELLA *et* CAPELLANVS. Incip.: « Dignissimam suscepimus tractationem de vene-
» rabili admirabilique regia capella d. Marci seren. principis Ve-
» netiarum . . . . . » ; inferius autem: « unde cum seren. princi-
» pis in ea sim capellanus, pariterque vicarius generalis, quasi
» ex debito officii teneor ... eius regalias, praerogativas ac prae-
» eminentias insignes, Deo dante, in iure enarrare . . . »

Codex autographus folia habet 66.

Cod. 101 chart., saec. XVII, a. 299, l. 200 [L. IV, LXXXVI]. Yc.

Eiusdem, *de interdicto Pauli papae V contra Venetos, a.* 1606. Incip.: « Dominus dirigat verba mea in viam veritatis et iusti-
» tiae. Difficilis profecto est provincia ista cum agatur de summo
» pontifice . . . . ». Differt toto caelo ab opere nomine Venturae Vicentini: *Consilium super controversia vertente inter beatissimum Paulum papam V ac serenissimam rempubicam venetam,* edito Venetiis, a. 1606, novem capitibus [pag. 209], quod in codice ms. vis interdicto denegetur, sine praevia citatione; in impresso nullum in res Venetorum arbitrium pontifici asseratur.

Codex autographus habet folia 75.

Cod. 102 chart., saec. XVII, a. 215, l. 168 [L. III, CXIII]. Ms.

1. Caesaris Baronii cardinalis *votum contra rempublicam venetam, ad Paulum V pontificem.* Incip.: « Duplex est, b. pater,
» ministerium Petri: pascere et occidere . . . », f. 1-2. Non una vice tantum editum habes anno 1607, quo votum datum est.

2. H. P. In illustrissimi et rever. cardin. Baronii votum responsio, cum quaestionis explicatione Venetiis, 12 kal. septembris, 1606. Incip.: « Paucis pro tempore, quid de ill. et rever. » cardin. Baronii voto sentiam explicabo . . . », f. 3-25.

Cod. 103 chart., saec. XVII, a. 300, l. 210 [L. IV, XIV]. Yc.

De patronatibus ecclesiarum regiae coronae serenissimi principis reipublicae venetae liber unus, autore Caspare Lonigo athestino, sac. th. ac i. u. d., capellano vicario in regia capella d. Marci eiusdem sereniss. principis. Capitula septem. Incipit: « Iurispatronatus origo in ecclesia Dei fuit, quod cum Constanti» nus imperator primus licentiam impartitus fuisset ecclesias » aedificandi . . . ». Praeit index rerum manu auctoris triplex.

Caspar Ventura Lonigo, sub fine saeculi decimisexti Atheste ortus, magnam vitae partem Venetiis exegit: nomine Venturae Vicentini, Venetorum partes propugnavit in interdicto anni 1606. Qui de eo eiusque operibus erudiri desiderat, adeat opus: Francesco Tommasini. *Le glorie di Vicenza nella famiglia Lonigo.* Padova, 1702, 4.°, p. 41-42, ed. Emm. Cicogna, *Delle iscrizioni veneziane,* vol. III. p. 129-133.

Codicem foliorum 184, cum emendationibus autographis, auctor moriens [1667] bibliothecae s. Marci cum aliis pluribus reliquerat: haec tamen consilium decemvirum, utpote rei politicae obnoxia in proprium tabularium invehi iussit, ac serius [1787] bibliothecae nostrae concessit.

Cod. 104 chart., saec. XIX, a. 228, l. 180 [L. IV, CXIX].

Series decretorum sacrae congregationis rituum et patriarchalium, tam pro urbe quam pro toto dominio veneto, ab anno 1600 usque ad 1776 a d. Alberto Astori, alumno ecclesiae olim paroecialis s. Apollinaris formata. Addita sunt eiusdem congregationis decreta per Ioannem Diclich, sacerdotem ecclesiae s. Petri apost. Ven., ab a. 1796 ad 1833. Nec index alphabeticus deest.

Codex habet paginas 248.

Cod. 105 chart., saec. XVII, a. 302, l. 213 [L. IV, XCVII]. O.

De residentia titulatorum, 1596, tomus 2.us

Codex folior. 107, sic inscriptus acta plura complectitur controversiae, quae saeculo sexto decimo exeunte fuit inter Laurentium Priolum cardinalem et patriarcham Venetiarum, huiusque civitatis clerum. Anno scilicet 1591 praesul, quo concilii tridentini decreta exsequeretur, edixerat ut clerici omnes beneficia ecclesiastica, quae *titulos* vocamus, sua in dioecesi habentes apud ecclesias residerent, proque munere officiis divinis adessent. Id aegre ferentes clerici, quum titulos ipsi suos beneficia simplicia esse assererent, legatum apostolicum Venetiis degentem adiere, iudicii impetrandi causa; qui anno 1592 quod patriarcha decreverat solemni sententia firmavit. Itaque congregationem romanam concilii tridentini decretis interpretandis institutam clerus appellavit; apud quam per sexennium litem productam fuisse codex quidem demonstrat, at quaenam tandem sententia ab ea prodierit nullatenus ostendit. Ea inter quae ad iura probanda afferuntur, acta quaedam inedita sunt. In iis diploma e tabulario ecclesiae s. Iuliani sumptum, quo Franciscus Bembus episcopus castellanus die 26 septembris anni 1410, auctoritate bullae Innocentii pp. VII a Flaminio Cornelio editae (1), tres in ecclesia eadem sancti Iuliani titulos instituit; titulorum quorundam redditus descripti ex actis visitationis per totam dioecesim venetam anno 1581 a Laurentio Campegio legato apostolico et Augustino Valerio episcopo veronensi peractae; quae quidem acta inter tabulas erant congregationis romanae, cui de negotiis episcoporum et visitationibus apostolicis cura est. At plura exstant quae in *Constitutionibus et privilegiis patriarchatus et cleri Venetiarum* editionis aldinae 1587, et in *Ecclesiis venetis* illustratis a Cornelio vulgata iam sunt. Haud levis suspicio est, hoc unum esse e tricenis voluminibus, in quae monumenta cleri veneti Antonius de Episcopis, a duobus iam saeculis in curia patriarchali Vene-

1) *Ecclesiae venetae*, III, p. 311.

tiarum cancellarius, accurate congesserat; quod Stephanus Cosmius archiepiscopus spalatensis, quum idem argumentum tractaret, se frustra quaesivisse indicavit.

Cod. 106 membr., saec. XIV, a. 282, l: 203 [L. IV, LXVIII].

Statuta canonicorum ecclesiae s. Marci Venetiarum. Horum collectio duplex est, altera ad annum 1303 spectat, altera ad annum 1312. Insunt tamen statuta antiquiora annorum 1189, 1210, 1218, 1251, 1269, 1278, 1292, 1294, 1298, 1301, 1302, f. 1-19. Statuta recentiora vario charactere accedunt, usque ad annum 1332, f. 19-21.

Ex veteri promissione ducis Venetiarum, quae ad ecclesiam sancti Marci eiusque canonicos spectabant sumpta sunt, f. 12-13, eadem ex parte quae apud Flaminium Cornelium in *Eccl. ven.*, X, p. 237-238; itidem ex testamentis nonnullis loca excerpta, f. 13-14, quibus eidem ecclesiae bona relicta sunt. Exstat quoque exemplar litterarum encyclicarum, vel communicatoriarum, vel dimissoriarum, f. 15, quas primicerii cum clero ecclesiae s. Marci saeculo decimotertio dare consueverant. Ad antiquam ecclesiae ipsius, immo vero et cleri Venetiarum totius disciplinam rite dignoscendam statuta haec maxime faciunt, inter quae est capitulum *de investitione regalium*, f. 8, idem omnino cum *forma rescripti* ante chronicon Danduli edita, p. 11. Ioannes Baptista Gallicciolli edidit statuta ex hoc codice cum notis, in *Memorie venete antiche*. Ven., 1795, VI, p. 68-122.

Cod. 107 membr., saec. XV-XVI. a. 340, l. 260 [L. IV, CXVI]. D.

Membranae numero decem, seu litterae testimoniales honoris viris gentis Contarenae Petro, Francisco, Nicolao, Paulo. Eae sunt **a.** bulla Pauli papae IV Petrum episcopum paphensem renuntians, una cum diplomate senatus veneti ad gratias pontifici, ea de re, agendas a. 1557; **b.** bullae tres Pii papae IV pro Francisco electo episcopo paphensi a. 1562; cum littera testimoniali patriarchae Venetiarum, ac consecrationis per Philippum Mocenicum archiepiscopum nicosiensem a. 1563; et diplomate pro

eius in utroque iure laurea, collato a. 1567; **c.** *licentia privati examinis et doctoratus* in scientia artium magistri Nicolai, a 1412; **d.** dispensatio matrimonialis data Marco quondam Pauli, a 1572.

Cod. 108 chart., saec. XVI, a. 325, l. 228 [L. IV, LXIX]. X.

Statuta capituli ecclesiae aquileiensis, f. 1-43, indice praeeunte capitulorum 142, f. III-VI. Interseruntur bullae Alexandri papae IV, 3 mariii 1254; Innocentii papae VIII, 19 ianuarii, 1486, 25 martii, 1489; Pauli papae II, 13 iunii, 1465, 5 augusti, 1465; ut et litterae patriarcharum et vicariorum ecclesiae aquil. Statutorum collectio capitulis centum quadraginta septem sub fine saeculi decimiquinti exarata est, cum statutum septimum *quod omnes canonici et mansionarii discant et dicant officium* anno 1492 datum sit. Edidit ex hoc codice Iosephus Cappelletti in *Chiese d' Italia.* Venezia, 1851, VIII, p. 309-377.

Cod. 109 chart., saec. XVI, a. 210, l. 150 [L. IV, CVIII]. T.

Eadem, f. 1-51, praeeunte indice, f. III-VII. Adduntur litterae pontificum, imperatorum, ducum Venetiarum, patriarcharum, episcoporum suffraganeorum ab anno 1031 ad 1578, de eadem re, f. 51-109.

Cod. 110 membr., saec. XIV, a. 387, l. 252 [L. IV, LII]. X.

Iura episcopatus concordiensis ac exempla documentorum quae ad ea iura se referunt. Inscribitur autem *iura nemorum; livelli terrarum Concordiae; affictus sancti Iusti, Fossaltae, Portusveteris, Iussagi, Ligugnanae, Domortuli; livelli casalium et terrarum Portusgruarii; huius decimae; iura et iurisdictiones, nec non livelli casalium et terrarum Cordovadi; iura et iurisdictiones ac affictus de Meduno,* f. 1-114.

Exempla documentorum ab anno 1320 ad 1359 pertingunt; potiora ex iis sunt: **a.** Statuta et ordinamenta Portusgruarii a

Iacobo episcopo, capitaneo et rectoribus Portusgruarii, die 11 novembris, a. 1300 ordinata, quae, numero quinque supra quinquaginta, fere omnia de criminalibus agunt, nec aliquid commune comprehendunt cum editis Venetiis a. 1676, f. 117-124. Ea edidit Caesar Foucard in *Codice diplomatico della città di Portogruaro*. Portogruaro, 1856, p. 24-44.

2. *Statuta* a Guidone episcopo concordiensi concessa die 5 octobris a. 1337 hominibus de Cordovato, f. 125-129. Interseruntur documenta antiquiora: **a.** Carolus imperator investit Petrum episc. concord. de pertinentiis sui episcopatus. Francofurti, 1 april., 802, f. 131. **b.** Otho rex concedit Benoni episcopo concordiensi sylvas, pascua, paroccias in confinibus maris. Veronae, 11 april. 986, f. 1. **c.** Gervinus episc. concord. dat terram cum sylva et pascuis, in loco dicto *ad pontem decorum*, ad casas et mansiones aedificandas, 10 ianuarii, 1140, f. 18. Documentum pluries editum. **d.** Sententia ab arbitris lata super advocatia episcopatus concordiensis, tribuenda Gabrieli advocato Romuli episcopi, 13 maii, 1192, f. 146-147. Manu autem recentiori addita codici: 1. Privilegium abbatiae sumaquensi a Wilrico episcopo concordiensi concessum, 10 iulii, 1482, f. 129-130. 2. Ioannes Argentinus episc. concord. investit Rizardum ex consortibus de Valvasono de castro Fractae. Venetiis, 1 iunii, 1524, f. 130-131.

Codicem foliorum 161, qui pertinuerat ad episcopatum Concordiae, oblatus die nona decembris a. 1688 magistratui feudorum Venetiis, litis cuiusdam causa, sibi coemerat saeculo anteacto Amedaeus Svajer, serius bibliotheca nostra.

Cod. III membr., saec. XVI, a. 382, l. 270 [L. IV, LVI].

Litterae apostolicae decreta, legatorum pontificiorum privilegia, diplomata regum, pacta et acta alia ad ecclesiam nicosiensem in regno Cypri spectantia, numero centum triginta et unum ab anno 1195 ad ann. 1368. Nota quod ex saeculo decimo quarto novendecim tantum documenta numerentur, unum anni 1472.

Ex veteri codice qui chartas anno 1322, iussu fratris Ioan-

nis ordinis Praedicatorum archiepiscopi nicosiensis, et alias deinde adiectas continebat, ac in thesauro ecclesiae illius asservabatur, exemplum hoc anno 1524 Romae sumptum est, manu ac sigillo Floridi Brisseti clerici lugdunensis, curiae romanae notarii recognitum ac roboratum; Aldobrandino de Ursinis archiepiscopo nicosiensi id procurante. Est vero locuples ac longe pretiosa collectio monumentorum, ad res Latinorum et Graecorum ecclesiasticas regni Cypri cognoscendas valde opportuna.

Accedunt, charactere recentiori, scriptae litterae, f. 81, Pii papae IV de anno 1564, quibus Salamoni Potriti, filio papae Argiru, confirmat manumissionem, qua Livius Podochatarus archiepiscopus eum olim donaverat. Inc.: « Cum a nobis petitur quod » iustum est et honestum . . . ». Concessiones itidem nonnullae, charta communi exscriptae, f. 82-85, additae sunt reddituum iuriumque, factae anno 1496 a Sebastiano Priolo archiepiscopo nicosiensi, et sententiae tres rectorum regni Cypri pro republica veneta, de decimis ecclesiasticis persolvendis: quarum una anni 1496 lata est ob querelas Sebastiani Prioli antedicti, Lodovici Cipici episcopi amocustani, Nicolai Dulcis episcopi nimociensis, et Iacobi Pisauri episcopi paphensis.

Codicem folior. 85 pereleganter exscriptum, quem ad familiam Podochatari Venetias ex Cypro accedentem olim pertinuisse certum est, in suos usos transcribendum curavit a. 1851 Aloysius de Mas-Latrie a tabulario generali parisiensi, idem qui dedit opus: *Histoire de l' ile de Cypre, sous le règne des princes de la maison de Lusignan.* Paris, 1852-1855, III, 8.°

Cod. 112 membr., saec., XV. a. 223, l. 174 [L. IV, LXI]. N.

Constitutiones, reformationes, sive statuta pro ecclesia tarvisina, edita auctoritate apostolica per Antonium cardinalem Corrarium, episcopum Ostiensem vulgo nuncupatum, episcopum bononiensem, vulgata die dominico, vigesima mensis iulii, anno 1432, rubricis octoginta tribus. Praeeunt epistola pastoralis cardin. Corrarii Ioanni Benedicto episcopo tarvisino et clericis dioecesis universis, ut et bulla Eugenii papae IV, 24 martii, 1432, f. 1-3. Animadversionem merentur quae passim, manu sequiori

in constitutiones notata sunt: *non est in usu; non observatur; oppugnat concilio sess.* 22, 24 ec.; *hoc tempore est superfluum; quae statuta quoniam sunt contra concilium tridentinum, non sunt observanda et minus iuranda; domus in canonica nunc locantur etiam laicis; est iniustum decretum;* et similia.

Codex folior. 50, cum indice mutilo sub fine, ex authentico per notarium Ioannem de Carrate mediolanensem rogato, sumptus est.

Cod. 113 membr., saec. XIV, a. 296, l. 193 [L. IV, XCVIII]. O.

Litterae patentes episcopor. volaterranorum, ann. 1301-1348.

In codice sunt formulae litterarum omnium, quibus Rainerius IV Belfortius episcopus volaterranus, annis 1301-1321, quique eum proxime, ad annum usque 1348 excipit, Rainutius Allegretius, in episcopatu administrando uti consuevere. In iis animadversione digna quaedam sunt utriusque praesulis decreta de restituendo foenore, deque supremis tabulis exequendis: alterum quo, poena excommunicationis indicta, Rainerius clericis iubet, ut habitum qui eos decet induant, monetque ne *caligis scacchatis, rubeis, vel viridibus, aut scarpettis, seu aluttis, vel aliis calceamentis stampatis, vel aliquo magisterio incisis utantur:* aliud item Rainerii, quo iuri monetae cudendae ab imperatoribus episcopo volaterrano concesso et a pontificibus confirmato consulens, in dioecesi sua monetam cudere cuique vetat, idque excommunicationis poena proposita; instrumenta *legitimationis sclavi* et *creationis notarii et iudicii ordinarii.* E litteris Rainerii eiusdem, quae olim de absolutione a criminibus gravioribus episcopo reservata in ecclesia volaterrana disciplina viguerit, innotescit: ex iisque reservationi obnoxii inter alios apparent « omnes » illi qui dedissent operam consilium et favorem in occupatione » Castri et iurisdictione castri episcopalis de Monte Castello; » baptizantes imaginem; violatores sepulchrorum; publici falsa» tores sigilli episcopi; dispensatores et absolutores incertorum, » seu male ablatorum, ultra valorem quinque solidorum; rapien» tes seu occupantes indebite ecclesias et bona earum; facientes » et observantes statuta contra libertatem ecclesiasticam; coniu-

» rantes contra episcopum et ecclesiam volaterranam ; dantes
» consilium, auxilium vel favorem publice vel occulte, ut bona
» episcopatus indebite occupentur; convertitores et dispensatores
» votorum ; dispensantes et absolventes irregularitates quibus-
» cumque, et excommunicatos ab episcopo volaterrano, vel eius
» vicario ; et expressores filiorum ex abundanti negligentia ».

Codicem foliorum 47 una manus exscripsit.

Cod. 114 membr., saec. XV, a. 340, l. 236 [L. IV, IV]. F.

Tractatus solemnissimus conciliorum generalium, editus per iuris utriusque monarcham, dominum Antonium de Rosellis de Aretio.

Auctor, et de Roxellis appellatus, iuris canonici Patavii, ubi a. 1467 decessit, antecessor, Francisco Foscari duci Venetiarum opellam die 28 decembris a. 1444 nuncupavit ; quae serius partem alteram constituit operis : *Monarchia mundi, hoc est de potestate imperatoris, papae ac conciliorum ; et an apud papam sit potestas utriusque gladii,* praelo commissi Venetiis a. 1487 per Hermannum de Lichtenstein forma maiori, ac serius quoque. Minime praetereo hunc librum *sub anathematis poena comburendum* mandasse Nicolaum Francum tarvisinum, sedis apostolicae in veneto dominio legatum, in constitutionibus *de reformatione,* anno 1491 datis. Praevia dedicationis epistola quae inc. : « Si stabilis, Francisce Foscari, dux serenissime . . . », agit de schismate in ecclesia tunc debacchante extinguendo : ea in tractatu edito desiderata, publici iuris facta est fere universa a Iacobo Morellio, p. 5-6, operis *Biblioteca Farsetti, parte seconda.* Textus, non sine emendationibus autographis, nulla capitulorum partitione, incip. : « Altam materiam et quotidianam conciliorum generalium tra-
» ctaturus, primo quaeram quid sit concilium . . . », ubi animadvertas locum sub initio « et ego plenissime scripsi in meo opere *monarchiae,* ubi etiam tango . . . » sic opere edito relatum : « Et
» ego plenissime scripsi supra, ubi etiam tango . . . », quod tardiorem insertionem innuit.

Duplex littera initialis, ornamenta auropicta in marginibus, stemmata ducis Foscari et auctoris insigniunt titulum codicis

foliorum 55, lineis 44 unaquaque pagina, egregie exscripti, quem apud Ioannem Brunacci patavinum exstantem Ioannes degli Agostini descripsit in *Notizie intorno agli scrittori veneziani*, I, p. 194.

Cod. 115 chart., saec. XV, a. 220, l. 143 [L. IV, XXVIII]. N.

Fantini Valaresso, *de conciliorum auctoritate, et de communione Latinorum et Graecorum, ad Eugenium papam quartum*.

Auctor venetus, archiepiscopus cretensis, qua apostolicae universam Cretae insulam legatus, in dedicationis epistola, quae incip.: « Quoniam quidem, beat. pater, omnia ad sanctitatem » tuam referenda sunt quae circa fidei difficultatem et Christianorum salutem versantur . . . . . », occasionem operi datam nunciat: « Multorum devictus instantia . . . ipsorum maxime clarissimorum virorum, Pauli videlicet de Doctis de Padua et Marini » Faletri veneti patricii.... hoc praesens opusculum conscripsi, » conciliorum antiquorum ordinem et tempora, eorumque definitiones et causas, quibus conflata fuerunt, summatim et compendiose collegi . . . ». Tractatum capitulis 75, qui inc.: « Ad » intelligendum statum et ordinem generalium sive ycumenicorum conciliorum pro Christi fide firmanda . . . . », excipiunt: a. bulla *definitionis sanctae oecumenicae synodi florentinae*, ab Eugenio papa IV, pridie nonas iulii 1439, una cum subscriptione episcoporum et abbatum, ut in *Concilio florentino* edito in collectione a Labbè. Venetiis, 1798. XXXI, c. 1026-1038; b. index, f. 55-56. Opus anecdotum, cuius plura exemplaria passim exstare asserit Ioannes degli Agostini in *Notizie* ec., I, p. 276, anno 1442 pontifici oblatum est.

Foliis vacuis 60-61 sub fine exstat syllabus coaevus *corporum sanctorum quae sunt et reperiuntur Venetiis in diversis ecclesiis, ut apparet.*

Cod. 116 membr.-chart., saec., XV. a. 227, l. 163 [L. IV. LX]. N.

Eiusdem, *de conciliorum auctoritate* ec. Folia 38.

Cod. 117 chart., saec. XV, a. 272, l. 210 [L. IV, XXVII]. Ye.

1. Eiusdem, *de conciliorum auctoritate* ec., f. 1-61, cum indice praevio.

2. Concilium lateranense Romae, sub Martino papa I, celebratum, quo haeresis Monothelitarum condemnata est anno 649, f. 63-192. Editum leges cum graeco textu e regione, in *Concilia a Labbè,* X, c. 863-1186.

3. Hittmari [Hincmari] archiepiscopi remensis, *tractatus de potestate papae et episcoporum,* capitulis 40, f. 192-234. Opus supposititium, cuius diligentissimus Sirmondus in Hincmari remensis operibus [Lutetiae Paris, 1645, vol. II, f.°] non ullam memoriam ingessit.

Cod. 118 membr.. saec. XI, a. 385, l. 280 [Z. L. CLXIII]. E.

Concilii constantinopolitani tertii, oecumenici sexti [a. 680], actiones undecim priores, postrema mutila, aut vix incepta.

Litteris uncialibus nigri et rubri coloris inscribitur titulus: *In hoc opere continetur sancta sexta synodus, que in urbe konstantinopolitana congregata est sub temporibus domini Constantini piissimi augusti et Agathonis sanctissimi ac beatissimi pape antique Rome, divalis sacra directa Dono sanctissimo pape senioris Rome, contradicta vero Agathoni sanctissimo ac beatissimo pape eiusdem antique Rome, eo quod idem Donus de presenti vita decessisset.* Actiones undecim editae sunt in *Concill. a Labbè,* XI. col. 189-518.

Codex, sub fine inscriptus *B. Icelinus manu propria,* folia habet quinquaginta septem.

Cod. 119 chart., saec. XV, a. 403, l. 283 [Z. L. CLXIV]. B.

1. B. Eugenii episcopi chartaginensis, *fidei catholicae ratio, exigente Hunerico rege Vandalorum.* Incip.: « Regali imperio » fidei catholicae quam tenemus . . . . », f. 3-6. Editum leges in

Concill. a Labbè, VII, c. 250-260. Agitur praesertim de graeca voce ὁμούσιον et de eius vi ac significatione.

2. ***Incipit liber disceptationum sancti Augustini episcopi adversus comitem Pascentium arianum, praesente Laurentio, ut iudice ab utrisque partibus electo,*** f. 6-9. Exstat in appendice tomi II operum s. Augustini, Venetiis.

3. Concilium nicaenum secundum, oecumenicum septimum, habitum annis 787, Anastasio bibliothecario interprete, f. 9-118, ***de sacris yconis et imaginibus.*** Editum legitur in ***Concill. a Labbè,*** VIII, c. 673-1294. Desunt codici historia concilii et epistolae binae Gregorii papae ad Isaurium imperatorem, editae, c. 645-674. Actio octava ordine turbato in codice apparet.

4. —— constantinopolitanum quartum, oecumenicum octavum, [habitum annis 869-870], Anastasio bibliothecario interprete, actionibus decem, f. 120-210. Publici iuris factum est in *Concill. a Labbè,* XVI, c. 1-534. Quaedam initio a codice discrepant.

Codicem, lectione plerumque corrupta, scripsit Theodericus Wulf de Lubec, amanuensis Bessarionis: propterea huius insignia auropicta ornant libri initium.

Cod. 120 chart., saec. XVI, a. 330, l. 228 [L. IV, XXI].

I. Concilium constantinopolitanum quartum ec., ut supra, f. 1-161.

II. *Ioannis de Turrecremata, cardinalis sancti Xisti, apparatus super decretum unionis Graecorum, in concilio florentino,* anni 1441, f. 163-231. Auctor decreti, textum per partes interpretatus, fuse de eius prooemio, narratione, conclusione disserit. Hanc explanationem decreti Eugenii papae IV, anni 1439 dati, Michael Tramezinus edendam curavit Venetiis, anno 1561, Pii pape IV et senatus veneti voluntate accedente. Eadem lectionis pravitas ac in codici superiori.

Cod. 121 chart., saec. XVIII, a. 340, l. 222 [L. IV, XCI]. Ma.

1. Acta de conciliis ecclesiasticis saeculi decimiquinti et quidem :

a. *Fragmenta historica conciliorum pisani, constantiensis, papiensis, basileensis,* f. 1-13.

b. *Quod concilium generale in Sp. s. legitime congregatum sit supra papam, ex eo quod universalem ecclesiam repraesentat. Assertio probata in concilio basileensi,* per Ioannem patriarcham antiochenum, a. 1434, sub festo epiphaniae Domini. Inc.: « Con- » siderandum quod concilium generale legitime congregatum in » Spiritu sancto sit maior papa . . . », f. 53-69. Partes tractatus, quem integrum habent *Concill. a Labbè,* XXIX, col. 512-533.

c. *Apparatus ad controversias de papa, de clavibus, de concilio generali, de ecclesia, de reformatione.* Incip. : « Ita dominus » noster Leo papa. Hist. XVIII, de apostolis ait . . . », f. 73-87. Plura fragminibus in unum collecta ad demonstrandum quae sanctiora religionis officia in ecclesiasticos incumbant; unaque quae vitia ecclesiam inficiant.

d. Ioannis Gersonis *directiones circa potestatem concilii generalis et in generalibus conciliis agenda, factis potissimum constantiensis concilii comprobatae,* f. 97-109.

e. *Compendium sermonis a Ioanne Gersono coram Sigismundo rege et Ioanne papa XXIII habiti, sub initio constantiensis concilii, de* **a.** *corpore mystico militantis ecclesiae, capite et membris ;* **b.** *auctoritate, potestate, convocatione, utilitate concilii ;* **c.** *iis quae in concilio tractanda.* Inc.: « Triplicem in medium considerationem offerre mens est . . . », f. 113-115.

f. Petri de Allinco, *tractatus de reformatione ecclesiae,* oblatus primoribus *ecclesiasticis in concilio, kal. novembris,* 1416. Incip. : « De reformatione ecclesiae plura dudum per me scripta, » non compendiosius recolligere.... », f. 121-149. V. pagg. 311, 320. Continuo ecclesiae *deformationi* reformationis remedia opponit auctor.

g. *Pascasii Quesnel parisiensis presbyteri, ad s. s. Clemen-*

tem XI summum pontificem epistola, occasione congregationis a s. s. institutae, pro examine considerationum moralium in novum testamentum ab eminentiss. cardinale de Noailles archiepiscopo parisiensi approbatarum, f. 153-165. Huius epistolae exempla autographa duo missa sunt pontifici, die nempe 22 iulii et 22 septembris a 1712. Editam leges Parisiis, 1712, 12.°

h. *Aeneae de Picolominibus episcopi senensis, ac postmodum Pii II, pont. max. oratio ad barones Hungariae.* Inc.: « Sentio, » rever. patres . . . non leve pondus hodie meis humeris immi- » nere... », f. 189-265. Habet quoque codex [L. XIV, I, f. 42-95]. Orator, mense novembris anni 1452, ad conventum vindobonensem, una cum Nicolao Cusano, a pontifice missus, stat, huius mandato, pro Federico caesare, cui post annos ultra decem tutela infantis Ladislai sublata, ac comiti Ciliae Ulrico data est. Edidit Mansius in *Pii II p. m. orationes*. Lucae, 1755, p. I, p. 184-261.

Cod. 122 chart., saec. XVIII, a. 340, l. 220 [L. IV, XCII]. Ma.

Acta quaedam conciliorum constantiensis, basileensis et tridentini, ordine sequenti:

1. *Impugnatio cathedrae romanae ecclesiae in concilio constantiensi, eiusdemque defensio.* Incipit propositio prima: « Va- » cante sede per mortem Petri, qui primus sedit, Clemens per » eum electus . . . . », p. 1-36. Sunt propositiones viginti duae cum responsis. Contentione oborta inter patres concilii et cardinalium collegium de romano pontifice eligendo, plura hinc inde et voce et calamo deducta. Auctor impugnationis probat concilio constantiensi ius esse ea vice sibi electionem papae reservare, opinione discussa num potestas concilii supra papam sit nec ne.

2. *Impugnatio quatuor assertionum p. f. Leonardi Statii de Datis, florentini, ordinis Praedicatorum magistri generalis*, p. 41-47. Exstat quoque in codice [L. IV, XX, f. 250-260]. Leonardus Statius de Datis, serius cardinalis, mort. Florentiae an. 1426, in sermone divi Francisci habito Constantiae, die 4 octobris 1416, quatuor assertionibus demonstrandum sumpserat *gladi.*

spiritualis supremam potestatem esse **a.** *in ecclesia militanti, inseparabiliter quoad iurisdictionem, separabiliter quoad executionem ;* **b.** *in papa separabiliter quoad iurisdictionem ;* **c.** *in papa legitime praesidente et residente totaliter ;* **d.** *in papa legitime praesidente et residente in ecclesia quoad approbanda et reprobanda.* Auctor vero impugnationum, qui responsa fusiori sermone allegat, sic aggreditur : « Circa assertiones premissas moventur ali- » qua dubia, ad que, ut amicabiliter petitur, earum assertor re- » spondeat . . . . ». De opere, quod ineditum puto, nullam apud Echard [Scriptt. ord. Praedicat., I, p. 756] verbum.

3. *Sermo fratris Leonardi Statii de Datis, habitus kal. ianuar.* 1417, *in concilio constantiensi.* Incip. : « Compertum ha- » bes, o sacrum divinumque concilium, hac clara die, que sub- » sequentibus aperit anni ianuam . . . », p. 77-99. Habet quoque codex [L. IV, XX, f. 260-267]. Ubi plura de circumcisionis mysterio declaravit, urget argumenta affirmationum pro pontificis superioritate, quas anno anteacto die quarta octobris propugnaverat, sub fine sermonis inferens auctor : « quod postquam con- » sumati sunt dies octo ut circumcideretur puer, consumati sunt » anni octo a concilio pisano, in quo hec civilis circumcisio ordinata est ». Ineditum puto.

4. Petri de Alliaco, *de reformatione ecclesiae* ec., p. 113-131. V. pagg. 309, 320.

5. Ioannis Gersonis, *directiones* ec., p. 145-157. V. pagg. 309, 316.

6. *Quod concilium generale* ec., p. 159-170, 307-318. Duplex exemplum. V. pag. 309.

7. *Tertia propositio Ludovici Pontani de urbe coram duce Sabaudiae et inclytis universitatibus coloniensi et lovaniensi, ubi profundissime demonstrat auctoritatem conciliorum generalium supra papam.* Incip. : « Dixerit forte quispiam : romani pontificis » auctoritas superior est potestate ecclesie reprehesentate per » synodum generalem . . . . », p. 185-219. Habet quoque codex L. 93, f. 185-219.

8. *Collacio facta in die coenae contra Bavarum* [1 aprilis 1344], inc. : « Atrium quod est foris eiice foras... Remigius pertractans » ista verba . . . », f. 225-237. Invectiva lucem affundit diuturno

infandoque dissidio inter ecclesiam et Ludovicum, ex quo Italis Germanisque bella plurima; pontificibus Io. XXII, Benedicto XII, Clementi VI calamitates innumerae, schismata in ecclesia, Christianis, clero ipsisque claustralibus. Böhmer habet sub die 13 aprilis 1346 bullas duas, unam sub titulo: « Collatio facta in processibus factis contra Ludovicum Bavarum per Clementem papam » [incip.: *Haereticum,* finit *saeculorum*] editam a Schunk « Beiträge », II, 341; alteram qua pontifex caesarem diris prosequitur, ac electoribus dat potestatem novum regem Romanorum sibi eligendi [incip.: *Olim videlicet,* finit: *omnibus publicatur*] editam ab Olenschlager « Staatsgeschichte » 249, ac Schunk « Beiträge », II, 474.

9. *Sermo magistri Iacobi laudensis episcopi, in exequiis sera. Ferdinandi Aragonum regis, habitus Constantiae* [30 apr. 1416] *tempore concilii generalis.* Incip.: « Rever. patres et orthodoxi » domini, uberrimos indesinenter fletus prorumpere et lacrymas » effundere incessantes . . . . », p. 239-248. Editum sermonem in *Concill. a Labbè,* XXVIII, col. 567-572, sub nomine Antonii de Mercede, Alphonsi regis Aragoniae ad concilium legati, publici iuris facit Hardt in *Magnum oecumenicum constant. concilium,* IV, col. 129-138.

10. *Rationes et motiva reprobationum XL V articulorum Wiclefi et Ioannis Huss sequacis eius, condemnatorum in concilio generali constantiensi* a. 1415. Primus articulus incip.: « Substantia panis materialis et similiter substantia vini . . . », p. 265-306. Edidit *Labbè in Concill.,* XXVII, c. 794-795, cum variantibus melioris notae lectionibus.

11. *Fragmentum de concilio generali* incip.: « Sequitur secunda pars, in qua de corporis infirmitate tractandum est. Notatur in verbo *somno* . . . », p. 331-339.

12. *Notabilia de ecclesia, concilio, papa, clavibus,* ec., *et quasi in penu quodam congesta, unde, nedum auctoritates sed etiam rationes aliquas haurire posset ille quicumque fuit qui in concilio constantiensi, memoriae suae consulens, illa reposuit.* Incip. « Salvator noster Dominus Iesus Christus constituit maiores sacerdotes... », p. 341-364. Auctor stat pro auctoritate concilii supra papam.

13. *Fragmentum pro annatis.* Incipit prooemium: « Ses- » sione quadragesima habita die 30 octobris an. 1417, sacrosan- » cta synodus constantiensis . . . . . ». Tractatus vero: « In ista » materia primo praesupponendum est quod summus pontifex... », p. 367-376. Tractatum integrum *de annatarum defensione,* quam cardinales Ioanni de Scribanis procuratori fisci et sedis apostolicae, ab anno 1415 Constantiae degenti, commiserant, ineditum puto. Exemplum alterum habes mutilum. V. pag. 316.

14. *Consilium delectorum cardinalium et aliorum praelatorum, de emendanda ecclesia, s. d. n. d. Paulo III, ipso iubente conscriptum et exhibitum,* 1538. Incip.: « Tantum abest ut ver- » bis explicare possimus quam magnas gratias respublica chri- » stiana . . . », p. 307-406. Tractatus clam editus Romae, anno eodem quo conscriptus, per Antonium Bladum, prodiit statim in Alemannia, latine cum notis Sturmii, alemannice cum notis Luteri.

15. *Instrutioni date dal re al sig.*[r] *di Lausac, et agli altri suoi ambasciatori al concilio di Trento.* Incip.: « Che gli amba- » sciatori subito che fossero arrivati a Trento, domandassero et » instassero . . . 2 aprile 1562 », p. 411-414. Legati articulis octodecim ea urgent praecipue quae integram libertatem, minime pontifici et Romae obnoxiam, attingunt.

16. *Articoli* [20] *di domanda di riforma, prodotti dagli ambasciatori cesarei alli legati del concilio di Trento, a nome dell' imperatore Ferdinando, il dì* 17 *giugno* 1562.: « Che il concilio » cominci dalla riforma delli costumi, e primieramente da quella » della corte di Roma . . . 7 giugno, 1562 », p. 415-416. Habes latine in *Concilium tridentinum.* Patavii, 1563, hoc initio: « Constitutum nobis oratoribus . . . »

17. *Articoli di riforma, proposti dagli ambasciatori di Francia alli signori cardinali legati del concilio di Trento, nel principio dell' anno* 1563. Incip.: « Che niuno fosse ordinato sacer- » dote che non fosse d' un' età matura . . . . », p. 417-420. Capitulis triginta quatuor habes latine in *Concilium trid.* ut supra, ac in *Petitiones Caroli IX.* Patavii, 1563, 4.°; ea quaerebantur quae concessa auctoritatem apostolicam omnino everterent; historica enim articulorum expositio, p. 420-422, sic incip.: « Non

» sì tosto il papa Pio IV vide li suddetti articoli che esclamò: li » Francesi vogliono dunque abolire la dataria, la nota, la signa» tura, et in fine tutta l' autorità apostolica . . . »

18. *Articoli posti in consultatione da Ferdinando imperatore, nell' anno* 1563, *nel tempo medesimo che celebravasi il concilio di Trento.* Incip.: « Presiedevano alla consultatione, ordinata » dall' imperatore Federico, Stafileo . . . . », p. 423-424. Haec se referunt ad agitata in concilio caesareo, praesidentibus Friderico Stafileo, reginae Bohemiae confessore, et Georgio Druscovitis episcopo quinquecclesiensi. Undecim hos articulos, *iussu Ferdinandi caes.* theologis suis ad examinandum propositos, dedit le Prat in *Monumentorum ad historiam concilii tridentini.* Lovanii. 1785, V, p. 689.

19. *Oratione del cardinale di Lorena alla santa synodo tridentina.* Incip. : « Le lettere hora lette si sono state ordinate dal » cristianissimo re Carlo . . . 23 novembre, 1562 », p. 425-430. Latinam leges in *Litterae Caroli regis Francorum.* Brixiae, 1562; *Monumentorum* ec., V, p. 551-554; ut et responsum eidem, sanctae synodi nomine, factum a Mutio Calino archiep. iadrensi, denuo in *Concil trident.* Patavii, 1564, 8.°, et in *Monumentorum*, ibi, p. 555-557.

20. *Oratione di Guido du Faur, signore di Bribac, ambasciatore del cristianissimo Carlo re di Francia, detta il dì* 26 *di maggio* 1562, *nella congregazione generale del concilio di Trento tenutasi in esso giorno.* Incip. : « Voi havete, signori, nelle let» tere, di cui abbiamo presentate per parte di sua maestà cri» stianissima . . . », f. 431-441. Ubi orator merita regis Galliae in concilium cogendum laudavit, urget pacem inquirendam et ecclesiam in membris reformandam. Textum latinum lege in *Oratio habita a Guidone Fabro.* Ripae, 1562, 4.°, ac in *Monumentorum ad historiam* ec., V, p. 176-182, hoc principio : « Legationis » nostrae testimonium, patres amplissimi . . . »

21. *Oratione di Arnaldo Ferrerio ambasciatore del re cristianissimo, consigliere del parlamento di Parigi et oratore della chiesa gallicana al sacro concilio tridentino, data il dì* 23 *novembre* 1562, *nella congregazione generale celebratasi nello stesso giorno.* Inc. : « Noi non abbiamo che aggiognere o che levare.... », f.

443-448. Auctor urget ecclesiam reformandam, iuxta contenta in scripturis, conciliis et patribus. Eodem codice, p. 446-448, exstant excerpta alterius eiusdem legati orationis in idem argumentum. Illa edita primum latine in *Litterae Caroli regis Francorum.* Brixiae, 1562, 4.º et a Iodoco le Plat in *Monumentorum* ec., V, p. 557-559, hoc principio: « Orationibus quas nunc audistis, il- » lustr. domini . . . »

22. *Articoli intorno la riforma de' prencipi, dai padri del concilio di Trento formati, e che poi furono lasciati da parte a causa della comune oppositione degli ambasciatori esistenti nel concilio.* Incip.: « L' introduzione agli articoli della riforma dei » prencipi diceva, che il concilio . . . . », f. 451-454. Articuli eo tendunt ut clerum principibus saecularibus nulla in re obnoxium praedicent, V, Du Pin., *Bibl. eccl.,* XV, p. 330.

23. *Lamenti di Arnaldo du Ferrier, ambasciatore di Carlo IX re di Francia, e del clero gallicano, fatti nella congregatione delli* 22 *di settembre* 1562, *nel concilio di Trento, contro gli articoli della riforma de' prencipi.* Incip.: « Che potevasi dire alli » padri ciò che gli inviati degli Ebrei dissero ai sacerdoti . . . », p. 455-458.

24. *Motivi per li quali non è stato ricevuto in Francia il concilio di Trento.* Incip.: « Li motivi . . . possono ridursi a due » capi: il primo l' intrapresa del concilio sopra la giurisdizione » del re . . . », p. 459-462. Cf. Du Pin., *Bibl. eccl.*, XV, p. 381.

Cod. 123 chart., saec. XV, a. 287, l. 208 [L. IV, XX]. Ma.

1. *Sessio secunda concilii basileensis habita* 16 *febr.* 1432, f. 1. Edita est in *Concill. a Labbè,* XXIX, c. 21-23.

2. *Disputatio* [mutila] *inter clericum et militem super potestate commissa praelatis ecclesiasticis ac principibus terrarum.* Incip.: Primo proponit clericus iuramentum dictum quemadmo- » dum sub hac forma . . . », f. 2.

3. *Quod concilium non possit convocari sine licentia pontificis.* Fragmenta, f. 3-4.

4. *Rationes et motiva reprobacionum XLV* ec. V. pag. 312.

5. Francisci Zabarella patavini, episcopi florentini et cardinalis, *fragmenta quaestionum de schismate*. Incip.: « Scismatici » seu nutritores scismatis, et per consequens haeretici... », f. 20. Fragmenta, quae hic turbate occurrunt, ex opere eiusdem *de schismate*, impresso Pisciae, a. 1490, sub fine *Consiliorum* eiusdem, sumpta sunt.

6. Eiusdem, *quis sit iudex contentionis inter duos papas, de papatu*. Incip.: « Quaeritur autem primo, si contingat esse con» tentionem . . . », f. 20-24. Est *Consilium CL.*um in opere: *Zabarellae consilia*. Venet., 1581, 4.°

7. *De ecclesia eiusque characteribus, ac eius membris. Necessitas, sedes, dignitas, sanctitas, utilitas ecclesiae romanae.* Tractatus utrobique, principio et fine mutilus, in quemdam contrarie disserentem, concilio constantiensi oblatus incip.: « Pro intelle» ctu ampliori partium et membrorum ecclesiae, primo modo et » secundo modo . . . », f. 25-44.

8. Ioannis de Scribanis, *annatarum defensio*. V. pag. 313.

9. *De materia concilii, quod quadrupliciter dividitur, nempe generale, provinciale, sinodale, religiosorum.* Incip.: « Circa pri» mum concludo quod quadruplex est species conciliorum . . . », finit: « et haec sufficiant de materia consilii . . . », f. 49-51. Liquet hanc tractatiunculam maioris esse partem.

10. *Privilegium an praesumatur in dubio, personale vel reale*, f. 51-52.

11. Ioannis Gersonis *directiones* ec., f. 52-55. V. pagg. 309, 311.

12. ——— *compendium sermonis habitus coram Sigismundo rege et Ioanne papa XXIII.* V. pag. 309.

13. *Sermo de spiritu sancto*, in concilio constantiensi, inc.: « Repleti omnes . . . scriptum est actuum originaliter et recita» tive . . . », f. 60-62. Ex stylo Ioanni Gersoni adtribuam, licet in operibus eius desideretur.

14. ——— *de sancto Thoma de Aquino*, in concilio constantiensi, incip.: « Vir Dei es tu et verbum Domini verum est in » ore tuo . . . . Sapiens eccl. XIX dicit quod ex vita sua cogno» scitur vir . . . », f. 63-71.

15. ——— *de eodem*, in eodem concilio. Incip.: « Ecce plus

» quam Salomon hic . . . Ratio docet quoniam aliquis alteri lau-
» dabiliter adequatur . . . », f. 71-77.

16. *Sermo de omnibus sanctis,* in eodem concilio, incipit: « Sufficiat nobis quia omnis multitudo . . . . Philosophus primo » Ethicorum dicit quod ad beatitudinem . . . », f. 77-86.

17. —— *de morte cardinalis Iaquitarii SM,* inc.: « Tem- » pus tribulacionis . . . . sic de morte corporis potest dici quod » bonis bona sit, malis mala . . . », f. 86-90. Quis sit hic cardinalis, nec ex historia, nec ex orationis contextu elicio: ex hac tantum infero eum nomine *Iacobum* octuagenarium decessisse.

18. —— *in sepultura cardinalis Neapoleonis,* inc.: « Leo- » nem et ursum interfeci . . . Beatus Agustinus Yponosticon re- » sponsione prima . . . », f. 90-95. Neapoleo Ursinus cardinalis a. 1288, vita functus est a. 1352. Auctor adiuncta historica, ut et in praecedenti, prorsus negligens, ludit semper in verbo *ursus.*

19. *Collacio facta in die coenae contra Bavarum,* f. 95-98. V. pag. 311.

20. *Fragmentum de concilio generali,* f. 99-101. V. pag. 312.

21. *Liber Anselmi, de concordia praedestinationis cum libero arbitrio.* Incip.: « Nunc ergo in eo sperantes qui hucusque » nos perduxit . . . . », f. 101-110. Sunt quaestiones secunda et tertia operis s. Anselmi, episc. cantuar., *de concordia praescientiae et praedestinationis, nec non gratiae Dei cum libero arbitrio,* quod lege inter eius opera. Ven., 1744, I, p. 183-199.

22. *Tres libri de sancta Trinitate, quos exscripsit Alcuinus, de libris summi doctoris Augustini,* f. 110-123. Exstant tantum liber primus, capitula primum usque octavum libri secundi, liber tertius absque prooemio. Editi sunt inter Alcuini opera. Monasterium s. Emmerami, 1777, I, p. 705-739.

23. *Sermo de reformatione ecclesiae,* in concilio constantiensi habitus, incip.: « Vade in domum tuam. Haec verba recitata » sunt in exordio hodierno quod scribit Matt. VIII, quae verba » dicebat Christus . . . », f. 123-128.

24. —— *de Spiritu sancto,* concilio constantiensi dictus, incip.: « Spiritus Domini replevit . . . Hoc praeclarum praesentis » eulogium, hoc inspiratum et prophetatum oraculum . . . », f. 128-130. Est fragmentum sermonis de Spiritu sancto a Ioanne

Gersone in concilio constantiensi recitati, quem lege inter eius opera. Antuerpiae, 1706, V, col. 1234-1236.

25. *Sermo in die veneris sancti factus per reverendum patrem, dominum episcopum tholonensem in Constancia,* inc.: « Crucifixerunt eum Ioh. XIX.° pro clariori et efficaciori intelligentia, ubi pro themate assumpti ponam... », f. 131-145. Auctor » Henricus de Villesurillon, perrexit anno 1415 ad concilium, » ubi concinnas habuit orationes ». *Gallia christiana,* III, col. 1035.

26. *De dilectione Dei, proximi et sui ipsius concio,* incip.: « Verbum mihi est ad te, o rex saeculorum: obsecro tamen colloquenti tibi, ignosce mihi . . . », f. 145-155.

27. Fragmenta sermonum trium *de divis Augustino episc. iponensi ac Benedicto abbate, nec non nuptiis christianis,* f. 156-158.

28. *Meditationes super septem psalmis poenitentialibus.* Praefatio incip.: « Vera prima [poenitentia] velut scala quaedam est, » qua homo peccator, qui secundum evangelicam parabolam, de» scendit de Ierusalem . . . », f. 159-177. Du Pin tribuit Ioanni Gersonio has meditationes titulo: *Doctrinalis expositio super septem psalmos poenitentiales* [Gersonii, *opp.*, IV, c. 1-26], quas alii Petro de Alliaco, episc. cameracensis nomine: *Septem gradus scalae poenitentiae super septem psalmos poenitentiales.*

29. *De reformatione ecclesiae,* in concilio constantiensi. Inc.: « A dextris et a sinistris. 2.° Cor. 6 cap. et in epistola hodierna. » Gratiarum caelestium fontalis et omnium maxima plenitudo, » sicut a dextris in bonos influit, quoque a sinistris in malos per » bonorum suffragia . . . », f. 178-190. Auctor carpit Petrum de Alliaco, eiusque tractatum *de reformatione* refellit; simulque dolet *quod mala arte Satan humani generis inimicus nunc utatur, cum in destructionem ordinum mendicatium commoti sunt Praedicatores, Minores, Augustiniani, Carmelitae, sub praetextu pacis et reformationis ecclesiae.*

30. *Sermo m. Iacobi laudensis, in exequiis Ferdinandi* ec. V. pag. 312.

31. *Rationes octo fundatae in dictis et scriptis magistri Ioannis Gersonii cancellarii universitatis parisiensis, contra asser-*

tiones Ioannes Parvi de occidendo tyranno, occasione occisionis Aloysii ducis aurelianensis (1407). Incip.: « Et primo arguitur » sic, secundum quod per documentum naturae omnia membra » in uno vero corpore . . . . », f. 194-206. Tractatum, in codice mutilum, edidit Du Pin in *Gersonis opp.* IV, col. 725-749.

32. Ioannis Antiocheni *tractatus quo ostenditur quod concilium* ec. Pars tractatus incip.: « Et primo quaeritur: una est » fidelium universalis ecclesia, extra quam nullus omnino sal- » vatur . . . . . », f. 207-210. Habent quoque alii Marciani codices mss.

33. Fragmenta *tractatus quo ostenditur pontificem omnibus praeesse, imperatore minime excepto,* f. 210-212.

34. *De auctoritate ecclesiae catholicae.* Incip.: « Ita Domi- » nus noster. Hoc dicit Leo papa psalmo XXVIII, dicit de apo- » stolis: *in omnem terram exivit sonus eorum* . . . », f. 213-216.

35. *Utrum quae romanus pontifex cum concilio suorum fratrum statuit fide credendum, possit continere errorem contra fidem.* Incip.: « Et videtur quod sic, quia id quod est ab homine statu- » tum potest esse falsum et erroneum . . . », f. 217-220.

36. Stephani de Praga, theologi, *oratio in concilio constantiensi solemniter habita, dominica tertia post Trinitatem, mense iunio, anno, ut apparet,* 1417, *de maturanda ecclesiae emendatione.* Incip.: « Resistite fortes in fide, scribitur primae Petri 5, et » in epistola hodierna. Reverendissimorum patrum et virorum ce- » leberrimorum . . . », f. 220-226. Edita est in *Concill. a Labbè,* XXVIII, col. 577-593.

37. *Sermo de sancto Augustino in concilio constantiensi solemniter habitus,* themate sumpto ex Ecclesiast. 20: « Quasi sol » refulgens iste refulsit ». Incip.: « Beatissimi presules et do- » ctores eximii. Sacratissimi Augustini votiva solempnia . . . », f. 227-229.

38. Iacobi episcopi laudensis, *oratio in supplicium Hussi, habita in publica sessione concilii constantiensis, die* 6 *iulii, anni* 1415, *in qua agitur de damno ex trium pontificum dissidiis in ecclesia sîborto,* incip.: « Divini ac summi presidii supplici invo- » catione confisus . . . », f. 229-230. Edita est in *Concill. a Labbè,* XXVIII, col. 546-549. Iacobus III de Balardis, Aragonius quo-

que Laudensis appellatus, ecclesiae laudensi praefuit ann. 1407-1417, tergestinae, ann. 1417-1424.

39. *Sermo Ioannis de Templo, factus in generali concilio constantiensi, in die assumptionis beatissimae Dei genitricis.* Inc.: « *Positus est tronus matri regis, quae sedit in dextera eius:* scri- » pta sunt hec verba originaliter . . . . » f. 231-235. Ioannis de Templis, de Francia, magister in artibus et medicina, concilio adfuit, ex parte universitatis parisiensis.

40. —— *domini cardinalis cameracensis, factus Constantiae anno Domini* 1416, *die dominica qua cantatur: Letare* [29 martii]. Inc.: « *Letare Ierusalem.* Hoc breve verbum magni gaudii » expressivum hodie celebritur canitur . . . . », f. 236-240. Sermonis, quo perstringitur et damnatur sententia *de tyranno licite occidendo,* partem edidit Hermannus von de Hardt in *Magnum oecumenicum constantiense concilium,* I, p. 404-405; haec annotans: « Magnae ecclesiasticae calamitati remedia quaesita et ex » parte admota esse in concilio constanticnsi, commemorat Al- » liacenus, orationibus in concilio habitis, scilicet anno 1417, me- » dio quadragesimae, in sermone publico super haec verba: *Lae-* » *tare Hierusalem* ».

41. Petri de Alliaco, cameracensis, *sermo Constantiae de vero ecclesiae capite, de divina episcoporum missione, de unione membrorum cum capite, de reformatione ecclesiae, et de Ioannis Parvi causa dissimulata, in dominica Laetare, anni* 1417, 21 *martii, habitus.* Incipit: « Facite homines discumbere. Io. VI, cap. in » evang. domin. currentis, secundum usum nostrum, prout evan- » gelica tradit historia . . . », f. 240-243. Sermoni inedito, sub fine mutilo haec folio 88, codicis 90 eiusdem classis, quo idem exstat, amanuensis praetulit: « Sequens sermo eodem quidem die, » sed subsequenti anno [1417] habitus est ab ipsomet Petro de » Alliaco. Munia episcoporum enumerat, vitia carpit, et plura ha- » bet de vero ecclesiae capite, de unione membrorum cum capite, » de divina episcoporum missione et institutione. Sermonem non- » nisi truncatum habemus in ms. nostro, de quo dolemus summo- » pere, cum vix profundiori doctrina et solidiori, aut clarius et » liberalius quis queat generale concilium alloqui, et congrega- » tam ecclesiam sanctiora documenta docere . . . »

42. Eiusdem *tractatus de reformatione ecclesiae* ec., f. 244-250. V. pagg. 309, **n. 1**, 311, **n. 4**. Ediderunt **a.** Gratius in *Fasciculus rerum expetendarum*, Colon. 1535, fol. CCIII-CCVIII, ac Londini, 1690, I, p. 407; **b.** Hardt in *Rerum concilii germanici constantiensis*, Helmstadii, 1697, I, p. 409-433; **c.** Du Pin in *Gersonis opera*, col. 903-916.

43. *Impugnatio quatuor assertionum p. f. Leonardi Statii de Datis*, f. 250-260. V. pag. 310, **n. 2**.

44. *Sermo fratris Leonardi Statii de Datis, habitus kal. ianuarii*, 1417, f. 260-267. V. pag. 311, **n. 3**.

45. —— *Constantiae, tempore generalis concilii, factus per fratrem Alexium, ordinis Minorum, episcopum placentinum, in festo annuntiationis*. Incip.: « Ave Maria gratia plena . . . . » Licet primo, metuendissimi domini, omni honore et reverentia » . . . . », f. 267-275. Frater Alexius de Siregno, mediolanensis, episcopus fuit Placentiae annis 1412-1447.

46. —— *de adventu Domini, in concilio constantiensi habitus*. Inc.: « Scitote quoniam prope est regnum Dei. Luc. XXI. » Sicut ex sacrorum eloquiorum et scriptorum traditione doce» mur, quatuor Christi adventus . . . », f. 275-283.

47. —— *de ecclesiasticis reformandis*. Incip.: « Post haec » ergo consideranda nobis est ministrorum ecclesiasticorum in» formatio, per quam datur eis sagacitas et prudentia », f. 283-287.

48. —— *de pace, in concilio constantiensi habitus*. Incip.: « Pax vobis. Ioannes XX.^{mo} ca. et in sermone evangelico domi» nicae iam instantis. Honorandissimi patres et domini praestan» tissimi . . . », f. 287-292. Auctor oxoniensis, sub fine primae partis: « Pro quibus omnibus, si placeat, iuxta laudabilem mo» rem almae universitatis oxoniensis meae et totius ecclesiae an» glicanae, praemittimus mente pia orationem dominicam cum » salutatione angelica . . . »

49. —— *in festo beati Thomae de Aquino, factus Constantiae, per Philippum de Medalia, sacrae theologiae doctorem*. Inc.: « Profunda fluviorum scrutatus est et abscondita produxit in lu» cem. Verba sunt profundissimorum et abditissimorum sapien» tiae mercatae . . . », f. 292-296.

Codicem mendis scatentem dono dedit canonicis regularibus sancti Ioannis in Viridario Patavii Io. Bapt. de Lignamine, episcopus concordiensis anno 1455.

Cod. 124 chart., saec. XVI, a. 212, l. 153 [L. IV, CXIII].

1. Caerimoniae quae servari debent per episcopum sollemniter celebrantem in ipsis vel generalibus conciliis, et servatae fuerunt in Constantia. Incip.: « Primo ad dextram altaris... », f. 4-8.

2. Ordo qualiter praelati debent in choro stare, dum missa per praelatum solemniter celebratur. Inc.: « Primo diebus quibus utuntur paramentis . . . », f. 8-10.

3. Modus observandus in publica sessione conciliorum generalium, pertractatus et observatus in concilio constantiensi. Inc.: « Primo in loco ubi tenetur sessio . . . », f. 10-13. Tractatiuncula ex opere Petri a Monte veneti, episcopi brixiensis: *De summa pontificis, generalis concilii et imperialis maiestatis origine et potestate,* actibus conciliorum constantiensis et basileensis inserta est, ut et quae sequuntur.

4. Concilii basileensis sessionum XI et XVI acta quaedam [ann. 1433-1434], f. 13-22.

5. De modo procedendi in concilio basileensi. Inc.: « Primo » sint quatuor deputationes . . . », f. 22-26.

6. Admonitiones lectae et publicatae die 24 octobris a. 14.. in generali congregatione concilii basileensis. Inc.: « Admonet » haec sancta synodus . . . », f. 27-30.

Codex foliorum 34, exscriptus manu Marini Sanudo.

Cod. 125 chart., saec. XV, a. 280, l. 200 [L. IV, LXXIV]. Yc.

Acta conciliorum constantiensis [1414-1418] et basileensis [1431-1449].

1. Ordinationes, statuta, constitutiones, decreta, aliaque acta et gesta concilii constantiensis, f. 1-276.

Praeeunt acta pro loco concilii designando, breve Ioannis papae XXIII ad Franciscum Zabarellam archiepisc. florent. et Antonium de Chalant cardinales, missos ad Sigismundum Romanorum regem, ut ea de re conferant; illius ad hunc orationes; instrumenta notariorum; litterae Sigismundi et pontificis, magnatum, civium Constantiae; omnia anno 1413 data; item descriptio itineris papae a Bononia Constantiam usque. Sessiones a prima ad vigesimam primam insunt foliis 26-249; foliis vero 260-276 sessiones 41-45 compendiose datae. Si cum impresso [*Concill. a Labbè,* XXVII] conferas, plura certe desunt quae in edito habentur; verum quaedam non minoris ponderis desiderantur in impresso, eo magis aestimanda quod codex ex decemvirum consilio in bibliothecam anno 1787 inlatus sit.

2. Decreta sacri basileensis concilii, f. 278-469. Quae foliis 278-435 continentur spectant ad sessiones a prima usque trigesimam sextam, compendiosius tamen quam in *Collect. a Labbè,* XXIX, col. 1-183, omisso tractatu promissiori. Sessiones excipiunt **a.** *decretum de kalendario reformando;* **b.** *cautele* [quas collector *Italorum fraudes* appellat] *per modum avisamenti pro domino papa Eugenio super agendum dissolutionem concilii;* **c.** *bulla seu invectiva domini Eugenii contra concilium;* **d.** *responsio concilii ad invectivam Eugenii prescriptam;* **e.** *de auctoritate sacrorum conciliorum et de periculo non servantium,* quae passim in appendice ad concilium edita.

Quaedam annotata leges manu Iusti Fontanini, archiepisc. ancyrani, qui codicem anno 1730 possederat.

Cod. 126 chart., saec. XVIII, a. 340, l. 222 [L. IV, XC]. Ma.

Acta quaedam conciliorum constantiensis et basileensis.

1. *Responsiones datae per d. L.* [dominum Ludovicum Pontanum] *de Roma, super cedula cardin. s. Angeli ad iustificandam citationem concilii* [1433]. Incip.: « Praesens citatio, qua per » sacrum basileense concilium interpellatur sanctiss. d. noster » papa . . . . . . », f. 7-23. Iulianus Caesarinus cardinalis s. Angeli, idem est qui ab Eugenio pontifice IV ad praesulum coetus

cogendos Basileam missus est brevi 22 maii 1431; die autem 12 novembris eius anni iussus concilium dissolvere et alterum Bononiam convocare. Sessione decima secunda autem [23 iulii 1433] decretum citationis contra Eugenium pontificem datum; decimatertia vero septembris accusatio contumaciae facta.

2. *Responsio data in concilio basileensi per dom. Ludovicum Pontanum de Roma, ambasciatoribus electorum sacri imperii, anno Domini* 1438, *indict. I, die XIII ianuarii.* Incip.: « Venerabiles patres et spectabiles . . . Oratio vestra in medio nostri » sacri coetus proposita tres habet . . . . », f. 24-37. Electorum legati, ex responsi testimonio, tria proposuerant: **a.** *mansuetudinem servandam; **b.** offensarum ac iniuriarum per romanum pontificem huic sancte synodo illatarum oblivionem in nobis inducendum; **c.** supersedendum a processibus inchoatis; **d.** querendu fore pacis media propter periculum scandalosi schismatis evitandi.* Ludovicus Pontanus, argumentis ex scriptura sacra, patribus et maxime Gratiano allatis, respondet: **a.** mansuetudini ex integro consultum, non quae pusillum animum prodat; **b.** neutiquam indulgendum pontificis vitiis ut quae coetui, non privato homini, noxia; **c.** nullam veniae, correctioni vero esse locum; **d.** mala, ex bini in pontificem processus suspensione, quamplurima oritura. Aeneas Sylvius de Piccolominibus in opere *De rebus Basileae gestis stante vel dissoluto concilio* [Firmi, 1830, 4.°] de legatione tacet, narrationi hocce interserens, p. 168: « Sigismundus plu» ries scripsit Basileae ne Eugenius deponeretur », et alibi, p. 93: « Germani ubi contrarios processus vident, conventu apud » Moguntiam habito, auctore Ioanne Lisura viro docto et admo» dum perspicaci, ac Ludovico Astensi gravis iudicii patre, pro» testati sunt se in rebus tam dubiis tamque contrariis maturam » deliberationem habere velle, interim suspenso animo se perse» veraturos, iubentes subditis ne cuiusque partium contrarios » processus admitterent, quae res postea nomen neutralitatis ac» cepit ».

3. *Sermo primus compositus per d. L.* [Ludovicum Pontanum] *de urbe ad illustr. principem d. d. ducem Sabaudiae, demum in effectu etiam ad inclitas universitates coloniensem et lovaniensem; in quo* 1.° *ostendit quomodo non possit solus papa generalis*

concilia dissolvere, quanquam ad eum, non stante congregato concilio, pertineat generalium conciliorum convocatio ; 2.° demonstrat quomodo, quamvis apud papam maneant Graeci, tamen propter hoc non debeat vacillare firmitas basileensis concilii ; 3.° hortatur eumdem ad praestandam eidem plenam adhaesionem. Incipit : « . . . Sancta et universalis ecclesia, auctore Domino, per sanctam » basileensem synodum . . . », f. 39-55.

4. *Fragmentum sermonis habiti publice, sub initium constantiensis concilii generalis, a.* 1415, *ab oratoribus Caroli VI, Francorum regis, et insimul Galliae praesulum.* Incipit prooemium : « Inter legatos Caroli regis Francorum eminebat tum pietate, » cum doctrina Ioann. Gerson cancellarius . . . . », f. 59-68. V. pag. 309, **n. e.** Sermonem, cuius thema : *Dissipa colligationes impietatis,* Hermanus van der Hardt asserit in concilio recitatum die 22 martii 1515. V. *Tosti. Storia del concilio di Costanza.* Napoli, 1853, II, p. 229.

5. *Ioannis Gersonis cancellarii parisiensis directiones . . . . quas quidem directiones post depositionem Ioannis XXIII, per concilium constantiense et voluntariam Gregorii XII renuntiationem papatui, conscriptas Constantiae recitasse credimus inclinante anno* 1416, *vel anno* 1417 *incipiente.* Incip. : « Concilium » generale potestatem a Christo immediate habet.... », f. 69-75. V. pagg. 309, **n. d,** 311, **n. 5,** 316, **n. 11.** Deest principium orationis, quod habetur in edita *Concill. a Labbè,* XXVII, quam Coletus die 12 iulii anni 1415 habitam asserit, antequam Sigismundus in Hispaniam abiret, Benedictum XIII [Petrum de Luna] in concilii sententiam adducturus.

6. *Sermo domini cardinalis cameracensis anno Domini* 1416, *die dominica qua cantatur : Laetare Ierusalem.* V. pag. 320, **n. 40.**

7. —— *eiusdem* [in fine mutilus], *in dominica Laetare,* 29 martii, 1417. V. pag. 320, **n. 41.**

8. *Ambrosii Traversarii, generalis ordinis Camaldulensium, oratio in concilio basileensi habita* 26 *agusti* 1435. Inc. : « Non » vereor, patres . . . . . ne qui nunc primum celeberrimo in con» ventu dicturus . . . », f. 100-105. Auctor, exemplis ab historia ecclesiastica sumptis, demonstrat pro felici concilii successu, cha-

ritati et paci studendum. Orationem, quam Trithemius *solemnem, doctam, prolixamque satis* appellat, leges in Ambrosii Traversarii *operum,* I, col. 1143-1152, ut in *Concill. a Labbè,* XXIX, col. 1250-1257.

9. *Oratio eiusdem ad Sigismundum imperatorem habita Basileae anno* 1435. Incip.: « Si quem forte movet ex celeberrimo » summorum et sublimium principum . . . », f. 105-110. Orator qui orationem pro Eugenio IV pontifice habuit Albae VII kal. ian. [26 dec.] 1434, collaudato Sigismundo, historiam concilii ab initio repetens, de eius translatione Bononiam, de translationis pontificia retractatione, deque huius decreti suspensione, aut annatarum provisione disserit. Edita inter auctoris opera. Florentiae, 1790, I, col. 1151-1158.

10. *Gravami della natione germanica e dell' imperio contro la corte di Roma, esposti dall'imperatore Massimiliano nell'anno* 1503. Incip.: « Che li papi non si credono tenuti ad obbedire le » bolle, osservare li trattati . . . », f. 121-122. Decem gravamina summatim data excipiunt sententiae de remediis iis apponendis. V. Du Pin. *Bibl. eccles.,* XIII, p. 14-15.

Cod. 127 chart., saec. XV, a. 280, l. 218 [L. IV, III]. N.

Concilii constantiensis acta quaedam iam edita ex sessionibus prima usque decimamnonam, ab incepto nempe ad diem 28 ianuarii 1416.

Codicem ms. foliorum 94, duplici columna, characteribus alemannicis, monaci Cistercienses Stambs [in finibus Tyrolis inter Bavariam et Helvetiam] ad quorum bibliothecam pertinuerat, aiebant exscriptum manu cuiusdam ex eodem monasterio, qui concilio intererat. Possederunt quoque comes de Nagenellenbogen ac abbas Eusebius della Lena, a quo sibi coemit Iacobus Morelli.

Cod. 128 chart., saec. XV, a. 341, l. 228 [Z. L. CLXV].

Concilium constantiense oecumenicum.

Nicolaus Coletus, qui haec acta et documenta historica, pluries edita, novo codicum mss. apparatu vulgavit, externa supellectile praelata, codices nostros neglexit. Quibus adhibitis, plura sane non ante edita protulisset, quae codicibus Barberinianis et Vindobonensibus, cum quibus ceterum pleraque congruunt, minime insunt. Cum sessiones et in eis acta turbate distribuantur, abs re foret in praesentiarum textum manuscriptum cum vulgato conferre, ut quae publici iuris facienda sunt annotentur.

Codex constat foliis quingentis et undecim.

Cod. 129 chart., saec. XV, a. 296, l. 214 [Z. L. CXCIII]. B.

1. Magistri Ioannis Gersen, *tractatus de potestate ecclesiastica et origine iuris et legum.* Considerationes tredecim, f. 2-28. Tractatus recitatus in concilio constantiensi anno 1417, pluries editus est.

2. Petri de Alliaco, cardinalis cameracensis, *tractatus de ecclesiae, concilii generalis, romani pontificis et cardinalium auctoritate.* Liber unicus, in tres partes, scriptus in concilio constantiensi, a. 1417, f. 29-58. Editus in Gersonis *opp.*, II, c. 925-960.

3. *Tractatus anonymus,* forsan eiusdem Petri de Alliaco, *circa determinata et conclusa Pisis, in sacro generali concilio, in favorem unitatis ecclesiae et fidei orthodoxae anno* 1409, *ibidem celebrato.* Inc.: « Quia plurimorum fide dignorum relatu didici » . . . . », f. 58-82.

4. Petri de Alliaco, *apologia concilii pisani contra tractatum domini Bonifacii quondam prioris Cartusiae,* inscriptum: *Specula contra vasa irae super haeretica pravitate pisanica.* Incip.: « Noverit charitas vestra me sacri vestri ordinis zelatorem quen» dam vidisse tractatum », f. 83-93. Auctor dicat opus [quo Benedicti *tractatum praesumptuosum, iniuriosum* affirmat] *priori*

magnae Cartusiae ceterisque ordinis eiusdem fratribus, in generali concilio congregandis. Avenione, die decima mensis ianuarii [1410].

5. Eiusdem epistolae binae cardinalibus, *de schismate ecclesiae* et *de prosecutione ecclesiasticae unionis inter cardinales,* et *de concilio generali proxime Pisis congregando.* Prima incip.: « Ne-» scirem satis litteris exprimere quantum exaltavit cor meum » . . . . »; altera: « Confidens de charitate vestra et fervido zelo » ad ecclesiae unionem . . . », f. 93-94.

6. —— epistola Ioanni papae XXII, *de praecipuis reformationis ecclesiae capitibus,* inc.: « Apostolicam decet magnifi-» centiam vestram . . . ». Editam leges in Gersonis *opp.,* II. c. 882-883.

7. Ioannis XXIII papae *bulla de studio parisiensi, tempore schismatis* [1415 ?], inc.: « Lumen aquae vivae, tanquam cri-» stallus spendidissimus de Dei et agni sede procedens . . . Da-» tum Vibii, IV kal. iulii ».

8. *Difficultates adversus concilium pisanum propositae et ante eius celebrationem solvendae* [a. 1409]. Inc.: « Quia in gene-» rali concilio possent duo contentendes de papatu, seu ipsorum » alter . . . ». Contendentes Gregorius et Benedictus pontifices allegantur, f. 96-103. Tractatiunculam quae finit: *Haec omnia sunt ut metallum statim extractum de minera,* partim editam leges in *Concill. a Labbè,* XXVII, c. 223-226.

9. Roberti de Sanctozola, decretorum doctoris et s. r. ecclesiae consistorialis advocati, *de unione ecclesiae.* Tractatus capitibus undecim, *cardinalium collegio, pro sancta unione catholicae ecclesiae laboranti.* Incip.: « Hoc primo capitulo protestor primo » quod propter dubitacionem principalis scismatis, quis scilicet » duorum contendentium . . . », f. 103-133. Auctoris nomen deest *Syllabo advocatorum sacri consistorii,* a Carolo Carthario. Romae, 1656, f.°

10. *Tractatus anonymus contra adsertiones quasdam concilii constantiensis, praesertim contra novem propositiones Ioannis Parvi.* Inc.: « Laudamus viros gloriosos, inquit sapiens. *Eccle-» siasticus XLIIII.* Et deinde pluribus enunciatis patribus.... ». f. 133-188. Sub fine: « Rerum gestarum compendium ex pluri-

» mis quae in hac causa laudabiliter acta sunt usque ad domini-
» cam primam adventus Domini, anni 1416 ».

11. Ioannis patriarchae antiocheni, *tractatus anno* 1434 *exscriptus, quo ostendit concilium generale in Spiritu sancto legitime congregatum esse supra papam*, synodo basileensi universalem ecclesiam repraesentanti, f. 148-164. Habes in *Concill. a Labbè*, XXIX, c. 512-533. V. pag. 319, **n. 32.**

12. Fratris Andreae de Perusio, ordinis Minorum, *contra edictum Bavari, ad Ioannem papam*. Incip.: « Quum a reveren-
» do patre et domino domino Ioanne sancti Theodori diacono
» cardinali . . . . nuper receperim in mandato ut edictum haere-
» siarcae Bavari . . . », f. 165-184.

13. Fratris Francisci Coti de Perusio, professione Minoris, *contra edictum Bavari*, de mandato Ioannis sancti Theodori diaconi cardinalis. Tractatus tres inc.: « Quis est iste involvens
» sententias sermonibus imperitis. Iob. 38. Si sententia debeat
esse idonea . . . », f. 184-218.

14. Fratris Natalis Hervaei britonis, *de potestate papae, sive de potestate ecclesiastica* libellus. Incip.: « Apostolus ad Roma-
» nos X loquens de Iudaeis dicit quod ignorantes Dei iustitiam
» . . . . », f. 218-275. Tractatus pluries editus.

Codex duplici columna, folio secundo inscribitur: *incepit nonam marcii* 1448.

Cod. 130 chart., saec. XV, a. 267, l. 198 [L. III, III]. Ye.

1. Ægidii Carlerii decani cameracensis, *oratio de punitione peccatorum publicorum, habita in concilio basileensi*, qua respondet per dies quatuor, ad articulum secundum Bohemorum *de corrigendis peccatis publicis*, quem proposuit per biduum Nicolaus Taborita, anno 1433, f. 1-79. Edita a Canisio in *Lectiones antiquae*. Amstel., 1725, IV, p. 566-627 ; aliisque.

2. *Replica eiusdem articuli secundi, de punitione peccatorum publicorum mortalium*. Oratio incip.: « Cum exardescit ignis in
» immensum, patres reverendiss. et viri spectabiles, humana
» solum industria aquam illi supereffundere . . . . ». f. 80-130.
Puto orationem meditam eidem Ægidio tribuendam.

3. Fr. Henrici Kalteisen, ordinis Praedicator., s. theologiae professoris ac pravitatis haereticae inquisitoris, *oratio qua in concilio basileensi, anno* 1433, *per dies tres refutavit tertium articulum Bohemorum, de libera praedicatione verbi Dei, quem proposuit per biduum Udalricus presbyter orphanorum*, f. 132-187. Edita ibi a Canisio, p. 628-672.

4. —— *replica, de libera praedicatione verbi Dei, terminata in praesentia sacri concilii et Bohemorum, recitata millesimo quadringentesimo tricesimo tercio, in hebdomada poenosa* [6-11 aprilis], *celerrime et obrupte collecta propter nimiam festinantiam Bohemorum ad recedendum*, f. 187-235. Edita ibi, p. 672-708.

5. Ioannis de Polemar, archidiaconi barcinonensis, apostolici palatii causarum auditoris, oratio qua in concilio basileensi, anno 1433, per dies tres refutavit quartum articulum Bohemorum, *de civili dominio clericorum*, vel *de temporalitate*, quem proposuit per triduum Petrus Payne anglus, f. 236-275. Edita ibi, p. 709-739.

6. —— replica *de dominio civili et de proprietate clericorum*, f. 275-285. Edita ibi, p. 739-746, in pluribus codicibus desideratur.

Codex ms. oscitanter exaratus, quem possederat cardinalis firmanus, ut ex nota autographa, ex bibliotheca archigymnasii patavini sub fine saeculi decimoctavi in Marciam illatus est : eapropter refert primo folio signum cum leone veneto et epigraphe : *Biblioth. Patav. Senatus Musis Euganeis.*

Cod. 131 membr., saec. XV, a. 230, l. 163 [L. IV, V]. Ve.

1. Augustini de Ferraria, *quaestio de potestate papae*. Incip. : « Quaeritur utrum ex potestate clavium papa habeat tam in temporalibus quam in spiritualibus dominium ... », f. 1-8. Auctor ex domo Minorum conventualium Ferrariae, theologiae professor., anno 1437 synodo oecumenicae ferrariensi interfuit. V. Wadding. *Annal. Minor.*, XI, p. 30.

2. Quaedam de concilio basileensi in sessionibus variis, annis 1431-1437 acta, nullo ordine, ferme omnia edita, f. 9-85.

Codicem non una manu exscriptum, iam Nicolai Galleni.

eques Benedictus Sylvaticus, comes palatinus et medicinae praticae in archigymnasio patavino antecessor, annis 1602-1658, dono dedit eiusdem archigymnasii bibliothecae; propterea volumen iisdem, ac proxime antecedens, signo et epigraphe notatur.

Codd. 132-133 membr., saec. XV, a. 343, l. 238 [Z. L. CLXVI-CLXVII]. B.

Concilum basileense, cum eius historia, Dominico cardinale Capranica auctore.

Duplex codex chartaceus Bessarioneus [ille foliorum 364, iste 423], quem nescio utrum aetas, an ditissima auctorum collectio aut castigata lectio melius commendet. Cum consilia constantiense et basileense cohaereant, quaedam ex eo huc allata sunt et alia ex senensi. Sessionum, quae volumine primo ex integro comprehenduntur, ordo respondet ei quem habet in *Concill. a Labbè,* XXIX, Coletus, nisi quod in codice sessiones viginti sex numerantur, in libro impresso quadragintaquinque. Articuli, bullae, epistolae, mandata, sententiae, allegationes, orationes, quae omnia ad modum appendicis seorsim dedit Coletus, interseruntur sessionibus in parte priori manuscripta, copia tamen longe uberiori. Alterius partis sub fine historiam concilii breviter attigit amanuensis coaevus, sic praeludens: « Et ego Henricus Snywint » de Heynsberch . . . notarius . . . . et sic finit: Deo gratias ».

« In hoc volumine continentur gesta concilii basileensis in» cepti ex decreto senensis concilii, sub felicis recordationis do» mino Martino papa V celebrato a. D. MCCCCXXIV, in quo » apostolice camere clericus et secretarius prefati domini Martini » interfui [cardinalis Dominicus Capranica, episcopur firmanus]; » et in decreto de Basilee celebrando dictum concilium testis » scriptus sum similiter, et ex decreto eiusdem domini Martini, » et postea felicis recordationis Eugenii pape IIII successoris sui » per bone memorie dominum Iulianum de Cesarinis de urbe, s. » romane ecclesie, s. Angeli diaconum cardinalem, ad celebratio» nem huius concilii specialiter deputatum. Gesta vero ipsa non » ita ordinata hic scribuntur, quemadmodum aliorum concilio» rum scribi solent, quod a principio usque ad finem de ipsius

» concilii celebratione magna concertatio et contentio inter pre-
» fatum dominum Eugenium et existentes in ipso concilio fuit,
» ut ex ipsis gestis patet evidenter. Quamobrem plurima in eo
» sine debito ordine facta et scripta sunt, tum propter temporis
» diuturnitatem quo pertractatum concilium fuit memoratum,
» tum et propter varias contentiones et difficultates, ipsiusque
» translationem primo ad civitatem bononiensem, secundo ad ci-
» vitatem ferrariensem, et demum florentinam, per prefatum do-
» minum Eugenium in discordia factam. Inde sequutum est ut
» tanquam navis sine gubernatione hinc inde fluctibus illisa con-
» gregatio illa agitaretur, in duas nempe partes ultimo divisa
» est, et quod pars una decernebat altera revocabat. Sic aliquan-
» do nec vere sinodi nomen, necque effectum habere meruit ».
Post plura vero: « Inceptum autem fuit huiusmodi concilium
» anno Domini 1431, die vero 4 mensis maii hora vesperorum,
» et tandem finem habuit . . . . . anno Domini 1449, die 20 iu-
» nii . . . ». Ex integro edidit hoc prooemium Michael Catalanus,
ecclesiae firmanae canonicus in opere: *De vita et scriptis Domi-
nici Capranicae.* Firmi, 1793, p. 233-238. Praeterea volumen hoc
alterum continet **a.** *decreta, epistolas et responsa, declarationes,
requisitiones, instructiones, consilia, monitoria,* f. 1-88; **b.** An-
tonii de Cannano tractatum *de potestate supra concilium generale
contra errores Basileensium,* quem auctor *supponit charitative
correctioni cuiuslibet melius sentientis et determinationi romani
pontificis, et ecclesiae ac Nicolai episcopi recinetensis et macera-
tensis,* f. 88-129; **c.** Ioannis de Ragusio, ordinis fratrum Prae-
dicatorum *positionem et responsionem factam in concilio basileensi
ad dicta magistri Ioannis de Rachazano bohemi, in articulo com-
munionis sub utraque specie, anno* 1433, f. 129-188: ediderunt
Canisius in *Antiquae lectiones,* III, p. II, p. 1-28, et Coletus in
Concill. a Labbè, XXIX, c. 699-868; **d.** Ægidii Carlerii orationem
de punitione peccatorum futura, f. 188-247. V. p. 329, **n. 1**; **e.**
Henrici Kalteisen ordini Praedicat. et pravitatis haereticae inqui-
sitoris, *Bohemis conscripta pro eorum reductione ad unitatem ec-
clesiae universalis ac eorum eruditione,* f. 247-293. Ediderunt Ca-
nisius ibi, IV, p. II, p. 1-228; et Coletus ibi, c. 971-1104; **f.**
Ioannis de Polemar orationem *de civili dominio clericorum,* f. 294-

316. V. pag. 329, n. 5; g. Diarium concilii, pluraque eiusdem acta turbate coacta.

Hos codices Catalanus, mense maio 1791, in usum operis *De vita* ec., ut supra notavi, ipse contulit; trigesimo tertio membranaceo bibliothecae Stozzianae florentinae pares reperiit, ac potiora quae gesta Capranicae illustrant, ex codice ms. nostro altero protulit in *appendice* eius operis, nempe:

1. Decretum consistoriale Martini V de Dominico Ram, Prospero Columna, D. Capranica, Iuliano Caesarinio, quos creavit cardinales, minime tamen promulgavit, f. 324, p. 167-169.

2. Martinus V iubet D. Capranicam cardin. esse administratorem ecclesiae firmanae, f. 342-343, p. 169-171.

3. Cardinalium epistolae ad D. Capranicam gratulatoriae de cardinalatu, f. 346-347, p. 172-176.

4. Antonius Corrarius, Alphonsus Carillius cardinales profitentur, cardin. Capranicam in conclave admittendum esse, f. 324, p. 177-178.

5. D. Capranica provocat ad aequum iudicem, vel ad concilium basileense, si quid de sui cardinalatus iure imminuatur, f. 399-400, p. 179-181.

6. — — denuo eamdemque ob causam provocat, f. 400, p. 182-184.

7. Incorporatio cardinalis firmani in concilium basileense, f. 411, p. 194-195.

8. Excerpta ex testimoniis, quae Branda de Castilione, et A. Carillius, et I. Caesarinius cardinales reddiderunt in quaestione de cardinalatu D. Capranicae, f. 350 et seq., p. 193-197.

9. Eugenius IV pontifex maximus in gratiam recipit D. Capranicam, ceterosque cardinales qui concilio basileensi adhaeserant, f. 404-405, p. 197-199.

10. Tenor bullae missae vassalis firmanae ecclesiae, cardinali firmano commendatario, tamquam vero episcopo obediant per concilium basileense, f. 404, p. 200-201.

11. Concordata inter oratorem [Nicolaum Albergatum cardinalem] d. Eugenii et cardin. firmanum, f. 404-406, p. 202-208.

12. Dux et respublica Venetorum fideiubet Capranicae cardin. pro Eugenio papa IV, f. 406-407, p. 209-212.

13. *Transumptum privilegii* d. n. Eugenii restituentis et reintegrantis cardin. firmanum ad omnes dignitates, f. 409, p. 212-214.

14. Datio *insigniorum* cardinalatus, f. 410, p. 214-217.

15. Licentia cardinalis firmani proficiscendi de Basilea, f. 411, p. 217-218.

16. Protestationes card. firmani de non consentiendo in assumptionem patriarchae alexandrini [Ioannis Viteleschii] ad cardinalatus dignitatem, contra decreta concilii basileensis, f. 411-413, p. 218-225.

Cod. 134 chart., saec. XVIII, a. 292, l. 200 [L. IV, XCIII]. Ma.

1. *Capitula conclavis Sixti papae IV.* Continent *promissionem generalem* pontificis electi die 9 augusti 1471, et *constitutiones ab eo iuratas*, f. 6-13.

2. *Pacta conventa et capitula in conclavi habito Romae post decessum Sixti IV, in quo die* 29 *augusti renuntiatus fuit pontifex maximus Io. Baptista Cybo ianuensis* [Innocentius VIII], *episcopus melphitensis et cardinalis, anno* 1484, f. 14-33. Addit amanuensis: « Exscripta fuere sequentia capitula ab ipsomet autographo in conclavi conscripto et originalibus viginti et trium cardinalium subscriptionibus firmato ».

3. *Tria scrutinia pro electione pontificis Alexandri VI* [Roderici Borgia], electi 11 augusti 1492, f. 33-35.

4. *Responsiones datae super cedula cardinalis s. Angeli*, f. 35-50. V. pag. 323, **n. 1.**

5. *Responsio data in concilio basileensi*, f. 50-60. V. pag. 324, **n. 2.**

6. *Sermo primus compositus p. r. p. d. L. de urbe ad ill. princip. d. ducem Sabaudiae*, f. 60-73. V. pag. 324, **n. 3.**

7. —— *secundus compositus et recitatus, ut supra, in quo ostendit quomodo non peccat sancta synodus* [basileensis] *in refutando pacem quam sibi offert dom. Eugenius papa, eius pacis qualitate considerata.* Incip.: « In nomine . . . . Cognovit, religiosiss. princeps, sancta generalis basileensis synodus ferventem affectum tuum . . . », f. 73-80.

8. *Tertia propositio* Lud. Pontani ec., f. 80-96. V. pag. 311, **n. 7.**

9. *Relatio Nicolai Erizzo, oratoris ad Innocentium XII et Clementem XI pontifices, lecta in senatu veneto, die* 29 *octobris* 1702. Incip.: « La città di Roma nata all' impero del mondo, » dopo aver con l'armi... », f. 97-132. Auctor, ubi originem potestatis, quam *temporalem* dicunt, in pontifice attigit, breviter enarrat gesta pontific. Innocentii XI, Alexandri VIII, Innocentii XII; inde conclavis concertationes plurimas, quousque cardinalis Albani pontifex, nomine Clementis XI, anno millesimo septemcentesimo renuntiatur. Eius familiae historia a parentibus usque praeposita, refert Ericcius quid in sibi subditos, quid in exteros principes, animo semper fluctuanti, egerit pontifex: tandem offert senatui « una raccolta d' importanti osservationi, che il mio zelo » è andato facendo di caso in caso in quella corte, per soggettar- » lo ai riflessi della pubblica sapienza, onde possi, quando i tempi » migliori lo permetteranno, trovare l' opportunità di redimersi » da molti pregiuditj che colà si fanno alla maestà della patria ».

Tractationes huius ut et codd. mss. huius classis 121, 122, 126 *colligebat Ascanius Varese, patavinus, abbas generalis congregationis lateranensis* in s. Ioanne de Viridario, *canonicis suis et sibi,* ut ex nota addita.

Cod. 135 chart., saec. XVI, a. 205, l. 173 [L. III, CLII].

Ad reverendissimum in Christo patrem ac dominum d. Petrum Paulum Vergerium iustinopolitanum, sanctiss. dom. n. per totam Germaniam cum potestate legati de latere nuntium et oratorem, Ioannis Haneri presbyteri, pro felici successu concilii pium votum ac solicita adhortatio . . . . Bambergens . . . . . . XXXV . . . . . . Tumultuanter et festinanter. Inc.: « Quod ego » exul atque alieni soli calcator, vix domi et inter meos satis no- » tus, utpote perpetuus anguli quietisque amator . . . »

Petrus Paulus Vergerius nuntius apostolicus in Germaniam concilio cogendo missus, Ioanni Hanero sacerdoti vindobonensi, sibi ab episcopo vindobonensi commendato, quaedam in legationis munere agenda tradiderat: ideo Hanerus, statum Germaniae

Vergerio viridioribus coloribus pingit, teterrima schismatis invalescentis mala, morum disciplinam in peius ruentem; exinde necessitatem concilii indicendi religioni et honestati custodiendae. Idem codice [L. IX, 68], terna epistola Bambergae, anno eodem 1535 data, dolet Vergerio hospiti quod Bambergam cito reliquerit, nullo sibi otio dato bibliothecam invisendi: ibidem hanc pulverulentam adeundi sibi facultatem ab episcopo impetret deprecatur: grates agit de spe data adipiscendi canonicatus ecclesiae collegiatae extra muros in Haugis herbipolensis dioeceseos; archiepiscopo moguntino, cui dicavit librum *de novo legis sacrificio*, commendari desiderat causam, quam Romae habet pro beneficio consequendo definiendam.

Codex autographus foliorum 19, forma litterarum tenuissima sub fine mutilus.

Cod. 136 chart., saec. XVI, a. 301, l. 211 [L. IV, CXV]. D.

Gesta in concilio tridentino, a prima eius indictione [22 maii 1542] ad alteram illius translationem, Bononiae decretam die 21 decembris 1550. Exstant autem:

1. Historia sessionum primae et nonae; ac sessiones secunda usque octavam et decimam, ut in *Decretis concilii tridentini* leguntur.

2. Bullae ac brevia pontificum Pauli III et Iulii III, nempe decreta indictionis, suspensionis, prorogationis, translationis concilii; responsa litteris oratorum, cardinalium, statuum ecclesiasticorum *dietae* augustanae.

3. Mandata caesaris, regum Romanorum, Gallorum et Portugalliae; *comparitiones* oratorum concilio; protestationes principum et procuratorum.

4. Orationes in concilio habitae a fratre Marco Laureo, ordinis Praedicatorum, sacrae theologiae professore; Augustino de Aretio, generali ordinis Servorum; Coriolano Martyrano episcopo s. Marci; Ambrosio Catharino Politi, episcopo minoricensi.

Numeris 2-4 contenta, proprio loco edita sunt a Iudoco Le Plat in *Monumentorum ad historiam concilii tridentini* ec. Lovanii, 1783-1787, VII, f.°

Codex ad normam exscriptus, cum compendiis, habet folia 172.

Codd. 137-138 chart., saec. XVI, a. 318, l. 210 [L. IV, I-II]. N.

Acta in concilio tridentino post alteram translationem, ab anno nempe 1552 ad finem a. 1563.

Manu diversorum singillatim exscripta ac litterarum forma iamdiu plicata, in duplex volumen folior. 128, 160, postmodum ita coacta sunt ut, turbato annorum numero et rerum in concilio pertractatarum ordine, imperite distribuerentur. Quae exstant volumine primo, litterae, mandata, propositiones, argumenta excutienda, constituunt apparatum in sessionibus agendorum annis 1552-1563. Eorum plura publici iuris fecit Iudocus Le Plat in *Monumentorum* ec. Volumen alterum habet proposita a deputatis in sessionibus vigesimatertia usque extremam, earumque decreta.

Ceterum collectanea haec sibi parasse Petrum Lando archiepiscopum cretensem, *qui sedit inter patres concilii oecumenici, cuius etiam actis subscripsit* (1), evincit tractatiuncula de matrimonio, f. 119-122, quam concilio obtulit. Haec eius verba: « Pius » quartus summus pontifex . . . . hanc sanctam et oecumenicam » sinodum acciri curavit, ad quam ego vocatus accessi ex Creta, » metropoli, Dei et apostolicae sedis gratia, mihi commissa, eius» demque censurae omnia quae sum dicturus reverenter subiicio. » Omissa igitur tractatione de sacramentis in genere, de eorum » numero, institutione, causis, efficacia, usu et ministerio, quae » omnia, tam scite et accurate quam prudenter et fideliter, alias » haec sancta sinodus pertractavit, ad articulum matrimonii me » converto ».

Cod. 139 chart., saec. XVI, a. 261, l. 203 [L. IV, CVI]. Z.

Elucidationes quorundam locorum concilii tridentini ab illustrissimis dd. cardinalibus congregationis emissae ac concessae diversis episcopis et praelatis, numero quingentae, super ma-

(1) Cornelius Flamin *Creta sacra*, pars tertia, XXIX, II, p. 94.

teriis ecclesiasticis, ex variis concilii tridentini sessionibus desumptae, nullo rerum aut annorum ordine servato, f. 1-110. Eas excipiunt responsa praelatis, annis 1564-1576, f. 111-172. Tertio referuntur *elucidationes super concilio tridentino, per illustriss. ac rever. eius interpretes, ad instantiam diversorum episcoporum et aliorum praelatorum, secundum ordinem sessionum positae,* f. 174-240. Earum extremae datae sunt annis 1570-1588.

Codicem Alexander Galliani ante Zenum possederat.

Codd. 140-151 chart., saec. XVII, a. 280, l. 195 [L. IV, LXXV-LXXXV]. Yc.

Declarationes decretorum congregationis cardinalium sacro concilio tridentino interpretando praefectorum ann. 1556-1663, quas undecim voluminibus distribuit Caspar Leonicus [Lonigo], reipublicae venetae in re canonica consultor, raro propria, pleraque manu aliena elegantiori.

Volumini primo, fol. 562, insunt *declarationes* sub compendio datae, *super sessionibus* 4-7, 13-14, 21-25, harum ordine, non vero temporis quo illae prolatae.

—— alteri, fol. 199, *elucidationes quorundam tridentini concilii locorum ab ill. dd. cardinalibus congregationis emissae et concessae episcopis et aliis praelatis,* praecedente fol. 1-30 rerum indice. Foliis 31-154 exstant elucidationes septingentae triginta septem, aliae plures non numeratae foliis 154-200; super sessionibus 4-7; 13-14, 21-25, annis 1556-1605 exhibitae.

—— tertio, fol. 71, inserta sunt paucula super sessionibus 5-7; foliis 2-14, 20-21, 25-27, 31, 36-39, 43-46, 50-51, 55-57, 60-61, 67-69, ceteris vacuis, ad annos 1568-1663. Foliis 8-11 bullae pontificum Pii V [5 martii 1568] et Gregorii XIII [10 octobris 1575] de stipendiis lectorum sacrae theologiae in ecclesiis venetis.

—— quarto, fol. 70, collector tantummodo inscripsit foliis 4-7 quaedam super sessione decimaquarta ad annos 1577-1646, titulo dato: *Declarationes* cc. *super sess.* 14 *de casibus reservatis.*

Volumen quintum, fol. 75, continet declarationes super sess.

21.ª *de reformatione*, annis 1568-1597. Foliis 12-14 leguntur bullae pontificum Pii V [14 octobris 1568] et Gregorii XIII de promotione ad sacros ordines clericorum saecularium et regularium non professorum.

—— sextum, fol. 53, excutit materiem sessionis 22.ªᵉ *de sacrificio missae*, annis 1566-1638. Quae notari merentur sunt **a.** bullae pontificum Pii IV [20 aug. 1560] de revocanda facultate Graecis et Latinis concessa celebrandi ritu non proprio, fol. 7-9; ac Pii V [29 martii 1566] de revocanda facultate celebrandi missam vespere, f. 13-14; **b.** decreta edita a congregatione concilii de celebratione missarum, f. 30-35.

—— septimum, fol. 83, habet declarationes supra sessione 22.ª de reformatione, ann. 1573-1631. Praeit fol. 1-6 bulla Sixti papae V [13 ianuarii 1588] de habitu et tonsura deferendis a clericis pensiones obtinentibus.

Volumen octavum, fol. 146, super sessione 23.ª, ann. 1564-1620. Fol. 21-26 exstat bulla Pii papae IV [25 decembris 1564] de residentia praelatorum; f. 26-29 eiusdem contra archiepiscopos, episcopos, prelatos non residentes; f. 31-33, bulla Pii pp. V [24 iunii 1568] de residentia rectorum ecclesiarum parochialium; fol. 73-84 bulla Clementis pp. VIII [28 febr. 1596] in clericos male promotos, et episcopos in ordinum collatione peccantes, ut f. 95-98 Pii pp. V [25 iulii 1571], regularibus indulgens ut saecularium confessiones audiant.

—— nonum, fol. 189, complectitur declarationes super sess. 24, ann. 1566-1628 datas. Allego bullas Pii pp. V **a.** de cognatione spirituali in causa matrimonii [28 nov. 1566], f. 16-17; **b.** super impedimento publicae honestatis [1 iulii 1568], f. 20-21; **c.** de impedimento affinitatis ex fornicatione [16 octob. 1566], cum notitia bullarum circa matrimonium et ecclesias parochiales, f. 24-26, 28-31; **d.** de collatione ecclesiarum parochialium [18 martii 1566], f. 141-146.

—— decimum, fol. 164, habet declarationes circa sessionem 25.ªᵐ *de reformatione*, ann. 1564-1607. Bullae insunt pontificum **a.** Pii IV, de iuramento a provisis de beneficiis praestando [1564], f. 5-10; **b.** Pii V, de poena in clericos nefandi criminis reos [30 aug. 1568], f. 88-90; **c.** eiusdem, de beneficiis

ecclesiasticis [12 sept. 1571], f. 51-54; **d.** eiusdem, contra m[...] recitantes horas canonicas [20 sept. 1571], f. 144-146; **e.** Gre[...]gorii XIII, de poena in duellum committentes [5 dec. 1582], f. 116-117; **f.** Gregorii XIV, de immunitate ecclesiae [25 mai 1591], f. 133-138; **g.** eiusdem, de collatione beneficiorum eccl[...] [20 sept. 1591], f. 49; **h.** Clementis VIII contra pugnantes in duello [17 aug. 1592], f. 117-129.

—— undecimum, fol. 346, circa sessionem 25.[a] *de regularibus*, ann. 1593-1619. A proposito penitus aberrarem si pon[...]tificum Pii IV et V, Gregorii XIII, Clementis VIII, bullas [...]vendecim annis 1564-1602 datas singillatim enumerare velle[...] eae sunt de **a.** aedificandis monasteriis, f. 35-37; **b.** novitiis [...] regularem habitum recipiendis, f. 242-245, 273-274; **c.** religio[...]sis recipiendis, f. 255-260; **d.** iure praecedentiae regularium, f. 181-188, 193-199, 200-209; **e.** delinquentibus in monasteri[...] f. 225-230; **f.** Capucinis prohibitis ordinem s. Francisci de Pa[...]la ingrediendi, f. 303-305; **g.** emissione votorum a saecularib[...] sub obedientia voluntaria degentibus, f. 285-290; **h.** clausura monialium, f. 86-95, 109-119; **i.** abbatissis ad triennium [...]gendis, f. 147-150; **k.** revocatione licentiae ingrediendi mona[...]steria, f. 95-99, 100-104. Nec mitto quae, mandato Clementis papae VIII, editae sunt 1. ordinationes [40] circa regimen mo[...]nialium, f. 4-17; 2. institutiones ad novitiorum religiosorum educationem pertinentes, f. 245-255; 3. institutiones super re[...]ceptione et educatione novitiorum religiosorum in monasteriis f. 261-271.

Cod. 152 chart., saec. XVII. a. 315, l. 220 [L. IV. XXVI. [...]

Decreta congregationis cardinalium interpretum sacri con[...]cilii tridentini, data annis 1567-1695, petentibus catholicae ec[...]clesiae episcopis, nullo ordine chronologico, sed per saltum.

Codice foliorum 398 anno 1730 possederat Iustus Fonta[...]nus, ex quo ad concilium decemvirum, post eius mortem, tra[...]latus est.

Cod. 153 chart., saec. XVII, a. 304, l. 210 [L. IV, LXXXVII]. Yc.

Casparis Lonigo, *collectanea ad concilium tridentinum.*

Propositionum, opinionum ac sententiarum series ex plurium iurisperitorum *consiliis*, maxime Bertrandi, ad loca varia illustranda vel confirmanda capitulorum sessionum concilii tridentini. Collectionem, nullo ordine, tantummodo inceptam in usum *repertorii* sibi auctorem apparasse dicas.

Codex autographus habet folia 337.

Cod. 154 membr., saec. XV, a. 282, l. 202 [L. IV, CV]. Z.

Synodicon venetum, sancti Laurentii Iustiniani, protopatriarchae Venetiarum iussu ex vetustis praedecessorum eius et patriarcharum gradensium constitutionibus, *in quas ex suis nonnullas inseruit*, anno 1438 consarcinatum.

Ex hoc codice foliorum 48 edita est collectio in *S. Laurentii Iustiniani opp.* (1), proinde in Labbaei *Concill.* (2), recens a Iosepho Cappelletti (3) qui testatur: « Io mi attengo strettamen- » te al manoscritto, tanto più che lo reputo, se non contempora- » neo, certamente di poco posteriore all' esistenza del santo », et iure.

Cod. 155 membr., saec. XII, a. 246, l. 186 [L. IV, XXIV].

Regula beati Augustini, seu *norma recte vivendi,* canonicis regularibus Lateranensibus data, pluries edita.

Codex foliorum septem, extremo, saeculo proxime exacto, addito.

(1) Venet., 1751, II, 495–538.

(2) « Illud exscripsimus ex membraneo codice, quod cl. vir Apostolus » Zenus in nostrae Labbeanae editionis splendorem nobis perhumaniter com- » municavit ».

(3) *Stor. della chiesa di Ven.* Ven., 1850, VI, p. 166–292.

Cod. 156 membr., saec. XV, a. 251, l. 190 [L. IV, XXIII]. Ma.

1. *Benedictio vestium regularium,* f. 1.

2. *Regula b. Augustini episcopi,* cum expositione M. Hugonis de sancto Victore, f. 2-48, in huius operibus edita (1), addita expositionis versione itala. Auctor, canonicus regularis s. Augustini in coenobio s. Victoris ad muros parisienses, diem obiit anno circiter 1142.

3. *Ordo ad recipiendum ad professionem et forma profitendi,* f. 48-49.

Folio 48 infra legitur: *Iste liber scriptus fuit per quendam canonicum conventualem in Sancto Lazaro, in mense novembri,* charactere vero recentiori: *Liber canonicorum regularium sancti Iohannis in Viridario Paduae,* ut et folio 49: *Anno a Virginis partu* 1547.

Cod. 157 membr., saec. XV, a. 276, l. 198 [L. II, XCVII]. M.

1. B. Augustini *regula,* f. 1-7.

2. *Ordo ad recipiendum novitium ad probationem,* f. 7-12.

Liber exscriptus anno millesimo quadringentesimo octuagesimo, in usum *ordinis canonicorum regularium sancti Augustini de congregatione Salvatoris lateranensis de Roma.*

Cod. 158 membr.-chart., saec. XV, a. 290, l. 215 [Z. L. CXCVIII]. P.

1. *Expositio regulae beati Augustini ep. secundum fratrem Humbertum,* f. 1-148, capitibus biscentum septendecim. In editionibus capita centumnonaginta quatuor numerantur, etsi textus universus idem sit. Foliis 152-154 habentur tituli capitulorum et rerum.

2. *Versus quidam sancti Damiani ravennatis archiepiscopi.* f. 148. Rhythmus de abbatum miseria qui incipit:

(1) Venet., 1588, II, 1-15.

« Luget, plorat, lamentatur — sancta nunc ecclesia . . . »
s. Petro Damiano, natu ravennati, cardinali et episcopo ostiensi reapse tribuitur (1).

3. Versus *excerpti de quodam libro Augustini ad Alypium,* f. 148-149, qui in operibus editis b. Augustini desiderantur. Inc.:

« Nec enim vituperes divitias datas a summo,
» Sed culpandus erit qui nimis extollitur illis ».

4. *Ex libro enchiridion Augustini sententiae quae sequuntur excerptae sunt,* f. 149-150.

5. B. Humberti V, *de tribus votis substantialibus religionis et quibusdam virtutibus,* f. 154-162, edita Comi, 1602, 8.°, p. 1-51.

Magister Hubertus [eius nominis V] sive Humbertus de Romanis, Umbertus, Imbertus, ordinis Praedicatorum, pluribus operibus clarus, obiit a. 1277.

Codex, duplici columna, cum litteris initialibus pictis, Venetiis exscriptus est.

Cod. 159 membr., saec. XV, a. 280, l. 206 [L. IV, XXXIX]. Mb.

Eiusdem Humberti *expositio regulae beati Augustini episcopi,* cum duplici indice sub fine, capitulorum et rerum, ordine alphabetico.

Codex foliorum 143, duplici columna, bene scriptus cum rubricis, qui canonicis regularibus s. Leonardi de Verona pertinuerat, postmodum canonicae [domui] Candianae datus est, ex qua in biblioth. Marcianam anno 1784 delatus est. Folii primi marginem inferiorem quidam inscripsit, et merito: « Magnificandus » est hic liber, non enim ubique reperitur ».

Cod. 160 membr., saec. XIV, a. 221, l. 140 [L. IV, LXVII]. Mb.

Constitutiones canonicorum lateranensium bifariam divisae. Pars prima, f. 13-85, continet bis centum tredecim *capitula excerpta ex libris sanctorum de aedificatione et correctione vitae clericorum,* cum praeeuntibus prologo et indicibus utriusque, f. 1-13.

1) S. Petri Damiani *opp.* Parisiis, 1743, IV, p. 27-28.

In ea habes *sententias sub quadam brevitate collectas sanctorum patrum, praecipue tamen Gregorii, Ambrosii, Augustini, Hieronymi et Prosperi;* in altera constitutiones canonicorum proprie dictas, capitulis sexaginta octo, f. 85-112.

Codex cum rubricis folio extremo 113 ita diligenter manu coaeva descriptus: « Forma vivendi canonicorum regularium » cum tabula capitulorum in principio, cum tabulis et. fundo de » corio croceo: principium *cum ordo canonicorum,* finis: *tempestivius pulsetur:* corii crocei remanent tantum fragmenta ». Inferius legitur: « 1399, ind. septima, et mense augusti emptus » fuit liber a me Thomasio. — Liber iste praeclarissimus est mei » Thomasii notarii de Favis de Verona, carior mihi prae ceteris ». Scriptura recentiori legitur: *Iste liber est monasterii sancti Leonardi de Monte Donico de monte.*

Cod. 161 membr., saec. XV, a. 216, l. 153 [L. II, XII]. Ma.

1. B. Augustini *regula,* f. 1-6.

2. *Ordinationum* seu *constitutionum canonicorum regularium congregationis Salvatoris lateranensis, alias sanctae Mariae de Frisonaria,* f. 7-49. Partes tres. Capitulo extremo libri tertii enarratur quod *praesens volumen . . . approbatum, ratum et confirmatum fuit a toto capitulo generali Bononiae celebrato, anno Domini* 1453. Sub fine vero: *Est autem hic liber monasterii sancti Ioannis in monte de Bononia, quem finivi primo aprilis* 1474.

3. *Ordo ad recipiendos novitios ad habitum probationis,* f. 50-51.

3. —— —— —— *ad professionem,* f. 51-52. In fine: « Orate pro scriptore 1475 ». Folium 53 inscriptum: « Monasterii s. Ioannis in monte Bononiae, 1657 ».

Cod. 162 membr., saec. XV, a. 128, l. 90 [L. IV, LXXI]. F.

Varia ad congregationem canonicorum regularium ss. Salvatoris spectantia.

1. *Copiae substantiarum privilegiorum ordinis canonicorum regularium s. Salvatoris, per summos pontifices concessorum,* f.

1-23, quae omnia edidit canon. Lupus in *Bullario canonicorum regul. congregationis s. Salvatoris*, cum foliis vacuis, f. 24-34, novis inserendis.

2. *Regula beati Augustini patris nostri*, f. 35-38.

3. *Constitutiones canonicorum sive fratrum congregationis s. Salvatoris, ordinis s. Augustini*, f. 41-58, capitulis novendecim.

4. *Quaedam additiones super constitutionibus* ec., f. 58-60.

5. *Incipiunt aliae additiones* ec., f. 61-70.

6. *Bulla qua Sixtus papa IV confirmat constitutiones reformatas eiusdem ordinis*, a septem canonicis deputatis [quos inter venetus Petrus Michieli auctor chronici eiusdem congregationis] sibi oblatas in capitulo generali apud prioratum s. Michaelis de Candiana congregato; item prooemium quo eas constitutiones publici iuris factas Venetiis, anno 1482, publico notario rogante, asseritur, f. 71-76.

7. *Calendarium*, f. 77-83.

8. *Constitutiones novae* capitulis triginta tribus, f. 85-122, indice praeeunte, f. 83-84.

9. *Liber definitionum et additionum* seu *constitutionum extravagantium*, manu recentiori exscriptarum f. 123-134, quae perducuntur ad annum 1533.

Codicem possederat, ante Farsettum, Hadrianus Paganuccius Venetiis.

Cod. 163 chart., saec. XV, a. 210, l. 154 [L. III, CLV].

1. *Constitutiones ordinis fratrum eremitarum s. Augustini, ratificatae et approbatae per generalem et diffinitores generalis capituli florentini celebrati anno Dom.* 1299, cum indice rerum alphabetico et capitulorum elencho praeeuntibus, f. 9-68. Capitula quinquaginta unum, quibus additur definitio capituli generalis avenionensis, anni 1218. Hac illac indicantur pericopae vel additae vel omissae.

2. *Additiones factae per rever. Thomam de Argentina generalem, in capitulo generali Papiae, celebrato anno Dom.* 1348, f. 69-94.

3. *Regula beatissimi patris nostri Augustini*, f. 95-98.

4. *Status conventuum eiusdem ordinis* nempe Cremae, Ianuae, Bergomi, Brixiae, Mediolani, Comi, Cremonae, Dertonae, Taurini, Vitalianae, Annuntiatae, Ioannis boni, Mantuae, Savonae, Tiferni tiberini, Lucae, Mutinae, Alexandriae, Papiae, Grabedonae, Spilemberti, Saviliani, Montis Ortoni, Venetiarum, Cittadellae, Bononiae, Romae, Ferrariae, Chore, Pontremoli, Castelli, Carignani, Casali, Bassiani, Cherii, Avilianae, Forolivii, Placentiae, Imolae, Faventiae, Vercelli, Rumani, Neml ri, Tolentini, Bugellae, annis 1450-1487, f. 105-118. Seriori manu locus paratus est pro annis 1488-1505 ac exhibiti prospectus eorundem monasteriorum pro annis 1505-1515, f. 118-147.

Codicem foliorum 165 ex formularum serie adhibendarum in litteris dandis, f. 1-4, coniicio ordini Eremitarum s. Augustini congregationis de observantia Lombardiae, Cremonae spectasse.

Cod. 164 chart., saec. XVII, a. 290, l. 215 [L. IV, LXXII]. Ma.

Augustini Ticinensis *libellus contra fratres Eremitanos, pro canonicis regularibus.* Inc.: « Mirari plerique solent, mi pater, » quid est quod divus . . . »

Auctor in eo totus est ut Ambrosii *de Chora* asserentis d. Augustinum hipponensem a divo Ambrosio nigra cuculla post baptismum indutum, a Simpliciano zona pellicea cinctum, eremiticam vitam professum; d. Eremitarum ordinem constituisse, eiusque coenobia passim construxisse (1), argumentis refellat; sententiae insistens eum tantum canonicos regulares lateranenses instituisse. Etsi sub fine litterae dedicationis legatur: « Tu itaque, mi pater, cum ex multis sis unus ad quem ut prae» sens opusculum dirigerem in mentem prius veneris, age quaeso » pro viribus, ut comperta veritate in sacro concilio isto latera» nensi, tam monstruosum facinus de ecclesia penitus eliminetur, » simulque ea omnia mendacia de breviariis eradantur omnia ».

(1) Ambrosii Choriolani, gen. Augustinianorum, *in defensorium ordinis eiusdem, scilicet ordinis fratrum Eremitarum sancti Augustini responsivum ad maledicta canonicorum assertorum regularium congregationis Frisonariae.* Sine l. Romae, per Georgium Herolt, post a. 1479, 124, f.°

non liquet cui opus nuncupaverit auctor, qui ceterum in principio *elucidarii* (1) addit eius furfuris somniatoribus fratres Paulum Bergomensem ac Iacobum Philippum, item Hermannum medicum teutonicum. Augustinum Ticinensem fulcit Celsus Maphaeius veronensis canonicus regularis (2).

Ambrosius de Massaris de Cora, sive Coranus, sive Coriolanus, ord. Eremit. s. Augustini ab anno 1477, itemque generalis, obiit Romae poenitentiarius Sixti IV, a. 1485. Augustinus de Noris, Ticinensis seu Papiensis dictus, floruit a. 1500.

Codex habet folia centum vigintinovem.

Cod. 165 membr., saec. XV, a. 237, l. 170 [Z. L. CXCVII]. B.

1. *Regula beati patris Benedicti,* capitibus septuaginta tribus, sicut in editione parisiensi anni 1610, 8.°, f. 1-37, cum praevio calendario, f. I-VI.

2. *Parvae homiliae in evangelia festorum de tempore et de sanctis per annum,* f. 37-55, 61-67.

3. *Evangelii d. Ioannis* capita decimumtertium usque decimumseptimum, f. 56-61.

4. *Calendarium* cum spatio opportuno pro unoquoque die ad nomina plurium sanctorum inserenda, f. 71-107.

5. *Formula confessionis monachorum s. Romualdi,* f. 107-111.

Codex cum picturis fol. 1, cuius littera initialis refert monachum albis vestibus indutum, regulam s. Benedicti a d. Romualdo sedente accipientem, sic inscribitur fol. 67 : *Secundo nonas decembris frater Bartholomaeus de Koloswar partis transilvanae, tempore Clari abbatis sancti Iuliani martyris de Arimino scripsit hoc memoriale et erat hungarus. Dum surgunt miseri nolunt misereri miseris.*

(1) Brixiae, per Angelum Britannicum, 1511, 8.°

(2) *Apologia contra librum fratris Ambrosii de Chora.* Brixiae, per Bernardinum de Misintis, ticinensem, 1502, 4.°

Cod. 166 membr., saec. XV, a. 182, l. 131 [L. III, CLXXIII].

1. *Capitula regulae sanctissimi patris nostri Benedicti eximii confessoris, patris monachorum,* f. 7-67, praeeunte indice capitulorum 72, f. 1-3.

2. *Tabula festorum mobilium et calendarium benedictinum,* f. 69-81.

3. *Officium b. Mariae virginis secundum consuetudinem romanae curiae, cum additionibus congregationis s. Iustinae,* f. 82-126. Profana manus abscidit primum folium mirabili pictura insigne, quod ex ceteris coniicio.

4. —— *sancti Spiritus et sanctae Crucis,* f. 126-129.

5. *Septem psalmi poenitentiales,* f. 130-142.

6. *Officium mortuorum,* f. 142- 166.

7. *Symbola s. Athanasii, nicaenum, apostolorum,* f. 166-170.

8. *Devoti hymni orationesque de passione,* f. 171-187.

9. *Praestanda a sacerdote ante et post missam,* f. 187-206.

10. *Orationes b. Mariae virgini,* f. 207-223.

11. *Septem gaudia caelestia beatae et gloriosae virginis Mariae, composita a beato Thoma Mariae, archiepisc. cantuariensi,* f. 223-232. Rhythmi quatuor: **a.** *Gaude flore virginali — quae honore speciali ;* **b.** *Virgo templum trinitatis — summe decus bonitatis ;* **c.** *Ave fuit prima salus — qua vincitur hostis malus ;* **d.** *Ave tempio de Dio sacrato tanto — vergine santa, imacolata e pura.* Primus et extremus desiderantur in *Lateinische Hymnen* a Mone.

12. *Oratio* sic inscripta : « Quicumque infrascripta nomina » Christi super se portaverit, non morietur mala morte, et omnis » infirmitas eius curabitur, nec ignis, nec aqua, nec serpens, nec » mala bestia, nec gladius, nec fantasia, nec malus homo ei no- » cere poterit insidiando, consulendo, aggrediendo cum armis et » tumultu », incip. : « Messias, Sother, Emanuel sabaoth . . . », f. 232.

13. *Orationes variae a monachis recitandae,* f. 233-249.

14. *Ordo triplex ad communicandum infirmum, ad animae commendationem, ad defunctum sepeliendum,* f. 249-268.

Codicem diligentissime exaratum non multo post annum 1482 [ut ex festorum mobilium tabula liquet], cum rubricis, ornant picturae egregiae in litteris initialibus: ceteris facile praestantiorem puto quae prologi in constitutiones frontem decorat, flores, frondes, mulierem in frondes desinentem, pueros, monachos in littera initiali, item insignia familiae Saborgnanae cum mitra episcopali, referens. Si pictoris miniarii opus cum aliis similibus confero ac Hieronymi Saborniani qui codicem possederat, vel qua episcopi sibenicensis [1557-1573], vel qua Romae post episcopatum usque ad mortem [1590] degentis, magnificentiam considero, minime a vero procul putarim picturas mirificas Iulium Clovium habere auctorem qui serius codicem ornaverit cum a monachis Benedictinis s. Iustinae ad Sabornianum devenit.

Cod. 167 chart., saec. XVI, a. 128, l. 105 [L. IV, XCIV].

1. *Charta charitatis* ordinis Cartusiensis, f. 1-6, 219-225. Duplex exemplum documenti quod, b. Stephano cartusiensi auctore, in generali concilio anno 1129 promulgatum est; ideo summi habendum quod primas Cistercii leges ***ad charitatem et unionem universi ordinis promovendam,*** edidit Manrique (1).

2. *Definitionum capituli generalis Cisterciensis.* Definitiones quindecim in capitula distributae, f. 7-90. Sub fine: ***Explicit libellus definitionum antiquarum capituli generalis editus anno Domini*** 1317, ***confirmatus per domin. papam Ioannem XXII, anno*** 1318. Distinctio prima, f. 7-18, nil aliud est nisi amplior ***chartae charitatis*** declaratio octo capitulis, per Clementem IV pontificem die 13 iunii anni 1266 data.

3. ***Novellae definitiones capituli generalis ordinis Cisterciensis, ab anno Domini*** 1316 ***exclusive usque ad annum quinquagesimum exclusive, non computatis charta charitatis, Clementina, nec aliis veteribus quae sunt inviolabiliter observandae;*** rubricis quadraginta quatuor, f. 90-125.

4. *Benedictina edita anno Domini* 1335 *per dom.* ***Benedictum Cisterciensis ordinis papam duodecimum,*** undecim capitibus,

(1) *Annales cistercienses.* Lugduni, 1642, I. p. 108.

f. 125-142, qua constitutiones aliae pro Cartusiensibus proferuntur.

5. Bullae duae eiusdem pontificis, anni 1335, *de auctoritate absolvendi data transgressoribus statutorum papalium* ac *contra mendicantes ne de cetero, sine licentia romani pontificis, recipiantur in ordine Nigrorum vel Cisterciensium,* f. 151-152.

6. *Index generalis,* f. 153-158.

7. *Decretum Calixti papae II confirmantis ordinem Cisterciensem,* a. 1119, f. 159, quod lectu est in *Exordio magno,* lib. I, cap. 24.

8. *Tractatus coeli et terrae, monarchiam moderante Domino nostro Iesu Christo,* f. 161-168, scilicet *de ordine et regula s. Benedicti,* quo tractatu initia plurium congregationum evolvuntur.

9. *Institutio beati Bernardi de modo cantandi et psallendi,* f. 168-169.

10. *Definitiones novae,* datae annis 1263, 1362, 1366, 1383, 1461, 1466, f. 170-197.

11. *Privilegia ordinis Cartusiensis,* f. 199-219. Privilegiorum potius historiam appella, cum normis pro iis assequendis.

12. *Privilegium d. Urbani papae II* [1 apr. 1093], *de corpore s. Benedicti et s. Scholasticae;* qualiter vere requiescant in monasterio Cassinensi, f. 225-226.

Cod. 168 membr., saec. XV, a. 252 l. 170 [L. IV, CIII]. Mg.

Constitutiones antiquae et novae ordinis Cartusiensis, et quidem :

a. *Statuta antiqua* a Guigone, vel Guidone, vel Wigone de Castro, Cartusiae priore generali circa annum 1130 exaratae, Basileae et Parisiis annis 1520, 1582 editae; seu *prima pars consuetudinum ordinis Cartusiensis,* f. 1-67, praeeuntibus novem foliis chartaceis sequioris aevi ea quae principio desunt comprehendentibus.

b. *Capitula secundae et tertiae partis,* seu constitutiones factae aut reformatae in capitulo generali anni 1259, f. 67-174.

c. *Novae constitutiones ad tertiam partem priorum consuc-*

tudinum pertinentes, scilicet quae datae sunt in capitulo generali anni 1370 sub altero Guidone priore generali, f. 174-181.

d. *Forma seu ordo ad recipiendum et induendum novitium, ad excipiendam professionem, ad visitandum infirmum, ad tumulandum defunctum: benedictiones variae,* f. 181-195. Sub fine legitur: « Deo gratias, finito anno 1473, mensis ianuarii, in mo- » nasterio sancti Andreae de litore Venetiarum ».

e. *Ordinarium officii divini per omnes horas secundum consuetudinem et statuta ordinis Chartusiensis,* scilicet rubricae de officiis *per omnes dominicas et ferias* et *per quaelibet festa Sanctorum,* f. 196-262.

f. *Ordo de libris Bibliae legendis tam in ecclesia quam in refectorio,* f. 262-266.

Codicis perelegantis nitida membrana exscripti folio extremo legitur: *Facto fine pia laudetur virgo Maria* 1473, 22 *ianuarii, in domo Cartusiae Venetiarum foeliciter in Domino.*

Cod. 169 chart., saec. XVII, a. 198, l. 150 [L. IV, LIV].

1. *Liber usuum Cisterciensis ordinis, singulis eiusdem ordinis personis pernecessarius,* f. 1-183, seu statuta capitulis centum duodecim. Textus etsi quandoque cum *constitutionibus antiquis* codicis praecedentis re conveniat, toto caelo tamen differt.

2. *Nomina et cognomina monachorum, conversorum et commissorum congregationis Cisterciensis s. Bernardi in Italia provincie Lumbrediae anno* 1643, p. 187-204.

3. *De novitiorum institutione et educatione,* p. 223-228, sub cuius fine. *Don Carlo Botti.*

Codex paginarum 261 habet picturas lineares quinque, manu exaratas Malachiae Faini [1643], Bruni de Quatuor domibus [D. Bruno Quattro cha milanese].

Cod. 170 chart., saec. XV, a. 212, l. 160 [L. IV, CIV]. Mp.

1. *Ordo et forma morum quos ex consuetudine observat congregatio pauperum qui vulgariter Ihesuati nuncupantur,* capitulis quadragintaquinque, quorum praeest index, f. 1-21. Sub fine

frater Gabriel de Spoleto, ordinis Eremitarum s. Augustini *credit indubie omnia suprascripta sana vera esse.*

2. *Religiosi viri Iohannis de Columbinis ex civitate Senarum memorandae vitae ac praeconiis efferendae series incipit brevi annotata compendio,* f. 21-29. Incip.: « Italica regione tusculanis » oris fuit vir quidam in urbe Senarum nomine et gratia Ioan- » nes, congruenti quoque cognomento, pro simplicitate sue men- » tis, de Columbinis nominatus ». Vitam nullibi editam reperio. Sub fine legitur: *Hic libellus capitularis ac historialis est fratrum qui vulgariter pauperes Ihesuati nuncupantur, habitantium sub castro sancti Stephani in sancto Hieronymo apud sanctum Bartholomaeum in monte.*

3. *Antonii Senensis episcopi fulginatensis ac iuris utriusque doctoris clarissimi, congregationis Ihesuatorum, tractatus sive allegationes,* f. 31-34. Inc.: « Omnipotens Deus adsit et Iesus in- » tellectum illuminet, mentem praeparet, labia aperiat, linguam » instruat . . . ». Auctor in eo totus est ut, historia eius ordinis breviter prolata, evincat argumentis praesertim ex extravagantibus Ioannis XXII in medium adductis, *istorum Ihesuatorum statum seu novum vivendi modum, cum novitatem et confusionem in ecclesiam Dei inducat, esse omnino a iure reprobatum, nec aliquo modo sustinendum.*

4. *Allegationes Antonio Senensi contrariae,* f. 34-59, sententiis datis ab utriusque iuris doctoribus Mariano Sociano senensi, Andrea de Sancta Cruce, Ludovico de Infantis, Francisco della Cruce primicerio mediolanensi, Iacobo de Cusano mediolanensis [1460], cum bullis Pii papae V, f. 54-56, annorum 1458-1459 eam congregationem approbantibus.

Cod. 171 membr., saec. XV, a. 208, l. 138 [L. IV, LXIII]. Z.

1. *Regula fratrum et sororum ordinis s. Dominici de poenitentia, de quo ordine fuit venerabilis virgo beata Katherina de Senis,* capitulis 23, praeeunte privilegio plenariae approbationis et confirmationis, f. 1-7. *Regulam,* quam Marcio de Zamora ordinavit, insertam legimus constitutioni tertiae Innocentii VII, seu bullae approbationis, in *Bullario* ad ann. 1405, diemque 26 iunii.

2. *Questa è la copia del privilegio della confirmazione della regola e dell'ordine de' frati e delle suore della penitentia di miss. san Domenego, messa e traslata di sermone latino in volgare,* f. 9-17. Versio praecedentis Thomae Senensi tribuenda, iudicio Bern. Mariae de Rubeis, in *De rebus congregationis sub titulo beati Iacobi Salomonii.* Venet., 1751, p. 334-335; cui Thomae reliqua in codice quoque adiudicanda sunt.

3. *Certa dechiaragione della differencia del sopradetto privilegio volgaricato di per se per li frati, dal volgaricato di per se per le suore,* f. 18.

4. *Copia del privilegio di Honorio papa.* Item *di papa Bonifacio;* Item iterum *di papa Bonifacio,* f. 18-20. Prostant in *Bullario ordinis Praedicatorum.*

5. *Certa dechiaragione et espressione de sopradetti e di molti altri privilegi concessi all' ordine della penitencia di messer san Domenico et alle persone del detto ordine,* f. 20-21.

6. *Certa dechiaragione d' alcuna immunitade e libertade, la quale anno le persone dello ordine della penitencia di san Domenico, quanto a certo uso de' 4 sacramenti della chiesa: e come ciò si dee significare ai vescovi e sacerdoti curati,* f. 21-22.

7. *Del modo del ricevere gli omeni all' ordine dela penitencia di messer san Domenico, secondo la comunale usanza e che si contiene nella regola e nella sposizione d'essa, confermata per lo maestro Tomaso, generale dell' ordine de' frati Predicatori,* f. 22-23. Latine incip.: « Est sciendum quod postquam homo recipiendus » fuerit diligenter examinatus . . . ». *Maestro Tommaso* est Thomas de Firmo, generalis magister ordinis Praedicatorum *in obedientia,* ut illo aevo dicebatur, *romana,* romanorum pontificum adhuc perdurante schismate.

De historia huius ordinis plura late exposita vide in Io. Fr. Bern. Mar. de Rubeis, *De rebus congregationis sub titulo beati Iacobi Salomonii.* Ven., 1751, p. 14-21, 501-505. Flaminius Cornelius in *Eccles. venetae* ec. decadis undec. part. I, dedit *tractatum super informatione originis et processus* ec. *ordinis de poenitentia s. Dominici,* b. Thomae Senensis, p. 1-234; nec non *de monasterio ss. rosarii sororum tertii ordinis de poenitentia s. Dominici,* p. 353-420.

Codex corio croceo cum bullis cupreis obductus, in usum conventus s. Dominici Clodiae fossae.

Cod. 172 membr., saec. XV, a. 157, l. 110 [L. IV, CX]. MI.

Privilegia concessa congregationi quondam beati fratris Petri de Pisis, a multis pontificibus. Quae societati huic, *eremiticae* quoque appellatae, seu *beghinorum* et *beghinarum*, conferuntur privilegia ab anno 1421 ad 1487, se referunt fere ex integro ad exemptionem ab omni ordinaria iurisdictione inquisitorum et episcoporum ; nec non ad facultatem *celebrandi capitulum generale de triennio in triennium et eligendi rectorem generalem cum suis vicariis*. Notandae sunt bullae *contra girovagos* seu *apostatas, becchum* [speciem rostri] *caputii portantes*.

Codex folior. 31 venetae congregationis fuit in usu, quod folio 31 exstet *formula admissionis sociorum*, data *Venetiis ex congregato capitulo in loco nostro sancti Sebastiani martyris*, die 28 aprilis 1491.

Cod. 173 chart., saec. XV, a. 290, l. 189 [Z. L. LXXXVII]. B.

D. Bonaventurae *apologia pauperum in calumniatorem*, seu *apologia evangelicae paupertatis adversus Gerhardum de Abbatisvilla, contra calumniatores regulae Franciscanae*, pluries edita.

D. Bonaventura, graece *Eutychius* sive *Eustachius*, balneoregiensis etruscus, alio nomine Ioannes Fidanza, inter scholasticos *Doctor seraphicus*, ordinis Minorum generalis, episcopus albanensis, cardinalis, interfuit a. 1274 concilio lugdunensi.

Codex foliorum 89.

Cod. 174 chart., saec. XV, a. 282, l. 190 [Z. L. CXCVI]. B.

Acta et opuscula *de controversia paupertatis* inter Ioannem papam XXII et Michaelem Caesenatem, ministrum generalem ordinis Minorum, 1322-1332.

Titulus sic habet : « Incipit tribulatio et temptatio, quam » predixit beatus pater noster Franciscus in morte sua suo ordi-

» ni appropinquare. Sed felices vocavit illos fratres qui perseve-
» rabunt in hiis que promiserunt Domino observare. Predixit au-
» tem ipse beatus pater in infirmitate de qua mortuus est anno
» Domini MCC... Hec tribulatio et temptatio incepit anno Dom.
» MCCCXXI, fratre Michaele de Cesena existente generali anno
» generalatus sui te[illegible]o ».

Haec acta nomine: *Chronicon de gestis contra Fraticellos* compegit frater Ioannes ordinis Minorum, edidit vero ex bibliotheca romana collegii Capranici Stephanus Baluzius in *Miscellanea* [Lucae, 1762, III, p. 206-358], qua fusius, qua in modum compendii, si cum nostro codice confero. Litteras tantum invectivas Michaelis Caesenatis et deprecatorias ad regem Romanorum et principes Alemanniae, nomine *tractatus contra errores papae,* edidit Goldastus in *Monarchia s. romani imperii,* Francofordiae, 1614, II, p. 1236-1361. In opere, quae Michael de Caesena ordinis Minorum generalis, favente Ludovico Bavariae duce, quae pontifex egerint, enarratur. De Michaele Caesenate disserunt Eymericus in *Directorium inquisitorium* [Venetiis, 1595] passim; Waddingus in *Annales ordinis Min.,* t. V-VI. De eo et asseclis, ut et de codice nostro, confer Vaerini: *Gli scrittori di Bergamo.* Bergamo, 1788, p. 220-222, 4.°

Neminem fugit anno 1321 controversiam exortam de paupertate Christi et apostolorum inter Praedicatores et Minores, quorum hi asserebant Christum Dominum et apostolos, viam perfectionis sectantes, nihil possedisse iure proprietatis aut speciali, aut communi; illi hanc propositionem haereticam dictitabant, ita sentientibus cardinalibus et Ioanne papa XXII. Hinc turbae quae ad annum usque 1332 perdurarunt.

Cod. 175 chart., saec. XV, a. 218, l. 147 [L. III, XVII]. B.

Francisci de Mayronis, *de perfectione Christi et apostolorum,* seu potius: *de usu bonorum temporalium Christi et apostolorum.* Incip.: « Notam quaestionem de facto incitatam: utrum Chri-
» stus et eius apostoli habuerunt aliquid in communi ...... ».
Auctor, gallus ex oppido Vallis bononiensis, dioecesis ebrodu-

nensis, Scoti discipulus, inter scholasticos *Doctor acutus, Magister abstractionum, Doctor illuminatus* appellatus, ordinem Minorum professus, anno 1325 Placentiae defunctus est. In opere, *octoginta instantiis per ordinem dissolutis,* addit *octoginta fundamenta,* quibus innixus, paupertatem Christi et apostolorum evincit.

Codex foliorum 99, nitide exscriptus non sine mendis, habet in fronte insignia cardinalis Bessarionis depicta.

Cod. 176 chart., saec. XV, a. 290, l. 193 [Z. L. CXLII]. B.

Opellae variae seu sententiae diversorum, in quaestione *de usu bonorum temporalium Christi et discipulorum eius.* Partes quinque. Praeit fol. 1-2 index auctorum cum opusculorum initiis quem hic offerre minime abs re puto.

Prima pars.

1. Dominus Vitalis [de Four] cardinalis albanensis, primo: « Quaestio proposita est utrum asserere simpliciter », f. 3-22.

2. Idem addidit secundo: « Ego frater Vitalis episcopus al» banensis addo ad illa . . . », f. 22-45.

3. — — tertio: « Sed adhuc contra praedicta tripli» citer arguitur . . . », f. 45-57.

4. Dicta domini Bertrandi cardinalis de Turre: « Quaeritur » utrum sit haereticum dicere quod Christus et apostoli . . . . », f. 57-68.

5. Dominus Arnaldus Renardi archiepiscopus salernitanus, de ordine Minorum: « Utrum asserere Christum et apostolos non » habuisse aliquid in communi . . . », f. 68-74.

6. Dicta fratris Aufredi Gonteri lectoris Barchinonae: « Sal» vator noster Iesus Christus omnis perfectionis . . . », f. 74-104.

7. Frater Bonaldus archiepiscopus beneventanus: « Ego . . . » praetestando primo quod non intendo dicere . . . », f. 104.

Praedicti omnes ordinis Minorum ad eandem conclusionem intendunt, videlicet quod Christus et apostoli nihil habuerunt in proprio vel communi.

Secunda pars.

Deinde sequitur in libro quaedam brevis resumptio dictorum

dominorum Vitalis et Bertrandi cardinalium praedictorum, nec non archiepiscopi salernitani; caphiensis, ulisbonensis, paciensis et rigensis episcoporum, ac magistri fratrum Minorum; quis tamen dictam resumptionem ordinaverit non reperitur in rubrica, f. 105-115.

Tertia pars.

Illi vero qui contrariam conclusionem intendunt, sunt qui sequuntur.

1. Dominus Gaucelinus [de Iean] cardinalis: « Sub protestatione quod nihil contra fidem, scripturam sacram . . . . . », f. 116-119.

2. —— Petrus Arreblayo, sanctae Potentianae presbyter cardinalis: « Ad quaestionem qua quaeritur, an asserere » Christum . . . », f. 119-122.

3. Responsiones et dicta domini P. [Petri le Tessier] sancti Stephani in Caelio monte presbyteri cardinalis, vicecancellarii: « Quaeritur utrum asserere pertinaciter Christum et apostolos... », f. 122-124.

4. —— —— dom. Simonis [de Archiaco] presbyteri cardinalis viennensis: « Quaeritur utrum ille qui tenet et » dicit quod Christus nihil habuit . . . », f. 124-125.

5. —— —— dom. B. [Bertrandi de Monfavez], s. Mariae in Aquiro domini cardinalis de Montefaventio: « Quaestio » proposita est talis. Utrum asserere Christum . . . », f. 125-129.

6. —— —— dom. R. [Raimundi] de Ruffo cardi» nalis: « Quaeritur utrum dicere quod Christus et discipuli eius » . . . . . », f. 129-135.

7. Dicta dom. Berengarii [Fredoli] episcopi tusculani, cardinalis: « Pater beatissime, anno praeterito duo anni erunt ante » pascha . . . », f. 135-138.

8. —— —— Petri de Arreblayo sanctae Susannae presbyteri cardinalis: « Pater sanctiss. protestor ego Petrus . . . . quod » non intendo aliquid dicere . . . », f. 138-140.

9. —— —— N. [Nicolai Farinola] sancti Cyriaci presbyteri cardinalis: « Sanctissime pater, salva correctione et deter» minatione s. v. . . . », f. 140-141.

10. —— —— Petri de Columna diaconi cardinalis: « Pro-

» testatione praemissa quod nihil intendo dicere vel tenere...»,
f: 141-144.

11. Dicta dom. Neapoleonis [Ursini] cardinalis: « Quaeri-
» tur utrum dicere Christum et apostolos non habuisse aliquid
» . . . », f. 145.

12. —— —— A. [Arnaldi] de Pelagrua diaconi cardina-
lis: « Pater sanct. in quaestione proposita... ». Ille octo lineis
dubium testatur, et in ea tenenda quae statuta fuerint paratus.
Propterea margini apponuntur verba: *Iste non dedit consilium*,
f. 145.

13. Consilium dom. Ioannis [Caietani Ursini] sancti Theodo-
ri cardinalis: « Pater sanctiss. Quum proposita per sanct. v. in
quibus... », f. 145-146. Auctor paucis lineis tenet quod pontifex

14. Responsio dom. Iacobi [Santucci] sancti Georgii ad ve-
lum aureum diaconi cardinalis: « Pater sanct., ad quaestionem
» qua quaeritur: utrum asserere quod Christus . . . », f. 146

Quarta pars.

*Sequuntur praelati concludentes idem cum proximis cardi-
nalibus.*

1. Responsio dom. Iacobi episcopi civitatis sanctae Mariae:
« Ego frater . . . episc. civit. s. Mar. olim dictae Luceriae, qui
» congregationibus . . . », f. 147-148.

2. Dicta episcopi lucerini: « Quaeritur utrum haereticum
» sit dicere quod Christus et apostoli . . . », f. 148-162.

3. —— episcopi aniciensis: « Circam vitam Christi et apo-
» stolorum, quaeritur de duobus . . . », f. 162-178.

4. —— fratris Augustini episcopi zagabrensis: « In subie-
» ctis quaestionibus intentionis meae est . . . f. 178-183.

5. —— episcopi narniensis: « Quaeritur utrum haereticum
» sit dicere Christum et apostolos . . . », f. 183-184.

6. —— episcopi nannetensis: « Suppositis et habitis pro
» repetitis protestationibus factis . . . », f. 184-186.

7. —— episcopi brixinensis: « Ad quaestionem qua quae-
» ritur, an asserere Christum et apostolos . . . », f. 186-191.

8. —— fratris Guidonis tyrensis et arbonensis archiepisco-
pi: « Sanctiss. pater et domine, cum protestationibus ad hoc ne-
» cessariis . . . », f. 191-192.

9. Dicta episcopi sorani: « Ad quaestionem qua quaeritur » utrum asserere Christum et apostolos . . . », f. 192-196.

10. —— fratris Ægidii patriarchae alexandrini: « Ad quaestionem qua quaeritur . . . », f. 197.

11. —— archiepiscopi colocensis: « Quaeritur utrum... », f. 197-199.

12. —— episcopi trecensis: « Salvo et protestato ante omnia » per me trecensem . . . », f. 199-201.

13. —— episcopi Sancti Flori: « Quicumque dicit expresse » contra sacram scripturam . . . », f. 201-202.

14. —— episcopi dignensis: « In quaestione qua... », f. 202.

15. —— Pr. episcopi rivensis: « Super quaestione qua quae- » ritur . . . », f. 202-203.

16. —— episcopi vasatensis: « An sit haereticum asserere » Christum . . . », f. 203-206.

17. —— episcopi meldensis: « Cum quaeritur an asserere » Christum et apostolos . . . », f. 206-207.

18. —— archiepiscopi arelatensis: « Pater sanctissime, de » quaestione qua quaeritur . . . » f. 207-208.

19. Responsio archiepiscopi bremensis: « Superfluum repu- » tans quae tam copiose tacta sunt . . . », f. 208.

20. —— episcopi portugalensis: « Ego Fernandus Por- » tugalliae episcopus sub correctione . . . », f. 208.

21. —— episcopi Civitatis novae: « Ego servus vester, » frater Petrus, gratia vestra, episc. Civitatis novae... », f. 209.

22. Responsiones abbatis Candelii: « Quando quaeritur u- » trum asserere . . . », f. 209-213.

Quinta pars.

De magistris ad eandem conclusionem tendentibus.

1. Haec sunt dicta fratris Hervaei magistri ordinis Praedicatorum: « Ad evidentiam quaestionis qua quaeritur utrum », f. 214-258.

2. Rationes et responsiones fratris Ioannis de Neapoli, ordinis Praedicatorum, sacrae paginae professoris: « Quaestio est » utrum asserere . . . », f. 258-295. Foliis 271-295 refellit dicta a cardinalibus Vitale albanensi, Bertrando a Turre archiepiscopo salernitano, f. 3-74.

3. Dicta fratris Dominici, ordinis Praedicatorum, magi... curiae romanae: « Ad quaestionem utrum asserere quod Chr... » et apostoli non habuerint . . . », f. 296.

4. Responsio fratris Ioannis Panhotus, magistri fratru... rum sancti Augustini: « In quaestione quam fecit, propos... » ctissimus . . . », f. 297-302.

5. Dicta fratris Augerii, provincialis Carmelitarum, mag... in theologia: « Quaestio est . . . », f. 302-305.

6. —— anonymi: « Cur quaeratur, utrum asserere . . . f. 305-307.

7. —— —— : « Cum quaeritur, utrum asserere . . . f. 307-310.

8. —— —— : « Reducendo ergo ad brevitatem q... » prolixe sunt dicta . . . », f. 310-317.

9. —— —— : « Arguitur contra quaedam quae vide... » tur esse non vera . . . », f. 317-324.

Amanuensis in indice folii secundi notavit: *Istorum qu... nomina ignorantur.*

10. Determinatio parisiensis, nempe studii parisiensis, ... per dominum cardinalem viennensem [Simonem de Archia...]: « Quaeritur utrum Christus et apostoli . . . ».

Celebris de paupertate Christi et apostolorum a. 1322 quaestio in apertam animorum dissensionem erupit. Ioann. papa XXII illam praesertim agitandam susceperat, contendens *Christum et apostolos nihil habuisse proprium, sive in communi, sive in privato.* Cum in utramque partem multi multa dixissent, requisiti omnes ecclesiasticae societatis ordines ut sententiam suam proderent, cardinales, episcopi, scholae variae ut et theologiae magistri, fratres Minores. Pontifex decrevit haereticis annumerandos qui assererent *Christum et apostolos in speciali non habuisse aliqua, nec in communi.* De hac re fuse Raynaldus in *Annal. eccles.*, ann. 1322, § LIII-LXX, ubi etiam sub compendio offert quae opinati sunt cardinales Petrus de Arreblayo, Petrus le Tessier, Petrus Columna, Vitalis de Four, episcopus aniciensis, frater Hervaeus.

Codex ad normam exscriptus habet folio tertio insignia picta cardinalis Bessarionis.

Cod. 177 membr., saec. XIV, a. 134, l. 92 [L. III, LIII]. Mk.

1. *Liber* [anonymus] *qui dicitur pantheon.* Prologus incip. : « Quoniam ordinare proponimus materiam hedificationi et saluti » animarum . . . . », f. 1-71. Est compendium libri primi operis fratris Stephani de Borbone, ordinis Praedicatorum : *de septem donis Spiritus sancti,* de quo Echardus in *Script. ord. Praedic.,* I, p. 186.

2. *De mendicitate,* auctore quodam ex ordine s. Francisci, ut liquet e contextu. Incip. : « Quaeritur an pauperibus evange- » licis sit perfectius et convenientius victum suum acquirere per » mendicitatis statum . . . », f. 72-92.

3. *Quaestio paupertatis* incip. : « Octavo quaeritur an sta- » tus altissimae paupertatis sit simpliciter melior omni statu di- » vitiarum . . . », f. 92-155, in usum fratrum ordinis s. Franci- sci. Quaestio haec pars est praecedentis.

Codex principio et fine inscribitur : « Istum librum dimisit » conventui ss. Ioannis et Pauli dominus N. Augustus de Vene- » tiis, qui fuit prior eiusdem conventus, provincialis provinciae » s. Dominici, demum episcopus tricaricensis ».

I.

INDEX PERSONARUM.

II.

INDEX RERUM.

III.

INDEX LOCORUM.

IBLIOTHECA MANUSCRIPTA

AD

S. MARCI VENETIARUM

DIGESSIT ET COMMENTARIUM ADDIDIT

JOSEPH VALENTINELLI PRAEFECTUS

CODICES MSS. LATINI
TOM. III.

VENETIIS
EX TYPOGRAPHIA COMMERCII
MDCCCLXX.

Anecdota ex codice ms. 75.

CLASSIS IX.

IUS CIVILE.

Cod. I membr., saec. XIV, a. 443, l. 292 [Z. L. CC]. B.

Digestum vetus, seu libri I-XXIV *Pandectarum*, cum apparatu marginali plerumque Accursii, raro Azonis. Textus cum glossis pluries editus est.

De codicibus *corpus iuris* comprehendentibus acturus, ordinem teneo quem Accursius in eius glossis instruendis. Id non ab *Institutis* sed a *Pandectis* vel *Digestis* sumit initium. Digesti trifariam divisi pars prima *Digestum vetus* nominatur, altera *Infortiatum*, tertia *Digestum novum*. Pandectas excipiunt *Codex*, *Institutiones* cum tribus posterioribus libris Codicis, *Authentica*, duo *Feudorum* libri.

Adduntur *postillae* iurisconsultorum vel aevi eiusdem, vel sequioris, non una tantum manu marginibus inscriptae. Nomina recito auctorum *Iacobi de Porta ravennate, Roffredi, Odofredi, Guidonis de Suzaria, Thomae* seu *Tomasini de Piperata, Francisci filii Accursii, Dyni de Mugello, Petri de Baiveria, Petri Heliae, Andreae de Pisis, Odonis, Iacobi de Arena, Oldradi, Iacobi de Bellovisu* alibique *de Belviso, Iacobi de Butrigariis, Bartholomaei de Saxoferrato, Guillelmi de Cuyno*, aliorumque.

Folio extremo *recto* finem textus excipit adnotatio: « Notum sit omnibus quod ego Dominicus Eximini ingressus fui glossam, prima die augusti, anno Domini M CCC LXX secundo, ob reverenciam Domini altissimi Iesu Christi et eius matris ».

Codex foliorum 376, duabus columnis pro textu, totidem pro apparatu, ita lectionis scatet mendis ut sensum exerere quan-

doque nequeas. Litterae [illegible] initiales, elegantioribus [illegible]
tempore picturis auratis, referunt figuras, folia, aulaea, [illegible]

Cod. 2 chart., saec. XV, a. 440, l. 284 [Z. L. CCI]. [illegible]

Bartoli de Saxoferrato, *lectura in Digestum vetus.* Pa[illegible]
duae. Prima explicit, fol. 210 *recto,* ubi haec notavit [illegible]
« Explicit prima pars lecture domini Bartoli. Scripta per me [illegible]
» tonium de Salutiis de pergula, finita anno domini MCCCC[illegible]
» indictione XIII, die XV aprilis, in palatio residentie pot[illegible]
» nunc vicepotestatis bononie, in camera iudicii aquile: [illegible]
» domini Andree de Alferiis de Cortonio ». Idem folio 1 *rect*[illegible]
scripserat: « Incipit MCCCCXVIIII, die XVII iulii in palatio [illegible]
» testatis bononie ». Pars altera folio extremo *recto* finit: « [illegible]
» plicit secunda pars lecture domini bar. super ff.to veteri scr[illegible]
» per manus Conradi de bavaria ». Utraque edita.

Codex foliorum 369, duplici columna, habet litteras initi[illegible]
rubro et caeruleo colore pictas, primam folio primo *recto*, [illegible]
ornamentis auropictis et in margine.

Cod. 3 chart., saec. XV, a. 296, l. 216 [L. V, XIII].

1. Eiusdem fragmenta glossarum in *Digestum vetus*, [illegible]
11-20.

2. Pauli de Castro, *recollectae super Pandectis,* maxime [illegible]
super Digesto veteri, nullo adhibito rerum pertractatarum ordi[illegible]
f. 29-79, 81, 83, 87-110, 116-206, 211-214, 228-331.

Intereruntur disputationes iuris variae, nempe:

a. Resolutio thematis ab *adolescentulo* Zelemia de Brozo[illegible]
archigymn. patav. oblati super testamentaria quaestione, f. 14[illegible]

b. Dubium super testamento quo pater filios duos haere[illegible]
instituit ac invicem substituit per fidei commissum, f. 21-22.

c. Explanatio legis 18.ae libri tertii *Codicis,* de re empta [illegible]
patre et filio tradita, quando videatur donata, f. 23-26.

d. Quidam constitutus in praesentia Antonii Zeni, canoni[illegible]
papiensis et vicarii generalis patavini, ac Matthaei de Corbi[illegible]
de Florentia, rectoris iuristarum, recitat *puncta legalia sibi* [illegible]

gnata, die 20 decembris, a. 1439, ac ingreditur collegium doctorum in archigymn. patav., potestate Marco Lippomano et Vitali Miano capitaneo, f. 27-28.

e. *Puncta* Henrici et Michaelis de Alamannia tentamini in iure canonico anno 1441 subiectorum, f. 80.

f. Raphaelis Cumani, *repetitio legis si certis annis,* titulo *de pactis,* ad secundum librum *Codicis,* f. 84-86.

g. Disputatio habita die 9 novembris, a. 1272, de venditione quam *A.* fecit *B.* unius *peciae terrae,* iure emphyteutico in favorem ecclesiae narbonensis, f. 219.

h. Disputatio, quomodo sint dubia solvenda ex eo quod Laelius, habens quatuor sorores, haeres universalis a patre institutus, ea conditione ne bona haereditaria alienet donec annos triginta attingat, ante hanc aetatem vendiderit, f. 220-226.

Cod. 4 chart., saec. XVII, a. 310, l. 212 [L. V, XXIX].

Marci Antonii Peregrini et Casparis Leonici, *additiones ad Bartoli commentarium in primam Digesti veteris partem.* Opus edendum paraverat, credo, Leonicus, qui titulum praefecit: « Bartoli a Saxoferrato, iuris lucernae ac iurisconsultorum omnium » monarchae, omnia quae extant opera nova omniumque com» pleta compilatio, cum praeclarissimis additionibus quamplu» rium excellentissimorum iuris interpretum in aliis impressio» nibus editis, quibus nunc adiectae sunt doctissimae, profundis» simae ac propemodum infinitae aliae additiones et declarationes » eminentissimi i. u. d. Marci Antonii Peregrini, equitis, serenis» simae venetae reipublicae consultoris, ac in omnium celeberrimo » patavino gymnasio iuris primarii professoris, per quas sic eius» dem Bartoli doctrina illustratur, ut nil facilius utiliusque ex» cogitari possit, ad penetranda eius profundissimae sapientiae » arcana. Accessere pariter nonnullae aliae appostillae Gasparis » Leonyci, estensis doctoris ac in eodem patavino gymnasio pro» fessoris, cuius cura ac industria ad hanc optimam frugem re» dacta sunt singula Bartoli opera ». Ceterum antecessoris utriusque additiones tantum exstant ad Bartolum, quas ineditas puto, etsi Tomasinus praelo commissas asserat. Qui titulus pro

nova Bartoli operum editione paratas additiones fuisse declarat, et ex Peregrini voluntate (1).

Codex habet folia exscripta 274.

Cod. 5 chart., saec. XV, a. 304, l. 218 [Z. L. DXIII].

Raphaelis Fulgosii et Marci de Zasis, *glossae in partes librorum primi usque quartum et sexti Digestorum*, additis postillis paucioribus Bartoli de Saxoferrato et Iacobi de Butrigariis.

Raphael Fulgosius placentinus ius viginti annos Patavii in archigymnasio docuit, quousque anno 1427 ibi peste occubuit [V. cod. 20, pag. 15]. Marcus de Zacchis [male in codice *de Zasis* appellatus] pisanus, in archigymnasio patavino erat anno 1424 interpres, eo ipso anno quo codex exaratus.

Ex pluribus annotatis liquet amanuensem cuidam monasterio, qua fratrem addictum, et archigymnasii patavini auditorem, ut fol. 101 : « Isto instanti Arcangelus Baldus domini Raphaelis » Fulgosii fecit collectam (2) suam matutinam, die 17 decembris » 1423, et erat dies veneris » — fol. 104 : « Anno Domini 1423 » die lune, vigesimo mensis decembris, fecimus variationes has » in lectione ordinaria de mane, legente domino Raphaele Ful- » gosio » — f. 151 : « Isto instanti Baptista Baldus noster ge- » neralis fecit collectam suam et fuit die veneris quinto madii » 1424, et nuntiavit die sequenti festum sancti Ioannis *ante por-* » *tam latinam* » — f. 156 : « Isto instanti Arcangelus Baldus » domini Raphaelis fecit collectam suam, et fuit die 16 madii » 1424 » — f. 230 : « Isto instanti nuntiate fuerunt vacationes » festorum pascalium, die sabati, 15 mensis aprilis 1424 » — f. 239 : « Isto instanti nuntiata fuerunt festa Pentecostes per Ba- » ptistam Baldum generalem in hoc die sabati, decimo iunii

(1) « Imprimis severe probibuit [Peregrinus] ne quidquam ex ipsius » scriptis citra eius voluntatem typis traderetur, praeter ipsius notas ad » Bartoli textum ascriptas, quas bono publico et haeredum suorum commo- » do emitti posse professus est ». Tomasinus. *M. A. Peregrini vita*. Patavii, 1630, p. 30.

(2) Collatio monasterialis pro consultatione et lectura spirituali, maxime post caenam.

» 1424 ». Animum citius futuri anxium quam extremo cuiusvis fato paratum revelant ad fastidium millenis locis repetita : *Mors mea — Mors pulchra — Mors parva — Mors florida — Mors pulchra licet parva — Mors pulchra licet absens — Mors pulchra licet longinqua — Mors preciosa et pulchra, placibilis et honesta.*

Codex foliorum 277, characteribus tenuioribus et per frequentiora compendia intellectu difficilioribus exscriptus est.

Cod. 6 membr., saec. XIV, a. 463, l. 299 [L. V, XI]. Ma.

Iustiniani *Infortiati* pars utraque, scilicet *Digestorum* libri a vigesimo quarto ad trigesimum octavum, cum glossis Accursii et aliorum, Lugduni primum, anno 1523, cum prima Digesti parte editi. Serius annotationes accesserunt ex Dyno ac praesertim ex Raynerio de Arsendis, commentaria per *Pritellinum de Pritellis* faventinum : in fine siquidem libri, charactere eodem quo annotationes, haec lego adscripta ad ea quae de Arsendo hactenus vulgata sunt, supplenda opportuna.

« Ivi in officium Senis, civitatem amenam, anno Domini » millesimo trecentesimo XXVI, et de mense ianuarii officium » inchoavi cum nobili viro Cechino de Manfredis de Faventia, » honorabili potestate civitatis iam dicte, et habui centum flore- » nos de salario, et illo officio functo veni in officium Florentie » pro collaterali vicarii domini ducis Kalabrie, et recipiebam pro » salario similiter centum florenos ; verum fui electus ad legen- » dum *Infortiatum* in civitate Bononie unde discesseram, dum » *Digestum* novum anno precedenti legebam, et lectionem *In-* » *fortiati* acceptavi, et officio Florentie renunciavi, et de Flo- » rentia discessi in fine augusti, et Bononiam intravi prima die » septembris proxime sequentis. Ego Raynerius de Aresendis » de Forlivio, doctor legum. Deo gratias amen. Ego Pritellus » de Pritellis de Faventia hiis omnibus interfui et in civitate » Vulterrarum in officio remansus predicta propria manu scripsi » amen ».

Raynerii vitam Patavii anno 1358 demortui praeter alios Franciscus Maria Colle dedit in *Storia scientifico-letteraria dello studio di Padova*. Padova, 1824, II, p. 111-117.

Foliis 252-253 adiuntur mutilum compendium vitarum pontificum usque ad Innocent. III; syllabus sedium episc. Italiae, Dalmatiae, Hungariae, Poloniae; arbor consanguinit. et affinit.

Codex, foliorum 253, habet secundo et extremo nomina eorum qui *quadernos* vel *quinternos* librorum de iure pro Pritellino de Pritellis exscripserunt; quorum syllabum repeto: Agapitus de Columna, Andreas de Perusio, Barlinus de Ianua, Bernardinus de Verona, Dominicus de Parma, Hugo de Firmo, Iacobus de Esculo, Iacobus de Lanprulio, Iacobus de Pisis, Ioannes de Asti, Ioannes Fantinus, Lapus de Prato, Luchas de Castello, Nicola de Fulgineo, Nicolaus de Sacilo, Petrus de Laude, Petrus de Treglorectis, Prior de Florentia, Rannucius de Florentia, Riccardus, Thomas de Mossa, Vincentius. Manus coaeva fol. 4, eodem charactere ac codice seq. 20 inscripsit: 1327 *die XV octobris. Filippus subscripsit;* serior autem fol. 2: « Facta fuit pax et concordia » inter ducale dominium Venetiarum et ducem Mediolani, per de- » cem annos, de 1421, de mense februarii ».

Cod. 7 membr., saec. XV, a. 411, l. 260 [Z. L. CCII]. B.

Infortiati libri duo, cum glossis Accursii. Accedunt glossae ex Andraea de Pisis, Oberto de Cremona, Iacobo de Arena, Iacobo de Butrigariis, Bartolo de Saxoferrato, plerumque vero Dyno, per plures aevo sequiori, adscriptae.

Codex foliorum 208, primo inscripsit sua manu Ioannes Carvaial, cardinalis hispanus, titulo s. Angeli, nomen *Carvajal;* extremo vero: *Card. Sancti Angeli. Ducat. XX*. 1441, *die XXIV ianuarii.* Idem possederat codices insequentes, num. 10, 11, 13.

Cod. 8 chart., saec. XV, a. 432, l. 284 [Z. L. CCIII]. B.

Bartoli de Saxoferrato, *in secundum librum Infortiati lectura,* nempe a libro trigesimo ad tricesimum octavum Digestorum. Utraque Infortiati pars Mediolani, anno 1479, edita.

Codicem foliorum 305, cum pictura aurata in titulo inscripsit amanuensis fol. 300: « Scriptum per me Mathiam de West- » falia ». Quid vero pro eo scribendo et pingendo erogatum sit.

innuunt haec primo folio annotata: « Ser. Bar. super II Infor-
» tiati ducata 44, v.ª — Item pro pictura armorum cum pilleo
» holl. 3. — Ista non fuit empta ad petias, sed in summa cum
» alia prima parte. est autem ista petiarum 70. costant miniatura
» et ligatura ducata 3, et sic remanet petia pro s. 8 ».

Cod. 9 chart., saec. XV, a. 432, l. 280 [Z. L. CCIV]. E.

Ioannis de Imola, *doctoris excellentissimi, commentarium in secundam partem Infortiati* non absolutam, nempe a libro trigesimo Digestorum ad finem tituli primi libri trigesimi sexti. Prooemium incip.: « Super isto rubricario. Possem instari circa di-
» visionem et circa notabilia, et an rubrica sit de textu, ita quod
» promittens scribere librum teneatur illum scribere super quo
» est glossa . . . ».

Codex, loco dato litteris initialibus pingendis, habet folia 285.

Cod. 10 membr., saec. XIV, a. 474. l. 276 [Z. L. CCV]. B.

Digesti novi pars utraque, cum commentariis [editis], Accursii praecipue. Fuerunt qui serius addiderunt charactere tenuissimo glossas Henrici de Baila, Alberici, Henrici Boici, Azonis, Odofredi, Dyni, Guidonis et Iacobi de Baysio, Iacobi de Ravenna vel Ravanis, Ricardi de Malumbra, Oldradi, Iacobi de Arena, Iacobi de Bellovisu, Guillelmi de Cuyno, ec.

Partem primam librorum XXXIX-XLIV, fol. 2-143, excipit altera librorum XLV-L, fol. 144-297. Folio 298 adduntur indices aevi sequioris.

Folio 298 *verso* exstat vaticinium, de Italia per Fridericum II imperatorem evertenda, Gaufrido de Vinosalvo fortasse tribuendum. Ubi auctor in rhythmo qui incipit:

« Regis vexilla timens fugiet velamine brixa
» Brixia stans fortis secundo certamine regis ».

de fatis Brixiae, Mediolani, Novariae, Laudis Pompeiae, Papiae, Placentiae, Cremonae, Bergomi, Parmae, Mantuae, Mutinae, Ferrariae, Venetiae, Paduae, Faventiae, Bononiae, Florentiae, vaticinatus est, haec de Roma et mundo ventura praenuntiat:

« Roma diu titubans longisque erroribus acta
» Corruet et mundi desinet esse caput.
» Facta manent stelleque docent, aviumque volatus,
» Quod Fridericus malleus orbis erit.
» Facta silent stelleque tacent, aviumque volatus,
» Quod Petri navis desinit esse caput.
» . . . .
» Infra millenos ducentos sexque decenos
» Erunt sectata immensa pondera mundi.
» . . . .
» Aut ars nostra fallit, aut labitur memoria mundi
» Qui video mundum post hec facta rui ».

Sequitur epitaphium:

« Heu quia facta parant lacrymosos pandere casus
» Marchisiam gentem fratres abolere potentes
» Viderit Axanum, concludent castra Zenonis.
» Si probitas, sensus, si mores, denique census,
» Nobilitas orti possent resistere morti,
» Non foret extinctus Federicus qui iacet intus.
» Sufficit huic tumulus, cui non sufficerat orbis.
» Res tenus est ampla cui res ampla fuit ».

Eodem folio legitur nomen, puto, amanuensis: *Ego Mattheus de Mattassellariis de Bononia, die X augusti* 1394.

Codex, longo usu contritus, habet pictas, litteris cuiusque libri initialibus, figuras cum argumento congruentes, non quidem castigato linearum ductu, eo tamen modo quo saeculi dimidii decimiquinti ars prodeat. Volumen, quod sub fine Thomas notarius subscripsit, antequam in Bessarionis manus deveniret, pertinuit ad *d. Bartholomaeum Forteguerra de Lucha,* cuius nomen folio secundo notatum, ac exinde Ioannem Carvaial, cum nomen eius gentis folio primo legatur; paesertim vero quod sub fine primae partis haec inscripta sint: « Ego Leonardus de Cadinellis » recepi isto die IIII iunii 1455 ducatos triginta auri largos » ab Antonio Bonafide, solvente nomine rever. dom. cardinalis » Sanctiangeli, ex commissione d. Francisci Copini, thesaurarii » bononiensis, pro pretio presentis libri ff. novi, empti et tra- » diti in manibus dom. Antonii, cum isto pacto, quod si elapso

» uno anno postea sequentes duos menses continuos, nomine
» prefati rever. dom. cardinalis, vel etiam domini thesaurarii
» restituatur mihi dictus liber, eo casu sim obligatus absque ulla
» exceptione restituere dictum pretium, quod ita inter nos bona
» fide conventum est et permissum, in presentia prefati Antonii
» Bonafide et Marchi dom. Batiste de Santo Petro, et d. Meti de
» Prato scholaris. Et in fidem horum ego Leonardus scripsi ma-
» nu propria, die suprascripta, in bancho dom. Antonii in civi-
» tate Bononie ».

Cod. 11 chart., saec. XV, a. 433, l. 290 [Z. L. CCVI]. B.

Angeli de Perusio, *in primam et secundam partem Digesti novi*. Deest fere totus liber quinquagesimus. Angelus de Perillis, aut Periglis iurisconsultus perusinus, aliquandiu in patria, anno 1430 Patavii conductus ius civile professus est. Inde anno 1435 Perusium reversus, obiit ibi a. 1446.

Codex, foliorum 438, cum littera initiali prima auropicta, ceteris rubro et caeruleo colore, vice alterna, spectabat Ioanni Carvaial, serius Bessarioni.

Cod. 12 chart., saec. XVIII, a. 196, l. 137 [L. V, CXII]. D.

De iure civili, ex Pandectis, tractatio ab auctore anonymo in usum auditorum, incip.: « Ius civile in Pandectarum et Codi-
» cis voluminibus continetur ». Exstant autem: ex libro primo Pandectarum titulus primus *de iustitia et iure;* ac tractatus tres *de iurisdictione, de in ius vocando et edendo, de satisdationibus*. Sub fine, fol. 200-206, alia manus exscripsit *introductionem in Institutiones imperat. Iustiniani*, quae incip.: « Quemadmodum
» vasa angusti orificii liquorem non capiunt . . . ».

Cod. 13 membr., ann. 1297-1310, a. 440, l. 284 [Z. L. CCVII]. B.

Codicis Iustinianaei libri novem, cum apparatu Accursii. Accedunt glossae Andreae de Barulo, Raymundi de Sava [Sebunda, Sebonde, Sabunde, Sebeide, Sant-Sebeide, Sebon], Bertrandi

de Deucio, Petri de Bella pertica [de castro *Belle perche*], Oldradi de Laude [etiam *de Ponte,* laudens. dioeces.], Iacobi de Butrigariis, Bartoli de Perusia, Rigaldi [Rigaudi et Riginaldi], Guillelmi de Cumo seu Cuneo, Doctorum [hoc nomine] aliorumque, per varios diversis temporibus additae.

Codicis textus duplici columna, litteris crassioribus ac vividiori atramento, foliis 379, exscriptus est anno 1297, *XV die in exitu mensis marcii,* per quendam Hugonem, uti apparet ex scriptura pene deleta. Glossae vero Accursii serius adpositae sic finiunt: « Explicit liber IX apparatus Codicis inceptus per Hu- » gonem Moymet Brito. et completus per Petrum de Boshalco, » VI die introitus februarii, anno Domini M.CCC decimo ». Item folio extremo inscriptum: « Iste codex est Dominici Brami, dioe- » cesis caesaraugustanae, villae de Alcanys ». Nota a principio codicem ad Ioannem Carvaial spectasse nuntiat.

Cod. 14 membr., saec. XIV, a. 450, l. 288 [L. V, CXIII]. D.

Cyni de Sigisbaldis de Pistorio, *lecture seu commentaria super novem Codicis Iustiniani libros.* Partes duae. Inc.: « Quia » omnia nova placent, potissime que sunt utilitate decora, bellis- » sime visum est michi Cyno Pistoriensi propter novitates mo- » dernorum doctorum super Codice breviter utilia scribere, multis » superfluis resecatis . . . ».

Sub operis fine eodem charactere [non tamen Cyni puto, ob corruptissimam lectionem qua codex scatet universus], haec leguntur: « Hic est finis non solum huius libri, sed et totius ope- » ris lecture huius libri, quod ego Cynus de Sigisbaldis de Py- » storio posterus forte illius Sigisbaldi consularis viri de quo . . . » . . . . . . faciendum cum auxilio Dei adsumpsi, et quasi continue » prosequendo infra biennium terminavi, currentibus a nativitate » Domini nostri Iesu Christi ann. 1314, die undecimo mensis » ianuarii . . . . . . Sic ego ne putarer in vacuum totiens lustrasse » Bononiam, ubi bona sunt omnia, post revoluta scripta multo- » rum, doctrinam meam predicavi, hoc est coram et ante faciem » omnium posui laboris mei fructum . . . ».

Auctor, ius civile *sub doctore meo Lambertino Ramponis de*

Bononia professus, decessit a. 1336. Opus totum excusum est saeculis XV-XVI.

Serius additae glossae Azonis, Roffredi, Petri de Alba, Dyni, Petri de bella pertica, Iacobi de Butrigariis, Ioann. Andreae, Bartoli de Saxoferrato, Arsendi, Baldi; praecipue vero Matthaei Crispani de Neapoli, legum doctoris, qui nomen suum folio primo inscripsit.

Codex, foliorum 324, primo *recto* inscriptus est: 1398, *die* 28 *octobris presentatus Bononie. Gerardus notarius subscripsit — Franciscus subscripsit — Dominus Marcutius,* quae ad volumen ratum ducendum se referunt. Folio extremo inscriptum epigramma in laudem Rainerii Arsendi foroliviensis, a Salomonio. *Inscr. urbis patav.*, p. 394, relatum.

Cod. 15 membr., saec. XV, a. 414, l. 295 [Z. L. CCVIII]. B.

Baldi [de Ubaldis] de Perusio, *lectura* [edita in operibus] *super quinto Codicis libro, scripta manu egregii viri fratris Laurentii de Callio,* f. 2-83. Sub fine haec amanuensis:

« In scriptura longus moranti tedia prebet.
» Postmodum expleto vivit opere mente iocundus.
» Nunc vigilasse iuvat, dulce est meminisse laborum ».

Auctor, n. 1324 ius docuit Bononiae a. 1344, Pisis 1357, Perusiae 1359, Patavii 1378, Ticini 1391, ubi decessit anno 1400.

Praeit fol. 1. Consilium Ioannis de Perusio super dubiis inter Nicolam et Angelum qui pluribus annis in communi viventes, demum ad divisionem devenerunt. Fol. 83 *verso* sunt duo Consilia Nicolai de Rocha et Baldi de Perusio. Fol. 84-86 exstat *summula super notorio fame et inditiis compilata per dominum Tomassinum de Piperata . . . . ad instantiam prudentis viri domini Guillelmi iurisperili, civis alexandrini.* Incip.: « Quo» niam circa famam, inditium, argumentum et presumptionem » multas dubietates in iudiciis oriri contigit ». Auctor Storlictorum gente Bononiae ortus, dimidio saeculo XIII inclinante iurisprudentiae laude florens, mortuus est anno 1282. *Summula de fama* pluries edita est. Fol. 86-87 est Dini Consilium de pecunia Lambertatiorum et Gebellinorum, Bononia expulsorum per commune, ab eorum debitoribus exacta.

Codex duabus columnis belle exscriptus habet litteram initialem cuiusque rubricae affabre auropictam, ceteras coloribus rubro et caeruleo alterna vice expressas.

Cod. 16 chart., saec. XV, a. 432, l. 291 [L. V, III]. Ma.

1. Bartoli de Saxoferrato, *in tres posteriores* [X-XII] *Codicis libros commentaria*, f. 1-56.

Auctor in edito prooemio, quo caret codex, operis huius absoluti occasionem sibi datam exponit: « Cum diu fuerim gra- » vi corporis infirmitate gravatus, cognovi quod in me vires » corporis non poterant restaurari, nisi aliqualiter efficeretur ani- » mus meus gaudens. Hoc autem consideravi facile esse posse. » si auditoribus meis, quibus propter infirmitatem servire non » valui, aliquid utilitatis afferre possem, legendo id quod eis es- » set acceptum, mihique et eis novum et per consequens delecta- » bile. Ideo tres libros Codicis legere destinavi, ubi multa sunt » incognita et per antiquos doctores neglecta, secundum usum » tamen frequentia ». Folio 56 *verso* legitur: *Expliciunt commentaria per manus Ioannis de Confluencia, ad honorem Dei,* ec.

2. Baldi de Perusio, *super usibus feudorum lectura* [pluries edita], f. 57-190. In fine: « Explicit subtilis ac perutilis lectura » super usibus feudorum domini Baldi de Perusio, utriusque iuris » doctoris excellentissimi in inclita civitate Papie publicata anno » Domini millesimo CCC nonagesimo tertio sub . . . . » domino dom. Io. Galeat., comite Virtutum, in cuius honorem et » laudem compilavit hoc opus. Scripta per me Iohannem Grego- » rii de Polonia vurateslamgensis [vratislaviensis] dyocesis ».

3. —— *commentum in constitutionem de pace Constanciae,* anno 1181 ab Henrico V patre et Henrico VI filio, imperatoribus conventa, f. 190-200. Editum leges Mediolani, per Iohannem Antonium de Honate, a. 1482.

4. Consilia et quaestiones disputatae variorum iuris utriusque interpretum, f. 201-214.

a. De iure civili, *Zilioli de Cavitellis* cremonensis Consilia duo; *Bartholomaei Paradisii de Capitibus Vaccae* patavini Consilium unum; *Ubertini de Lampugnano* unum; *Angeli Francisci*

de Perusio unum; *Conte Domini Sochi* de Perusio unum; *Nicolai Alexandri* unum; *Francisci Tygrini* de Pisis unum; *Bartoli de Saxoferrato* consilia undecim, et quaestiones tres, quarum una de testamentis, a. 1354 Perusiae disputata; *Iacobi de Belviso* Consilium unum; *Ioannis Calderini* unum; *Iacobi de Butrigariis* unum; *Baldi de Perusio Paduae regentis ordinarii iura civilia* quaestio super accusato de vi ac turbatione, disputata Patavii a. 1378, de mense aprili, de qua respondit *Antonius Tisii* de Sancto Angelo.

b. De iure autem canonico exstat *Bartoli* quaestio de donatione facta monacho; *Bartholomaei de Saliceto* Consilium unum, itidemque unum *Pauli Neroli* plebani sanctae Mariae de Caria de Perusio, interpretis *Decreti* in gymnasio perusino.

Cod. 17 chart., saec. XVIII, a. 274, l. 193 [L. V, LXXXVI]. N.

Inscriptiones et subscriptiones Iustinianaei Codicis a typographorum incuriis vindicatae a Candido Adiniva Grananesio N. S.

Operis universi impressi sine ulla nota [Neapoli, 1715, 4.°] librum tantum primum auctor Didacus Vincentius de Vidania, mentito nomine, editum refert in dedicationis littera: « Primum » librum illustribus et clarissimis neapolitanae celeberrimae aca- » demiae professoribus examinandum offero: et quidem ex animo » et voto: ut, si utile iudicaverint opusculum, maiori statim ala- » critate castigationes in universos duodecim libros, nempe bis » mille fere et quingentum, publici iuris faciam ». In codice ceteroquin additiones et emendationes libri primi, ut et reliqui undecim dati sunt, auctoris manu, f. 1-276. Haec excipiunt **a.** epistola autographa Ioannis Vignoli [Romae, 1 sept., 1714], quaedam in opere improbantis, f. 289-290; **b.** responsum hispanice auctoris [Neapoli, 14 sept., 1714], f. 291-295.

Hoc certe opus innuit Franciscus Blanchinus haec scribens ad Magliabecchium (1), Romae, 19 iulii, 1702: « In Napoli ho » trovato similmente vegeto e applicato mons. de Vidania, cap- » pellano maggiore, il quale ha per le mani un' opera insigne

(1) *Clarorum venetor. epist. ad Magliabecchium.* Florent., 1745, I, p. 320.

» legale, per cui illustra, con medaglie consolari ed altri
» menti, qualche legge della repubblica romana ». Ceterum
ac quantum auctor, archigymnasii neapolitani ornamentum,
regis a consiliis praestiterit, luculenter Ioannes Baptista
testatur (1) ubi in nota illius epistolae sibi Barcinone,
maii, 1709, datae scribit: « Huic honorificentissimae epi
» illustr. praefecti, multis et magnis nominibus de rep. lit
» optime meriti . . . . . tunc in praesentiarum respondi. . .
» Vir omnis divinae et humanae eruditionis, rerum roman
» romanique iuris ad miraculum usque doctissimus . . . . .

Cod. 18 chart., saec. XVIII, a. 238, l. 174 [L. V, CXI].

In Iustiniani Institutionum libros quatuor commentaria.

Sunt praelectiones scholasticae anonymae, uti ab
« Cum illud maiores nostri institutum semper tenuerint ut si
» quid ad iuvenum disciplinam aggrederentur, nonnulla ad
» liorem intelligentiam velati procemialia praemitterent;
» explicationi quatuor Institutionum librorum, ex quibus pr
» dum universalis doctrinae totius iuris cognitio desumitur,
» ram daturus, vobis, ornatissimi scholares, de iuris civilis
» gine illiusque processu pauca quaedam praeponere congr
» duxi », f. 1-175.

Quae sequuntur : **a.** *de nuptiis*, f. 176-183 ; **b.** *de f*
f. 184-191 ; stylo eodem ac charactere, auctorem ac rei
nuntiant eundem : siquidem quaestio prima *de feudis* incip
« Iucundam, egregii nobilesque iuvenes, ac vobis in pri
» utilem de feudis compendiosam tractationem aggredimur
» qua in exaranda, si quid deerit claritatis, explicando co
» plebimus ».

Cod. 19 membr., saec. XIV, a. 433, l. 285 [L. V, CXIV].

Iustiniani *Institutionum* libri quatuor, cum glossis, et
editis. Adduntur manu recentiori glossae Dyni, Iacobi de Rav

(1) *De constantia iurisprudentis.* Neapoli, 1721, p. 245.

na, Iacobi de Arena, Petri de bella pertica, ac praesertim Ioannis Fabri burdegalensis, cuius opus *super Institutionibus* prodiit Venetiis, a. 1488.

Codicem foliorum 57 in Gallia exaratum interna argumenta evincunt: frequentiores Ioannis Fabri glossae quibus itali codices carent; litterarum tractus aliquando producti; tum notae variorum, ut fol. 56: « Iste liber est . . . . quidem constitit sibi unum francum in Monte pessulano, anno Domini 1393, ante festum nativitatis Domini »; et 4: « Iste liber est mei Anthonii et Iohannis Margalhani de Mericio in Delphinatu ». Folio vero extremo legitur: « Sequuntur civitates in quibus ego Anthonius Margalhani utriusque monasteriorum steti, fui atque transivi. Et primo in civitate Die — item Carpenctorati — item Avenionis, Sistarici, Arpus, Vapinci, Gratianopolis, Valentiae, Usum seu Useb, Nemausi, Ebreduni, Thaurini, Papie, Laude, Cremone, Ferrarie, Ravene, Thusie, in Venenis, in civit. Bononiae ». Verosimile est Margalhanum volumen secum in Italiam detulisse.

Cod. 20 membr., saec. XIV, a. 393, l. 252 [L. V, XVIII]. Ma.

1. Iustiniani *Institutionum* libri quatuor, cum glossis plerumque Accursii, ut in editis, f. 3-63. Accedunt glossae variae serius appositae.

2. —— *Novellarum seu Authenticarum,* cum glossis, plerumque Accursii, ut in editis, inc.: « Occupatis nobis circa totius reipublice curas . . . . . »; finit: « tranquillitas per omnia custodiri provideat », f. 64-164.

3. —— Codicis a libro IX ad duodecimum absolutum, seu finem, cum glossis. Incip.: « Si priusquam fisci rationibus pater obligaretur . . . . », finit: « triginta librarum auri vexatione quatietur », f. 165-235, cum indice, f. 238.

4. *Acta pacis Constantie,* anni 1183. Inc.: « Ego iuro omnibus civitatibus societatis Lombardie, Marchie et Romanie ». Finit documentum: « Acta sunt hoc anno dominice incarnacionis 1183, indictione prima . . . . . », f. 236-237. Textus tantum iuramenti, cum subscriptionibus, nullo apparatu.

5. *De feudis* (1) cum notis Accursii et Iacobi Columbi, f. 240-266.

Codex folio primo *recto* inscriptus: 1327, *die* 15 *octobris Filippus subscripsit*, serius autem fol. secundo *recto*: « Nota quod » de 1427, tempore pestis Padue regnantis, extincta fuere duo » luminaria mundi, videlicet summus iuris utriusque monarcha » Raphael Fulgosius de Placentia, qui Padue ex peste obiit, su- » prascripto millesimo de mense septembris die XII. Eiusdem » infirmatus quoque fuit die sexto eiusdem mensis, sepultusque » in ecclesia sancti Antonii confessoris de Padua. Item ille subti- » lissimus et preclarissimus iuris utriusque interpres Raphael » Raymundus de Cumis qui ex fluxu obiit Vincentie, suprascri- » pto millesimo de mense octobris die vigesimo eiusdem, infirma- » tus quoque fuit ex fluxu die secundo eiusdem, sepultusque Pa- » due in ecclesia sante Iustine; quo etiam anno et mense ex peste » obiit artium et medicine doctor famosissimus magister Galeatius » de Sanctasophia de Padua, una cum uxore sua, omnibus filiis » suis, excepto maiore natu magistro Nicolao de Sanctasophia ».

Illud nostra magni interest ut quae folio centesimo sexagesimo quarto, saeculo decimo vel undecimo exscripta sunt, animadvertamus. Paginularum quatuor unaquaeque habet lineas exscriptas duodecim, cum interpositis singulis rubris pro notis musicis. Mitto textum ex introitu et praefatione missae, nec non ex antiph. s. Laurentii; do pagellam cum hymno b. Mar. virg.

. . . .

cornibus imple — In quem mea nocte lumen metiri supremo — Digna potestatis cursu tempora nosti — Qui diversa novam formasti in corpora terre — Sanguinis infusum depellis ab ungue venenum — Centenosque sonus humanu Kyrie eleyson — Alme virginis iubiletis — Petrus anhelat amen — Dici precelsa — Quam clare monstra te genuisse Deum — Procedens thalamo ventre beata tuo — Xpe eleyson — Virgineo aluo nullumque passa dolorem — Ex utero clauso virgo beata parens — Per carnem verbi mater veneranda refulget — Quem tua virginitas edidit alma Deum.

(1) Vide quae annotata sunt codice proxime insequenti.

Fol. 240 legitur: *D. Iacobi de Florentia. Franciscus subscripsit* XVIII ian.

Cod. 21 membr., saec. XIV, a. 432, l. 272 [L. V, CXVIII].

1. Iustiniani *Institutionum* libri quatuor, cum glossis plerumque Accursii, quae gallicam scribentis manum revelant, f. 1-66. Adduntur glossae aevo sequiori per plures ex Azone, Dyno, Raymundo, Odone, Baldo Perusino exscriptae.

2. *De feudis*. Incip.: « Quia de feudis tractaturi sumus, vi- » deamus primum . . . », finit vero: « imperiali animadversione » nichilominus puniendus. amen, amen », f. 67-82.

Materies haec, quam amanuensis *Consuetudines feudorum* inscripsit, eadem est cum iisdem Accursii plerumque glossis, quae typis data est duobus libris dimidio saeculo decimoquinto, in calce Iustiniani *Institutionum*. Si vero rem penitius introspicias, nihil aliud est nisi vetus congeries quorundam tractatuum de feudis, quos, libris quinque cum notis egregie digestos, edidit Iac. Cuiaccius, Coloniae Agrippinae a. 1588. Primus liber est Gerardi Nigri, secundus et tertius Oberti de Orto, iurisconsultorum mediolanensium; quartus ex incertis auctoribus; quintus complectitur constitutiones imperatorum, quae ad feuda pertinent. Foliis 67-78 insunt libri quatuor, titulis aliquot deficientibus, quibusdam datis per saltum. Quarti praesertim tituli 27 usque 86 libro quinto interseruntur. Constitutiones quaedam de feudis ab imperatoribus Henrico V, Lothario II, Friderico I prolatae respondent quibusdam tantum a Cuiaccio editis.

Codex, folior. 87, corruptae prorsus lectionis, habet litteram textus primam pictam cum figuris; ceteras coloribus rubro et caeruleo alternis vicibus, veterem autem compagem tabulis ligneis corio vitulino signato obductis.

Cod. 22 membr., saec. XIV, a. 448, l. 275 [Z. L. DXII].

Iustiniani *Institutionum*, sive elementorum iuris civilis libri quatuor, cum glossis, plerumque Accursii. Inc.: « Imperatoriam » maiestatem »; explicit: « Deo propitio adventum est ».

Codex folior. 77, extremo habet librorum elenchum anno 1464 exscriptum. Litterae capitulorum initiales omnes auropictae sunt; initiales cuiusque libri, qua elegantius depictas, manus impia abscidit.

Cod. 23 membr., saec. XV, a. 418, l. 290 [Z. L. CCIX]. B.

Angeli de Perusio, ***super authenticis seu novellis constitutionibus,*** f. 2-69. Haec sub fine: « Angeli de Perusio iurisconsulti » celeberrimi lectura super autenticis feliciter explicit, scripta » per Iacobum Pergulitanum, rever. patri et domino d. p. sancte » crucis Fontis avellane abbati benemerenti, in civitate Fani, an- » no domini 1443 die sabbati 7.ª decembris ». Editum opus Ticini a. 1508.

Praeit fol. 1 Consilium Bartoli de Saxoferrato, manu Francisci [Reda] de Eugubio; ut et quaestio eiusdem Bartoli fol. 70-71 sic subscripta: « Disputata per dominum Bartolum de Sa- » xoferrato legum doctorem in civitate Perusii, M.CCCXLIII, die » XXI mensis decembris. F. de Eugubio scripsit ». De amanuensi vide annotata II, p. 253, 265.

Spatia in codice litteris initialibus pingendis relicta sunt.

Cod. 24 membr., saec. XIV, a. 290, l. 213 [L. V, XV]. Ma.

Incipit summa commemorialis utilium iuris super titulis Digestorum ; deinde super titulis Codicis qui non sunt in Digestis ; deinde super titulis Institutionum qui non sunt in Digestis nec in Codice ; reducta et compilata in hiis scriptis per me Geremiam de Montagnone, civem paduanum, ex hiis que maxime occurrerant mihi providenda in advocationibus et consiliis. Incip.: « Rubrica » de iusticia et iure. Iura sanguinis nullo iuri civili . . . ».

Farrago est quaestionum de rebus potissimum forensibus, in quibus enucleandis magnam iuris atque interpretum peritiam auctor ostendit. Opus ineditum [non tamen hoc in codice ipsa auctoris manu exaratum], Pignorius, in schedis autographis apud Amadeum Svaierum, et testimonio Morellii, olim asservatis, ex allata inscriptione coniiciebat. Contra Pignorium

facit inter cetera additamentum quoddam *Nicolai de Superba,* civis patavini, ad rubricam *de dilationibus* scriptum, cuius initium: « Auctor iste dominus Ieremias non respondet ad hanc » quaestionem, nec eam determinat . . . . ». Quibusdam rubricis [earum titulus minio exscriptus] desunt Hieremiae animadversiones, quibus inserendis locus relictus est.

Auctor Patavii natus, ubi advocatus et iudex, dictus quoque Hieremias iudex, Hieremius paduanus, Hieremias Montagnonus, anno 1300 defunctus est. Qui de eo scripserunt hanc *summam* omnino ignorant. Nicolaum de Superba anno 1350 praetori Belluni vicariam operam praestitisse Pilumnius tradit in prolegomenis ad historiam illius civitatis.

Codicem foliorum 174 dono dedit monasterio s. Ioannis in Viridario B. de Lignamine, episcopus Concordiae, anno 1455.

Cod. 25 membr., saec. XIV, a. 393, l. 244 [Z. L. DXVI]. Ya.

Incipit libellus de ordine iudiciorum compositus a Rofredo beneventano iuris civilis professore, in quo opere continetur qualiter concipiatur libellus et fiant confessiones, et de iudicio cuiuslibet actionis poterunt studentes invenire. Prooemium incip.: « Si » considerarem ingenium et sane scientie proprie facultatem, non » essem ausus tam grande opus assumere . . . . Ideo ego » Rofredus Pius Beneventanus ad preces et instantiam sociorum » nobilium de partibus Tuscie, cum essem in civitate curialissima » nobili Arentia [Aretio] . . . . ». Praeit foliis duobus syllabus decem tractatuum.

Auctor, gente *Epiphanii,* vel *de Epiphanie,* vel *Epiphanide,* nobili genere ortus, studiis a prima aetate incubuit Bononiae, quam anno 1215 cum Aretio commutavit; anno vero 1220 in comitatu Friderici II Romam accedentis, aliquot annis apud hunc immoratur, dein apud pontificem, quousque rude donatus fere octogenarius in patria occubuit. Opus pluries editum est.

Cod. 26 membr., saec. XIV, a. 300, l. 224 [L. V, LXI]. Me.

Rolandini Passagerii, *summa artis notarie,* inc.: « Antiquis » temporibus super contractuum et instrumentorum formas... ».

Opus iam pluries editum, capitulis decem in rubricas distributis, appellatur quoque *Diadema, Rolandina* et *Orlandina.* Id ceteris eiusdem auctoris substratum adhibuit Durantes in suo *Speculo.* Rubrica extrema incipit: « Ego Rolandinus minimus notariorum » tractatum circa tabellionatus officium a principio huius operis » in mente concepi . . . . . . ». Rubrica absoluta legitur: « Iesu » Nazarene vere fac nos tibi placere ».

—— *incipit tractatus notularum,* incip.: « Tractaturi de » arte notarie, primo videamus quid sit notaria . . . . . » ; finit: « De ultimis vero voluntatibus et iudiciis nichil plus quam di- » ctum est in summa requirimus », f. 46-53. Opella, non una vice edita, lectorem in septem libros de contractibus *summae* praecedentis inducit.

Codex, duabus columnis, cum imagine auctoris in littera initiali fol. 1 picta, habet fol. 52-53 haec: « Ista summa est Ge- » remie de Feltro, quam emit precio ducatorum...... et dimidii ». — « Ista summa est mei Iohannis notariis de Vendramello. » quam emi ducatis duobus a Geremia de Sancto Advocato [San- » foca in districtu portusnaonensi] ». — « Millesimo quadrin- » gentesimo quarto, indictione duodecima, die lune sextodecimo » mensis iunii. Hora fere quinta vel sexta Veneti habuerunt ci- » vitatem Feltri de communi consensu civium predicte civitatis. » sine ullo maiestatis rigore, sed tantum de plano et sine strepi- » tu et figura belli, cuius civitatis Feltri tenutam accepit qui- » dam dominus Bartholomeus [Nani], nomine ducalis dominii » Venetiarum preses, cum magna peditum et equestrium comi- » tiva ». — « Millesimo quadringentessimo quinto, indictione » XIII, die Veneris, vigesimo sexto mensis iunii post nonas, ho- » ra diei decima octava, tempore serenissimo, me existente in ca- » mera mea et scribente, ortus fuit tantus terremotus quod pa- » rietes tinniebantur non tantum, quassabantur ipso terremotu. » et timui ne domus rueret. Qui quidem terremotus a quamplu-

» ribus in civitate Feltri sensus et auditus fuit per totam civita-
» tem, et de summitate ecclesie santi Stefani corruit quidam ma-
» gnus lapis. Ego Iohannes notarius de Vendramello de Feltrio
» scripsi et presens fui et audivi ».

Cod. 27 membr., saec. XIV, a. 320, l. 216 [Z. L. DXIV]. Ya.

1. Rolandini Passagerii, *aurora,* incip.: « Solet aromatum » esse natura, ut longe magis contrita redoleant . . . ».

Commentarium *Summe artis notarie* ab eodem capitulis decem exaratae, non tamen absolutum est quod dimidio capitulo quinto, f. 52 *verso* intermittatur disticho addito, lectu inferius. Operis oeconomiam ita passim in praefatione auctor excutit: « Licet mihi Rolandino Florecte [eius matris], utriusque operis » [*summe* et *aurore*] inventio secundum opinionem publicam » adscribatur, ego tamen extiti simpliciter eius solius, qui fa- » bricatus est auroram et solem, fabri et artificis instrumentum » . . . . primo textum conscripsi . . . . deinde post » multorum annorum curricula, presentem superaddidi appara- » tum . . . . Demum quoniam rebus consequentia nomina » esse debent, merito hic liber propter actoris effectum nuncupa- » tur *aurora,* eo quod notarie huius artis ignorancie tenebras » fugat ».

2. —— *flos ultimarum voluntatum.* Incip.: « Quamvis in » cuiuslibet humani operis artificio requiratur rationis specula- » tio . . . . . », f. 52-67.

Opellam sic nuncupatam in prooemio *patribus et dominis meis quibusdam ex fratribus divini ordinis Predicatorum . . . . ego fidelis operarius vester Rolandinus, Bononie notarius, hunc super extremis deficiencium arbitriis amenissimum florem de pratis excellentissimorum iuris romani phylosophorum et principum dominorum, videlicet Azonis, Accursii et Odofredi vobis fideliter carpere studui et offerre ;* excipiunt versus:

« Hunc avide florem spirantem thuris odorem
» Si carpis dextra, flagrabis intus et extra ».

Auctor notarius Bononiae, defunctus a. 1300, in opere fusius pertractat capitulum *Summe* octavum. ac *Notulas* complet.

Cod. 28 membr., saec. XV, a. 223, l. 163 [L. V, CI].

Eiusdem, *summa de testamentis*, etiam *flos ultimarum voluntatum*, ut codice praecedenti.

Praeit Ioannis Andreae *lectura super arbore affinitatis*, inc.: « Ad arborem affinitatis et eius materiam... »; finit: « igitur impediret hos collaterales contrahere in Deo », f. 1-7. est fragmentum eius *summe de sponsalibus et matrimoniis* *summe super quarto libro Decretalium*, frequentius editae.

Codex folior. 48, duplici columna, cum *arbore affinitatis* culis a principio expressa.

Cod. 29 membr., saec. XIV, a. 342, l. 230 [L. V, LXXXIX].

Rolandini bononiensis, *summa artis notarie*.

Volumen mutilum in principio et fine incipit a dimidia mi capituli parte usque ad nonum fere absolutum.

Codex folior. 34, quibusdam partim resectis, eleganter scriptus est, cum titulis et litteris initialibus rubro ac caeruleo colore conspicuis.

Cod. 30 chart., saec. XV, a. 211, l. 148 [L. V, LXXXV].

1. *Flores seu note in Rolandini Passagerii artem*. Incip.: « Cum humane fragilitati plures incumbant defectus et » divina favente gratia plura subsint remedia . . . »; finit: « » hec quantum ad nonum capitulum spectant dicta sufficiant ».

2. Salatini de Saono, *regule artis notarie*. Incip.: « Sciendum est, quod ars notarie dividitur in tres principales partes, » scilicet in contractus, ultimas voluntates defunctorum et iudiciorum acta . . . . »; finit: « et hoc de tractatu quantum ad » presens dicta sufficiant », f. 50-73. A tractatu Salatielis bononiensis (1), differt toto caelo, etsi pauca quaedam conveniant.

(1) Emman. Bollati dedit specimen in opere: *Savigny*, *Storia del diritto romano nel medio evo*. Torino, 1857. III, pag. 479-480.

ctorem nostrum, cuius ceterum nomen et patriam amanuensis ipse descripsit, alium crediderim, praesertim quod operis partitio non sit eadem.

Fol. 74-78 adduntur quaedam turbate de honoris appellationibus primoribus tribuendis; de Venetiarum primordiis cum *figura celi in edificatione urbis Rivoalti*; de italis quibusdam urbibus ad signa zodiaci et planetarum relatis.

Fol. extremum inscriptum: *Orlandina mei Andree de Ugucio notarii et civis Bassani — liber iste est Alexandri Campesani de Bassano* — 1544. *Presens liber tetigit in partem michi Iohanni de Gallio, notario Bassani, ex hereditate* . . . . .

Cod. 31 membr., saec. XIV, a. 177, l. 128 [L. V, CXX].

Summa artis notarie incip.: « Quoniam inter cetera que » introducta sunt ad utilitatem omnium personarum . . . . » artem notarie reputo utiliorem ac honorabiliorem; idcirco ego » qualis qualis scriba non confidens de mei modica scientia, si » scientia dici potest . . . . duxi quodam breve opuscu- » lum ad utilitatem rudium sociorum de scolis venientium . . . ».

Summam absolvunt non artis notariae exercendae normae, sed casuistica [sit venia verbo], dum nomina occurrunt plurium ex Belluno vel finitimis locis, quorum syllabum do. Hi sunt: Albertus sacri palatii notarius — Albertus filius Pasqualini ac uxor Berta — Alexander de Foro, episc. Belluni [1243-1245] — Andreas de Tisono — Amadasius — Antonius de Mugno, iudex et assessor — Antonius prior ecclesiae s. Crucis de Campistrino, eiusque fratres Io. Al. Pe. ac sorores Berta, Maria, Andreota — Antonius Zovenonius, et Ioannes filius Martini cerdonis — Bartholomaeus de Castello — Beneventurata vidua Broche et filius Eccelinus pupillus — Bernardinus de Ceto — Bonifacinus de Manchadendo — Bruno de Tixono et eius filius — Brutolinus — Calaonus — Cornulus filius Peregrini de Carmegno — Fuscus et Ioannes de Glamosa — Gabrucius commissarius Beneventurate — Hengelfridus, mericus de Salcis — Henrigetus de Basta — Henrigetus texator et Ticianus eius filius — Iacobus de Servano et uxor Maria — Iacobus de Supercroda —

Ioannes Bonus q. Vizardi — Ioannes pater Mariae, uxoris Petri de Bolzano — Ioannes de Musono — Ioannes de Serrate et eius frater Iacobus cerdo — Liazarus de Castello et uxor ... cha, filia Raynaldi de Castigliono — Macelus de Cavaçano — Marquardus de Bolzano — Martinus de Salcis — Monta... q. Henrici de Pillone — Natalis de Molino — Niataxius de Rudo — Odoricus Checus, mercator Belluni — Petrus de ... — Petrus de Bolzano et uxor Maria filia Ioannis — Petrus de Miliario — Raynaldus de Castigliono — Tasina de Muxono — Thomas vel Thomaxius de Cavaça, potestas Belluni [1214, 12... — Ticianus cerdo, Crepada et Ioannes Bonus fratres, filii q. Henrici texatoris — Ysabet uxor Antonii Zovenonii. Nominantur villae Vezani, Miliani, Bosagi; Bellunum quandoque Civitas appellatur: singularis est dicendi modus: *ad usum vilanatici Belluni.*

Auctorem anonymum puto fuisse notarium Belluni, fortasse Bartholomaeum de Colle, si ea attendo quae Franciscus Maria Colle [*Storia scientifico-letteraria dello studio di Padova,* IV, 104-105], de codice quem domi asservaverat scripsit, ex quibus hunc nostrum eundem esse putaverim. Amanuensis sub fine notavit: *Qui scripsit hunc librum locetur in paradisum.*

Codicem, folior. 32, quo aliquod documentum ex anno 12.. inscriptum, et scriptura et crassior membrana et voluminis forma quadratae proxima saeculo decimoquarto exscriptum asserunt.

Cod. 32 membr., saec. XIV, a. 425, l. 260 [Z. L. CCXIV. ...

Magistri Guillelmi Durantis, episcopi mimatensis, *speculum iudiciale,* quatuor libris distributum, quorum primus inc.: « De » trono Dei procedunt fulgura, voces atque tonitrua . . . ».

Auctor *domini pape subdiaconus et cappellanus, inter decretorum professores minimus,* cardin. Octobono [Fieschi, serius Hadriano pp. V] dicat opus pluries editum, quo praxim iuris tum civilis tum ecclesiastici, fusius quam ceteri ante eum iurisconsulti tractavit. Materiem sic Durantes in prooemio distribuit: « In ... » prima de personis in iudicio intervenientibus disseretur: ... » secunda totus ordo iudiciarius in causis civilibus perstringitur ...

» in tertia iudicia criminalia disponentur; in quarta vero diver- » sae libellorum formae ». Quaeque pars in particulas, particula quaeque in rubricas distribuitur. Ulterius in eodem prooemio notat praedecessores, qua operi occasionem: « Animadvertens » ego sollicite, quod circa iuris practicam . . . . sit diversi- » mode laboratum, videlicet a Pileo, Bagaroto, Tancredo, Roffre- » do Beneventano, Uberto de Bobio, Uberto de Bonacurso, Ioan- » ne de Deo, Gratia et Bonaguida Aretinis, Ioanne de Blanosco, » Aegidio Bononiensi et aliis plurimis . . . . ».

Codex, foliorum 230, habet primo et extremo nomina notariorum, libri fortasse praestantiam testantium: 1441, *die* 22 *septembris. Ioannes — Thomas notarius subscripsit.* Tituli in marginibus picti littera initialis offert auctoris, vesta professoria induti et librum apertum tenentis, imaginem.

Cod. 33 membr., saec. XIV, a. 395, l. 239 [Z. L. CCXVI].

Eiusdem *speculum iuris.*

Codex, folior. 423, habet litteras initiales ac obelos rubro et caeruleo colore conspicuos, titulos vero rubro tantum. Serius notata leguntur in calce: *Henrici Wyllesthorp expositi in cista de Celton in ffon sancti Valentini presbyteri a. D.* 1419 — *Domini magistri Walteri Hexton et Oweyny ffloide expositi in cista Wyntonensi, vigasimatertia die aprilis anno* 1449 . . . .

Codd. 34-35 mem., s. XV, a. 446, l. 274 [Z. L. CCXV, CCXVII]. B.

Eiusdem, *speculum iuris, cum additionibus Ioannis Andreae.* Convenit cum editionibus antiquioribus: recentiores habent additiones Baldi et aliorum, nec non summaria rubricarum. Desunt *arbores consanguinitatis et affinitatis,* quibus spatium relictum.

Codicem utrumque [primus foliorum 359 habet libros primum et alterum, secundus foliorum 253 tertium et extremum] scripsit Ioannes de Castronovo. In calce vero folii primi codicis utriusque legitur: 1424, *die* 21 *ianuarii, Ioannes scripsit.*

Cod. 36 membr., saec. XIII, a. 185, l. 130 [Z. L. DXV]. Ya.

Ordo iudiciorum per dominum Egidium doctorem decretorum editus. Incip.: « Ego Egidius de Foscariis, civis bononiensis, do- » ctor decretorum licet indignus, ad instantiam quorundam meo- » rum scolarium ».

Auctor, proprie *Fuscararius* appellatus, iuris canonici in patrio archigymnasio professor, defunctus a. 1289, anno 1260 conscripsit opus, et in aliis codicibus notum titulis *de ordine iudiciario ; de moribus sive exordiis advocatorum secundum Egidium ; ordo iudiciarius advocatorum et notariorum secundum usum romane curie,* de quo Diplovatacius : « Composuit [Ægi- » dius] pulchram summam, qualiter causa tam civilis quam spi- » ritualis, ac etiam criminalis tractari et finiri debeat, et ponit » formam libellorum, et inchoat a presentatione rescriptorum, et » dividitur in quinque partes ». Summa edita est Bononiae, a. 1574.

Codex foliorum 82 finit : « Expliciunt libelli magistri Egi- » dii doctoris decretorum, qui in his chartis scripti sunt sub anno » MCCLXXXI, indictione VIIII, tempore do. Martini pape IIII, » die VIII exeunte mense iulii ».

Cod. 37 chart., ann. 1473, 1474, a. 380, l. 281 [Z. L. DXIX]. Ya.

1. Ioannis Petri de Ferrariis, papiensis, *practica legum,* ex patria auctoris etiam *Practica papiensis* appellata, f. 1-279.

Auctor de se in prooemio: « Ego Ioannes de Ferrariis inter » legum doctores minimus, egregii doctoris do. Augustini huius » inclite civitatis Papie . . . . . . In mei aliqualem memoriam ac » Manfredi filii mei, nec non procuratorum et notariorum dicte » civitatis Papie doctrinam, presens opusculum moderne iudicialis » practice aggregare sub breviori et clariori compendio, quam fieri » mihi possibile fuit curavi, ut eo mediante facilior via sit singula- » laris capere in biennio, ad quod quaerendum antea difficile per- » venire fuerat in decennio. Itaque fratres et filioli predicti alacri » studio presens opusculum sub memorabili nova etate inchoa-

» tum, anno nunc currente MCCCC. quo anno, mense septembris » natus est predictus Manfredus filiolus meus . . . . ». Folio vero 63 *verso* hoc idem textum intercipit: « Anno cur- » so M.CCCC. Isto anno die XVI mensis septembris natus est » predictus Manfredus filius meus in civitate Papie, anno vero » curso MCCCLXXXXII, mense octobris, natus est illustris d. » Philippus Maria, ad presens dux Mediolani et comes Papie, qui » anno presenti nunc currente MCCCCXII mense iunii obtinuit » dominium civitatis Mediolani, interfecto tunc proditorie a cer- » tis civibus Mediolani olim eius fratre duce Mediolani ». Sub fine legitur: « Et sic est finis huius *Practice papiensis.* Deo gratias. » Anno MCCCC.LXXIII. die IIII decembris in arce Vallegii ». Opus *ab erroribus innumerabilibus* [qui reapse plures in codice occurrunt] *vindicatum* Leonardus a Lege iurisconsultus mantuanus publici iuris fecit, cum annotationibus, Venetiis, a. 1572, 4.°

Haec codicis pars, situs udore, praesertim in principio, corrupta est.

2. *Commissio ducis Andreae Contareni viro nobili dom. Andreae Gradonico, baiulo Constantinopolis* data, die quintodecimo februarii, anni 1374, fol. 281-296. Plura notatu digna occurrunt quae venetam in exteris regionibus historiam nova affundunt luce, de muneribus a baiulo recipiendis; de hospitiis ab imperatore sibi et mercatoribus venetis commodandis; de navibus Constantinopolim accedentibus vel recedentibus; de mercationum oneribus; de Saracenis et Mamaluchis; de Venetis prohibitis *in Alexandriam vel ad alias terras Soldani* ire; de ecclesiis sanctae Mariae et sancti Marci *libris et aliis necessariis ad cultum divinum muniendis; de reverentia imperatori fienda:* « Committimus tibi » quod quando ibis coram eo, accipere debeas pellem de collo et » berictum sive caputeum de capite, et flectere genua in terram ».

Cod. 38 chart., saec. XV, a. 338, l. 246 [L. V, CXVII].

1. Repertorium iuris civilis et canonici, ex *gemma legali* [edita] *ad omnia Bartoli opera,* ut puto, in compendium ab anonymo redactum. Incip.: « Abbates qualiter fiant de iure civili, » dicitur per canonicos omnes meliores . . . . », f. 1-32.

2. *Questiones disputate et legum Consilia data* a legum doctoribus Iacobo de Butrigariis bononiensi, Rainerio [Arsendio] de Forolivio, Oldrado de Laude, Richardo de Saliceto bononiensi, Ioanne de Lignano, f. 35-56.

3. *Repertorium super Innocentium compositum a domino Ribaldo de Perusio.* Incip.: Abbas potest licentiare monachum ut » transeat ad arctius monasterium . . . », f. 57-144. Idem habet codex Vaticanus 1637, f. 53-109.

Est Baldi de Ubaldis repertorium, pluries editum, verborum ex apparatu Innocentii papae IV in tres primos decretalium libros. Prima uniuscuiusque litterae principis **a**, **b**, **c**, ec., in vocum ordine, picturis auro illitis pereleganter ornata est. Sub fine legitur: *Scriptum per me Francischinum de Amadeis de Forlivio.*

4. *Consilia* Raynerii de Forolivio, Richardi Malombra, Cyni de Pistorio, Iacobi de Arena, Guidonis de Suzzara, Alberti Papiensis, Philippi doctoris iuris canonici, f. 147-151. De extremo nihil habet Savigny in *Storia del diritto romano nel medio evo;* de Alberto vero Papiensi unum tantum *Consilium habendorum tractatum,* cui nostrum addo, f. 150.

5. *De publico inditio tractatus notabilis,* incip.: « Quot mo- » dis dicatur publicum inditium . . . », f. 151-152.

6. Bartholomaei de Saxoferrato, *quaestiones disputatae, et Consilia,* f. 153-170.

Cod. 39 membr., saec. XIV, a. 388, l. 243 [Z. L. DXVIII]. Ya.

Incipit tertia pars huius libri, compilati per nobilem et egregium militem dominum Segnorolum de Homodeis de Mediolano, legum doctorem atque comitem palatinum, de multis arduis questionibus et obscuris passibus determinatis et declaratis per eundem. Quaestiones septuaginta quibus deest, foliorum defectu, vigesimaquinta ad dimidiam vigesimamseptimam.

Auctor docuit Vercellis, Bononiae, Patavii, Parmae, Ticini, Taurini, saeculo dimidio decimoquarto: eius quaestiones decima et sexagesimatertia anno 1347 datae sunt.

Codex, foliorum 64, in fine mutilus, habet duo folia extrema quaestionibus *de venditione* ex Digestis, saeculo deciomsecundo

inscripta. Zanettus in *latina et italica d. Marci bibliotheca*, p. 209. Petrarchae possessori codicem tribuit, nescio quo iure.

Cod. 40 membr., saec. XIV, a. 140, l. 91 [L. V, XLV]. F.

Venturae, notarii veronensis, *cartularius* seu *formule notariorum*. Incip.: « Presentes contractus tam ex meis quam aliorum » dictis, sociorum utilitati, ego Ventura, notarius veronensis, duxi » fideliter conferendos, ut eorum que necessario expediuntur of» ficio Notarie facilius memorentur ».

Formulis quae saeculi decimiquinti instrumentorum, praecipue contractorum intelligentiae ut plurimum faciunt, praeeunt notitiae breviores de tabellionatu.

Codiculus, foliorum 65, habet rubro colore conspicuos titulos et litteras initiales.

Cod. 41 membr., saec. XI, a. 262, l. 160 [L. V, LXXXI]. N.

Liber legis Langobardorum, seu *leges Langobardorum*, seu *lex lombarda*. Initium: « Incipit edictum quod Romani cum » primatibus iudicibus meis ego in Dei nomine rotharis . . . ».

Ordo legum langobardicarum chronologico-legalis, a ticinensibus iurisconsultis digestus [quem non sincerum appellabunt qui, severioris critices lumine admoto, perscrutari velint], praeter edictum Rotharis, leges Grimoaldi et Liutprandi continet.

Codex, fol. 44, cuius quaterno alteri desunt folia duo, totidem quarto, in fine mutilus, desinit lege vigesimanona libri sexti regis Luitprandi. Absunt glossae et formulae, si notas binas nullius momenti, folio primo, saeculis XII-XIII inscriptas excipias. Textus est bonae notae, etsi lectio quandoque, scriptoris vitio, corrupta occurrat; *excepto plagas aut feritas*, pro *exceptis plagis aut feritis* — *thongare* pro *thingare* — *actochild* pro *actogild* — *vadia* pro *vadimonia* — *sculdais* pro *sculdasius*.

Opus, pluries editum, dedit quoque Taurini a. 1846 Carolus Baudius a Vesme, non uno verbo de codicibus nostris prolato. Qui de iis ac de re legum langobardicarum universa egregie tractarunt fuerunt Pertz, Blume, Bethmann in *Archiv der Gesell-*

schaft für ältere deutsche Geschichtskunde, IV, V, passim: excellit ceteris Ioannes Merkel, qui codices Marcios ab eo adhibitos illustrat in opere: *Die Geschichte des Langobardenrechts. Eine Abhandlung von Iohannes Merkel als Beitrag zu Savigny Géschichte des römischen Rechts im Mittelalter.* Berlin, 1850, 8.°

Cod. 42 membr., saec. XIV, a. 363, l. 223 [Z. L. CCX]. P.

Lex Langobardorum, cum glossis brevioribus.

Opus, inter libros *longobardae* seu *lombardae* tertium obtinet locum, quod secundum titulos i. e. varia iurisprudentiae argumenta distributum sit. Liber primus de maleficiis publicis et criminibus, f. 1-20; alter *de sponsalibus,* f. 20-49; tertius, sub fine mutilus, *de episcopis et clericis, et de his quae ad utilitatem publicam pertinent,* in quo desiderantur folia a lege quadragesima quarta tituli primi, f. 49-60. Deest lex Henrici II: « Decet im» perialem solertiam contemptorem sue presenti e capitali da» mnare sententiae... », quam ceterum ferunt Frider. Lindenborg [*Codex legum antiquarum,* p. 656] et Basilius Herold [*Collectio originum antiquitatum germanicarum*]. Singulare est quod clar. Canciani, qui omissionem codici Marcio improperat [*Legum barbarorum,* I, p. 238], ibi praetermiserit, dederit vero V, p. 65. Legum textus optimus quaqua versus editioni lindeborgensi respondet: glossae, parvi fere omnes pretii, una excepta Vaccella interpretis nomen confirmanti, posteriorem revelant originem.

Cod. 43 membr., saec. XIII, a. 395, l. 190 [L. V, CXIX].

1. *De feudis,* cum glossa Accursii, quam *ordinariam* vocant, f. 1-26. Eadem fere sunt quae codice 21 huius classis, pag. 17 concluduntur.

2. Foliis 26-27 opella inserta est *de modis usitatioribus emphyteusis,* quam sub titulo: *veteris iurisconsulti adnotatio sive monitum* edidit Canciani [*Barbarorum leges antiquae,* V, 53], ex hoc codice summi habendo, quod ex eo plures gravesque errores in vulgatis editionibus occurrentes corrigantur: cum Cancianus *Dolleonium* appellat, suo enim tempore ad Lucium

Dolleonium bellunensem pertinuerat, a cuius haeredibus habuit archipresbyter Castillioni prope Bellunum Ioannes Della Lucia, ab eoque Antonius de Steinbüchel, demum Marcia. De hac ceterum commentatione haec habet amicus meus beatus Merkel: « Contiene in primo luogo un piccolo cenno intorno alla redazio» ne degli instrumenti notarili in genere, e fa poscia menzione » di tre modi d' enfiteusi: l' enfiteusi propriamente detta, il *pre» carium* e il *contractus libellarius*. Solamente i due ultimi gene» ri sono ivi discussi, ed anche questi assai brevemente » (1).

3. Idem Canciani protulit eodem loco articulos tres, f. 26-27, quorum duo extremi breviter excussi, qua commentarium anonymum *legis lombardae*, occurrunt quoque emendatiores in codice ms. bibliothecae Albornotianae collegii hispanici Bononiae [n. 75].

4. *Apparatus pacis Constantiae a.* 1183 *inter Fridericum I imperatorem et Lombardos, secundum dominum Odofredum*, f. 29-34. Idem Cancianus edidit ibidem, p. 48-52.

Codex [cui manus impia abscidit margines, praesertim longiores, quibus glossae, et pars textus inerant] conspicuus est picturis plerumque imperatorem stantem vel sedentem, episcopos, abbates, nobiles viros alloquentem offerentibus. Fol. 29 *recto* legitur scriptura sequiori: *Millesimo CCC. tercio factus fuit dominus frater Nicolaus de Tarvisio.*

Cod. 44 chart., saec. XV, a. 313, l. 205 [Z. L. CCXXIV]. P.

1. Maphaei Vegii laudensis, insignis vatis, *liber de verborum significatione, e priscorum iurisconsultorum scriptis excerptus, ad Bartholomeum Capreum presulem Mediolanensium.* Dedicationis littera, data Papiae, idib. martii, 1433, inc.: « Si forte admiraris » presul clarissime, quod ego qui in studiis poetarum..... », lexicon vero: « Ulpianus de Abigeis: Abigei proprie hi habentur qui pe» cora vel ex armentis vel ex pascuis subtrahunt et quodammodo » depredantur . . . », f. 1-122. Edidit Vicetiae Philippus Albinus aquitanus a. 1482, haec scribens: « Qui sane liber quantum nobis » qui eloquentie operam damus, quantum et ipsis iureconsultis

(1) *Savigny*. Storia del diritto romano. Torino, 1857, II, p. 322.

» utilitatis sit allaturus, cognoscant qui proprietates verbor[um] » diligentius exquirunt ».

2. Eiusdem, *dialogus veritatis et Philaletis, ad Eustach[ium] fratrem.* Dedicatio inc.: « Cum repeterem nuper animo, Eustach[i] » frater, id quod sepius soleo . . . . », opella vero: « Philale[tes] » Quenam es mortalium qui per vasta hec montium inaccess[a] » que aliis vagaris loca . . . », f. 123-135. Prodiit, non una vic[e], cum aliis eius operibus, in *maxima* quoque *biblioth. veter. patrum lugdunensi,* XXVI, p. 754-759, ubi colloquens *Alithia* loco *Veritas* adducitur.

Codex belle exscriptus habet titulum picturis elegantissi[mi]bus auro illitis conspicuum.

Cod. 45 chart., saec. XVI, a. 220, l. 162 [L. V, CXV].

Formularum liber acta civilia spectantium, quas, ut ex acto-rum subscriptionibus et nota operculo addita coniicio, Caspar Villanus, notarius Paduae, annis 1535-1547 sibi collegit.

Quaedam de archigymn. patav., annis 1543-1547 [f. 1-10], excipiunt acta de *tutela dativa, legitima, testamentaria,* exempl[o] roborata Pauli de Castro, nullo condito testamento, demortui, f. 13-25, Marsilii et Antonii fratrum de Sanctasophia, f. 25-28. Se-quuntur formulae de *deposito, renuntia liti et instantiae, pro-ductione instrumenti confessionis debili, ratificatione sententiae ar-bitrariae, appellatione, aliisque variis,* f. 29-50. Adduntur epist[olae] **a.** Petri Lando ducis Venetiarum Marco Antonio Fuscareno [?] testati, et Hieronymo Zane capitaneo Paduae [1545]; **b.** [H]e-metis Ferrerii pedemontani, rectoris iuris in gymn. patav. re[cto]-ri gymnasii bononiensis [1544]; **c.** datae potestatibus Leond[a]-riae, Athestis, Plebis [Piove], Cittadellae, Montagnanae, Cas[tri] sancti Petri; vicariis Mirani, Arquatae, Tituli [Teolo]. Item exem-pla creationis tabellionis imperialis, bachalaureatus in theolog[ia], chirurgi, pignorum foeneratorum ad banchum Hebraeorum.

Codicis, foliorum 106, operculo superiori legitur: *Gaspa[ris] Villani hic liber fuit, nunc est mei Antonii de Varientibus he[re]-dis consanguinei dicti nobilis Villani.*

Cod. 46 chart., saec. XVI, a. 430, l. 282 [Z. L. CCXXIII]. K.

Expositio totius rationis argumentandi, deducendi, ratiocinandi ac demonstrandi, a communibus locis utriusque iuris in quingentas regulas distincta, exemplis, auctoritatibus, ampliationibusque col. locupletata: simul ac suis exceptionibus particulatim limitata, in modum institutionis et doctrinae magistralis, Ioanne Baptista Liliano, utriusque iuris doctore de Sancto Daniele foroiuliensi, et canonico Civitatis Austriae auctore. Prooemium inc.: « Qualis quantaeve sit utilitatis locorum legalium cognitio ... ». Praeit *index locorum legalium,* f. 1-5.

Auctor, vicarius cardin. aquil., obiit anno 1550. Tranquillus Lilianus, auctoris nepos, volumen charactere tenuiori a se exscriptum, Ioanni Grimano patr. aquil., paulo post patrui mortem, nuncupavit phaleucio, quod hinc edidit Lirutus in *Notizie dei letterati del Friuli,* IV, p. 74-75.

« Iuleae patriae paterque et archa,
» Antistes venerande et excolende,
» Quantam qui fuerint diebus actis,
» Vel post saecula multa sint futuri,
» Deditissimus ille Lilianus
» Qui te, dum superas videbat auras,
» Longe plus oculis suis amavit,
» Me valde emoriens rogavit, has ut
» Libris rite duobus explicatas
» Quingentas tibi regulas dicarem.
» Æternas fore quas putavit ille,
» Si tuo auspicio exeant in auras.
» Hos ergo tibi consacro labores,
» Quos iam verius ille dedicarat.
» Adsis et tibi munus hoc sacratum
» Laeta suscipe fronte candidaque.
» Sit nec pessima lingua, deus nec atrox,
» Nec Momus queat inquinare morsu.
» Quin hoc vivet opus laboriosum,
» Dum sol compita permeabit orbis ».

Codicem foliorum 440, duplici columna, eundem puto quem in Casparis Leonici bibliotheca deprehendit Tomasinus (1) nomine: *Liliani canonici foroiuliensis loca argumentorum*, seriusque illius legato Marcia assequuta est.

Cod. 47 chart., saecc. XVI-XVII, a. 318, l. 210 [L. V, XX]. K.

M. Antonii Peregrini, *quaestiones de testamentis, de fideicommissis, de statutis municipalibus, et de dotibus:* eiusdem *Consilia, Decisiones, Responsa.*

Manu auctoris vicetini, equitis, *fisci patavini patroni*, ac in eo archigymnasio iuris antecessoris, fere omnia eius opuscula scripta sunt, quae in hoc et sequentibus codicibus exstant: *Consilia* autem maiori ex parte impressa vel inter *Consilia* [primum Francofurti, demum Venetiis, 1600-1620, apud Paulum Meiettum, VI, f.°], vel inter *Decisiones patavinas* [Patavii, 1661, f.°]. Intermixta sunt Consilium ternum Petri Pauli Parisii, *Paduae ius civile ordinarie legentis*, ac unum Tiberii Deciani, aeque in archigymnasio patavino antecessoris, characteribus autographis firmata. Nomina occurrunt pleraque autographa virorum vel Consilia approbantium vel iisdem subscribentium, Io. Angeli Papii iuriscons. in archigymn. bononiensi, Francisci Mariae Fini mirandulensis, Io. Ronchigalli Gioldi iurisc. [1565], Francisci Marzarii vicetini, Stephani Paganucii Politiani, Antonii Donati corrigiensis, Matthaei Mariae Marexani mutinensis, Iosephi Gualdi iurisc. vicetini, Guidi Panciroli, in archigymn. bonon. iuriscons., Uberti Verlati nob. vicetini, vicarii Ioannis Mocenico praetoris Paduae.

Etsi folio primo codicis, foliorum 236, auctor scripserit: *anno* 1555, *mense augusti*, tamen acta excurrunt ad annum 1567. Puto ego *Consilia* huius ut et codicum proxime insequentium singulatim primum servata, quod ex chartarum plicaturis facile infero; dein in volumina distributa fuisse. Ceterum librariam hanc supellectilem ex Casparis Leonici [Lonigo] athestini, supremi Venetiis in re feudali consultoris legato, in Marciam bibliothecam, dimidio saeculo decimoctavo, invectam suadent: 1. Leonici cum

(1) *Biblioth. ven. ms. publ. e priv.* Utini, 1650, p. 111.

auctore, cuius fuerat auditor, familiaritas; 2. additiones ad Bartoli commentarium in Digestum vetus, [pag. 3], ab utroque, aere conlato, oblatas; 3. Peregrini *Consiliorum* sive *Responsorum* volumen sextum posthumum a Leonico, theol. et utriusque iuris in patav. gymnasio professore, Venetiis, anno 1620, editum; 4. eiusdem Peregrini, *tractatus de fideicommissis,* post nonam editionem, novis Leonici curis Venetiis, anno 1644, datus; confirmat vero luculentum Tomasini testimonium (1).

Auctor patavinum se iactat, anno 1611 vicentinum, quandoque se subscribit *de Peregrinis*.

Cod. 48 chart., saec. XVII, a. 310, l. 210 [L. V, XXI]. K.

Eiusdem, *Consilia* seu *Responsa* et *Decisiones*. Insertum est, f. 20-37, consilium Victoris Durantii. Facta adducuntur a. 1596.

Codex folior. 213.

Cod. 49 chart., saecc. XVI-XVII, a. 317, l. 203 [L. V, XXII]. K.

Eiusdem, *Consilia* seu *Responsa* et *Decisiones*. Insertum est, f. 47-48, Casparis Fabiani, iuriscons. patav. et iuris pontificii in archigymn. professoris [a. 1560 ad 1582, quo obiit], *Consilium*.

Codex, folia habet 119, quorum quarto legitur manu auctoris: *Hieronymus Torniellius doctor clar., olim praeceptor meus — Tiberius Decianus qui similiter fuit praeceptor meus.*

Cod. 50 chart., saecc. XVI-XVII, a. 313, l. 218 [L. V, XXIII]. K.

Eiusdem, *Consilia* seu *Responsa* et *Decisiones*. In iis memorantur tanquam praesentes iurisconsulti Ioannes Cephalù ferrar.. in archigymn. patav. profess. [ob. a. 1581], Antonius Medullus, vicarius Casparis Rainerii potestatis Paduae [1573. 1593], Caspar

(1) « *Consiliorum* porro tomi duodecim, et *repetitionum iuris civilis* tomus unus, itemque alter *repetitionum iuris canonici* apud laudatum virum d. Gasparem Leonycum asservantur: ubi etiam liber *de feudis* Peregrini manu scriptus reperitur ». *Vita M. A. Peregrini*. Patav., 1636, p. 49.

Fabianus [1561], Iulius Vigoncia [1562], **Paulus de Desidentis** et Matthaeus de Vitalianis nobiles paduani [1569].

Quod in codice, foliorum 71, maxime **praestat est epistola** autographa Iosephi Santagnolo, Vicetiae die 29 martii, a. 1611 data, qua Peregrino munus a Vicetinis oblatum praenuntiat: « Son stato forse tardo a dar conto a v. s. illustr. di quanto è » piaciuto fare alla magn. nostra città sì del dichiararla cittadin » suo, col presentarlo di un catino con la brocha d'argento, come » anco del collegio de' Dottori per quanto si dice, è stato stabi- » lito al primo collegio di nominarlo per suo, la qual cosa per » non essersi effettuata è stata cagione che ho deferito a questa » hora, che non mi pareva conveniente il scrivere senza fonda- » mento come ho voluto anco chiarirmi del presente, il quale ho » veduto et havuto nelle mani, essendo giunto se non heri da Ve- » netia, di onze cento e due, nè resta a farsi altro se non l'arma » della magn. città. Di quanto seguirà in collegio ne darò subito » conto a v. s. illustr. Mi spiace che in quest' occasioni la non si » degni valersi di noi et della casa nostra, dovendo ella esser » certa che vive in noi ardentissimo desiderio di servirla al pari » di qualsivoglia altro. Ne habbiamo sentito contento et allegrez- » za infinita, se ben stimiamo pocho questo al suo molto merito, » e giudichiamo con molti altri che più riceve la città da lei di » quanto li è parso di darle con honorarla e presentarla; che per » fine mio fratello et io riverenti baciamo le mani a v. s. ill. et » eccell. ». Tomasinus dat epistolas deputatorum Vicetiae ac Peregrini gratias agentis (1), qui paulo antea *Consiliorum* sive *Responsorum* volumen quintum, *perillustr. decurionibus ill. civitatis Vicentiae* nuncupaverat, in cuius dedicationis littera, auctor se prima *vicentinum* appellat ac in Vicetinorum laudes effusus, sui historiam interserit.

Cod. 51 chart., saecc. XVI-XVII, a. 320, l. 213 [L. V, XXIV].

Eiusdem, *Consilia* seu *Responsa* et *Decisiones*. Insunt Consilia duo, unum Ioannis Cephalù, cum subscriptione autographa

(1) *Peregrini vita*, p. 41-42.

f. 74-92; alterum, f. 158-165, Ludovici de Tolentino patavini, aeque in eo archigymn. antecessoris [a. 1557].

Codex foliorum 205.

Cod. 52 chart., saecc. XVI-XVII, a. 320, l. 212 [L. V, XXV]. K.

1. *Allegationes circa admissionem capitulorum ill. dom. comitum de Gazoldo,* factae per ill. dom. Io. Iac. Beccariam ticinensem, ducalem senatorem in civitate Mantuae, inc.: « Videtur mihi ad» versae partis causidicus ill. et ecc. dom. mei oratoris... », f. 1-20.

2. *Allegationi del sig. Domenico della Torre* [iurisconsulti veronensis] *circa l' admissione delli capitoli reprobatori nella città di Gazoldo.* Incip.: « Perlectae mihi fuerunt per Franciscum » solemnes allegationes . . . . », f. 22-100.

3. M. Antonii Peregrini, *Consilia* seu *Responsa* et *Decisiones,* f. 102-220.

Cod. 53 chart., saec. XVII, a. 315, l. 210 [L. V, XXVI]. K.

M. Ant. Peregrini, *Consilia* seu *Responsa* et *Decisiones.*

Consilium in causa fratrum de Papafabis contra comitem Leonellum de Leone, f. 23-35, approbant, eique manu propria subscribunt iurisconsulti patavini, Ioannes Bapt. Pavanellus, iuriscons. patav., ac Transalgardus Caputlistae. Foliis 102-104, 108-110, 116-121, Consilium triplex occurrit Alexandri Fabiani iuriscons., folio vero 125-130 unum Casparis Fabiani iuriscons. patav. et in patav. archigymn. professoris.

Codex foliorum 131.

Cod. 54 chart., saec. XVII, a. 320, l. 208 [L. V, XXVIII]. K.

Eiusdem, *Consilia* seu *Responsa* et *Decisiones.*

Praemissa est fol. 1-3 eiusdem auctoris scriptiuncula: *De libertate reipubl. ven. a iugo et superioritate romanorum imperatorum, Italiaeque regum.* Opella addenda pluribus de re eadem, annis 1616-1650 editis.

Foliis 235-276 exstant typis saeculo decimoseptimo excussa

acta [ann. 1599-1613] *Pauli de Raude* et *Alexandri de Raude iurisconsulti, pro Alexandro patre, contra Carolum de Raude, in puncto dotis controversae inter eos.*

Cod. 55 chart., saecc. XVI-XVII, a. 318, l. 210 [L. V, XXVIII]. K.

Eiusdem, *Consilia* seu *Responsa* et *Decisiones*. Interposita sunt quae sequuntur :

1. Io. Baptistae Roselli, *Consilium de successione nobilis adolescentis Francisci de Ianua, sine testamento demortui,* cum subscriptione autographa. Accedit sententia Petri de Soncino, iuris civilis doctoris, f. 1-4.

2. Ioannis Mehedani, *Decisiones in Rota romana,* ab anno 1538 ad 1544, f. 5-48. Auctoris hispani Decisiones in Rota editae typis vulgatae sunt. V. Nicol. Antonii, *bibl. hispana nova.*

3. Iosephi Verona, iur. utr. doct., *allegationes iuris in causa matrimoniali* inter Nicolaum Moratto et Franciscinam q. Petri de Carlinis, cum subscriptione autographa, f. 49-63.

4. Benedicti Bariselli [de Montagnana], *Consilium et allegationes in causa prioratus Nogariae, dioeceseos veron.,* f. 71-80, 176-183.

5. Iacobi Simancae, episcopi pacensis, *quaestio de patre haeretico,* f, 82-94. Edita in fine *theoriae et praxis haereseos,* eiusdem auctoris, Venetiis, 1573.

6. Scriptum in concilio tridentino exhibitum, quo residentia episcoporum iure divino praecepta asseritur, et abusus quidam ex ecclesia tollendi explicantur. Inc. : « Cum nuper in conventu » patrum, de episcoporum officio deliberantes rationem iniremus » . . . . », f. 117-129. Desideratur in *Monumentorum ad historiam concilii tridentini* ec. *amplissima collectio,* auctore Iudoco le Plat.

Codex habet folia 192.

Cod. 56 chart., saecc. XVI-XVII, a. 320, l. 210 [L. V, XXX]. K.

M. Ant. Peregrini varia legalia, et quidem :

1. Discursus de materia leg. final. C. *de pactis,* cum allega-

tione reddita in causa illorum de Bertapaleis. Incip.: « Domina » Sapientia de anno 1548 die 22 mensis maji, suum condidit » testamentum . . . », f. 2-10.

2. Discursus cum declaratione circa materiam rubricae C. *Qui admitti*, f. 11-27.

3. Repetitio libri I Digest. de verbo *obligat*, §. *Qui praesens* — §. *Si quis ita*, f. 28-41.

4. Repetitiones variae iuris civilis, sine auctoris nomine, una excepta *de opere non nunciato*, adscripta Hieronymo Torniello ticinensi, Peregrini praeceptori, f. 105-125; ut proinde aliae aliis eius praeceptoribus tribuendae fortasse sint, cum praesertim ad annum 1555, duosque proximos, quibus Peregrinus nondum docere Patavii coeperat, se referant.

Codex habet folia 332.

Cod. 57 chart., saec. XV, a. 317, l. 212 [L. V, II]. Ve.

Consilia iurisconsultorum, Patavii data saeculis XIV ac XV; pleraque annis 1435-1465. Cum magna auctorum pars vel *in felici studio paduano* legerit, vel Patavii ius utrumque professa sit, ideoque archigymnasii et urbis historiam luce quadam affundat, ideo opportunum censeo singulorum nomina alphabetico ordine digesta repetere, iis asterisco notatis qui in eo archigymnasio legerunt.

Adalgerius de la Turre, iudex de collegio iudicum Tarvisii.
Albertus Papiensis.
* Alexander de Doctoribus, ferrariensis.
* —— — Naevo, vicetinus.
* Alvarotus de Alvarotis, fil. Iacobi, patavinus.
* Angelus q. Alexandri, q. Angeli de Ubaldis, perusini.
—— Aretinus, de Gambilionibus.
* —— de Castro, fil. Pauli [ann. 1447-1463].
—— magistri Francisci, perusinus [a. 1375].
* —— de Periglis, perusinus.
* —— — Ubaldis, perusinus [ann. 1373-1388].
Antonius de Rocha de Esculo.
—— — Rosellis, fil. Antonii

* Arzentinus [de Arisendis] Raynerius, foroliviensis.
* Baldus de Perusio.
Baptista de Sancto Blasio.
—— — Stulpis, patavinus.
* Bartholomaeus Caepolla, veronensis [ann. 1460-1466].
* —— Paradisius de Capitibusvaccae, patavinus.
* —— de Saliceto.
* —— — Saxoferrato, etiam Bartolus.
Benedictus de Doctoribus, patavinus.
—— — Plumbino.
* —— — Sala, patavinus [a. 1465].
Caspar de Calderinis.
* Christophorus de Albericis, papiensis.
—— — Castigliono.
—— — Malec.
* Cosimus Contarenus, venetus.
Daniel de Sala, patavinus.
Dinus de Mugello.
Fabricius notarius [a. 1459].
Florianus de Sanctopetro, bononiensis.
* Franciscus de Alvarotis, patavinus.
—— — Capitibuslistae, patavinus.
—— — Chizolis, vicarius Belluni [ann. 1462-1464].
* —— Contarenus, fil. Nicolai, venetus.
—— Mascharellus.
* —— de Porcelinis, patavinus.
* —— — Ramponibus, bononiensis.
—— Tigrini, pisanus [ann. 1333-1355].
Fridericus de Capitibuslistae, patavinus [1452-1464].
—— — Senis.
Gregorius de Spineda.
Gualterius de Zasiis.
* Guido de Suzzara, regiensis [ann. 1264-1266].
* Guillelmus de Collalto [a. 1437].
* Hendricus de Alano.
* Iacobus de Alvarotis, patavinus [a. 1447].
* —— — Belviso.

Iacobus de Isolanis.
* —— — Zocchis, ferrariensis [a. 1457].
* Iacopinus de Mussatis, patavinus [a. 1447].
* Ioannes de Imola.
—— — Lignano [ann. 1375-1384].
* —— — Portis, vicetinus [a. 1456].
* —— — Prato, veronensis.
—— — Sala.
* —— — Verzelensibus.
—— Antonius de Capitibuslistae, patavinus.
—— Augustin. Barzizius, pergam., vicar. Vicetiae.
* —— Baptista de Rosellis, q. Roselli [a. 1465].
* —— Franciscus de Capitibuslistae, patavinus.
* —— Iacobus Canis, patavinus.
* —— Ludovicus de Lambertaciis, patavinus [a. 1397].
—— Petrus de Prato, tarvisinus.
* Laurus de Palazzolis, patavinus [a. 1456].
* Leo de Lazara, patavinus.
Ludovicus a Tovaleis [a. 1444].
Matthaeus de Mataselanis.
Michael de Marostica.
* Modestus Polentonus, fil. Sicconis, patavinus [ann. 1453-1464].
* Nicolaus de Maris de Bassano.
* Paganinus de Sala, patavinus.
* Paulus de Aretio [ann. 1437-1443].
* —— — Castro [ann. 1434-1439].
* —— — Doctis, catrofrancanus [a. 1435].
—— — Ungarellis, patavinus [ann. 1462-1464].
Petrus q. Albrici, de Pisis.
* —— de Ancarano [a. 1397].
* —— — Barbobus, patavinus.
* —— — Zacchis, patavinus.
* Prosdocimus de Comitibus, patavinus.
Raiuerius de Forlivio [a. 1352].
* Raphael Fulgosius.
* —— Raymundus, vel de Raymundis, cumanus.
—— de Parleonibus, ariminensis.

* Riccardus de Saliceto [a. 1375].
Salvus de Merano.
* Signorinus vel Signorellus de Omodeis seu Homodeis, mil.
Simon de Besana, mediolanensis.
* Thaddaeus de Vicemercato de Mediolano.
* Ubertinus de Campagna.
* —— -- Lampugnano.
Zacharias Trivisanus, venet. Patavii praefectus [a. 1397].

Codex, foliorum 388, una manu post annum 1466 scriptus est.

Cod. 58 chart., saec. XV, a. 435, l. 287 [L. V, XVI]. fl.

Ioannis de Lignano, *opera varia*, et quidem:

1. *Tractatus de iuribus ecclesiae romanae in civitatem Bononiae ac patrimonium s. Petri*, f. 1-37.

Nullum titulum fert opus, cuius conspectum auctor ipse initio sic affert: « Invaluit ut in climate italico, maxime in temporali patrimonio sacrosanctae romanae ecclesiae subiecto, ut populi et terrae eidem ecclesiae subiecti ab eiusdem ditione et » imperio se subtraherent, in populari gubernaculo, conclamantes: *Vivat populus et libertas*, se reponentes. Ne silentio et taciturnitate illa conclamatio, quae ex sonitu verborum delectabilis » apparet, et iuri naturali consona, in futurum populos errores » ducat ad interitum, cum detestabilis sit et horrenda et omni iuri » dissona; idcirco super hoc concepi singularem explicare tractatum, in quo procedam hoc ordine. Nam primo discutiam qualiter illae terrae et populi, et praecipue civitas Bononiae, cui » paucis intrantibus, cuncto bono populo fletibus lacrymosis deplorante, hoc evenit, sint subiecti ecclesiae principatui. Secundo qualiter illa subtractio horrenda est et detestanda et omni » iuri dissona. Tertio qualiter illa conclamatio: *Vivat populus et libertas*, ut sic, contradictionem implicat, quoniam illud gubernaculum non libertatis sed servilis conditionis est, non spiritualis, sed temporalis et perpetuae morti damnati. Quarto qualiter in plaga italica nullum est populare gubernaculum acephalum. Quinto qualiter politico regimine est populare gube-

» naculum absolutum libertate decoratum. Sexto quale regimen » inter politica regimina est praeeligendum. Septimo unde hoc » tempore, an videlicet divinali iudicio an celesti siderum consi- » lio, an utrorumque suffragio, ecclesiasticum gubernaculum sit » patenter et momentanee concussum ».

Quae quarto, quinto et septimo loco designata sunt codex non habet: auctorisne an librarii culpa incompertum. Plura tamen insunt quae auctorem, historiae, philosophiae ac disciplinae etiam militaris peritum, ut ferebant tempora, ostendunt. Porro Ioanni de Lignano mediolanensi [ob. a. 1383] tractatum hunc adiudicandum esse, codice tacente, ex eo deprehendo, quod auctor opera tria alia a se conscripta affert; inscripta nimirum *De adventu Christi, Somnium, De bello,* quae a Ioanne de Lignano prodiisse ex allatis a cl. Elephantutio satis liquet (1). Est vero opus hucusque ineditum, Gregorio XI pontifice, conscriptum, quo tempore Bononienses eius dominatum exuere nitebantur, ac Ioannis quoque de Lignano opera sub eo mansere, quemadmodum Elephantutius tradit, qui ex uno hoc ipso codice, Morellio antecessore meo commonefaciente, cognovit.

2. *Tractatus de virtutibus moralibus generatim, ac peculiariter de sapientia et prudentia.* Incip.: « Circa circulos virtutum, » scilicet sapientiae, intellectus, scientiae, artis et prudentiae... », f. 37-62. Titulus nullus adest, opus tamen ipsum auctorem satis prodit.

3. —— *de prudentia* incip.: « Postquam visum est de vir- » tutibus moralibus quae existunt in appetitu tam sensitivo quam » voluntario . . . », f. 63-74.

4. —— *de continentia* incip.: « Nunc transeundum est ad » circulum continentiae . . . », f. 74-89.

5. —— *de amicitia, domini Ioannis de Lignano, iuris utriusque ac omnium scientiarum profundissimi explicatoris, et primo an amicitia sit virtus moralis.* Incip.: « Nunc transeun- » dum est, licet non ex ordine circulorum in arbore, ad circulum » amicitiae . . . », f. 89-105. Prodiit Bononiae per Hugonem de Rugeriis, a. 1492. Pars quaedam eiusdem tractatus, cuius ini-

(1) *Memorie degli scrittori bolognesi*, V, p. 39 e seg.

tium : « Circa circulum amicitiae discutiendum . . . », edita est inter *Tractatus iuris*. Venet., 1584, XII, 227.

6. *Tractatus oeconomicae, utilis, pulcherrimus et delectabilis*. Incip. : « Nunc transeundum ad circulum oeconomicae . . . », f. 105-117.

7. —— *politicorum* incip. : « Nunc transeundum ex ordine » ad circulum politicorum . . . », f. 117-130.

Est commentarium in duos primos libros ac initium tertii politicorum Aristotelis. Neque de superiore neque de hoc inter Ioannis de Lignano opera mentio fieri solet : utrumque tamen ad opus maius eiusdem auctoris *de virtutibus* spectat, quemadmodum fere omnes tractatus in codice hoc exarati.

8. —— *nuncupatus* : VIGILIA MAIESTATIS DIVINAE, *compositus per magnum scientiarum omnium monarcham, et iuris utriusque praecipuum ac profundissimum doctorem, dominum Io. de Lignano, utriusque iuris*. Incip. : « Primo tractabitur de Deo » patre, ostendendo quid senserunt . . . », f. 131-138. Opus, ab Elephantutio relatum sub titulo tractatus tertii, nonnisi ex parte in codice exstat.

Cod. 59 chart., saec. XV, a. 212, l. 146 [L. XIV, CXIX]. Mr.

I. Onosandri, ad Q. Veranum, *de optimo imperatore eiusque officiis, per Nicolaum Sagundinum e greco in latinum traducti*. Incip. : « Equitandi aut venandi, piscandi denique vel agros co- » lendi . . . », f. 1-49.

Auctor, philosophus platonicus antiquus, in capitula quadraginta duo, prooemio praeeunte, distribuit universum opus, et *Strategicus, De strategicis, Tactica* appellatum, quod pluries [quater cum Sagundini versione] editum est.

II. Quaedam, sine nomine, de re historica militari antiqua, f. 49-50.

III. D. Hieronymi sententiae in Biblia, f. 51-53.

IV. Anonymi christiani, *de cognitione sui*. Inc. : « Quoniam » dictum est mihi ut me ipsum cognoscam . . . », f. 59-77.

V. *Epigrammata* [inscriptiones] *inventa apud Polam*, f. 78-79.

Cod. 60 membr., saec. XIV, a. 250, l. 183 [L. VI, XII]. Ma.

Liber de regimine regum et principum, compositus per fratrem Egidium de urbe. Littera dedicationis Phylippo progenito et haeredi preclariss. viri domini Phylippi, Dei gratia, illustriss. regis Francorum, incip.: « Clamat politicorum sententia omnes » principatus non esse aequaliter diuturnos . . . . », opus vero: « Oportet ut latitudo sermonis in unaquaque re sit secundum » exigentiam . . . ».

Auctor, Ægidius Columna, romanus, ordinis fratrum eremitarum s. Augustini, archiepiscopus bituricensis, exaravit, ante annum 1285, rogante Philippo Pulchro, opus trifariam divisum. Liber primus *de regimine sui,* habet partes quatuor *de summo bono, principum virtutibus, passionibus, moribus;* alter *de regimine domus,* partes tres *de uxore, filiis, domo et servis;* extremus partes aeque tres *de dictis philosophorum,* ac *regimine civitatis, tempore pacis et belli.* Operis pluries editi, gallice quoque et italice, partem tertiam libri tertii tantum publici fecit iuris Hahnius in *Collect. monumentorum,* Brunsvigae, 1724, I, p. 1-69, nomine: *Libellus de re militari veterum ad mores praesertim medii aevi.*

Codicem, fol. 150, primo inscriptum: *Iste liber est mei presbyteri Nicolay de Podio,* dono dedit coenobio s. Ioannis de Viridario Paduae, B. de Lignamine episc. concord. a. 1450.

Cod. 61 chart., saec. XV, a. 305, l. 218 [L. VI, XIII]. E.

I. Fratris G., ordinis Praedicatorum, *liber de virtutibus quae ad vitam vere militie requiruntur.* Incip.: « Nobilis et honorabi- » lis milicie gradus per principes christianae fidei professores... », fol. 7-27.

Auctor, verosimilius Guido Virmanus de Avinio (1), opus, sub fine mutilum, distinctionibus sexdecim dialectica methodo excussis, dicat *nobilibus et magnificis viris dominis de Malatesta:* agitur autem de beatitudine, virtutibus in genere, fortitudine,

1 Echard *Scriptores ordinis Praedicatorum,* I. p. 726.

temperantia, liberalitate, magnificentia, affabilitate, veritate, verecundia, iustitia et aequitate, prudentia, continentia, amicitia, benevolentia, concordia, delectatione, ac vitiis contrariis.

II. *Abbreviatio libri fratris Egidii de regimine principum*, f. 28-56.

Iacobinus qui opus utrumque scripsit *Clugiae, mense martii, a.* 1403, haec habet in fine: « Explicit liber de regimine princi- » pum fratris Egidii in nullo decterioratus, sed exemplari lucidior » et brevior. Sunt hic capitula et omnes rationes, paleis abiectis » non paucis ». Idem dat causam foliorum non exscriptorum: « Cartas sequentes nudas addidi, ut addam rethoricam suprascri- » pti fratris Guidonis ex ea que Aristotelis sumpta sententia- » liter . . . . ».

Praeeunt quaestiones variae philosophicae, sine ordine.

Cod. 62 membr., saec. XIV., a. 365, l. 270 [L. XIV, CCIV]. Yc.

Dantis Aligherii, *de monarchia libri tres*. Incip.: « In nomi- » ne Domini nostri dulcissimi Iesu Christi, qui est lux, doctrina » et vita nostra, amen. Verum a quocumque dicatur a Spiritu » sancto est. Incipit liber monarchie Dantis alicherii florentini. » Incipit prologus. Omnium hominum . . . » ; desinit: « Explicit » monarchia Dantis Alicherii de Florentia . . . ».

Codex, foliorum 12, linearum 57-62 pro unaquaque columna, una manu exscriptus, habet integrum textum, castigatiori certe lectione ac in exemplis huc usque prolatis, si editionem excipias Petri Fraticelli, quam optimam appellare ausim. Tituli librorum, litterae initiales, finis indicatio rubro et caeruleo colore adpinguntur.

Cur autem volumen in consilii decemvirum scrimniis usque ad annum 1787, quo nostrae bibliothecae accessit, delituerit. causa est in promptu. Vetuit enim respublica opus, rei politicae gratia, in vulgus efferri, quod advertit Apostolus Zeno, ubi frater Petro Catharino, Vindobona, 4 decembris, 1723, de editione vulpina operum Dantis scribit: « Per renderne l' edizione più compiuta converrebbe ottener licenza, ma lo stimo difficile, di ri- » stampare il raro libro *de monarchia* di esso Dante, di cui mi

» son note quattro edizioni, tutte di quà dai monti fatte nel passato secolo . . . » (1). Eo factum ut Ioannes Baptista Pasquali idem opus Venetiis a. 1740, ementito nomine Coloniae Allobrogum, publici iuris faceret.

Quo vero pretio codex semper habitus sit, ex eo infero quod, inter pretiosora facilis victoriae spolia, Lutetiam Parisiorum delatus sit, inde redux verbis impressis : *Bibliothèque nationale.*

Cod. 63 chart., saec. XV, a. 305, l. 216 [L. X, LXX]. Mk.

I. Lucii Fenestellae, *de Romanorum magistratibus.* Incip.: « Omnium deorum quos vetus Romanorum religio excoluit . . . », f. 1-20.

Quod opus auctor Andreas Floccus, secretarius apostolicus et canonicus florentinus, ante annum 1443, cardinali Branda Castillionaeo nuncupaverat, agit de magistratibus religiosis et civilibus : propterea libris duobus in editionibus plurimis digestum. Primo sunt luperci, potitii vel pinarii, fratres arvales, augures, flamines dyales, vestales, salii, pontifices, fetiales, pater patratus, rex sacrorum, galli, decemviri sacrorum, septemviri epulonum. Altero senatores, tribuni equitum celerum, quaestores, rex, duumviri, praefectus urbis, consules, dictator, magistri equitum, tribuni plebis, proconsules, aediles, decemviri, praefectus annonae, tribuni militum, censores, triumviri deducendae coloniae, praetor urbanus, quinqueviri mensarii, duumviri navales, triumviri nocturni, triumviri reipublicae constituendae, praefecti praetorii, decemviri iuris dicundi, quatuorviri viarum, triumviri monetales, praefectus vigilum, procurator Caesaris.

Quomodo opella, quam ante annum 1561 auctori suo restituit Ægidius Vitsius, ementito Fenestellae veteris historici nomine prodierit, pluribus discutit Apost. Zeno in *Dissertaz. Vossiane,* I, p. 166-169.

II. *Liber scintillarum et genealogiae falsorum deorum.*

a. Liber scintillarum qui inc.: « Fuit vir in Ægypto ditissi» mus, nomine Syrophanes : hic habuit filium unigenitum . . . »

1) Zeno. *Lettere.* Ven., 1785, III, p. 412.

continet tractatus septemdecim de Saturno ac eius uxore et fi
Iunone, Neptuno, Platone, Proserpina, Apolline, Mercurio, Pa
de, Venere, Marte, Bacho, Hercule, auguriis et veneficiis, quae
cipiunt tractatus tres speciales : duodecim signa secundum
dorum, sibillarum descriptio, nomina stellarum. Tractatus li
men *scintillarum* sortiuntur, f. 21-73.

b. *Genealogia falsorum deorum* inc. : « Demogorgon,
» mus deorum genitor genuit Orionem . . . », f. 73-78.

Auctor quisque fuerit qui, in id potissimum incumbens
aliquas ignorantiae nebulas flagello auctoritatis aliquatenus
veat, plura a Remigio, monacho coenobii s. Germani antissiodo
rensis [a. 882], quem citat frequenter, mutuatus est,
Martianum Cappellam, Donatum et Priscianum ineditis comme
tariis, puto, excussis. Sub fine : *Explicit liber scintillarum et ge*
nealogiae falsorum deorum, 1466, *die* 9 *ianuarii.* Manu alia
sequitur : *Simeonis Gaumo, quod opus nemini volo et*
tradendum, ut iusiurandum mihi traditum servare valeam.

Quod singulare est id aestimo, opus *de Romanorum*
stratibus in editione saeculi decimiquinti, sine ulla nota,
libello Albrici philosophi, *de imaginibus deorum,* inter
mythographos latinos legendo.

Primo codicis folio legitur : *Liber d. Grimani, cardinalis*
s. Marci.

Cod. 64 membr., saec. XV, a. 243, l. 160 [L. VI, CVII]. F.

Leonis Baptistae Alberti, *momus, sive de principe,* libri qua
tuor. Prooemium incip. : Principem opificemque rerum optimum
» et maximum Deum, cum pleraque omnia admiratione dignis
» sima . . . », liber vero primus : « Mirabar si quando apud
» humiles mortales in vita degenda pugnantem aliquam . . . ».

Auctor sub Iovis persona principem pessimis consiliariis
et assentatorum artibus circumventum, inter vitia et virtutes
tantem sistit ; ideo opus, anno 1451 Romae exaratum, *Mo*
appellavit quod huic prae aliis colloquenti stilum attribuat
daciorem. Iacobus Mazochius, qui primus edidit Romae, a. 15
rite de eo : « Est profecto hoc opus cum plenum praeceptorum

» ad bene beateque vivendum, tum omnem humanae vitae ratio-
» nem quasi in claro speculo videtur repraesentare. Accedit quod
» omnia tot salibus, tot dicteriis sunt aspersa, ut nihil urbanius
» hac aetate fuisse compositum contenderim. Videtur voluisse
» noster hic scriptor priscum illum philosophandi ritum revoca-
» re, ut per fabulas et iocos veritas, quae per se interdum insua-
» vis et amara est, in animas hominum facilius illaberetur ».

Codicis, folior. 126, quidam, quo iure nescio, initio scripsit: « Sotto il nome di Momo s' asconde Bartolameo Fazio, che fiorì » nel secolo XV, e morì circa l' anno 1457 ».

Cod. 65 chart., saec. XVII, a. 290, l. 203 [L. V, XLIX].

Claudii Maineti, *de examine principis* libri duo. Inc.: « Di-
» cturus de principe ponendum esse censeo primo gradu quod
» ethimologice princeps . . . ».

Auctor saepius Marcum Antonium Peregrinum, saeculo decimoseptimo inchoato demortuum provocat, et veneti principatus privilegia commendat, ut, exempli gratia, sub fine primae partis, fol. 64: « Unde merito vivunt Veneti lege sua, non legibus im-
» perialibus . . . . . . Et cum hac reipublicae venetae exemptione
» finem huic meae primae operis parti imponam . . . . . ». Unde liquet Mainetum agmini eorum, qui summum sui arbitrium reipublicae venetae hoc eodem saeculo asseruerunt, nomen dedisse.

Codex quem ex lituris et additionibus autographum censeo, habet folia 266.

Cod. 66 chart., saec. XV, a. 214, l. 150 [L. V, LXXXII]. N.

Alexandri Magii, bassanensis, ordinis iurisconsultorum collegii patavini, *ad Christophorum Ferrum Campi Sanctipetri praetorem, de obeundo magistratu commentariolum* incipit: « Etsi ti-
» bi plurimum, cum adessem, coram gratulatus fui.... », f. 4-23.

Auctor opellam nuncupat *splendidissimo equestris ordinis viro ac iurisconsulto philosophoque clarissimo Bernardo Bembo Ravennae praesidi*, f. 1-3.

Ex codice hoc autographo, hucusque unico, edidit Andreas

Tattara, una cum versione itala Leonardi Stecchini (1); compendium vero itale Petrus Suman (2). Missis ceteris qui de auctore disseruerunt, locum ex Scardeonio (3) repeto: « Doctus et elegans » Alexander Magius . . . . : iureconsultus egregius et insigni fa- » cundia praeditus, qui multas et elegantes in omni causarum » genere orationes habuit. Scripsit opus elegantissimum de prae- » toris officio, quod perlegi studiosissime et avidissime lectum » summopere probavi, censuique editione dignissimum, licet is » eidem extremam fortasse manum haudquaquam addiderit, ut » ipsemet id opus imperfectum, minusque excultum, se reliquis- » se testatus est. Atqui sane copiosum, ornatum, grave et eru- » ditum, utpote ab eo compositum qui in multis civitatibus sae- » pissime praetoris assessor fuerat, et de eadem re longa expe- » rientia vehementer edoctus . . . . . . Obiit Ravennae [non ultra » annum 1485] assessor Bernardi Bembi patricii veneti ».

Cod. 67 chart., saec. XVI, a. 210, l. 143 [L. X, XXXII]. F.

Casparis Contareni, cardinalis, *de magistratibus et republica Venetorum*. Incip.: « Saepenumero animadverti complures adve- » nas prudentes homines . . . ».

Quaedam sub fine adduntur statuta de veneti ducis electione, quae incip.: « Defuncto principe ac iustis de more peractis, co- » mitia agunto... ». Folio 1 legitur: *Gasparis Bembi et amicorum*.

Codex, folior. 110, cum editionibus pluries datis concordat.

Cod. 68 membr., saec. XVI, a. 360, l. 240 [L. XIV, LXXIV]. Yc.

Tractatus de venetae urbis libertate et eiusdem imperii dignitate et privilegiis, et an de iure dominium Venetorum habeat superiorem in temporalibus, compositus per me Thomam Diplovatatium Melinghi patritium constantinopolitanum. Prooemium inc.:

(1) *Del modo di condursi nelle magistrature*. Operetta di Alessandro Magio bassanese, ora per la prima volta pubblicata e recata in italiano col testo latino a fronte. Bassano, 1807, p. XVI, 124, 4.°

(2) *Memorie intorno la vita di Alessandro Magio*. Bassano, 1836, p. 12-17

(3) *De antiquitate urbis Patavii*. Basileae, 1560, p. 241-242

« Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato . . . », tractatus vero fol. 6 : « Scripturas igitur de venetae urbis libertate et » eiusdem imperii dignitate . . . ».

Cum sibi auctor demonstrandum proponat *illustrissimum dominium Venet. cognoscere imperatorem in superiorem, seu saltem de facto cognovisse tempore Iustiniani imperatoris et Pipini regis Francorum, non item imperium romanum,* in id *ponit quindecim fundamenta et auctoritates doctorum,* quibusdam praepositis *de primordiis Venetiarum.* Potissima operis parte Venetorum privilegia, numero biscentum viginti novem celebrantur, qua occasione diplomata plura tum pontificum, tum imperatorum alluta sunt. Foliis 293-210 addita est tractatio *de civitatibus et locis illustrissimo dominio subiectis,* appendix operi: *de civitate Venetiarum deque locis ei* aliquando *subiectis,* quae codice huius classis 71 leguntur.

Opus *de republica veneta* solo fere titulo hactenus innotuit; pauca siquidem fide digna de eo unus Marcus Fuscarenus protulit, exemplo a se Romae inspecto usus (1). Totus vero Diplovatatius in hoc opere est, ut omnia summae potestatis iura reipublicae venetae singillatim asserat. At argumento, quod cum veritate omnino stat, et egregie tractari poterat, se imparem ipse re ostendit, qui nimirum inopportuna, infirma et commentitia multa affert, ac iis perperam nititur. Diplomata, quae ipse privilegia vocat, bene multa ad Venetos quocumque modo spectantia, sibi e reipublicae tabulariis magna ex parte communicata, repraesentat quidem, sed tertio quoque verbo corrupta: neque iis ad rem utitur. Nihilo tamen minus ob haec ad litteram inserta, opus magni facere par est. Caveat attamen qui legit, ne lectionem pro genuina indiscriminatim accipiat.

Auctor Corcyrae natus anno circiter 1468, civis pisaurensis, iuris peritia praestans, reipublicae venetae carus, dicat opus *sereniss. Venetiar. principi d. Andreae Griti excellentissimoque consilio decem,* quam oblationem, senatus venetus large rependit (2),

(1) *Della letteratura veneziana.* Venezia, 1854, libro III.

(2) « Cognosciuto . . . . . . che la opera [Thomae Diplovatatii] sia della » qualità chel dice, li sia concesso per uno suo fiolo in vita sua uno officio » primo vacante in questa nostra città de valuta de ducati centocinquanta

eodem Diplovatatio testante (1). Serius, anno videlicet 1581, eum censum decemvirum consilium, auctoris filio demortuo, Valerio nepoti tribuit.

Codex, foliorum 321, in titulo egregia arte pictus, refert ornamenta floribus et frondibus intexta, ac duos tritones stemma gentis Grittiae regentes.

Cod. 69 chart., saec. XVI, a. 430, l. 290 [L. XIV, LXXVII].

Thomae Diplovatatii idem opus autographum, cum lituris et additamentis, quae proprio ubique loco in exemplo anteriori occurrunt, non tamen omnia, cum plura expuncta ibi sint: plura insunt e converso quibus illud caret.

Foliis 136-144 alia manu exscripta leguntur brevia pontificum Benedicti VIII et Ioannis XIX [ann. 1012-1033] ut et Othonis II imperat. [a. 974] quae in codice anteriori occurrunt. Deest appendix *de civitatibus et locis illustrissimo dominio subiectis*.

Codex, folior. 164, vetustate et situ exesus, habet indicem fol. 152-160. Eundem credo quem Ioannes Matthaeus Pigna in

» vel circa al anno per sustentatione sua et de dicta famiglia ». Ex tabul. veneto. Registro 45 Misti. Consiglio di dieci, 1522, 27 sept., c. 90. — « Attente le cose ora lette et narrate a questo consejo [decemvirum], sia concesso a d. Thomaso Deplovatacio doctor constantinopolitano sopra le cancellerie dei rezimenti de Montagnana, de Este et de Seravalle dapoi che saranno libere et expedite, ducato uno et mezo al mese per cadauna de esse cancellerie, sicchè siano ducati cinquanta quattro all'anno da esser pagati a dicto d. Thomaso per i cancellieri che anderano in quelle cancellerie, ultra la taxa pecuniaria de cadauna de quelle che se paga ai Governadori nostri de le intrade, le qual sia pagate integramente senza diminutione ec. Ibi. Registro 46, 1523, 15 apr., c. 15. — « Che attente le cause hora adducte, sia per autorità de questo conseio de presenti dati in dono ducati cinquanta a d. Thomaso ec., azochè in questo mezo la opera per lui facta se possi ben veder et intender, et lui senti alcun fructo delle fatiche sue . . . . Ibi, 1523, 16 apr., c. 19.

(1) « Scripsi plene in meo tractatu de venetae urbis libertate . . . . quem dono dedi ser. princ. d. Andreae Griti et excell. consilio X, a quibus Alexander filius meus dono habuit officium notariatus supra consulum in vita sua ». Bartoli, *Tyberiadis*. Bononiae, ap. Io. Roscium, 1576 p. 53

vita Diplovatatii ms. asserit consilio decemvirum a Valerio auctoris nepote ante annum 1581 oblatum.

Cod. 70 chart., saec. XVI, a. 312, l. 215 [L. XIV, LXXVI]. E.

Tabula sive summarium contentorum in libro: de venetae urbis libertate et eiusdem imperii dignitate et privilegiis, edito per Thomam Diplovatatium, i. u. d., patritium constantinopolitanum Melich.

Index idem est ac in codicibus superioribus; passim interseruntur fragmenta, quae ad rem faciunt, ac diplomata ex Andrea Dandulo; foliis vero 26-38, *Historia Alexandri III extracta ab Andrea Dandulo ad maiorem dilucidationem sequentis indicis.* Folia 39-114 vacua sunt.

Cod. 71 chart., saec. XVI, a. 405, l. 263 [L. XIV, LXXV].

Thomae Diplovatatii, *tractatus de urbe Venetiarum, et de civitatibus, insulis et locis illustrissimo dominio* aliquandiu *subiectis.* Incip.: « De potentissima Venetiarum urbe . . . ».

Auctor haec vel similia identidem habet, *ut in libro de venetae urbis et eiusdem imperii libertate privigilegiisque scripsimus;* ex quibus opus quoque hoc, hactenus ignotum, a Diplovatatio prodiissse constat; est quippe sine ulla inscriptione, anno 1524 compositum et in hoc ipso codice, auctoris manu emendatum. Primo insularum venetarum situm et antiquitates; deinde quae iura Venetorum fuerint in civitates et oppida, ab iis quovis tempore possessa, Diplovatatius explicat, Danduli aliorumque chronicis ac monumentis, e tabulariis reipublicae sumptis innixus. Animadvertendum censeo auctorem minime *de urbe Venetiarum . . . . . . et de insulis* casu dixisse, dum in additionibus *Tyberiadi* Bartoli (1) haec habet: « An autem civitas Venetiarum dicatur » insula, dic quod non, quia non habet sphaeram terrae, sed est » fundata iu alueo maris, et nullus alueus appellatur insula ».

Civitates et insulas refero quo ordine descriptae sunt: *Vene-*

(1) Ibi, p. 53

tiae, Torcellus, Mayorbium, Amorianum [Muranum], *Constantiacum, Amianum, Castellum, Mathemaucum, Clugia, Lauretum, Capulageris, Gradus, Heraclea, Dalmatia, Pola, Iadera, Iustinopolis, Auserum, Arbes, Veglia, Spalatum, Tragurium, Tergestum, Sybinicum, Rubinum* [it. *Rovigno*], *Cruciola* [it. *Curzola*], *Nona, Pagum, Cafisole* [in insula *Veglia*], *Scardona, Brachiani* [it. *Brazza*] et *Pali, Belgradum, Catharus, Dulcignum, Constantinopolis, Sclavonia et comitatus Possega, Creta, Corcyra, Rhodus, Modonum, Coronum, Argos* et *Neapolis, Nigroponte, Chyum, Malvasia, Cephalenia, Cyprus, Ierusalem, Tyrus,* f. 1-80. Quae de Constantinopoli et Creta, f. 36-58, fusius pertractata sunt, auctor fulcit documentis, pleraque a Tafelio et Thomas, in *Urkunden zur älteren Handels-und Staatsgeschichte der Republik Venedig.* Wien, 1856-1857, III, 8.° edita.

Accendit appendix *de civitatibus et Italiae locis illustr. dominio subditis,* f. 80-92, quae legenda quoque fol. 80-91 codicis superioris 68, agit de *Vicetia, Padua, Verona, Tarvisio, Brixia, Bergamo, Ravenna, Cervia, Cypro.*

Fol. 97-102 fragmenta Decretalium Innocentii pp. III occurrunt.

Codici, fol. 106, praeit foliis octodecim, manu aliena, *tabula contentorum in libro de venetae urbis libertate* eiusdem Diplovatatii, codicibus antecedentibus congrua.

Cod. 72 chart., saec. XVII, a. 273, l. 193 [L. V, XLVIII]. Yc.

De libertate, maiestate, iuribus ac praerogativis venetae reipublicae, libri quinque, auctore Gaspare Leoniceno, philosophiae et sacrae theologiae doctore, canonico athestino. Liber primus incip.: « Stulta mortalium curiositas, populorum quidem singu- » lorum . . . . », desinit vero epigrammate Sanazzarii: *Viderat adriacis* ec.

Auctor, qui additamenta et emendationes sua manu adiecit, unus est ex pluribus [Graswinckelio, Matteaccio, Pacio, Pellegrini, Floravanto, Sarpio, Henrico della Turre, Roiter, Portenari, Ulmo, Leoni, Crasso, Doglioni] qui reipublicae venetae, ab eius historiae narratione, libertatem insumpserunt vindicandam, con-

tra opus sat famosum: *Squittinio della libertà veneta, nel quale si adducono anche le ragioni dell' impero romano sopra la città et signoria di Venetia.* Stampato in Mirandola, appresso Giovanni Benincasa, 1612, 4.°

Codex habet folia 378.

Cod. 73 chart., saec. XVII, a. 280, l. 210 [L. V, LVII]. O.

Marci Antonii Peregrini, *tractatus compendiosus de iuribus seren. reipubl. ven. in gulpho maris adriatici, in littoribus maris, in portibus maris, in piscationibus maris, in fluminibus publicis, in alveis, in alluvionibus, et de inundationibus aquarum; in quo etiam discutitur de asserta capitulatione Iulii II,* 1510. Incip.: « Cum in Mazorno, iussu ill. dd. sapientum diverterem, apud » Aloysium . . . ».

Iurisdictionem in mare adriaticum Peregrinus reipublicae venetae iisdem argumentis asserit, quae a iurisconsultis ac historicis petita, in pluribus ea de re editis libris patent: qua stabilita, Venetorum iura quae sint in ceteris ad mare pertinentibus expendit. De pacto a republica cum Iulio papa II an. 1510 hac de re inito, non satis constare affirmat: quod si quidem ictum fuisset, non eo teneri Venetos probat. Libellum hunc nunquam editum, a Tomasino, omnium qui uberrime de Peregrino disseruit, in globo, uti dicunt, commemoratum (1) clarissimus auctor scripsit, hortante Aloysio Mocenigo, viro patritio, cui a consiliis est datus, quum idem an. 1597 ad Alphonsum Atestium Ferrariae ducem missus est, pro dissidiis, quae cum eo Veneti habebant, componendis (2).

Codex habet folia 30.

(1) « Illud minime silendum in archiviis supremi consilii ser. reip. ven » custodiri volumen ingens calamo scriptum, quod *Princeps* inscribitur, ea » continens quae ipse pro iurisdictione ser. reip. diversis temporibus protu» lisset, et longo studio et opere observasset » Tomasinus. *Vita M. A. Peregrini*, p. 49.

(2) Ibi. p. 10

Cod. 74 chart.., saec. XVIII, a. 225, l. 185 [L. X, CCXXV]. M.

Ioannis Calderiae, physici, *de praestantia venetae politiae,* libri quinque. Incip.: « Post monasticam atque domesticam in» quisitionem quas superioribus libris clare definivimus, Antoni » Vinavera, dilectissime fili . . . ».

Titulo eodem exstat inter alia eius opera, in codice olim Petri Georgii, modo *Landiano* bibliothecae Bodleianae, num. 177 (1), manu auctoris, qui sub fine scribit: *Perfeci XIII calend. novembris MCCCCLXXIII.* Autographum Venetiis Oxonium iampridem migrasse constat, quod Hamphredus Hodius regius Oxonii professor (2) quaedam excerpserit. Ex Hodio laudant Fuscarenus (3) ac Degli Agostini (4) in auctoris vita, titulo ampliori: *De praestantia venetae politiae et artibus in eadem excultis, tam mechanicis quam liberalibus; et de virtutibus quae maxime reipublicae venetae debentur:* libentius nuncio quod operis quasi anatomen offerat.

Auctor medicus sui temporis celeberrimus, in archigymn. patavino antecessor, plura habet edita et inedita, quorum pars in codice nostro [L. XI, CII].

Ex unico exemplari oxoniensi inedito codicem nostrum fol. 131, ante finem saeculi proxime exacti Oxonii exscriptum puto, ex chartae et scripturae indole.

Cod. 75 membr., saec. XV, a. 195, l. 133 [L. X, LXXVI]. F.

I. Pauli Mauroceni, *defensio Venetorum, ad Europae principes, contra obtrectatores.* Dedicatio cardinali Marco Barbo utpote qui, Romae cum esset, partibus Venetorum apud viros principes favere poterat, incip.: « Cum improperantes plurimos, et in Ve» netos, alienis a veritate incusationibus, immerito invehentes... ».

(1) *Catalogi codic. mss. bibl. Bodleianae.* Oxonii, 1858, part sec. fasc. I. col. 510.

(2) *De graecis illustribus.* Londini, 1742.

(3) *Della letteratura veneziana*, lib. III.

(4) *Scrittori veneziani*, II, p. 118.

textus vero: « Succensurum mihi neminem iure censeo, beatiss. » pater, clementiss. caesar . . . . », f. 1-24.

Quae ad id potissimum in medium afferuntur sunt ordinis patritii primaeva nobilitas; gesta Italiae universae ac ecclesiae utilia; prudentia ac modi adhibiti in reipublicae regimine; religio qua in Turcas vel romanorum pontificum negotiis tuendis sumpta sunt arma; commercii vis et industria.

Non infrequentes scribendi errores manus saeculi decimiseptimi in marginibus emendavit, ut et quaedam rebus illustrandis addidit, tum in hoc tum in proxime insequenti opusculo. Manus diversa, amanuensi coaeva, haec adiecit fol. 8 iis quae de Venetis 1122 ac sequentibus prolata sunt: « Huius rei exstat » adhuc insigne documentum (1) datum apud Achum M.C.XXV, » indictione tertia, VI non. maji, subscriptum manu propria Var- » mundi Ierusalem patriarchae, et manu propria Ebramundi cae- » sareensis archiepiscopi et Bernardi Nazareni archiepiscopi, et » manu propria trium episcoporum, et aliorum decem et septem » principum Terrae sanctae. Quod idem scriptum reliquerunt in » commentariis historiae christianae protonotarius Porcius et ar- » chidiaconus ravennas ». Opella legenda quoque in codice L. X, CXLV, f. 49-78.

II. Eiusdem, *de rebus ac forma reipublicae venetae Gregorio Heymburg, Germanorum doctori praeclarissimo.* Inc.: « Saepenu- » mero equidem poscere visus es, humanissime pater . . . . . », f. 25-46.

Gregorio de Heymburg, syndico norimbergensi deprecante, opellam exaravit Maurocenus, qui originem et praestantiora rei publicae facta, regiminis formam, consilia varia ac magistratus exponit. Quae de re maritima et commerciali egregie fol. 45-46 scribit, Iacobus Morellius vulgavit pag. 17-20 operis *Biblioteca manoscritta Farsetti,* Venezia, 1780, part. II. Idem opusculum, aeque ac primum ineditum, habet quoque codex L. X, CXLV, fol. 31-48.

(1) Ad annum 1123 relatum leges libro 12, cap. 25 *Historiae ierosolimitanae.* Willelmi Tyri.

De auctore, cognomento *il savio,* plura scire desiderantem ad Fuscarenum (1) et Ioannem degli Agostini (2) remitto.

Cod. 76 chart., saec. XVI, a. 311, l. 230 [L. X, CXLII]. Z.

Dominici Mauroceni, *de bene instituta republica.* Inc.: « In » bene instituta republica deligendi sunt senatores ad decus qui- » dem et spem senatus, sed etiam ad reipublicae utilitatem . . . ». Textus, nulla capitulorum partitione, finit: « Quoniam quan- » tum adepti fuerint gratiae ex populari sententia, tantum vitu- » perationis consequi formidabunt ex perniciosa et falsa per- » suasione ».

Codicem proprium vix attingit Apostolus Zeno in *Disserta- zioni Vassiane,* II, p. 159; penitius vero Fuscarenus qui de eo scribit: « Ampio trattato steso in latino dal procurator Do- » menico Morosini: chè sebbene egli vi parli in generale degli » stati liberi e degli antichi legislatori, sostiene però i proprj as- sunti con prove tratte dagli ordini, o dalle consuetudini di que- » sta città. Anzi . . . . suggerisce l' introduzione di » certe pratiche atte, secondo lui, ad invigorire le antiche » (3).

Codicis folio extremo 108 haec lego: « Ego Laurentius Mau- » roceno quondam clarissimi domini Dominici procuratoris di- » gnissimi s. Marci, hoc opus mea propria manu scripsi atque ro- » boravi: qui extraxi ab illa opera istud exemplum, quod magni- » ficus pater meus in ultimo suae aetatis anno composuit et manu » sua scripsit: et incaepit post annos suae aetatis octuaginta. » et post annos nonaginta duos diem suum obiit. M.CCCC.VIII. » die 22 martii; et si aliquis error apparuerit, mea, non illius » causa fuit: 1512, adi 4 luio perfeci ».

Cod. 77 membr., saec. XVI, a. 260, l. 158 [L. VI, VI]. N.

P. Francisci Nigri, *ad serenissimum principem Leonardum*

(1) *Letteratura veneziana,* Venezia, 1854, p. 225. 310. 315. 363. 364
(2) *Degli scrittori veneziani,* II, p. 179-188.
(3) *Letteratura veneziana,* lib. III.

Lauretanum, venetae aristocratiae ducem illustr., eiusque sanctissimum senatum, peri archon. Dedicatio inc.: « Atticum est institutum, Leonarde . . . . . . non solum a maioribus nostris mira » quadam observantia constitutum », f. 1-8; exordium vero: « Excrescente in dies mortalium numero, sive illi a primaeva » rerum origine . . . », f. 8-12.

Auctor, opus *peri archon*, seu proprie *de aristocratia veneta* in duos libros partitur, quorum primo agit, capitulis duodecim, *de principibus aristocratiae bellicae*, fol. 12-85; altero *de eorundem aristocratia pacis tempore moderanda*, capitulis decem, f. 85-155. Perorationem, f. 155-157, qua de causis se ad scribendum impellentibus, deque persona propria Niger disserit, excipit f. 158-159 eius in laudem Lauretani elegia, quae incipit:

« Salve fauste ducum princeps, splendorque senatus,
» Et patriae columen, vita salusque tuae ».

Tractationem, historiae graecae et romanae, venetae praecipue, exemplis ornatam, non ineditam tantum sed prorsus ignoratam (1) eo magis dolemus, quod eam et res graviter excussa, et sententiarum praestantia, et lucidus ordo et elegans styli forma valde commendent. Ceteris missis, quaedam tantum de nobilium puerorum institutione refero: ex capitulis septimo et octavo partis alterius: « Nec minus quidem ista filiis vestris in incessu » etiam et gestibus servanda modestia . . . . Verba sint ita » moderanda ut ante quam proferantur, meminerit homo non sine causa duplex a natura et oris et dentium vallum linguae » nostrae oppositum fuisse . . . . Assuescant igitur pueri a » tenellis annis, pacatis uti, sanctis pudicisque verbis, ut quum » ad robustiorem aetatem pervenerint, naturali quodam habitu » ad bona verba proclives, in scelestos nec audeant, nec sciant » sermones erumpere . . . . Sint ludi patricio et libero iuvene digni, non fritillis aut alveolis exercitati, non talo, non » tessara, non dolosis chartarum imaginibus dehonestati . . . . . . » Puerorum vestrorum concessi ludi aut in palestra, vel cursu, » aut in folle paganica vel trigonali, sive in gravi et perspicaci

(1) Ea effugit diligentiam Ioannis degli Agostini de Francisco Nigro disserentis in *Notizie degli scrittori veneziani*, II, p. 473-487.

» latrunculorum certamine . . . . . . ubi tamen omnis absit pecu-
» niae vel lucri cupiditas ».

Auctor venetus, sacerdos, protonotarius apostolicus, doctor, ***iurisprudentiam per sex et viginti annos professus,*** laudat passim viros illustres Benedictum Brognolum, M. Antonium Sabellum, Georgium Vallensem, Gentilem Bellinum maiorem natu, Sinibaldum, Stephanum Tegliatium patraeum archiepisc., discipulum suum Marinum Georgium, Bernardum Iustinianum, Dominicum Maurocenum, Sebastianum Baduarium, Hieronymum Bernardum, Antonium Cornelium, Hermolaum Barbarum, Dominicum Grimanum. Ex iis quae in Lauretanum praeconia congesta sunt facile evinco opus anno 1510 vel 1512 ei nuncupatum.

Codicem, f. 159, exornat titulus mira arte pictus, quo auctor genuflexus sistit opus duci, inter duos consiliarios stantes sedenti : accedunt stemma duplex familiae Lauretanae et leo auratus sinistrorsum gradiens. Infra, manu seriori inscriptum ***M. patriarchae aquileiensis.*** Folio autem antecedenti legitur, maioribus litteris, coloribus vario expressis, epigramma :

« Tempore, materia, paribus Galeotus egoque
» Scripsimus, imparibus sed tamen auspiciis.
» Morte dedit poenas Galeotus, namque latinum
» Lemmate barbarico commaculavit opus.
» Ast ego principibus venetis mea scripta dicavi ;
» Hinc dulcibus vivam gratior hesperiis ».

Galeotti Martii narnensis, saeculo decimosexto incipiente, viri litteris clari *opus materia et tempore par* ignoro prorsus : item quo barbarico lemmate id commaculaverit ac exinde piaculum morte dederit. Rei fortasse declarandae lumen admovent quae de eo in *Elogiis* narrat Iovius. Cum enim in scriptis ab orthodoxa fide in quibusdam declinarit, « in foro veneto ad geminas colu-
» mnas ad tribunal perductus est, ut impetrata venia, se falsa
» scripsisse fateretur. Sed accidit ut id iudicium exortus in turba
» risus everteret, falso ac repentino dicterio excitatus. Nam cum
» forte non ignobilis Venetus, e turba proximus, strigosa proce-
» ritate et impudicae uxoris probro insignis, traductum ludibrio
» praepinguem porcum appellasset ; extemplo Galeotus, reniden-
» tique ore : pinguis, ait, porcus quam macer hircus esse malo ».

Cum eum arvina suffocatum Montagnanae constet; verosimile est paulo ante eius mortem illud accidisse.

Cod. 78 chart., saec. XIX, a. 250, l. 201 [L. V, CXXII].

Iacobi Bertaldi, *splendor Venetorum et consuetudinum civitatis*. Inc.: « Quoniam omne bonum a summo bono, i. e. a Deo » procedit, sine quo . . . ». Partes duae, quarum prima in undecim, altera in capitula viginti duo distributa est.

Auctor, cum *animadvertens* vidisset *quam plurimos vagantes per palacium ducale et plateam venetam ac rivaltinam, graviter errare in via morum rivaltinorum . . . ., ad id cognoscendum aestimat in primis esse videndum quid sit consuetudo veneta sive rivaltina et in quo differt a more vel usu, et inde sumpsit originem, et ad quid valeat vel operetur et prosit ad bonum: item qualiter de ipsa constare debet et probari in iudicio: item qui tenentur ipsam observare et astringuntur*. Hinc patet Apostol. Zenum errasse cum asseruerit inter codices vindobonenses « *il più singo-* » *lare* essere uno in carta pecora, concernente gli *statuti antichi* » della repubblica, compilato da Iacopo Bertaldo (1) ».

Codicem, fol. 107, exscripsit a. 1847 Iosephus Müller, modo linguae graecae in archigymn. taurinensi antecessor, ex membraneo bibl. caesar. vindobonensis, quem Lambecius (2), a recentiori libri nota deceptus, et qui post eum fere omnes, falso anno 1245 tribuerant. Cum enim ea inscriptione episcopus veglensis dicatur, constat opus non antea a. 1314 exaratum, quo ad eam dignitatem assumptus est, eoque vel proxime insequenti Venetiis decessit. Eius gesta illustrant degli Agostini (3) et Mazzuchelli (4).

Codd. 79-84 chart., saec. XVIII, a. 210, l. 142 [L. X, CXCIX-CCIV]. N.

Iohannis Brunatii, apographa diplomatum, instrumento-

(1) *Lettere*, III, p. 36.
(2) *Biblioth. vindobonensis*, lib. II, cap. VIII.
(3) *Scrittori veneziani*, I, p. 515-520.
(4) *Gli scrittori d' Italia* Brescia, 1760

rum, chartarum generis varii, ex tabulariis pluribus, maxime vero ex patavinis; nec non ex operibus typis impressis, eius manu descripta. Volumina sex, quorum

primum,	fol. 379,	continet	documenta	annorum	1168 — 1180.
alterum,	— 350,	—	—	—	1181 — 1188.
tertium,	— 366,	—	—	—	1189 — 1194.
quartum,	— 306,	—	—	—	1195 — 1200.
quintum,	— 225,	—	—	—	1201 — 1394.

Extremum, fol. 114, complectitur loca varia auctorum veterum classicorum, medii aevi, recentiorum, ad historiam Patavii se referentia.

Cod. 85 chart., saecc. XVII-XVIII, a. 340, l. 230 [R. LXXXIII]. N.

I. *Regesta codicis diplomatici veneti, a septimo usque saeculo ad principium saeculi decimiquinti,* f. 1-39.

Documenta numero nonaginta amanuensis testatur *sumpta ex archiviis ac tabulariis ipsius republicae, per illustrem virum harum antiquitatum indagatorem ac collectorem,* circa annum 1650. Qui regesta haec dedit praemisit: « Nos itaque, de more, » catalogum instrumentorum istorum dabimus, summam ipsorum » ob oculos lectorum ponentes, adnotantesque singulas ad instru- » menta quaeque animadversiones collectoris, in fronte et in cal- » ce ad marginem adpositas, ut scopus, usus, integritas an defe- » ctus, editio an anecdosis, ac cetera huiusmodi appareant, atque » ob oculos prostet huius, non codicis, sed quasi integri tabularii » pretium ac raritas, unde verae gentium historiae eruuntur ».

II. Descriptio codicis 1217 bibliothecae sine nomine, cui inest *collectio instrumentorum seu documentorum vel privilegiorum ab imperatoribus, regibus, pontificibus, aliisque monasterio sancti archangeli Michaelis et s. Trinitatis, vulgo dicto a Brondulo, concessorum vel intra eos contractorum.* Septuaginta octo numerantur, scilicet a 919 usque ad 997. Titulum excipiunt scriptoris verba: « Nos itaque, ut ex codice utilitatem eruamus » suam, animadvertemus piaculum immane esse. quod hic non » sint et alia monasterii privilegia 918 praecedentia, quae for- » tasse duobus in tomis praecedentibus continebantur ». Imma-

nius vere piaculum, summarii auctorem primi tantum privilegii regesta exhibuisse, f. 40-43.

III. *Gesta magnifici Francisci de Carraria eiusque familiae*, itale. Incip.: « Voiando descrivere i magnifichi et laudevoli fatti » del magnifico et excelso signore . . . . », f. 1-69.

Opus plurimi habendum, praesertim documentorum copia.

Ioannes Hotter moguntinus exscripsit mensibus martio, aprili et majo anni 1749, a marchionis Ubertini Papafava codice membranaceo, de quo Tomasinus in *Biblioth. patav.*, p. 117, contulit vero Ioannes Brunaccius.

Cod. 86 chart., saec. XVIII, a. 350, l. 250 [L. X, CLXXXI].

Codex diplomaticus venetus sacer et prophanus, ab anno 686 *usque* 1512, *ex antiquo exemplari quod Bernardus Trivisanus olim possidebat.*

Documenta sunt numero biscentum quinquaginta, ad urbes et provincias Venetiarum spectantia: inest *series litterarum, privilegiorum et pactorum pontificum, imperatorum et aliorum principum ad Venetorum ducatum.* Horum cuilibet in margine additae sunt notae vel auctorum argumenta, vel temporis adiudicationem, vel loca parallela, vel libros editos quibus insunt referentes.

Nemo qui res venetas e limine salutaverit, ignorat Bernardum Trevisanum (1) saeculo XV inter caemelia propriae bibliothecae codicem chartaceum asservasse, quo eiusmodi documenta occurrunt ex tabulariis reipublicae venetae, voluminibus 237 excussis: ex eo in posterum plura exempla sumpta sunt, quibus documentorum numerus varius, vel quod ex antiquis quaedam amanuenses praetermiserint vel nova addiderint. Certe codex Bernardi Trivisani, cuius regesta in codice Morelliano [R. LXXXI, fol. 34-58], itale vero dedit Ap. Zeno, codic. [L. XIV, CLXXVII; I. II, XCVII] publici vero iuris fecit Franciscus Maria Pellegrini (2), dat documenta 279 ab anno 630 ad 1394.

(1) Natus Venet. die 26 febr. 1652, philosophiae lector in patria ac operum de eadem disciplina auctor, decessit a. 1720.

(2) *Giornale dell' ital. letterat.* Padova, 1807, XVII, pag. 5-32, 113-144; XVIII, pag. 19-80, 193-224.

Cod. 87 chart., saec. XVIII, a. 300, l. 212 [L. X, CCCX]. Q.

Idem opus.

Codex, pagin. 844, continet documenta numero quadraginta sex. Hunc propria manu descripsit Michael Giaxich, venetus iuris consultor, huius vero nepos Paulus Giaxich vendidit, die 9 febr. 1832, Ioanni Rossi.

Codd. 88-92 chart., saec. XVIII, a. 305, l. 212 [L. XIV, XXXVII-XLI]. X.

Monumenta, acta, decreta veneta quinque voluminibus distributa, quorum index itale uniuscuiusque initio occurrit.

Primo insunt documenta octoginta tria ab anno 1090 ad 1431 : alteri centumviginti tria, ab anno 1420 ad 1470 : tertio centum tredecim, annis 945-1690 : quarto octoginta duo, annis 1226-1363 : extremo centum sexaginta duo, annis 1172-1629.

Folia voluminibus digerendis iam plicata, ex venetae familiae Molin scrimniis eruta videntur, quod in regestis parti documentorum hesternae appositis mentio frequens ingesta sit virorum ex ea familia Aloysii, Andreae, Angeli, Bellini, Benedicti, Bertuccii, Bonifacii, Dominici, Francisci, Francischini, Henrici, Iacobi, Ioannis, Ioannini, Leonis, Leonardi, Ludovici, Marci, Marini, Michaelis, Michaeletti, Nicolai, Pancratii, Petri, Philippi, Prophetae, Stephani; qui quomodocumque in documento vel qua actores vel qua testes citati sunt.

His codicibus usi sunt passim Fr. I. Mone in *Der südteutsche Handel mit Venedig*, in *Carlsruher-Zeitung*, 1845 ; Tafel et Thomas in *Urkunden zur älteren Handels-und Staatsgeschichte der Republik Venedig*. Wien, 1856-1857; Sam. Romanin in *Storia di Venezia*. Venezia, 1853-1864 ; Ios. Valentinelli in *Regesta germanica ex biblioth. ad d. Marci Venetiarum*. Monachii, 1865-1866.

Codd. 93-94 membr., saec. XI-XVII, a. 474, l. 312 [L. V, LVIII-LIX]. X.

Diplomata, instrumenta, acta de rebus venetis et exteris, quae inter plura ad abbatiam Modii [*Moggio* in Foroiulii] spectantia.

Cum documenta haec, numero quinque supra quinquaginta, authentica fere omnia, rei historicae, praesertim ecclesiasticae, maxime intersint, puto operae pretium a quo et quo anno ea singillatim prolata referre. — Occurrunt siquidem pontificum bullae Caelestini III, a. 1197; Gregorii X, a. 1272; Sixti IV, a. 1482; tres Innocentii VIII, ann. 1485, 1487; novem Alexandri VI, ann. 1497-1499; Iulii III, a. 1553; Gregorii XIII [1575]; Sixti V [1588]; Benedicti XIV [1748]. Insunt diplomata imperatorum Henrici II [1019]; Conradi III [1149], Friderici II [1227]; Sigismundi [privilegia Ioanni Francisco du Capitibuslistae, ann. 1434-1435, conferentis]; Caroli V [1533]; Rodulphi II [1595]; Leopoldi I [1699]. Horum primi et extremi dedit regesta Pertz, opere *Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde,* V, p. 624. Unum exstat Henrici III, Galliarum regis, a. 1588. Habentur insuper acta patriarcharum aquileiensium Peregrini, a. 1136; Nicolai, a. 1354; Ludovici, a. 1360; Marquardi, a. 1366; Antonii [1396], 1403; patriarchae gradensis Petri, a. 1399; cardinalis Antonii Carafa [1590]. Nec desunt privilegia abbatum s. Georgii majoris Venetiarum [1564, 1599, 1628]; s. Benedicti de Laeno [1397]; Modii [1072, 1263]; prioris ss. Io. et Pauli Venetiar. [1612]. Adde **a.** litteras ducum venetorum Christophori Mauri [1462]; Hieronymi Prioli [1560], Francisci Mauroceni [1690], Silvestri Valerii [1699]; **b.** arbitrium Ioanni Cornelio datum in controversiis Ioannis Pisani procuratoris et Francisci Mauroceni, a. 1534; **c.** schema genealogicum Clementinae Walkinshaw, gallice; **d.** testamenta Marci Polo senioris [1280], Maphaei Polo [1300], Marci Polo iunioris [1320], Francisci Prioli [1490], Cornelii della Vecchia [1622].

Omnium dedi regesta in ephemeridibus *Notizenblatt*, ann. 1854-1855, passim: in *catalogo codicum mss. de rebus foroiu-*

liensibus (1); in *regestis documentorum Germaniae historiam illustrantium* (2).

Cod. 95 chart., saec. XV, a. 320, l. 220 [L. XIV CCXC]. K.

Acta veneta varia sub tecto palatii ducalis Venetiarum, anno 1851, *detecta.*

I. *Querelae Bartholomaei de Marchisiis de Ponte, Francisci Viviani de Sancto Piligrino, Bartolomini de Zovio bergomensis, coram syndicatoribus Bergomi,* ann. 1429-1430, folia 5.

II. *Processus agitatus inter quondam ser Franciscum Sperono nomine suo et nomine d. Iacobi de Alvarotis et inter omnes partes in ipso descriptas, atque eorum procuratores,* ann. 1438-1439, folia 33.

III. —— *et acta potestatum et capitaneorum Patavii contra usuras Hebraeorum,* ab anno 1448 ad 1450, folia 102.

IV. —— *dominorum comitum de Sancto Bonifacio cum domino Io. de Musto,* ex libris criminalium d. Hieronymi de Garzonibus potestatis Este, a die 14 iunii 1481 ad 4 ianuarii 1482. Cum parte externa notetur processum in publica acta relatum die 11 ianuarii, a. 1481, liquet annos et more veneto et communi supputatos, folia 22.

V. —— *criminalis pro blasphemia, contra Gratiosam uxorem Ioannis hospitis de Verona, institutus a Marco Antonio Georgio potestate Pirani,* a. 1530, folia 10.

VI. *Iura praediorum familiam Barisonorum de Vigoncia spectantia,* a. 1461, folia 6.

VII. *Fragmentum statutorum Sibenici,* ex saeculo XVI.

Folia undecim ita tineis et situs udore exesa ut vix legi queant. Insunt index librorum sex statutorum, non item reformationum, ac capitulum primum usque inceptum decimumseptimum libri primi.

(1) *Archiv für Kunde oesterreich. Geschichtsquellen*, XVIII, *passim*.
(2) Monachii, 1864-1865, *passim*.

Cod. 96 membr., saecc. XII-XV, a. 625, l. 430 [L. XIV, LXXI]. Ya.

Acta quaedam veneta, numero quadraginta septem, ex parte autographa, ab anno 1123 *ad annum* 1439, quibus insunt quoque vetustate exesa, a tabulario procuratorum ecclesiae d. Marci in Marciam translata anno 1786. Praeit, ut et in proxime subsequenti, index manu Iacobi Morellii, qui uberiorem dedit codice [R. LXXXI]. Quae in eis, quando, et a quibus documenta edita sint, annotavi. Utriusque praeterea codicis regesta obtuli ego in ephemeridibus academiae vindobonensis scientiarum: *Notizenblatt* passim, annis 1854-1857. Ea paucis refero: *Pacta inter Barones regni hierosolymitani et ducem Venetiarum* [1123], *confirmata* [1192]. — *Ea inter Venetos et imperatorem* [1154], *patriarcham aquileiensem et communitatem Utini* [1389]. — *Iuramenta hominum Castri Ficardi, Auximi, Recineti, Humanae, de servandis pactis deditionis dominio Venetiarum* [1228]. — *Iuramentum Clugiensium, eorumque promissio duci Venet. de non vendendo sale* [1181, 1183]. — *Donatio ducis Venet. ecclesiae s. Marci* [1164, 1175]. — *Inventarium rerum Gratiani Gradonici a Pisanis venditarum* [1177]. — *Assignatio redditnum pro solvendis denariis datis Venetis* [1207]. — *Statuta de navigatione in Syriam* [1226]. — *Expensae decretae Venetiis pro triremibus in Romaniam mittendis* [1262]. — *Mandatum procurae a Venetis factae legatis ad imperat. constantinopolitanum* [1362]. — *Transactio inter dominium venetum et domum militiae templi, ex combustione Seniae* [1248]. — *Institutio archiepiscopatus jadertini* [1154] — *Chartae de denariis a Venetis datis pro expeditione Iaderae* [1187, 1188]. — *Pacta deditionis Iaderae dominio Venetiarum* [1247, 1313]. — *Capitularia comitum Iaderae* [1278] *et Arbe* [1313]. — *Commissio Stephano Bragadeno, consiliario Cretae* [1350], *et Nicolao Loredano, comiti Nonae* [1356]. — *Petitiones Venetorum bano Dalmatiae et Croatiae* [1359]. — *Litterae Barthol. Ursi, notarii ven., et Nicolai de Zech, bani Dalmatiae et Croatiae ad dominium Venet.* [1351]. — *Litterae ducales Guidoni de Polenta, vicario Ravennae* [1359]. — *Item praetori et praefecto Paduae* [1406]. — *Ratificatio foederis*

inter Venetos, marchionem Estensem, Florentinos, dominum Paduae, Bononienses, marchionem Mantuae; eius beneficio conlato Obizoni de Polenta vicario Ravennae, reipublicae lucensi, Pino de Ordelaphis, vicario foroliviensi et Nicolao de Robertis tripolitano [1399]. — *Litterae concilii basileensis armigeris dioeces. aquileiensis* [1439]. — *Diploma doctoratus, in artibus et medicina, Abrahami Nicolai, olim judaei* [1401].

Cod. 97 membr., saec. XII-XV, a. 310, l. 220 [L. XIV, LXXII]. Ya.

Acta veneta, numero tria supra viginti, maxima ex parte autographa, ab anno 1110 *ad a.* 1431, eiusdem ac proxime anteced. originis. Breviter perstricta ea sunt: *Chartae duae securitatis a duce Venet. facta Philippo de Aiboles de Matamauco* [1160], *ac a Matthaeo de Gaeta duci Venetiarum.* — *Promissiones ducum venetorum Henrici Danduli* [1192] *et Petri Ziani* [1205]. — *Pacta commercii inter Venetos et Veronenses* [1175]. — *Tregua inter Venetos et Ioannem Palaeologum* [1358]. — *Iussa ducis Venetiarum pro expeditione in Terram sanctam* [1188]. — *Caelestini pp. III litterae duci Venetiarum de ea recuperanda* [1192]. — *Commissio Aurii Mastropetri ducis Venet. Philippo de Aiboles.* — *Vitalis Faledro donat dominio Venetiarum casale in Tyro* [1206]. — *Protestatio Andreae Vitalis in controversia cum archiep. tyrensi* [1214]. — *Commissio Aurii Mastropetri ducis Venet. Philippo de Aiboles.* — *Commissiones Dominico Michaeli, et Marino Caravello, capitaneis gulphi Venet.* [1359, 1363, 1402]. — *Commissio Maphaeo Contareno et Nicolao Iustiniano, ambasciatoribus ad fratres Della Scala, dominos Veronae* [1362]. — *Iussum reipubl. genuensis ne sibi subditi Cretensibus rebellibus contra Venetos opitulentur* [1563]. — *Litterae ducales provisoribus Cretae* [1367]. — *Commissio Marino Caravello et Zachariae Trivisano oratoribus ad Gregorium pp. XII et Benedictum III antipapam* [1407]. — *Commissio data Andreae Barbaro, Iacobo Michaeli, Ioanni Aymo et Lucae Trono, provisoribus et syndicis ad partes Corcyrae, Mothoni, Coroni, Neapolis Romaniae, et Nigropontis.* — *Litterae concilii basileensis commendatitiae pro Iacobo Donato, ad concilium accedente.*

Cod. 98 membr., saec. XIII, a. 215, l. 132 [L. X, CCXXVIII]. N.

Pacta inter Venetos exterosque principes, in captione Constantinopoleos.

a. *Pactum inter Henricum Dandulum et Bonifacium marchionem Montisferrati, anno* 1204, f. 1-4. Edider. praeter alios, Tafel et Thomas in *Urkunden zur älteren Handels-und Staatsgeschichte der Republik Venedig,* I, p. 449-452.

b. *Refutatio Cretae et de centum millibus yperperorum et fevdo et Thessalica civitate, et nonnullis possessionibus, facta per Bonifacium Montisferrati* ec., 12 augusti, 1204, f. 9-10. Edita ibi, I, p. 513-515.

c. *Pactum constitutum a domino Henrico imperatore* [fratre imperatoris constantinopol.] *et Marino Zeno,* potestas Romaniae, mense octobri 1205, f. 4-6. Est confirmatio partitionis imperii edita ibi, I, p. 571-574.

d. —— *adrianopolitanum quo Marinus Zeno, concedit Adrianopolitanis pertinentiam Adrianopoli,* a. 1206, f. 8-9. Editum ibi, p. 18-19.

e. *Forma iustitiae inter Venetos et Francigenas, constituta ab Henrico imperatore et Marino Zeno,* martio, 1207, f. 11-12. Edita ibi, p. 49-52.

f. *Confirmatio partitionis imperii, factae a Petro imperatore constantinopol.,* 11 aprilis, 1217, f. 8. Edita ibi, p. 194-190.

g. —— *partitionis in Romania, facta a Roberto imperatore Marino Michaeli, potestati Venetorum, Constantinopoli,* martio. 1221, f. 6-8. Edita ibi, p. 227-230.

h. *Conventio inter Robertum imperatorem et Marinum Storlatum, potestatem Venetorum in Constantinopoli, de bonis et iuribus,* 13 apr., 1223, f. 12. Edita ibi, p. 253-254.

i. *Tractatus concordiae inter Ioannem, electum imperatorem Constantin. et Iacobum Theupulum, ducem Venetiarum,* 7 apr., 1231, f. 13-18. Editus ibi, p. 281-290.

k. *Appendix ad tractatum Concordiae,* die septima exeuntis mensis aprilis, 1231, f. 17-18. Edita ibi, p. 289-290.

l. *Iuramentum Ioannis, regis ierosolimitani, in imperatorem*

constantinopolitanum electi, factum Symoni Bono et Andreae Michaeli, ducis Venetiarum legatis, pro societate, conventionibus et pactis hactenus tractatis et habitis, die tertia exeunt. madii, 1231, f. 18-21. Editum ibi, p. 290-297.

m. *Appendix ad iuramentum Ioannis ierosolimitani,* die tertia exeunte mense madio, 1231, f. 21-22. Edita ibi, I, p. 298-299.

Cod. 99 chart., saec. XIV, a. 214, l. 129 [L. X, CCXXX]. N.

1. *Pacta Venetorum, annis* 1217-1238.

a. *Pactum quod fecit dominus Petrus Ziani, dux Venetie, cum fratra Willelmo de Vulterbio* [Viterbio] *legato potestatis et communis Ianue,* ann. 1217-1219, f. 8-13. Ediderunt Tafel et Thomas in *Urkunden zur älteren Handels-und Staatsgeschichte* ec., II, p. 197-205.

b. —— *quod dominus Dominicus Delphino duca Crete fecit cum Constantino Sebasto et Theodoro Melissino et aliis Graecis,* 1219, f. 26-28. Edider. Muratori in *Script. rer. ital.,* XII, p. 341; Tafel et Thomas, ibi, p. 210-213.

c. —— *quod fecit dominus Petrus Delphinus, legatus dominii Venetorum, cum Mordinis* [i. e. Moradinis seu Mohadinis] *per totum regnum Barbariae et inter Christianos veneticos,* 1231, f. 15-18. Edider. iidem ibi, p. 303-307.

d. —— *quod fecerunt Pisani cum rege affricano Saracenorum,* 1231, f. 21-23. Editum ibi, p. 300-303.

e. —— *quod fecit dominus Iacobus Teupolo, duca Crete, cum dominus Marcus Sanutus exiret de insula Cretae,* 1231, f. 23-26. Edider. Cornelius in *Creta sacra,* II, p. 145; Tafel et Thomas ibi, p. 159-164.

f. —— *Friderici II imperatoris cum Iacobo Teupolo duce Venet.,* mense martio, 1232, Venetiis, f. 6-8. Habet codex Trivisaneus.

g. —— *quod fecit Marsilius Georgius, legatus domini ducis veneti, cum Leone Gavalla, domino Rode et Cicladum insularum,* augusto 1234, f. 13-15. Edider. Tafel et Thomas ibi, p. 319-322.

h. —— *quod fecerunt domini Stephanus Yustinianus et*

Marinus Morecinus, legati, ambasiatores et sindici domini Iacobi Teupoli ducis veneti cum ambasiatoribus Ianuae, 1238, f. 18-21. Editam ibi, p 342-345.

1. *Augmentatio militiarum Crete, per dominum Petrum Ziani, ducem Venecie, et eius successores, concessa et facta tam viris equitibus quam peditibus insule supradicte*, iunio 1222, f. 28-36. Edider. Cornelius in *Creta sacra*, II, p. 251 ; Tafel et Thomas ibi, p. 234-249.

2. *Premessa fatta per lo illustr. messer Thomao Mocenigo doxe de Venecia per dar risposta alli ambassadori de' Fiorentini*, ianuario, 1420, f. 41-57. Agitur de causis belli Florentinorum cum duce Mediolani.

Cod. 100 chart., saec. XV, a. 320, l. 215 [L. X, CLXXII].

Pacta Venetorum et Ferrariensium, a saeculo XI ad XV.

1. *Carta Concordiae facta inter Venetos et Ferrarienses tempore Caelestini papae III et Henrici imperatoris, die VI exeuntis oct.*, 1191. Incip. : « Quoniam decet universos civitatum rectores » dilectionem et amicitiam . . . ». Rubricae 23, fol. 7-11. Praeit, fol. 1-7, *confirmatio pactorum facta per dominum papam Clementem V Venetis castellanae dioecesis*, a. 1313, paciscendi facultate data Heliae abbati saeculari albatarensis petragoricensis dioeceseos, Honufrio de Trebis decano meldensi, magistro Gallacardo de Cassia canonico constantiensi.

2. *Pacta facta inter Venetos et Ferrarienses tempore domini Salinguerre potestatis Ferrariae, tempore Gregorii IX et Friderici II imperatoris, die 13 exeunt. aug.* 1230, *Venetiis in palatio ducis*, eodem principio. Rubricae 15, quarum extrema Guido de Montelongo, legatus papalis, pacta observari praecipit Ferrariensibus, 13 exeunt. iunii, 1240, f. 11-14.

3. *Pactum factum tempore Rainerii Zeno, ducis Venetiarum, de cassando novitates et imposita Venetis*, 12 ianuarii, 1258. Rubricae 14, f. 17-18.

4. —— *norum Venetorum, factum tempore Laurentii Theupulo, olim inclyti ducis Venetiarum*, 3 nov., 1273. Rubricae 10, f. 18-20.

5. *Concordia seu compositio salis portandi per Ferrariam et districtum in Lombardiam,* 1273. Rubricae 4, f. 20.

6. —— *concessa et innovata per summum pontificem* [Clementem V] *in Ferraria et districtu Venetis, in* 1313, *ind.* 11, *die* 16 *febr.* Rubricae 20, fol. 14-16.

7. Acta inter Venetos et Ferrarienses, super controversiis commercii, praesertim panis, vini, salis, cannabis; datiis; Pado flumine, solutionibus macinae et bucatici, annis 1390-1466. Exstant litterae ducales Michaelis Steno, et Francisci Foscari; postulata Benedicti de Luca, oratoris ducis Mutinae, Venetis facta, ac responsa; peracta a vicedominis Ferrariae Ludovico Iustiniano, Andrea Marcello, Georgio Viaro, Andrea Gussoni, Zacharia Sagredo, Benedicto Trivisano, f. 21-30.

8. *Pacta facta atque correcta tempore ser. princ. Francisci Fuscari, Venet. ducis, et illustris Borsii ducis Mutine, Ferrariaeque marchionis,* 26 martii, 1455. Rubricae 24, f. 31-34.

9. Foliis 35-36 occurrunt supplementa pactis, ann. 1437, 1441, 1466.

Edita sunt fere omnia. Vide *Frizzi. Memorie per la storia di Ferrara.* Ferrara, 1847-1848, V, 8.° passim.

Cod. 101 chart., saec. XIV, a. 310, l. 213 [L. XI, XIV]. Ya.

Dominici Michaelis, capitanei generalis terrestris exercitus. *adversus Tergestinos litterae ad dominium Venet., ann.* 1368-1369.

Auctor, Nicolai filius, a. 1355 Albaniae provisor, 1364 capitaneus gulphi, praefuit Tergesti obsidioni, quam litteris duabus supra nonaginta describit. Codice Marcio [L. XIV, LXXII] exstat duplex ad eum commissio ducalis data annis 1359, 1363; qua gulphi capitaneus renuntiatur. Ex Sabellico autem, Sanuto, Vianoli, Cappellari, Cicogna constat eum anno 1380, classis provisorem in Genuenses electum.

Codicem, folior. 36, ex tabulario procuratorum ecclesiae s. Marci in bibliothecam nostram translatum anno 1786, viderat 1634 Fortunatus Olmo qui sua manu inscripsit: *Registro delle lettere di Domenico Michele, Generale Capitano in tempo delle guerre di Trieste.*

Cod. 102 chart., saec. XIV, a. 290, l. 220 [L. XI, LV]. Ya.

Litterae Petri Cornelii, procuratoris d. Marci, legati ad Galeatium Vicecomitem, Mediolani dominum, ad dominium Venetiarum, aliosque scriptae annis 1379-1380, *de rebus ad bellum cum Genuensibus spectantibus.*

Insunt litterae Galeatii Vicecomitis, comitis Virtutum, ut et Cornelii huic; Bernabovi patri; Friderico Cornelio fratri, ambaxiatori ad marchionem Ferrariae; Marco Rubeo, notario, nuntio Venetor. apud regem Aragonum; provisoribus bladi Venet.; daciariis Mantuae; Bartholomaeo de Placentinis, legum doctori; Gerardo de Castello; Manino Scarpazo. Quod praecipue notandum reperio, id est legatum pluries Mediolano Venetias misisse quantitatem armorum, scilicet *arma de testa, bacinetos fulcitos scufiis, bacinetos a goltella, curatias, veretonos, salnitrum optimum.* Dolemus diligentissimum ceterum Romanin hunc codicem ignorasse, historiae anni 1380 penitus illustrandae.

Codex autographus, fol. 78, cum lituris, ex tabulario procuratorum ecclesiae s. Marci in bibliothecam nostram translatus est anno 1786. Fortunatus Ulmus sua manu inscripsit: *Registro di più lettere di Pietro Cornaro, di avvisi da Milano, in tempo della guerra co' Genovesi.*

Cod. 103 chart., saecc. XIV-XV, a. 270, l. 210 [L. X, CCXCIX]. D.

I. *Registrum litterarum dominorum Zachariae Contareni et Iacobi de Priolis, ambasiatorum dominii Venetiarnm ad Ludovicum regem Hungariae, missarum pro factis ambasiatae eis commissae ann. MCCCLXXIX,* f. 1-10.

Sunt litterae tredecim a die 25 maii ad diem 2 iulii datae Tarvisio, Spilimbergo, Villaco, Sacilo, Buda, Oresvar, Vindobona, quarum octo dominio Venetiarum, ceterae *Benedicto olim bano,* capitaneo Hungarorum in partibus Italiae; Iacobo Hispano comiti; magistro Ludovico Donato generali ordinis Minorum; magistro Urbano. Inter eas senae commixtae sunt quae ad sequens registrum pertinent.

II. *Registrum litterarum dominorum Nicolai Mauroceni, decretorum doctoris, Zachariae Contareni, Iacobi de Priolis, Ioan. Gradonici et Michaelis Mauroceni, ambasiatorum dominii Venetiarum ad dominum Carolum de Durachio, ad pacem tractandam missorum, pro factis ambasiatae eis commissae a. MCCCLXIII*, f. 10-64.

Insunt epistolae sex supra quinquaginta, fere omnes dominio Venetiarum datae Sacilo, Tarvisio, Mestre, a die septima augusti ad decimam novembris, quibus de eadem pace, facultate a rege Hungariae data, cum Carolo Durachii quae acta sint enarrant. Liquet res infectas, ob iniquas regis conditiones.

His registris egregie usus est Samuel Romanin ad historiam anni 1399 adornandam in *Storia di Venezia*, III, p. 270-273.

III. *Exemplo de letere [Bonacorsi Grimani] in le qual se contien la sconficta de Basayto turco da Tamberlan*, f. 65-67.

IV. —— *de alguni capitoli inserti in lettere de ser Zuan Corner, sopracomito de una galea de Candia, date in Constantinopoli adi* 4 *septembrio,* 1402, f. 67-68. Habet Sanudo in *Vite di Dogi*, col. 794.

V. —— *de letere manda Tamberlan a lo imperador de Constantinopoli*, f. 68. Edid. Sanudo, ibi, col. 797.

VI. —— *de letera mandada a misser lo ducha per ser Marco Grimani, sopracomito, data a Chyo adi* 9 *di auosto*, f. 68. Ed. Sanudo, ibi, col. 798.

VII. —— *de letere mandade a ser Zuan Venier in Candia per el nobel homo ser Pasqualin Venier, castelan de le isole de Michone e de Thine*, f. 68. Ed. Sanudo, ibi, col. 798.

VIII. —— *de una letera mandata a ser Piero Corner per ser Toma da Molin*, da Scio, 1402, f. 69. Ed. Sanudo, ibi, col. 799.

IX. *Relation de ser Girardo Sagredo, che vien de Turchia e de Constantinopoli*, adi 12 octobre 1402, f. 69-70. Ed. Sanudo, ibi, col. 957.

X. *Exemplo de una letera mandada alo rezimento de Candia per ser Bernardo Morosini baylo de Cipro, data in Nicosia, li* 21 *auosto. Risposta ad* 19 *septembrio,* 1403, f. 70-72. Ed. Sanudo, ibi, col. 800.

XI. *Prophetiae variae*, latine-itale, *Methodii martyris, fratris Pauli de Albona, s. Severi archiep. ravennatis, s. Birgittae, aliorumque sine nomine*, f. 72-74, 83-92.

XII. *Exemplo de una letera drizata al papa per la venuta di Ussan Cassan contra el Turcho, scripta per un habita a Syo, adi* 24 *octobre*, 1472, *a nome maistro Seguranza medego ed astrologo*, f. 74-77.

XIII. —— *de una letera scrive el gran Diodar, capitanio del hoste del Signor Soldan al magnifico capitanio general, translatada de rabicho in latin, a risposta de una li fo scripta per el baylo de Cipri, in nome del dicto capitanio*, f. 77.

Iexbech, dux armorum soldani Ægypti, Turcis foedere iuncti, respondet Petro Mauroceno, provisori generali Venetorum.

XIV. *Exemplo de una letera scripta per el Signor de Caramania a misser Iosaphat Barbaro, ambassator al Signor Ussan Cassan; data a Salefica in campo, adi* 27 *aprile*, 1473, f. 77-78.

XV. *Copia de una letera dell' ill. signor Assambech directiva al signor re Ferdinando et he dada al primo de marzo*, 1473, f. 78-79.

XVI. —— *de una letera scripta per ser Marco Malipiero in Tripoli adi april* 1473, *a ser Piero Malipiero so fratello a Famagosta*, f. 78-79.

XVII. —— *de la relation dada a messer Iosaphat Barbaro del suo messo mandado al signor Ussan Cassan in Arzingan adi* 14 *luio*, 1473, *recevuda a Salefica, terra del signor Caraman*, f. 79.

XVIII. *Lettere tre di Ussan Cassan alla signoria di Venezia, agli ambasciatori del papa, e del re Ferdinando di Sicilia, e a Iosafat Barbaro, scritte da Carpeto, adi* 14 *agosto*, 1473, f. 79-80.

XIX. *Copia de una letera del signor Piremet gran Charaman all' ill. signoria de Venexia, data ut supra nell' esercito del signor Ussan Cassan*, f. 80.

XX. —— *de una letera de Chassambech fradel del gran Charaman alla ill. signoria de Venexia, scripta ali XVI de la luna presente, adi* 14 *luio*, 1473, f. 80.

XXI. *Lettera di Catterino Zeno, ambasciatore della repub-*

blica di Venezia presso Ussan Cassan re di Persia, alla repubblica stessa, scritta dalla campagna di Arzingan, adi 27 luglio, 1473, f. 80-83.

XXII. *Lettera di Ussan Cassan re di Persia alla repubblica di Venezia, scritta adi* 24 *agosto,* 1473, f. 84.

Harum litterarum collectioni illustrandae prosunt litterae Iosaphat Barbaro, quas e codice vindobonensi caesareo edidit Henricus Cornet Vindobonae, a. 1852.

Cod. 104 membr., saecc. XV-XVI, a. 330, [L. X, CCCIV]. D.

I. *Litterae ducales decem authenticae Augustini Barbadici, principis Venetiarum ad Zachariam Contarenum et Hieronymum Leonem, reipubl. Venetae oratores apud Maximilianum Romanorum regem,* a die 5 novembris 1493 ad 11 februarii 1494.

His habentur commissio eorum quae apud imperatorem, reginam brevi nupturam, cardinalem gurcensem legatum apostolicum, primoresque quos in via repererint, agenda sunt; litterae commendationis, responsa. Instat dux denegent castra Mochoy et Castrinovi a Maximiliano inique repetita: laudat oratores quod egregie gesserint in dissidiis cum comitibus Tergesti et Goriciae declinandis: mandat recedant a legatione per Oenipontum Venetias profecturi. Ea occasione rex Contareno indulsit, aquilam proprio stemmati adiungeret.

II. —— *undecim authenticae eiusdem ducis ad Zachariam Contarenum et Benedictum Trevisanum, oratores ad Maximilianum regem,* a die 10 maii ad 23 novembris, 1495.

Federe inito Venetorum cum regibus Romanorum et Castellae, pontifice, duce Mediolani; senatus venetus oratores extraordinarios ad Maximilianum data opera mittit ut id respondeant quod Mediolani oratores, Maximiliano eadem eis proponenti ac Mediolani duci. Litteris autem instat sollicitent adventum Maximiliani in Italiam, qui copias interea contra Gallos pontificae dignitati minitantes praemittat. Nuntiat hostes Novariam, loca quaedam s. sedis et Apuliae occupasse; Mediolani ducem et Hispaniae regem nihil omisisse ut pontifici subvenirent: hunc Urbemveterem recessisse: classem venetam Apuliam applicuisse,

ad Gallos exterminandos. Addit, Maximiliano centum millia ducatorum petenti satisfieri non posse.

III. *Litterae sexdecim authenticae Aug. Barbadici et Leonardi Lauredani ducum ad Zachariam Contarenum oratorem,* a die 27 aug. ad 11 decembris, 1501.

Praeit commissio oratori, se conferat ad Maximilianum pro diaeta nurembergensi de rebus Turcarum. In id notitiae identidem ei praemittuntur de Turcis Durachium occupantibus, maria infestantibus; de successu classium gallicae, lusitanicae, venetae, regi praelegendae. Orator instet enixe, Maximilianus stet promissis factis praedecessoribus Contareni, Antonio Lauredano et Hieron. Donato; det salvosconductus Georgio et Sebastiano Zusto a rege Hungariae oratoribus recedentibus, nec non Io. Baduario accedenti. Ea communicantur quae ad Michaelem Wulchsteiner dominum Castri in confinibus Marcesinae; ad dissidia cum comite Goriciae; ad oratores regis Petrum Woltsch et Antonium de Moris; ad proximam diaetam francofurdiensem; ad cardinalem gurcensem et eius a secretis Raimundum de Soncino referuntur.

Codd. 105-106 membr.-chart., saecc. XIV-XVI, a. 458, l. 360 [L. XIV, CI-CII]. Yc.

Codex diplomaticus aquileiensis.

Documenta membranea aquileiensia, numero sexcenta, ubi varia de rebus privatis et publicis foroiuliensibus praecipue continentur, ab anno 1393 ad varios sequentes, antiquioribus chartis adiectis: ea Iustus Fontaninius, alacri et assiduo studio, hac illac in Foroiulii collegit, atque, dum Clementi papae XI a cubiculo *honorarius* Romae esset anno 1713, in duo volumina, nullo historico ordine digesta, pelle suina bene compingi curavit, titulo superaddito typis impresso.

Acta haec, quorum regesta dedi in ephemeridibus imperialis scientiarum academiae vindobonensis: *Notizenblatt:* 1854, n. 3, 4, 22; 1855, n. 8, 10, 12, 19, quaeque descripsi in *Catalogo codicc. mss. de rebus foroiuliensibus* ec. [Wien, *Archiv für Kunde* ec. XVIII, 345-348], quantum historiae foroiuliensis apparatui intersint, asseret qui sciat iis inesse pacta; placita; conventus; inve-

stituras feudorum ; diplomata et privilegia (1) **; litteras procura-torias ; emancipationes ; manumissiones ; instrumenta emptionis, venditionis, locationis, donationis, confessionis debitorum, matri-monii contrahendi ; testamenta. Tamen quod eorum pretium ma-xime auget sunt epistolae imperatorum Ludovici I, Henrici V, Friderici I, Caroli IV, Sigismundi ; regis Poloniae Sigismundi; Alberti III ducis Austriae; Francisci de Carraria iunioris, Paduae ducis ; patriarcharum aquileiensium Philippi de Alençonio, Ioan-nis de Moravia, Antonii de Portugruario, Ludovici de Teck; vi-cariorum generalium aut substitutorum aut gubernatorum aqui-leiensium ; Michaelis de Rabatha, Martini archiepisc. corfiensis, Beraldini de Nordis, Antonii Fileti, Andreae episcopi feretrani,** P. episcopi balneoregensis, Bucii de Palmulis, **Marci de Maphaeis canonici** cenetensis, Danielis de Rubeis, **Ioannis Angeli de Sancto Severino,** Bertrandi Runduli, **Guarnerii de Arthenea, Philippi de Capellinis**; ducum venetorum Andreae **Danduli, Antonii Venerii,** Michaelis Steno, **Francisci Foscari, Augustini Barbadici ; locum-tenentium** venetorum Ioannis **Contareni, Fantini Viaro, Zachariae** Trivisani, Ludovici Fuscareni, Hieronymi **Vendramini, Francisci Foscari,** Aloysii Gradonici, **Lazari Mocenici, Antonii Bon, Ioannis** Antonii Venerii; caesareorum Friderici **Westerstein, Ioann. Neu-**ausser, Scipionis Horaboni ; virorum denique Ioannis Auersperg; Friderici de Budrigo ; Lucae de Canale ; Odorici Candidi ; Ludo-vici de Capitaneis ; Casparis de monarchia Styriae ; Rizzardi de Odorici de Castello ; Francisci Checo ; Christophori Rauber, epi-scopi labacensis ; Virgilii de Cividato ; Simeonis, Odorici et Ioan-nis de Coloreto ; Henrici et Francisci de Cormons ; Christophori de Cucanea, marchionis Austriae ; Leonardi de Dorimbergo ; Fran-cisci de Dotis ; Hugonis de Duyno, capitanei ; Rodulphi de Fa-gagna ; Francisci de Florentia ; Christophori de Frangepanibus; Georgii de Freinsperg, Aloysii de Gaspardis, Pauli de Gumberti-ni ; Bernardi Henf, bani ; Hugonis de Hervorst, decani concor-diensis ; Iacobi de Isolanis ; Ioannis Lapensmaul ; Lucae da Lion ;

(1) Tum quae ex imperatoribus tum quae ex privatis viris Alemanniae dedit in regestis Pertz, pag. 621-622, vol. V, operis *Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde.*

Guillelmi Lupoldi; Guarnerii de Manzano; Petri Mauroceni, provisoris; Ioannis Meinardi; Ioannis et Nicolai de Melso; Ioannis Moysis de Utino; Augustini Mula de Papia; Bartholomaei de Mosto, vicelocumtenentis Bartholomaei Nani; Natalis Panciera de Zoppola; Pangracii, burgravii de Lincz; Nicolai de Pers; Andreae et Nicolai Pithiani; Nicolai de Portis; Guillelmini, Henrici, Ioannis, Nicolusii, Zanini de Prata; de Predolano; Iacobutii de Purziliis; Antonii, Ludovici, Nicolai, Petri, canonici patavini, de Rabatha; Hectoris et Nicolai de Ravanis, regiensium; Candidi de Regonea; Colucii Pierii de Salutatis; Antonini, Francisci, Federici, Ioannis de Savorgnano; Brunori de la Scala; Omnisboni de Scola, paduani; Thomae et consortium de Spegnimbergo; Simeonis Squarani; Carlovarii et Phaebi a Turre; Bartholomaei de Valentis; Iacobi, Ioannis, Nicolai, Odorici de Valvasone; Candidi de Varmo; Ioannis Zorzi veronensis. Nec minus rei foroiuliensis historicae pergratum puto, si fere biscentum notariorum nomina adducam qui instrumenta ea rogaverunt:

Adamus dictus Astulfus, civitatensis,
Agricola Leonardus,
Alexius de Atems, civitatensis,
Andreas de Grisolara, polensis,
—— q. Leonis,
—— Bernardi, bergomas,
Antonius de Brugnara, civitatensis,
—— — Fragoneriis de Montealbano,
—— — Franciscinis, glemonensis,
—— Michael de Marinariis,
—— q. Nicolai, q. Guarnerii,
—— —— de Sanctovito,
Artuicus, polensis,
Augustinus, speciarius de Sanctodaniele,
Baldis Thomas de Venetiis,
Baptista de Venzono,
Bartholomaeus de Sanctodaniele,
—— Nicolai paduani,
—— q. Thomasii de Sacilo,
—— Varienti de Sacilo,

Beccariis [de] Hieronymus,
Benvenutus q. Bonaventurae, utinensis,
Bernardinus de Suardis, vicentinus,
Bernardus q. Rizzardi de Brazzano,
Bertholdus q. Christiani, gradensis,
Bocamacinis [de] Antonius, polensis,
Bocchiis [de] Matthaeus, polensis,
Bon Ioannes,
Burcissius Leonardus, utinensis,
Busettus Paulus, utinensis,
Cafus, polensis,
Calvis [de] Zulius de Montagnana,
Cantius Franciscus, utinensis,
Carodonus Nicolaus, patavinus,
Ceadrate Ludovicus de Clavica Veronae,
Clemens, polensis,
Colonna Franciscus,
Conradus, utinensis,
Crociis [de] Antonius,
—— Bernardus,
Christophorus de Tarsia, iustinopolitanus,
Daniel, polensis,
Deregno Antonius,
Dominicus de Utino,
Dosse Averardus de Marano,
Fabris [a] Antonius, utinensis,
Floravantes q. Ricoboni, paduanus,
Fornareus Nicolaus, utinensis,
Franciscus, glemonensis,
—— de Franciscis,
—— q. Henrici, polensis,
—— Pirola de Utino,
—— scriba abbatis de Sexto,
Frascolini Iacobus, portusnaonensis,
Fridericus q. Georgii de Montefalcone,
—— de Marquardi Sanctidanielis,
—— Michaelis de Sanctodaniele,

Fridericus Nicolai de Tulmino,
—— de Sanctovito trans Tulmetium,
Gabriel q. Bartholetti de Utino,
Georgius q. Francisci de Paluza,
—— q. Iacobi de Maniaco,
Gislandus, polensis,
Gregorius, utinensis,
Guillelminus q. Thomasini de Vicentia,
Gumbertinus de Novate,
Hector de Ravanis,
Hermacora de Prata,
Hieronymus de Attymis, goriciensis,
Iacobus Antonii de Tricesimo,
—— q. mag. Albertini, bergomensis,
—— de Octobonis, polensis,
—— — Quirini de Utino,
Indalprettus Nicolusii de Meduno,
Ioannes Antonius Martini de Sanctodaniele,
—— Franciscus de Philetinis, utinensis,
—— q. Guillelmi, civitatensis,
—— Gumbertini de Novate,
—— Iacobi de Utino,
—— Laurentii de Treppomagno,
—— mag. Machoris, varotarii,
—— Nicolusii de Utino,
—— Petri de Pola,
—— de Grisolara, polensis,
—— — Iustinopoli,
—— — pictoribus, civitatensis,
—— — Placentia,
—— — Serravallo,
—— — Tulmetio,
—— — Villanova, polensis,
Laudunus, civitatensis,
Laurentius de Treppomagno,
Laurinus Seraphim, utinensis,
Lelli Bertrandus de Colnago, mediolanensis,

Lemariensis Bernardinus, utinensis,
Leonardus de Candolfinis, tarvisinus,
Locatelli Iacobus Petri,
Luchinus Tomasii de Placentia,
Marcus de Radiis,
Margaritus, polensis,
Matthaeus de Fara, mediolanensis,
—— q. Iacobi pelliparii, utinensis,
—— q. Nicolai de Moti,
Mathias de Goricia,
Matthiussi Antonius,
Megliaze Nicolaus,
Meinardus, glemonensis,
—— polensis,
Melchior q. Balthassaris de Valvasono,
Mellonis Marcus Antonius de Venetiis,
Merlati Yoachimus de Grado,
Merula Iacobus,
Messe Thomasinus q. Nicolai,
Michael, polensis,
—— de Vanto, iustinopolitanus,
Michelinus q. Zanini, polensis.
Mirianus Antonius,
Missias Matthaeus de s. Maria de Solaunrich,
Nicolaus q. Conradi de Utino,
—— de Philetinis, utinensis,
—— Manini de Florentia,
—— de colle Prampergi,
—— Thomasii, goriciensis,
—— Thomasini de Meduno,
—— de Veronella,
—— Zanini de Florentia,
Nicolusius f. Zane de Utino,
Odolricus q. Andreae de Utino.
Odoricus Franciscus,
—— Michael de Sanctodaniele.
—— q. Iacobi de Sacilo,

Odoricus q. Martini de Spegnembergo,
—— de Pilosis, q. Michaelis,
Omnebonum plebanus de s. Ioanne de Rivoalto,
Papo, polensis,
Parisinus de Utino,
Pasinus q. Andreae de Ferraria,
Paulinus q. Odorici,
Petrus a Varis, utinensis,
—— iustinopolitanus,
—— vicentinus,
—— q. Michaelis de Utino,
Philermus Antonius, prateus,
Philippus,
—— q. Alberghetti de Bononia,
—— q. Bolognini de Vandolis,
Pileus de Pileo, paduanus,
Pithianus Andreas de Sanctodaniele,
—— Baptista ——
—— Gabriel ——
—— Iacobus ——
—— Leonardus ——
—— Nicolaus ——
Paccinus Mathias,
Puccinus Nicolai, glemonensis,
Raphael de Torellis, veronensis,
Rampalinus Henricus, glemonensis,
Raymundus, polensis,
Rici Nicolaus, glemonensis,
Rigi Stephanus, portusnaonensis,
Rodulphinus de Asterio,
Rodulphus dictus Hermannus,
Rylandus, polensis,
Sbrojadoni Bartholomaeus, polensis,
Simeon de Spina, spoletanus,
Spegl Franciscus,
Sporenus Ioseph, scodrensis,
Syra Iacobus,

Tayncredus, polensis,
Thomadus q. Mareni de Medea,
Thomas q. Iacobi de Utino,
Thomasius de Paluçia,
Tintus Andreas, patavinus,
Ugo,
Varachinus dictus Petrinus de Voltabio,
Venerius Bartholomaeus,
—— Iacobus, utinensis.

Cod. 107 chart., saec. XVIII, a. 300, l. 210 [L. XIV, CL]. I

Bernardi Mariae de Rubeis, *annotationes et excerpta chartarum foroiuliensium, aliarumque italicarum.*

Quae ex pluribus memoratu digniora occurrunt sunt exempla diplomatum imperialium, brevium pontificum Innocentii III et Gregorii XII, chartharum abbatiae Sexti et sumaquensis, monasterii s. Petri de Sylva in dioecesi parentina; manumissiones; antiqua calendaria; documenta patriarcharum aquileiensium, episcopum tergestinorum et veronensium; acta ducis Meraniae, comitum goriciensium et andacensium; iura imperii in patriarchatum asserta, epistolae Iosephi Binii et Sigismundi comitis de Attems; notitiae Castri Soffembergi, capituli civitatensis ec. Haec omnia manu sua paraverat Bernardus M. de Rubeis, historiae foroiuliensi universae illustrandae.

Cod. 108 chart., saec. XIV, a. 220, l. 146 [L. XIV, XCV]. Yc

Regesta Ioannis notarii et plebani Tricesimi, filii Ascati de Agaro Sanctidanielis, dioeceseos aquileiensis, ab anno 1366 ad 1382.

Qui codicem, paginarum 218, vetustate exesum scriniis suis asservabat Iustus Fontaninius, eidemque sua manu folio primo et titulum et anni notam 1730 indiderat, haec ex ipsius voluminis locis variis, historiae adornandae gratia, sub fine excerpsit: *Io plebanus Sanctidanielis,* pag. 62, 77, 215 — *Marquardi patriarchae aquileiensis litterae Gothofredo a Turre, habitanti in*

Tricesimo, pag. 90 — *Ioannis quond. Luti, sive Anzuti de Sanctodaniele supplicatio summo pontifici pro plebe Tricesimi,* 1387, pag. 92 — Pontifici Urbano VI Io. Anzuti supplicationem dandam curaverat, quum Innocentius pp. VI plebanum Guidonem de Regio ad decanatum civitatensem transtulisset — *Cassius et Artichus filii eiusdem Anzuti,* pag. 174.

Cod. 109 chart., saec. XIV, a. 220, l. 150 [L. X, XCIV]. Yc.

1. *Regesta Indalpretti de Meduno, notarii in Sanctodaniele dioecesis aquileiensis,* p. 17-170.

Etsi acta annorum 1369, 1374, 1375, 1379, 1380 per saltum exhibita sint, sub eorum tamen unoquoque cetera ordine mensium et dierum digeruntur, verbis: *eisdem millesimo et indictione.*

2. —— *Antonii q. domini Warnerini* seu *Guarnerini de Sonimbergo, notarii in Sanctodaniele,* p. 171-274.

Haec regesta fere omnia ad ann. 1389 se referunt. Utriusque nomina occurrunt pagin. 52 et 201.

Fontaninius codicem proprium inscripsit: 1730. *Iusti Fontanini archiep. ancyrani.*

Codd. 110-120 chart., saec. XVI, a. 320, l. 106 [L. XIV, LXXXII-XCII]. Yc.

Pithiani Ioannis Baptistae, *spolia autographa ex regestis notariorum ducatus Foriiulii,* saeculorum XIII-XV.

Undecim voluminibus sic praefatus est Iustus Fontaninius: « Ioann. Bapt. Pithianus municeps Sancti Danielis, in patriar- » chatu aquileiensi perantiquo genere ortus, natale solum et re- » liquum Foriiulii ducatum sibi demeruit. Quaecumque enim » veteres actuarii et tabelliones ad rem privatam et publicam » pertinentia in tabulas codicesque coniecerant, ipse manu sua » diligentissime excerpsit et non raro tota descripsit, patriae » historiae hoc pacto vir laboriosissimus pro virili sua consultu- » rus. Antonium Bellonum, scribam utinensem supparem suum » in talibus peregregium quodammodo aemulari visus est. Cer- » tum eius scrimnia interdum compilare non renuit ».

« Haec Pithiani scripta sive adversaria, incompacta illa » quidem et evanescentia, quae aliorum cladi bono fato supere» rant, Philippus Phitianus ex Carpaci comitibus, Ioanni Baptis» tae gentilis, liberaliter mihi concessit. Ea spoliorum nomine in » tomos XI digessi, temporum serie utcumque servata. Vir iuris » pontificii et caesarei consultissimus, multa etiam consilia de » suo lucubravit et aliena corrasit, quae volumen in forma folii » conficiunt. Leges provinciales notis ex iure et praxi deductis » illustravit, quarum lacinias habemus ». Quae sequuntur ad vitam et gesta Io. Bapt. Pithiani se referunt. Finit: « Haec scripsi » Romae, die 24 aprilis, a. d. 1723, Iustus Fontaninus, abbas » sextensis, postea archiepiscopus ancyranus m. p. ».

Dolendum ceterum breviora tantum regesta offeri, et in iis quae permagni lectorem pluries intersunt.

Cod. 121 chart., saecc. XIII-XIV, a. 230, l. 140 [L. XIV, LXXX]. Yc.

1. *Regesta autographa Ioannis Lupico, cancellarii Gregorii de Montelongo, patriarchae aquileiensis,* ab anno 1267 ad 1273, p. 1-90.

Domumenta potiora sunt: Investitura medietatis castri Valvesoni — Eadem dominorum de Varmo — Gratia 1000 anforarum vini in Istria — Gastaldia Flumeselli et decima ronchorum — Monasterium extra Cividatum — Restitutio tenute domorum cum broilo, prope ecclesiam santi Felicis — Muta Sclusae — Electio episcopi veronensis facta per capitulum et confirmata a dom. patriarcha — Pro illis de Villalta.

1. —— *Antonii, filii Warnerini praedicti,* ab anno 1373 ad annum 1387, p. 91-361.

Primus codicis vetustate exesi possessor scripsit sua manu: 1730. *Iusti Fontanini archiep. ancyrani,* titulum et notas in fine, sic: pag. 30. *Ioannes Philippus plebanus leobacensis* — pag. 33. *Antonius nepos Alberti, episcopi Concordiae et vicedomini patriarchae Gregorii* — pag. 189. *Io. plebanus Sanctidanielis anno* 1382 — pag. 283. *Presbyter Dominicus de Utino, vicarius in Sanctodaniele. Ioannes quond. Tocii de Sanctodaniele, gastaldio, a.* 1383.

Cod. 122 chart., saec. XVIII, a. 280, l. 192 [L. V, XVII]. X.

Codex diplomaticus brixiensis, ab anno Christi 847 *ad annum Ch.* 1312, *a Ioanne Ludovico Luchi brixiensi, monacho congregationis casinensis collectus.* Sunt paginae 392.

Collectionis huius, impressioni iam paratae, nullus est in praesentiarum usus, cum clarissimus Fridericus eques Odorici, ex proprio exemplo nec non ex autographo iam apud Vincentium Peroni, postmodum apud Labusium Brixiae asservato, diplomata protulerit (1), quin etiam plura ex aliis fontibus addiderit. Ideo praetereo quae professor Bluhme ex codice nostro in *Iter italicum* congessit (2).

Collector, Brixiae a. 1788 demortuus, partem documentorum potiorem ex tabulario s. Petri Olivetanorum Brixiae dedit.

Cod. 123 chart., saecc. XV-XVI, a. 211, l. 142 [L. XI, LXXXIII]. O.

I. Florentinorum, Senensium, Lucensium, Ferdinandi Siciliae regis, Pii pp. II, Sixti pp. IV, Friderici III imper., Herculis Ferrar. ducis, Bononiensium, Galeatii ac Blancae Mariae Mediolani ducum, collegii cardinalium, Mahumeti II Turcarum imperatoris, Bartholomaei Scalae, Nicolai Burghesii, Iacobi Ammanati *cardinalis papiensis* dicti, *epistolae,* f. 1-136, 145-172, 174-194, 198-222, 237-240.

Praeit rudimentum indicis rerum, f. I-XX. Quadringentae circiter epistolae sunt, ab anno 1403 ad 1482 conscriptae, quas sigillatim referre haud operae pretium est, vel quia levibus de negotiis, vel quia de rebus Italiae notis tractant. Ad senensem rempublicam praecipue spectant, cuius nomine multae ab *Augustino Dato* et *Petro Fundio,* qui patriae ab epistolis fuere, scriptae sunt: nonnullae cum Dati operibus a. 1503, Senis editae: aliae etiam passim in horum codicum descriptione relatae. Altera ex epistolis ineditis, Senenses de bulla a Sixto pp. IV circa sacra

(1) *Storie bresciane.* Brescia, 1853-1861, X, 8.°

(2) Pertz. *Arch. der Gesellschaft für ältere Geschichtskunde.* V, p. 613-615.

sanctae Catharinae senensis stigmata a. 1472 edita plurimum solliciti, Franciscum Piccolominaeum, archiepiscopum senensem consulunt, quo sanctae Catharinae honorem, eo favente, servarent. Insunt epistolae Senensium Carlo V ac huius Senensibus, a. 1528.

II. *De laudibus matrimonii.* Incip.: « Inter omnia sive vitae » opera quam activam . . . », f. 136-137.

III. *Florentinorum oratio ad congratulandum Nicolao p. V, in creatione sua,* habita Romae [1447]. Incip.: « Si nobis cum » sanctitate tua beatissima . . . », f. 137-144.

Luculentam orationem, quae populi florentini in romanam ecclesiam merita, et novi pontificis laudes praesertim, exhibet, a Iannotio Manetio viro longe doctissimo habitam, et ex codice nostro constat et ex Naldio, qui in oratoris vita [Muratori. *Script. rer. ital.,* XX, p. 55] multis eam celebrat. Adnumerari solet inter Manetii opera inedita.

IV. Augustini Dati senensis, *oratio habita apud magistratum, clerum et populum senensem, die coronationis summi pontificis Pii II,* inter missarum solemnia in campo, III nonas septembris [3 sept. 1458]. Incip.: « Exultet hodie catholica et christia» na religio . . . », f. 172-173.

Est inter Dati opera editionis senensis [pag. 85], cum praefatione de festis pro adepto a Pio pontificatu Senis actis, quae in codice quoque legitur. De Dato scripsit Ioannes Nicolaus Bandiera libros duos a. 1732, Romae typis editos.

V. *Oratio habita per dom. Franciscum Patricium in matrimonio contracto inter inclitam filiam ducis Mediolani et filium regis Neapolis, die* 1 *mensis iunii* 1465. Incip.: « Quintus Caeci» lius Metellus, gravis et discretus orator . . . », f. 194-197.

Elegantem orationem Patricius dixit coram Francisco Sfortia, Mediolani duce, matrimonii, sponsi utriusque, Alphonsi scilicet Arragonii Calabriae ducis et Hippolytae Sfortiae, eorumque parentum laudes complexus. Addenda ea ineditis Patricii operibus.

VI. Pii II pontif. senensis *oratio, quam habuit apud pontem Milvium, in occursu capitis b. Andreae apost., in suggestu ad id praeparato die* 2 *aprilis,* 1472 [error est in supputatione, cum Pius II a 1464 obierit], *adstante senatu cardinalium magno c-*

rona. Inc.: « Advenisti tandem, o sacratissimum.... », f. 197-198. Cum Pii pontif. orationibus a Mansio edita est.

VII. *Oratio habita per dominum Lopum lusitanum, iudicem rotae, in creatione capitanei populi, et extractione magnificorum dominorum urbis Senarum* [a. 1526]. Incip.: « Magna et dicendi » facundia et disciplinarum multarum . . . », f. 228-235.

Multa de optima reipublicae administratione, pauca de rebus populi senensis lusitanus habet orator.

VIII. Eiusdem *oratio habita in doctoratu*. Inc.: « Solonem » illum sapientisssimum . . . », f. 235-237.

Lopus acceptis in gymn. ulyssiponensi iurisprudentiae rudimentis, uberioris doctrinae comparandae causa, Senas adiit, ibique iuris utriusque laurea donatus est; pro qua iurisconsultis senensibus hac oratione gratias agit. Neutra oratio edita mihi visa est.

IX. *Oratio quam facere debebam ego Nicolaus Martinus in principio lectionum in Sapientia post disputationem, electus ad legendum* INSTITUTA *in loco domini Marcelli de Biringuccis, quando fuit assumptus de magnificis dominis*. Incip.: « Consuevere » doctores toto terrarum orbe . . . », f. 273-275.

Orationem hanc in gymnasio patrio habitam Martinius Senensis nostro in codice scripsit, aliaque pauca latinis et vulgaribus litteris de rebus senensibus adiunxit, quae haud interest hoc loco referre. Ea inter vulgarem orationem posuit, qua anno 1592 in republica duodecim virorum magistratu se abdicavit; item aliam qua anno 1550 plebis tribunatui renunciavit.

Codd. 124-128 chart., saecc. XV-XVI, a. 300, l. 210 [L. X, CLXXIV-CLXXVIII]. Yc.

Epistolae, pleraque latine, pontificum; principum; virorum religione, litteris, artibus illustrium. Nomina scribentium pro unoquoque volumine exhibeo, litteris maioribus eorum cognomina adnotans, qui epistolas manu propria exararunt.

Volumen I continet epistolas 189 pontificibus Sixto IV, Innocentio VIII, Alexandro V et VI, Iulio II, Leoni X, Paulo III, aliisque, ABSTEMII Laurentii; ALEXANDRI pp. VI; Alphonsi Calabriae ducis; DE ALVIANO Bartholomaei; AMMANATI Ia-

cobi, cardinalis; ARGIROPULI Ioannis; Arrivabene Io. Petri, episc. urbin.; Averoldi Barthol., archiep. spalatensis; D' Aubusson Petri, magistri fratrum ordinis Rhodi; Baduarii Sebastiani; BANDINII Francisci; Barbi Marci, cardinalis; Bentivoglio Ioannis; BESSARIONIS, cardinalis; Borgia Beatricis et Roderici; BRANDOLINI Philippi; CARAFFA Oliverii, cardin.; Caroli VIII, Francorum regis; CASA Ioannis; Catonis Supinatis Angeli; Cattanei Marci; CHALCHI Bartholomaei; Contareni Petri, episcopi paphensis; Cybo Io. Bapt., cardin melphit.; Dionysii, episcopi zianensis et firmiensis; Diphnici Georgii, episc. nonensis; Donnini Nicolai, episc. lucensis; Ducchi Ioannis, episc. coronensis; Estensis Hippolyti, cardinalis; Estensis Nicolai, episc. adriensis; Farnesii Alexandri, cardinalis; Farnesii Pauli Petri; De Ferris Dominici; Friderici III, imperat.; De Fuxo Petri, cardin.; Casparis Papiensis; Grati Christophori; Grimani Dominici; card.; Hadriani, card.; Henrici VII, Angliae regis; Innocentii pp. VIII; Ioannis III, Moscoviae imper.; Landi Hieronymi, patriarchae constantin.; Ludovici XII, Gallorum regis; Luppari [de] Iacobi; Macarii, abbatis montis Sinai; Mauroceni Nicolai, episc. castellani; Medici [de] Laurentii et Petri; Mentii Petri, episc. caesenatis; Montagna Francisci; Morani Bartholomaei, episc. castellani; Nigri Francisci Pescenii; Palaeologi Theodori, cardinalis Montisferrati; Paphnutii Cyprii, monachi; PAULA [de] s. Francisci; Pauli pp. II; Pazzis [de] Cosmi, episc. aretini; Pechinolii Angeli, episcopi hortani; PEROTTI Nicolai, episcopi sipontini; PICOLOMINEI Francisci, cardin.; Pilli Nicolai; Pistorio [de] Ioannis; PII Ioann. Bapt.; Portii Camilli; Prochori, archiep. achridensis; Richardi, presbyteri oxoniensis; Ruvere [della] Friderici; Sabadini de Arientis; Sancta Cruce Georgii; Sandei Felini; Sfortia Ludovici, ducis Mediolani; Sixti pp. IV; Sulpitii Ioannis Verulamii; Superantii Victoris, capitanei generalis trirem.; THOMAEI Nicolai Leonici; Tolentino [da] Ioann. Francisci; Torelli Guidi; TRIVULTII Ioann. Iacobi; Vesputii [de] Cypriani, fulginatis; Ursini Nicolai, comitis Pitiliani; Ursi Marci, patriarchae gradensis; Ussum Caxani, regis Persarum; Vulteriis [de] Iacobi; Wirtemberg [de] Everardi; Zanettini Ioannis, episc. tarvisini; ZENI Baptistae, cardinalis.

Volumen alterum habet epistolas Alphonsi, ducis Calabriae; A . . . . ., episc. nitriensis; Guilelmi et Bonifacii, marchionum Montisferrati; Beatricis, reginae Hungariae; Donnini Nicolai, episc. lucensis; Eduardi V, Angliae regis; Friderici, ducis Urbini; Gerardini Angeli, episcopi suessani; Guilelmi, marchionis Montisferrati; Iacobi IV, Scotorum regis; Orchanberg, principis turcae; Lusignani Iacobi, regis cyprii; Pechinolii Angeli, episc. hortani; Ruvere [a] Iuliani, card.; Stephani, vaivodae Moldaviae.

Tertio insunt epistolae Annae, ducissae Britanniae; Borgia Friderici, cardin.; Catherinae, reginae Navariae; Estensis Herculis, ducis Ferrariae; Ferdinandi II, Siciliae regis; Flores Antotonii, episc. Castellamaris [quarum pars maxima]; Francisci, ducis Britanniae; Gundisalvi de Mendoza Petri, cardin.; Ioannis, regis Navariae; Renati, ducis Lotharingiae.

Quartum complectitur acta 156 fere omnia autographa vel in textu, vel in subscriptione, scilicet brevia pontificum Innocentii VIII et Alexandri VI; litteras regis et reginae Navariae comitum Fuxi; Renati regis Aragoniae; ducum Venetiarum, Lotharingiae, Urbini; principis Bisiniani; episcoporum arbensis, ariminensis, castellamarensis, foroliviensis, mossani, mutinensis, tiburtini, viterbiensis; urbium Anconae, Aquilae, Arimini, Asculi, Bononiae, Burgi Sanctisepulchri, Caesenae, Civitatis Castellanae, Fani, Firmi, Florentiae, Fulginei, Interamne, Lucae, Narniae, Nursiae, Paduae, Perusiae, Senarum, Tuderti, Tyburis, Viterbii; virorum Ioann. Francisci de Balneo; Ioannis Balve, card.; Ioannis Augustini de Campofregoso; Guillermi Raymundi de Centellis; Ioannis Gatti; F. de Gonzaga, cardinalis; Ioannis . . ., cardin. andegavensis; Galeotto Pandulphi; Ramberti de Malatestis; Persei Malvitii; Petri Philippi de Pandol; Ludovici Podacathari; Ioannis Sabelli; Ioannis VII de Sacchis, archiepiscopi racusini; Evangelistae Salviati, equitis senensis; Lucae de Sernano; Iordani Ursini; Iulii Caesaris de Varano; Iacobi de Vulterris.

Extremo concluduntur acta fere omnia autographa, centumsexdecim, pleraque latine et gallice, de rebus extra Italiam, quibus insunt instructiones pontificum propriis oratoribus in Germania et Hungaria, memorialia, promissiones, conventa. Occurrunt autem epistolae Friderici III et Maximiliani I, imperatorum;

Caroli VIII et Ludovici XII, Francorum regum; Casimiri, regis Poloniae; Beatricis, reginae Hungariae et Bohemiae; ducis et ducissae aurelianensis, mediolanensis et de Valois; Ladislai de Egerwara, Rasciae despoti; Ioannis, ducis Borbonii et Alverniae; Ioannis II, ducis clivensis et comitis; urbium Avenionis, Auxis, Basileae, Lucernae, Pragae, Tuderti, Valenciae [in Hispania], Vindobonae, Wissemburgii; domus equitum Rhodi; archiepiscoporum burdegallensis, coronensis, crainensis, ragusini, remensis, strigoniensis; episcoporum abulensis, agriensis, arbensis, bambergensis, bosnensis, castellani, eystettensis, foroliviensis, imolensis, osnabrugensis, quinquecclesiensis, sirmiensis, theanensis, traguriensis, transylvani, tridentini, vesprimiensis, waradiniensis, zagabriensis,; oratorum apostolicorum Antonii de Grassis, L. de Agnellis, Raymundi Peraudi; Ioannis de Giglis, collectoris in Anglia; Balthassaris de Piscia, Ludovici Podacathari, Persei Malvitii, Willelmi de Bibra, militis.

Hanc epistolarum congeriem, una cum longe ampliori tabularii veneti generalis, Romae collegerat Ludovicus Podocatharus, cyprius, cardinalis caputaquensis, rerum agendarum dexteritate apud pontifices Sixtum IV, Innocentium VIII, Alexandrum VI, Pium III, Iulium II peritissimus, qui ibi moriens anno 1506, Livium nepotem, haeredem ex asse instituit. Hoc Venetiis defuncto a. 1555, puto consilium decemvirum universum eorum manuscriptorum cumulum, politicae prudentiae ergo, fisco addixisse, ex quo demum venetis biblioth. et tabulario, saec. proxime exacto, cessit.

Codd. 129-131 chart., saec. XV, a. 310, l. 220 [L. XIV, XCVI-XCVIII]. Yc.

Leonelli Chieregati et Antonii Flores, legatorum apostolicorum ad Carolum VIII regem Galliae, *epistolae Innocentio pp. VIII datae, annis* 1488-1491.

Eas codicibus tribus conclusas, fere semper manu propria, raro aliena, exararunt referendarii domestici pontificis, L. Clericatus vicetinus, episcopus traguriensis, postmodum concordiensis, ac A. Flores, protonotarius apostolicus. Notae arcanae infrequenter inseruntur.

Volumen primum habet epistolas sexaginta quatuor ab oratoribus datas, anno 1488, Parisiis, Magduno super Ligerim, Turone, Andegavia, Claromonte, Bauge, Castro lidi. Litteris subscribit quoque ad diem martii extremam Ioannes Orioli, puto, a secretis legationis. Acta varia insunt: **a.** *nota eorum qui venerunt obviam oratoribus s. d. n. Parisiis;* **b.** scriptura de *concordia ecclesiarum et petragoriciensis, gallice;* **c.** expositio brevis pontifici quo enumerantur *excessus emendandi in hoc inclito regno, quemadmodum a multis fidedignis personis, ipsaque rerum experientia s. d. n. accepit;* **d.** *memoriale seu, ut vocant, advisamentum, quo fratres quatuor ordinum s. Francisci* petunt privilegia sibi concedi; **e.** nota primorum exercitus gallici oppidum Fulgeriarum [Fougeres] oppugnantis sub fine iulii; **f.** *informatio summaria pro impetratione revocationis seu adnullationis censurarum in favorem Romanorum regis extortarum;* **g.** *epistola I. Candida.*

Alterum habet epistolas sexaginta eorundem, ann. 1488-1489 datas Andegavia, Parisiis, Magduno super Ligerim, Turone, Chainono, Ambasia, Lugduno, Aureliano. Insunt duplex epistola G. de Rupeforti; *obligatio oratorum,* nomine pontificis, auxilium contra Turcas, praestandi dummodo Zizimus, *frater immanissimi Turcarum tyranni, tute et secure ex Francia ad terras sanctae romanae ecclesiae per mare transvehatur; exemplum modi relatationis* aliquot *praelatorum.*

Epistolae eorundem sexaginta quatuor datae ann. 1490-1491, Aureliani, Molinis, Ambasiae, Salmuri, Turonis, Lugduni, Gratianopolis, Bituris, Nanetis, Florentiae, insunt volumini tertio. Accedunt **a.** *pactum pacis perpetuae inter reges Franciae et Angliae, mediantibus oratoribus pontificis, conclusum* 5 *iunii,* 1490, *in conventu fratrum minorum de Ambasia;* **b.** *nomina deputatorum regis Franciae ad dietam boloniensem sive calisiensem;* **c.** *annotata quae oratores s. d. n. qui sunt in Gallia intellexerunt contineri in capitulis homagii dominii genuensis.* Reditum a legatione nuntiant pontifici Florentia die 2 nov. 1491, addens de se Clericatus: « Dum autem ego concordiensis [episcopus] in Galliam sum » profectus, coegerunt me parentes, qui sunt octuagenarii, ut, » quod tunc nequivi in reversione eos visitarem. Ad quod cum » satis superesse temporis vidissem . . . . diverti Vicentiam,

» ut hanc erga pietatem parentes colerem; sed vix eos amplexa-
» tus discessi Vicentia, et magnis itineribus veni Florentiam satis
» in tempore: et praeceptum Salvatoris observans, neminem per
» viam salutavi . . . ».

Codd. 132-133 chart., saec. XV, a. 330, l. 220 [L. XIV, XCIX-C]. Yc.

I. Leonelli Clericati, episcopi concordiensis, epistolae sexdecim, datae annis 1488-1490 ex Calesio, Sancto Maturino, Nivernis, Parisiis, Bononia super mare, Cantuaria, Londino, Turone, Andegavia, Innocentio pp. VIII, Henrico VII Angliae et Carolo VIII Galliae regibus, nec non espiscopo oxoniensi, de pace vel concordia triennali inter reges Galliae et Angliae. Insunt epistolae quatuor oratoris pontificii ad regem Hungariae Innocentio pp. VIII, datae Buda a. 1489, et *avisamenta pro triennali treuga ineunda inter sereniss. Franciae et Angliae reges, concepta per .... Leonellum ...... inter prefatos reges mediatorem in dieta boloniensi et calesiensi.* Antonius Flores in prima epistola data ex Ambasia, 16 aprilis, 1490, Innocentio pp. VIII, haec de Clericato: *A domino concordiensi non habeo aliquid novum, tantum scio ipsum in Angliam applicuisse.*

II. Ceteras in primo ut et proxime insequenti volumine epistolas fere centum quadraginta, pleraque latine, authenticas, cum partibus per notas arcanas exscriptis, dedit Clericatus, qua orator apostolicus ad Maximilianum I Romanorum regem, annis 1497-1499, ex faucibus Sveviae augustensis, Oenipoñto, Hallis brixinensibus, Friburgo, Colonia, Argentina, Moguntia, Ulma, Ambasia, Constantia, Tridento, Roboreto. Iis interseruntur quaedam Maximiliano; episcopo castrensi oratori regis Francorum; Lucae de Renaldis ex Portunaonis, a secretis pontificis; ut et eorundem ad Clericatum responsa: desunt quae anno 1496 ab eo redditae, cum quadriennio apud regem Romanorum in Germania degerit.

Quae potiora legatus pontifici refert, ea sunt: de Philippo Maximiliani filio, quem rex in spem Gheldriae recipiendae erigebat, primoribus eius status Antuerpiae in id congregatis; de

conventis nationis germanicae Friburgi, Vormatiae, Coloniae, Uberlingii, Sterzingii, Brunekii; de bello in Turcas apparando, quod omnes ad Maximilianum legati ardentibus votis urgebant, praesertim sedis apostolicae, Venetiarum, Hungariae, Poloniae; de *truculentissimo* bello helvetico, cui declarando, pacem, duce Mediolani intercedente, Maximilianus componit. Quos auctor passim nomine vocat sunt Ioannes Zuffatus et Ioannes Iacobus de Mathelica, sibi a secretis; Henricus Prunsich, Georgius a Turre et Marquardus, ille praefectus exercitus, alter orator, tertius consiliarius Maximiliani; dux Consalvus Fernandus; Ludovicus Sfortia; cardinalis gurcensis Raymundus Peraudus; Christophorus Maurus, provisor venetus Roboreti; comes Pitiliani; Franciscus de Montibus, orator neapolitanus; Nicolaus de Rosis, orator Poloniae; doctor Ioannes Menechin; Herasmus Bruscha, capitaneus Tergesti; Robertus de Marcha et Gratianus de Gerra, capitanei.

Etsi Clericatus res in ea legatione a se gestas Maximilianum probasse, facto quoque animadverteret, quod eius consiliarius electus fuerit; tamen, ubi praesensit regis esse desiderium ut a curia recederet, anno 1499 Tridentum, dimidio mense septembri, serius Roboretum usque ad decembrem secedit, legationis negotia in regis aula per doctorem quendam expediens, donec pontifex mense eodem indulgét ut ad ecclesiam concordiensem, sibi ab anno usque 1488 commissam, regrediatur. Eius redditum testantur epistolae iisdem codicc. mss. insertae pontifici, Portugruario et Cordevado, mensibus martio et aprili anni proxime insequentis.

Cod. 134 chart., saec. XV, a. 408, l. 280 [L. XIV, XCIII]. Yc.

Regesta epistolarum latinarum et italarum, octingentarum, quas Franciscus II, nomine *Novello,* de Carraria, dux Patavii, dedit annis 1402-1403, pontifici et cardinalibus; regibus Romanorum Siciliae, Cypri; Elisabeth reginae Francorum; ducibus Venetiarum, Austriae, Bavariae, Saxoniae, Lotharingiae; Ziliolae et Catherinae comitissae Veglae, sororibus; fratribus Francisco tertio et Iacobo; officialibus baliae Florentiae; F. Bembo, baiulo Nigropontis; Boncicaut, gubernatori Ianuae; patriarchis aquileiensi et gradensi; archiepisc. salisburgensi; episcopis tarvisino,

tridentino, frisingensi; magistro ordinis teutonici; marchioni Estensi; comiti Cunii; dominis Veronae, Mantuae, Bononiae, Ravennae, Arimini, Fani, Camerini, Imolae, Lucae; capitaneis, potestatibus, vicariis, dominii paduani; oratoribus; commissariis exercitus; viris cuiusque ordinis. Sub fine occurrunt tres epistolae Francisci de Gonzaga ducis Mantuae et una Catherinae de Carraria ducissae Mediolani ad eum.

Ex iis vigintiquatuor duci Venetiarum editae sunt Patavii an. 1859 ob nuptias Papafava-Cittadella; quadragintaquinque Austriae principibus et episcopo tridentino, Vindobonae a. 1861, vol. XXVI, operis: *Archiv. für Kunde österr. Geschichtsquellen*, p. 355-378; viginti et una Henrico de Galliis et Lucae de Leone, nunciis Francisci *Novello*, occasione nuptiarum Giusti-Cittadella, Patavii, 1863.

Codicem, fol. 147, consilium decemvirum Venetiarum, post excidium familiae carrariensis, Patavio, cum aliis, transferendum in proprium tabularium curavit, pauloque postea comburi iussit senatusconsulto 20 octobris, 1406: « Quia in scripturis nuper » portatis de Padua, facta diligenti inquisitione, non est repertum aliquid per quod sit necesse vel possit esse proficuum facere aliquam aliam inquisicionem, processum vel provisionem; » vadit pars quod omnes scripturae, quae nunc fuerunt portatae » de Padua per nobiles viros, ser Marcum Iustiniano et ser Ioannem Lauredano inquisitorem consilii de decem, quae sunt in » camera armorum, comburantur, ita quod nunquam appareant » in mundo, et comburantur in illo honesto et habili loco qui ordinabitur per dominum et capita de decem » (1). Quomodo autem codex, ab anno 1787 bibliothecae nostrae dono datus, exitio surreptus sit, sum nescius.

Cod. 135 chart., saec. XVI, a. 233, l. 171 [L. V, CXVI].

Acta venetarum aliquot familiarum, quae ad contractus praediorum, investituras emphyteuticas, testamenta se referunt,

(1) Ex tabulario generali Venetiarum.

actore plerumque vel instrumenta rogante Ioanne Maria Celega notario veneto, annis 1558, 1560-1562, 1565-1567, f. 1-11.

Occurrunt subsignationes plerumque autographae notariorum venetorum Hieronymi Parthi, Petri Contareni, Nicolai Licinii, Ægidii Ravagnani, Matthaei Soliani, Ioannis Baptistae Monte, Ioannis Facii, Antonii de Consentis, Vincentii Terlati, Aloysii Leoncini, Francisci Rhenii, Marci Antonii de Cavaneis.

Accedit exemplum, manu Iacobi Morelli, huius biblioth. praefecti, actorum ex quibusdam foliis saeculi XIV existentibus in tabulario ecclesiae abbatialis et parochialis s. Gregorii Venetiarum, f. 12-15, scilicet: **a.** indulgentiarum datarum ecclesiae s. Ioannis de Baledello, dioecesis castellanae, quod edidit Cornelius in *Ecclesiae ven.*, XII, Supplem., p. 401, nomine errato *Galedello;* **b.** licentiae datae per episcopum castellanum episcopo Civitatis novae, eundi ad consecrandum eam ecclesiam; **c.** consecrationis factae per episcopum Civitatis novae de eadem ecclesia; **d.** electionis Bartholomaei Paruta in archiepisc. Philadelphiae. Documentum extremum a. 1494, cetera a. 1306 data sunt.

Cod. 136 chart., saec. XVI, a. 310, l. 215 [L. X, CCXCI]. D.

I. *Partes* seu decreta ac litterae ducales ex tabulariorum venetorum libris exemplatae, quibus plerique viri illustres, nonnullaeque indigenarum et exterorum familiae civitate ac nobilitate donantur, annis 1301-1512, opera Marini Sanuti Leonardi filii, f. 1-49.

Documenta haec, numero 235, manu propria idem Sanutus sumpsit ex libris *Novella, Leona, Ursa, Stella, Deda, Commemorialium, Gratiarum, Rogatorum, Privilegiorum.*

II. Chronica itale familiarium nobilium ab origine Venetiarum ad annum 1537, tum earum quae defecerunt, tum quae adhuc existunt, summatim numero 573, ordine alphabetico, f. 51-110.

III. *Casate de' nobili veneti dove sono discese,* numero 118, die 7 augusti, 1577, f. 111-112.

IV. *Famegie tratte d'una cronicha, qualle edificò molte chiese in Venetia et di fora,* 28 decembre, 1576, f. 113-114.

**Codd. 137-138 membr., saecc. XI-XVII, a. 540, l. 2..
[L. X, CCLXXVIII-CCLXXIX].**

Collectio membranarum numero **146**, **ad venetam patriti... familiam Nani spectantium, quas Lucretia Lombardo-Nani, an... 1747**, duobus voluminibus distribui iussit.

Documenta donationis, emptionis, **venditionis, securitatis, pactorum dotalium, obligationis; testamenta, annor. 1073-16..**
Repeto nomina notariorum saeculor. XII-XIII: **Petrus presbyter,
Ægidius presbyter, Warinbertus Venerius diaconus, Iacobus Va**lero diaconus, **Zacharias Belli subdiaconus, Salvator q. Iac...
Agolant**, Homo s. Ioannis, Ioannes Bello acolitus, Iacobus B...
clericus, Risanus Grasso diaconus, Iacobus Tendi presbyter, Bartholom. fil. Ildebrandini de Vulterris, Iacobus fil. Martini de Gh..,
Emanuel de Ysolanis.

Cod. 139 membr., saec. XVII, a. 348, l. 252 [l. VII, XCIII]. I

Instrumenta, diplomata, privilegia familiae Padavinae venetae.

Praeit testimonium Francisci Erizzi et Petri Peracii, cancellariorum; Fabritii Beaciani et Andreae de Erculis, notariorum: qui asserunt *publicum hoc authenticum transumptum*, eorum opera, factum *ex instrumentis sanis, integris, non vitiatis*, sibi praesentatis ab Ioanne Baptista Padavino, magno cancellario Venetiarum, 17 novembris, 1633. Documenta numero quindecim, f. 1-18: primo Gregorius pp. VII Othono Padavino, veneto ostiar. et feudatario suo nec non gubernatori in civitatibus Cusentiae et aliis, has terras ab eo rectas, *propter servitia in praesens sibi praestita*, dat in feudum illi ac eius haeredibus, 10 iunii, 1077: ceteris reges Siciliae] serius Neapolis], Rogerus II, Willelmus I, Henricus VI imper., Fridericus I, Manfredus, Carolus I, II et III, Robertus, Iohanna I et II, Ladislaus, Ferdinandus I, familiae Padavinae privilegia plura annis 1131-1458 contulerunt. Adduntur foliis 19-21 litterae ducales pari modo ob vetustatem innovatae familiae Padavinae gesta referentes, quarum prima Leonardo

Lauredanus, die 24 febr. 1503, confert castellanariam Nimosiensis arcis insulae Cypri Nicolao Padavino; altera idem, die 2 apr. 1512, concedit cancellariam Arti Ioanni Baptistae Padavino ad eius vitam (1). Omnium index occurrit, fol. 25-27.

Codici serius inserta sunt exempla documentorum tredecim, latine-itale, de eadem familia, annorum 1270, 1503, 1511-1513, 1521.

Cod. 140 membr., saec. XIV, a. 400, l. 285 [L. X, CLXXIX].

Ægidius episcopus sabinensis, apostolicae sedis legatus ac terrarum et provinciarum romanae ecclesiae in Italia, citra regnum Siciliae consistentium, vicarius generalis, infeudat Bernardinum de Polenta eiusque natum Guidonem, milites ravennates, de civitatibus Ravennae, Cerviae, earumque comitatu et districtu, ac aliis castris, villis et iuribus in provincia Romandiolae, ad romanam ecclesiam spectantibus, nomine Innocentii papae VI.

Pontifex Avenione, VI kal. maii, 1355, legato mandat ut milites de Polenta iis locis quae illicite detinebant, dein vero poenitentes ecclesiae restituerunt, ab omnibus et singulis excommunicationibus absolutos, ritu feudali investiat. Iuramenta et promissiones utriusque feuda recipientis solemniter renuntiantur. Documentum datum Anconae, III idus decembris, 1355.

Exemplum coaevum, sine subscriptionibus, foliorum 8.

Cod. 141 chart., saec. XVI, a. 372, l. 260 [I. VII, MDCXLIII]. Q.

1. *Exemplum diplomatis, quo Carolus V imperat. Franciscum Cornelium, venetum sibi oratorem, comitem palatinum renuntiat.* Incip.: Cum imperatoriae maiestatis micantissima dignitas ab omnipotenti Deo.... Vormatiae, die 20 ianuarii, 1521 », f. 1-3.

Caesar praeclarae familiae Corneliae merita singulatim repetens, non tantum oratorem [quem iam in Hispania militari ordine et cingulo donatum, Aquisgranis post coronationem, ictu ensis, equitem constituerat], sed et eius filios tam natos quam na-

(1) Documentum hoc excutit Cicogna in *Iscrizioni*, VI, 682.

scituros; nec non plures ex eadem familia eligit comites imperiales palatinos, facultatibus tributis a. creandi notarios; b. spurios legitimandi; c. equites nominandi; d. promovendi doctores in iure caesareo et pontificio, in artibus et medicina, ac poetas laureatos; e. concedendi cuivis potestatem filios adoptandi; f. servos manumittendi; g. infames in honorem pristinum restituendi; h. comites palatinos creandi. Tandem insignia familiae, aquilae bicipitis imperialis adiectione a Friderico III illustrata, confirmat et, quatenus opus erit, de novo concedit; seriores familiae insignia aquilam retinent.

Cornelium anno 1518 oratorem renuntiatum puto quod exstet in diplomate: « Recolentes tuam, Francisce, maturitatem, » ingenium, dexteritatem, consilium quo ultra triennium apud » nos in rebus omnibus usus es ». Eum maio a. 1521 aula discedentem Caspar Contarenus excepit, electus die 24 sept., 1520.

2. *Exemplum diplomatis, quo Sigismundus imper. comitem palatinum Andream Donatum renuntiat.* Incip.: « Etsi de plenitudine imperialis largitatis, de nostraque liberalitate et munificentia..... Basileae, 5 febr., 1534 », f. 4-6.

Cum A. Donati oratoris ven. opera [sic in diplomate], impedimenta coronationis Sigismundi sublata essent, caesar eundem Romae militem et consiliarium et familiarem suum fecit, aureis sexcentis annuis assignatis. Dissidiis inter concilium basileense et pontificem declinandis, eodem anno [1433] Sigismundus Basileam petit, Donato comite, eumque citato cursu paulo post Romam mittit, pontifici decreta concilii delaturum. Eapropter anno insequenti, Donatum ac eius familiam, filiosque legitimos comites palatinos elegit, privilegiis datis [ut supra], praesertim vero creandi quatuor milites et octo scutiferos, quibus extremis *divisam nostram, serpentem videlicet cum cruce et litteris inscriptis: O quam misericors* ec. *dare possis.* Insuper universae eius familiae libertatibus, immunitatibus ec. omnibus assertis, indulget ut *armis propriis leonem aureum rampantem cum corona, et aquilam bicipitem in campo aureo* addat, nec non Andreas et successores *praesentet azzam vel speltam seu clavam variilas pretii ducatorum triginta,* quoties caesar Venetias accedet; et gerat tanquam comes imperialis usquequo Venetiis morabitur

Scutum reformatum cum leone et aquila a fronte diplomatis depictum est: idem in insignibus familiae Donati conspicuum.

3. *Bulla Sixti pp. IV qua Zachariam Barbarum, venetum sibi oratorem, comitem palatinum renuntiat.* Incip.: « Sincerae » devotionis affectus quem erga nos et sanctam romanam eccle- » siam . . . . . Romae, 25 maii, 1480 ».

Pontifex, praeter privilegia ab imperatoribus F. Cornelio et A. Donato collata, concedit ut orator eiusque descendentes *arma et insignia nostrae, ex qua secundum carnem originem traximus, familiae de Ruvere, videlicet arborem viridem in campo caelesti cum foliis viridibus et glandibus aureis, seu croceis . . . . . gestare possint ac valeant.* Desunt nova insignia quibus spatium paratum, ut et in clypeis familiae posterioribus desiderantur.

4. *Fridericus imperator Petrum Cocco ex Venetis, comitem palatinum declarat.* Incip.: « Sceptrigera caesareae dignitatis su- » blimitas . . . . . . Civitatis novae, 24 novembris, 1484 ».

Caesar ceteris privilegiis adiungit **a.** *arma defensibilia et offensibilia* ubique deferendi; **b.** veniam aetatis minoribus concedendi. P. Cocco universaeque familiae privilegiis assertis, eosdem nobiles et cives cuiuscumque civitatis confirmat, ac antiqua familiae insignia concedit, scilicet in superiori parte stemmatis *iugum transversum in campo flavo,* superius vero *pedem rubeum aquilae cum coxe plumis longioribus vestitae, qui annulum aureum nobilissimo adamante ornatum aduncis unguibus transversum teneat,* adagio addito: *Difficilia calco.* Veneto familiae stemmati desunt haec.

Cod. 142 membr., saec. XVI, a. 223, l. 150 [L. V, VII].

Exemplum litterarum Caroli V imperatoris, quibus, intercedente comite Guidone Rangonio suo capitaneo, *animo deliberato et sano accedente principum consilio,* Valerium Negronum comitis palatini tituli insignit, facultate data creandi publicos notarios et iudices ordinarios, nec non *ex illicito et damnato coitu procreatos* legitimandi. Incip: « Imperatoria maiestas tum vero laudis » splendorem sibi comparat quum dignis hominibus virtuteque » praeditis . . . . . . Bononiae, 28 decembris, 1533 ».

Exemplum ratum habent notarii tres, Carolus Blancus, Ioannes Laurentius Georgius, Ioannes Mundo, coram Iacobo Pasch, plebano s. Iacobi de Rivoaldo [sic] Venetiarum, iudice ordinario. Error irrepsit in temporis supputatione, dum notarii diem septimam iunii 1533 signant.

Codicillus habet folia duodecim.

Cod. 143 membr., saec. XVI, a. 438, l. 298 [L. X, CXI]. Q.

Philippi II, Hispaniarum regis, diploma Cosmo Medices Florentiae duci. Inc.: « Philippus, Dei gratia, rex Castellae.... » Recognoscimus et notum facimus universis, quod cum sub- » res . . . . . Datum Bruxellis, die 25 novembris, 1558 ».

Ei, qua vicario sacri romani imperii a se constituto, rex civitatem senensem eiusque territorium in feudum nobile, francum, ligium et honorificum concedit, et de hoc legitimam investituram facit. Inserta sunt Caroli V imperatoris diplomata tria Bruxellis data: quorum primo die 30 maii, 1554, Philippo filio dominium in civitatem senensem attribuit; altero, die 16 ianuarii, 1556, idem ei confirmat; tertio, die 17 aprilis, 1556, dominium illud in alios transferendi facultatem eidem facit. Charta authentica est ex autographo immediate sumpta, et Francisci Vinthae, volaterranni, Cosmo duci et reformatoribus florentinis a secretis manu firmato, die octava decembris anni 1559.

Codex habet folia decem.

Cod. 144 membr., saec. XVI, a. 222, l. 156 [L. V, XII]. X.

Diploma authenticum doctoratus in theologia, quod Petrus Matthaeus Corvinus, vicarius generalis Friderici Cornelii episcopi patavini, in archigymnasio patavino, fratri Paulo Sarpio veneto, ordinis Servorum, confert, praesenti eius promotore, magistro Hieron. Quaino patav., eiusdem ordinis, die 15 maii, 1578.

Codicillus habet folia sex.

Cod. 145 chart., saec. XVIII, a. 306, l. 217 [I. VII, MDCLXXIII]. Q.

Exempla documentorum quae ad feudum familiae de Colle alto comitum s. Salvatoris, in Valle Sugana se referunt, anno 1786 collecta, iussu Iacobi Maximiliani I, comitis et domini feudatarii iurisdictionum Collalti, s. Salvatoris, Raj, Credatii, Collis s. Martini, Musestris, Teusophi in Vale Sugana, a parte imperii.

Praeit fol. 7-14 summarium plurium documentorum in tabulario Collis alti occurrentium, annorum 1317-1745. Sunt vero in textu actus episcoporum feltrensium et bellunensium, quibus comites de Collalto investiunt, praesertim de advocaria episcopatuum feltrensium et bellunensium; sententiae potestatum et capitaneorum Belluni comitibus de Collalto ius advocariae in eosdem episcopatus asserentes; litterae ducales Venetiarum id confirmantes.

Codex, folior. 108, asservabatur in bibliotheca eiusdem Iacobi Maximiliani I, ut in schedula typis data lego.

Cod. 146 membr., saec. XVII, a. 302, l. 250 [L. XIV, CCVIII]. X.

Diploma quo comes Ioannes Henricus a Tournon ac haeredes, nobiles regni Hungariae creantur.

Leopoldus I, Romanorum imperator, *ratione habita celeberrimae ac vetustissimae familiae a Tournon, a binis iam et ultra saeculis cardinalitiae et comitum dignitatis viris conspicuae,* Ioannem Henricum a Tournon, *ipsiusque haeredes ac posteritates utriusque sexus,* in numerum *verorum antiquorum et indubitatorum regni Hungariae et partium eidem annexarum indigenarum ducit recipiendum,* die 3 aug., 1696, *iuramento* seu *homagio* assumpto.

Documentum authenticum membranaceum, fol. 5, litteris polichromis, magna ex parte auratis, insigne.

Codd. 147-148 chart., saec. XVIII, a. 278, l. 194 [L. V, VIII-IX]. X.

1. *Codex publicorum civitatis Venetiarum*, capitibus 130.

Operis contextus et historia sic habet a principio: « 1282.

» 7 iulii. Incipit liber sive memoriale communis Venetiae, in quo » scriptae sunt ad memoriam omnes sententiae latae per nobiles » viros dominos Marcum de Canalè, Philippum Gili et Nicolaum » Falerio, ad officium provisoris communis, a Grado usque ad » Caput aggeris, deputatos de mandato illustr. domini Ioannis » Dandulo, Venetiae inclyti ducis, et ipsius communis Venetiae, » de universis publicis, videlicet aquis, terris, paludibus et cane- » tis, positis infra dicta confinia ad ipsum commune spectanti- » bus, secundum formam sui capitularis inferius comprehensi, » iuxta tenorem reformae maioris Consilii . . . . ».

Praeit fol. 13 non numer. index: *rubricae sententiarum de libro magno Venetiarum de aquis* . . . . . . Titulo subest *tenor et forma capitularis et reformae Consilii maioris,* scilicet iuramentum trium officialium constitutorum *ad inquirendum, inveniendum et recuperandum omnia ac universa publica* . . . . Sententiae a prima usque ad centesimam vigesimam nonam, annis 1282-1336 datae sunt. Caput extremum inscriptum: *Exemplum quarundam scripturarum dominae Maruccias, uxoris nobilis viri domini Ungarelli Natalis, de confinio sancti Gervasii, quod deest in codice publicorum,* continet documenta octo annorum 1328-1332, fol. 946-963.

2. *Notae memoriales de re eadem,* ann. 982-1290, occurrunt fol. 965-973; ut et annor. 1327-1328, fol. 974-984.

3. *Appendix ex archivio cathedralis Torcelli.* Ea duplex: prima continet eius generis documenta viginti, ann. 1034-1378, fol. 990-1049; altera de iuribus episcopi equillensis in quaedam praedia, retinendis et cedendis; de piscationibus; de nemoribus Tarvisii *afficlandis;* de venditione gastaldiae Crucis, ann. 1306-1490, fol. 1050-1108.

Bini codices dant unam folior. 1112 seriem.

Codd. 149-150 chart., saec. XVIII, a. 303, l. 220 [L. V, CIV-CV].D.

Codex idem, capitulis 114.

Collectio cum superiori usque ad capitulum centesimum octavum congruit: capit. 109-113 quaedam tantum referunt antecedentis, cuius centesimo trigesimo respondet centesimum decimum

quartum. Hic occurrit ex reliquis una *appendix ex archivio cathedralis Torcelli.*

Codices, qui serie singulari numerant folia 712, Thomas Temanza exscribi curavit [uti a principio assertum] ex sylloge casu anno 1746 reperta in scrimniis magistratus *ab aquis,* quam huius decreto a. 1753, Flaminio Cornelio obtulit.

Cod. 151 chart., saec. XVI, a. 148, l. 103 [L. V, XC]. N.

Summarium sumptum ex capitularibus officii dominorum publicorum, primo februarii, 1588.

Capitularia fol. 1-13 ab anno 1254 ad 1479 producuntur: cetera saeculi decimisexti ad annum 1573.

Codicillus folia exscripta numerat 43.

Cod. 152 chart., saec. XVI, a. 412, l. 271 [Z. L. CCXX^{d}]. E.

Decreta criminalia civiliaque Consiliorum venetae reipublicae, patrocinantibus triumviris publici patrocinii Venetorum, pluribus voluminibus latius descripta ab anno Domini 51 *super* 400 *et* 1000, *usque ad annum partus virginis* 500 *inclusum super* 1000, *iubentibus clarissimis senatoribus Francisco Pisauro seniore, Nicolao Salomono et Laurentio Bragadeno, triumviris tutelae publicae veneti imperii, Bartholomaeus Zambertus venetus, eorum magistratus cancellarius ad posteritatis memoriam hoc volumine compendiose complexus est,* f. 28-134.

Praeit, alphabetico ordine digestus, *index elementarius eorum quae B. Z., venetus, magnificorum dominorum advocatorum communis cancellarius, hoc volumine ad posteritatis documentum ex multis libris sumpta concise complexus est,* f. 1-26.

Cod. 153 chart., saec. XVI, a. 419, l. 270 [Z. L. CCXX^{e}]. E.

Praestantissimorum et excellentissimorum Consiliorum quadragintaviralium decreta, agentibus triumviris publicis patrocinii venetae reipublicae: Bartholomaeus Zambertus notarius hoc volumen compendiose, ab anno 1501 *exordiens, complexus est.*

Regesta sententiarum civilium et criminalium Consiliorum a quadraginta nominatorum, ab anno 1501 inclusive ad 1545, manu Zamberti, f. 53-281. Praeit index elementaris titulorum, alphabetico ordine digestus, f. 7-47: nomina vero advocatorum communis, numero ultra biscentum ab anno 1501 ad 1547, occurrunt fol. 50-52, 54, 164.

Quaedam sparsim Zambertus adiecit quae ad rem minime faciunt.

Fol. 1. *Bernardi Georgii patritii veneti hexasticum in antiquitates Francisci Valerii, decemvirali decreto, vita functi die 25 septembris,* 1542.

« Quae passim fuerant magnum distenta per orbem
» Aspicis in parvo signa redacta loco.
» Praestitit hoc vigens Francisci impensa Valeri
» Excoluit priscos qui sine fine viros.
» Quisquis in hanc igitur spectator veneris aulam
» Manibus auctoris plaude faveque libens ».

ut et epitaphia ducum Francisci Danduli et Antonii Venerii.

Fol. 2, 163. *Nota repetita de consecratione ecclesiae aquileiensis,* a. 1031.

Fol. 5-6. *Nota depraedationis urbis Romae,* a. 1525, lemmate a Zamberto praeposito: *O bona posteritas quam post mea fata relinquam, lege praesentem scripturam fide dignam, et Deum time.*

Fol. 160-161. **a.** *Epitaphium Bononiae descriptum in aede divi Dominici,* ann. 1272-1290; **b.** Epigramma itale Iacobi Fazini, doctoris feltrensis, Iacobo Sansovino, *del sito, stato et qualità de Zoldo.*

Fol. 278. *Iunctorium quid sit,* seu pars anni 1273 qua decretum: *traiectus* [traghetto] *s. Lucae* [Venetiis] *si devastetur, impensis dominii solum instaurari debet.*

Fol. 283. Notitia pacis Venetorum cum pontifice, imperatore, regibus Galliae et Angliae, duce Mediolani, Comacli die 22 maii a. 1526 compositae, ac Venetiis in foro maximo solemniter promulgatae, die 8 iulii eiusdem anni.

Cod. 154 membr., saec. XVI, a. 199, l. 138 [L. V, XLI]. X.

Statuta et leges Venetorum, quae composita, reformata et disgregata, in unum reducta et de novo edita fuerunt, tempore ill. dom. Iacobi Teupoli, incliti ducis Venetorum, currente anno Domini 1242 . . . . Incipit prooem. : « Deo auctore, ducatum no-» strum beati Marci suffragiis gubernante . . . ».

Deest sub fine *promissio de maleficiis puniendis,* duce eodem vulgata anno 1232. Ceterum codex cum statutis impressis omnino conveniunt.

Adduntur, manu seriori, notae et partes statutorum Laurentii Teupoli, Petri Gradonici, Francisci et Andreae Dandulo, ann. 1268-1343.

Codicem, folior. 97, dimidio saeculo decimoquarto exscriptum, possedit ann. 1438-1439, qui eius temporis memorias indidit.

Cod. 155 chart., saec. XVII, a. 184, l. 140 [L. X, CCCXXXIV]. Q.

Summarium ordinum diversorum circa maius Consilium Venetiarum et probas ipsius, ann. 1253-1607.

Opus ex libris *Rubeus* et *Speculum* non, ea certe diligentia et amplitudine, respondet indici Zamberti. Ordines digesti sunt per titulos : *Qui sunt et esse debeant maioris Consilii — Collegia et quae in iis debent determinari — Legitima et sponsalitia — Contractus — Dotes — Ortus — Ætas — Sancta Barbara — Nobiles peregrini — Nobiles Creta habitantes — Notarii primarii — Plebani et curati.*

Codex habet folia 58.

Cod. 156 membr., saec. XVI, a. 208, l. 146 [L. V, LXXXVII]. N.

Bartholomaei Zamberti, *index idem,* pariter autographus.

Codicem, foliorum 451, commendat membranae pulchritudo.

Codd. 157-158 membr., saec. XVI, a. 144, l. 97 [L. V, LXX-LXXI]. Z.

Index elementarius legum et iudiciorum ill. et excell. maioris Consilii sereniss. ducalis dominii Venetorum, quo, servato elementorum ordine, quicunque legum et ordinum ipsius Consilii peritiam sibi vindicare cupiunt, facillime id assequi poterunt, quod infra nominata novem et decem volumina complectuntur, scilicet :

1. *Fractus,*	1232-1282.
2. *Commune primum,*	1232-1335.
3. *Socius,*	1233-1295.
4. *Commune secundum,*	1233-1306.
5. *Luna,*	1282-1285.
6. *Zaneta,*	1285-1290.
7. *Pilosus,*	1290-1299.
8. *Magnus,*	1299-1306.
9. *Capricornus,*	1306-1308.
10. *Presbiter,*	1308-1315.
11. *Clericus civicus,*	1315-1318.
12. *Phronesis,*	1318-1325.
13. *Spiritus,*	1325-1349.
14. *Novella,*	1350-1384.
15. *Leona,*	1384-1415.
16. *Ursa,*	1415-1454.
17. *Regina,*	1455-1479.
18. *Stella,*	1480-1502.
19. *Deda,*	1503-1522.

Opus summi habendum exaravit Bartholom. Zambertus, a secretis reip. venetae ut et notarius, qui apprime eruditus, diligentia singulari antiqua legum volumina excussit, ac regesta obtulit tum iis, tum codicibus sequentibus, de quibus fuse Marcus Foscarini in *Della letteratura veneziana*. Venezia, 1854, pag. 31-32.

Codex primus, fol. 1-244, habet alphabeti ordine litteras A-G, reliquas alter, fol. 245-500.

Cod. 159 chart., saec. XVIII, a. 232, l. 83 [L. V, CIX]. Q.

Indices librorum legum qui in officio ill. advocatorum Venetiarum asservantur.

Sunt autem :

a.	*Statutum venetum.*		
b.	*Promissio ducis.*		
c.	*Capitulare consiliariorum.*		
d.	*Capitulare advocatorum.*		
e.	*Bifrons*	ann.	1232-1282.
f.	*Cerberus*	—	1282-1399.
g.	*Magnus*	—	1299-1312.
h.	*Neptunus*	—	1312-1324.
i.	*Brutus*	—	1324-1334.
k.	*Philippicus*	—	1334-1348.
l.	*Saturnus*	—	1349-1378.
m.	*Liber A*	—	1400-1415.
n.	— *B*	—	1416-1542.
o.	— *C*	—	1442-1464.
p.	— *D*	—	1464-1496.
q.	— *E*	—	1496.
r.	— *P*	—	1327.

Cod. 160 chart., saec. XVI, a. 168, l. 114 [L. V, LXXIV]. X.

Index legum librorum *viridis, roani* et *aurei,* collectore Bartholomaeo Zamberto.

Principio exstant indices uniuscuiusque libri per titulos. *Viridis Collegii,* rubricis 33 habet leges ann. 1259-1551 ; *Roanus Rogatorum,* rubricis 35 habet annorum 1259-1551 ; *Aureus maioris Consilii,* rubricis 12, annorum 1257-1549.

Codex habet folia 98.

Cod. 161 chart., saec. XVIII, a. 320, l. 218 [L. V, XXXIV]. X.

Statuta navium et navigantium Venetiar., capitulis 129, sic

inscribuntur: *Haec sunt statuta et ordinamenta super navibus et lignis aliis, quae de mandato dom. Raynerii Zeno ......ducis Veneciarum, cum suo Consilio emendata et composita fuerunt per viros nobiles Nicolaum Quirinum, Petrum Baduarium et Marinum Dandulum, per ipsum dominum ducem et suum Consilium maius et minus et quadraginta laudata, et in concione publica approbata, et voce veneti populi confirmata .... anno* 1255, *indict. prima, die* 6 *intrante augusto, in ecclesia b. Marci.*

Fr. Paulus Cancianus codicem, sua manu descripsit ob exemplari membranaceo saeculi XIV, in aedibus Quirinianis ad d. Mariae Formosae asservato, quod nomine *Capitulare nauticum pro emporio veneto,* praelo anno 1792 commisit Venetiis in *Barbarorum leges antiquae* [V, p, 340-366]. Idem de opere, ab uno Andrea Dandulo in *Chronico,* l. X, c. VIII memorato, sic in proemio: « Claritas, brevitas, simplicitas, exactitudo, quibus leges » descriptae sunt, probant Venetos et peritos nautas et egregios » fuisse philosophos ». Ex Canciano protulit cum notis I. M. Pardessus, pag. 20-59, vol. V, operis: *Collection de lois maritimes anterieures au XVIII siècle* [Paris, 1839]. Recens publici iuris fecerunt Tafel et Thomas in *Urkunden zur älteren Handels- und Staatsgeschichte der Republik Venedig,* III, p. 403-447. Praeit in codice fol. 31, epistola autogr. eiusdem Canciani.

Antiquum exemplum *additionum et correctionum super statutis navium et navigantium,* anni 1347, Andrea Dandulo duce, habet codex Marcius [I. VII, CCCLXIX].

Cod. 162 chart., saec. XVI, a. 305, l. 212 [L. V, LXVII]. Z

Capitulare auditorum novor. Venetiar., capitibus ultra centum. Includuntur eius magistratus officia iuramento firmata, et *partes* captae in *Rogatis, Consiliis maiori, decemvirum, de quadraginta* tum civilibus tum criminalibus, annis 1410-1553, et quae ante magistratum conditum eius generis officiis datae sunt ann. 1260-1409. Potioribus adiudico *capitulare et sindacatum auditorum per curias, capitulare collegii civilis, additionem et ordinem collegii bladorum et Catavere,* leges *Alvarotam, Pisanam, Marcellam, Lauredanam.*

Triumviratus *auditorum novorum* ideo an. 1410 institutus est (1), ut sententias rectorum terrae firmae, ac serius Istriae, Consiliis a quadraginta tum civilibus, tum criminalibus, appellationis titulo deferret.

Codice, folior. 248, quaedam initio repetita sunt.

Cod. 163 chart., saec. XVI, a. 625, l. 282 [Z. L. CCXX[b]]. E.

Repertorium alphabeticum legum contentarum in libris per terram, excellent. Consilii Rogatorum, quo omnes leges et privilegia per ipsum Consilium institutas et indulta ab anno Domini 1440, *die prima octobris, usque ad haec tempora, studio et labore Bartholomaei Zamberti, veneti consulum mercatorum notarii, commodissime ac sine labore comperies.*

Praeit: *Incipiunt servitutes librorum excell. Consilii Rogatorum per terram, ex quibus facilime percipies quibus, et qualibus annis unusquisque praedictorum librorum serviat, ut huiusmodi repertorio leges in ipsis libris contentas commodius invenias.* Libri viginti numerantur: unicuique sexdecim priorum respondent rubricarum tituli, alphabeti ordine distributi, ab an. 1440 ad 1510.

Cum codice, folior. 180, congruit notatus num. 167, p. 113.

Cod. 164 chart., saec. XVI, a. 346, l. 244 [Z, L. CCXX[a]]. E.

Incipiunt decretales terrestres venetae reipublicae, quas ex documentis cancellariae Venetorum collectas, huiusmodique fideli digestione descriptas Bartholomaeus Zambertus venetus, legum ordinumque venetorum curiosissimus scrutator, ad posteritatis documentum, hoc volumine complexus est.

Bini indices praeeunt, **a.** *substantialis et elementarius contentorum in praesenti volumine,* f. 1-14; **b.** *accidentalis et substantialis elementarius eorum omnium* ec., f. 19-51. Decretales,

(1) « Vadit pars quod creari et fieri debeat de novo unum alterum officium trium *Auditorum sententiarum*, qui eligantur per illum modum, et cum illo salario, conditionibus, poenis, utilitatibus, in iis quae sibi commissa fuerint, cum quibus sunt Auditores praesentes . . . » Captum in maiori Consilio, 11 octobris, 1410.

capitulis ultra tercenta, anno millesimo quingentesimo, principatus Augustini Barbadici quartodecimo, datae sunt manu Zamberti, f. 57-210. Sub fine legitur : *Decretalium sive rescriptorum terrestrium sive continentis venetae reipublicae, anni* 1500 *finis.* Decretalibus his quaedam annis eiusdem, alia manu, addita sunt, f. 236-243.

Foliis 221-235 inseruntur litterae quaedam ducales Francisci Foscari, anni 1523. Annoto insuper memoriam passim ingestam virorum anno 1500 Patavii degentium : L. Camerti, vulgo *Cretici,* fulminati ; Ioannis Dominici Spazzarini cancellarii ; Ioannis ab Aquila et Gabrielis Zerbi medicinam legentium ; Sigismundi de Gerardinis de Lendinaria, rectoris artistarum ; Alberti de Colletis, veneti, collegii artistarum. Folio demum 129 lego : « Teucri invadunt Forumiulii anno 1499, mense septemb.. » imperatore exercitus Schanderio Bassa, multosque captivos in » ripis Tiliaventi maioris cruci dant, compluraque loca ignibus » dissiparunt : factaque excursione cum magno impetu et terrore » usque ad Anaxum flumen, incolumes, nostrorum negligentia » et ignavia, ad propria reversi sunt ; et Bartholomaeus Zam» bertus operis huius auctor, qui interfuit et haec vidit, hoc ad » posteritatis documentum scripsit elogium ».

Cod. 165 chart., saec. XVII, a. 244, l. 165 [L. V, LXXXIV]. N.

Rubricae, seu rectius *index alphabeticus decretorum Consilii decemvirum Venetiar.*, quae voluminibus eius tabularii asservantur.

Voluminibus septuagintaquinque, quorum numero crux superposita, adduntur octo *Secretorum* et singula *Magnus, Rubeus, Criminalium.*

Codex, foliorum 116, principium saeculi XVII attingit, fol. enim 46 occurrit rubrica : *Interdicti fratres, qui tempore interdicti* [1606] *paruerunt dominio, non expelluntur.*

Cod. 166 chart., saec. XVI, a. 148, l. 150 [L. V, CX]. O.

Summarium legum venetarum, interius reipublicae regimen spectantium, ab anno 1276 ad annum 1588. Sunt *partes*, uti di-

cunt, per compendium, Rogatorum, Consilii maioris, decemvirum, quadraginta: quae ad maius Consilium decreta pertinent, ea sumpta ex libris *Capricornus, Civi . . . ., Deda, Dia . . . ., Doc . . . . . ., Fractus, L . . . ., N . . . ., Leona, Luna, Magnus, Novella, Phronesis, Pilosus, Presbyter, Regina, Rosa, Socius, Spiritus, Stella, Ursa, Zaneta.*

Codex, fol. 152, habet initio indicem satis promissum, foliis non numer. triginta. Io. Rossi ex libris Amadei Svajer sibi coemit.

Codd. 167-168 membr., saec. XVI, a. 143, l. 97 [L. V, LXXII-LXXIII]. X, Z.

Leges, ordines, iudicata criminalia, civiliaque negotia, insuper maritima atque terrestria, ad inclitam rempublicam venetam pertinentia, deliberata per excell. Consilium Rogatorum illustr. et potentiss. ducalis dominii Venetiarum, ceterorumque ab an. 1293 *usque ad annum* 1440, *sexaginta voluminibus descripta, ut quam breviter cognosci possint et absque labore inveniri, Bartholomaeus Zambertus venetus, universali documento consulens hoc volumine, ordine elementario concise complexus est.* Prooemium inc.: « Cau-» sae, sicut docent philosophi, sunt quatuor, agens scilicet, ma-» teria, forma et finis . . . ».

Haec insunt ordine alphabetico digesta codici primo folior. 190, quem Amadeus Svajer dono dedit Dominico Mariae Pellegrini, a bibliotheca *dei Gesuati,* ut alteri ex Apost. Zeno sociaret.

Codex secundus, fol. 156, continet indicem librorum Consilii Rogatorum, ab anno 1440 usque 1510.

Cod. 169 chart.-membr, saec. XVI, a. 220, l. 165 [L. V, XLVII]. Yc.

I. **a.** Ioannis Claudii Vecchianici, *ordo successionum iuxta leges reipublicae venetae,* f. 1-27.

Observata, ex decretis maioris Consilii de statutorum venetorum rubricis, de testamentis, legatis, fideicommissis, cum versione itala ab eo data qui f. 37 scripsit: *Leggi et statuti di Venetia, ridutti nel proprio trattato, secondo l' ordine della latina compositione del Claudio.*

b. *Antiquae leges successionum ab intestato civitatis Venetiarum, diversis temporibus separatim promulgatas, modo qu Ioannes Claudius, non mutato pristino sensu fideliter, redegit in ordinem, anno XX postquam discesserat Theate quartae regionis Italiae, quod Abrutium dicitur,* 1526, pariter cum itala versione, f. 28-94.

c. Eiusdem, quaestionis sibi a Marco Antonio Amulio, equite aurato, propositae: *an appellatione filii, tam iure communi quam municipali comprehendatur nepos ex filio,* f. 95-96.

d. —— prooemium in opus [cui inserendo folia vacua 98-109 relicta sunt] *de emendanda et corrigenda confusione iuris municipalis,* senatoribus ac correctoribus et moderatoribus legum venetarum, f. 97.

e. Eidem adscribo operis pariter desiderati: *de duobus fundamentis libertatis defensionum et provocationum liberae civitatis et reipublicae, quae perniciose aliquando restringuntur ad paucos urbis cives,* prooemium, f. 111.

De auctore nihil mihi obvium.

II. *Della architettura delle fortezze.* Libri tres, f. 114-162.

Prooemium inc.: « La parte della guerra, ch'è chiamata de» fensiva, quantunque contenga in se diversi modi . . . . ».

Liber primus *dell' architettura dalle fortezze* in genere habet capitula octodecim, f. 116-141; dececim alter *dell'arte del bombardier,* f. 142-157; tertius *delli secreti* capitulis tribus, f. 158-162.

III. *Partes* quinque [itale] captae in Rogatis ann. 1528-1549 de agminibus militaribus [ordinanze] constituendis, et copiarum lustrationibus [mostre] in variis terrae firmae provinciis habendis, indice praeeunte, f. 173-184. Extrema haec codicis pars membranacea.

Cod. 170 chart., saec. XVII, a. 300, l. 210 [L. V, X]. F.

Decreta serenissimi maioris Consilii Venetiarum, ab anno 1384 usque ad annum 1415.

Ex publicis libris, quorum quidam frequenter allegantur, ea congesta sunt, non tamen omnia quae ad id tempus se referunt.

Codex habet folia exscripta 175.

Cod. 171 chart., saec. XV, a. 288, l. 212 [L. V, CIII]. D.

Bulla aurea Caroli quarti imperatoris. Inc.: « Aurea bulla. » In nomine . . . . Carolus . . . . Omne regnum in se divi» sum . . . . ».

Bullam, legem imperii germanici potissimum, et *sanctionem pragmaticam* appellatam, quae uniuscuiusque iura decernit in electione et coronatione imperatoris, Carolus IV vulgavit, statibus assentientibus, in diaetis norimbergensi et metensi, a. 1356: propterea duplex eius constitutio: quae Norimbergae ianuario a. 1356 data est, procedit ad capitulum vigesimum secundum; ad extremum quae Metis decembri eius anni. Constat eius exemplaria membranacea cum bulla aurea [unde nomen] servata in tabulariis francofurtensi ad Maenum, mogutiensi, trevirensi, coloniensi, pragensi, palatino. Nurembergae edita est, a. 1474, per Fridericum Creusner; 1477 per Koberger: hanc extremam exscripsit Marinus Sanudo in codice nostro [L. XIV, CCLIII].

Cod. 172 membr., saec. XVII, a. 197, l. 145 [L. V, XLVI]. X.

Statuta Torcelli, Maiurbii et Burani de mare, quae Catarinus de Mario potestas, *de voluntate et consilio iudicum nominatorum,* iuranda proponit *in maiori ecclesia s. Mariae de Torcello, die* 11 *febr.*, 1315. Inc.: « Quoniam in praeceptis, ex propheta» rum dictis . . . . . ». Praeeunt nomina eorum qui ad Consilium *Maiurbi et contractarum* [Torcelli et Burani de mare], ann. 1392-1477 electi sunt, potestatibus Galeoto Raverdano, Ioanne Faletro, Marco Diedo, Antonio Fuscareno, Nicolao Zane, Luca Memmo. fol. 1-5.

Pars prima statutorum habet formulas iuramentorum, quae praestare tenentur socii potestatis, iudices, massarii, procuratores ecclesiarum, tabernarii, paneogoli [caupones], macellatores, praecones Maiurbii, f. 7-15. Quae succedunt, fol. 16-21, fere omnia se referunt ad partes tabernariorum item Maiurbii. Statuta *tribus contractis* communia, annis 1342-1480 confirmant potestates Franciscus Pelani, Barbonus Barbaro, Albertus Nicoletti, Iaco-

bellus Barbaro, Franciscus Maripetrus, Franciscus Fusculus, Polus Zulianus, Ioannes Superantius, Arsenius Duodo, Franciscus Gradonico, Marcus de Pisauro, Georgius Maurus, Aloysius Pisani, Marcus Valerio, Georgius Barbaro, Ioannes Superantius, Carolus Donatus, Franciscus Marcello, Franciscus Contarini, Nicolaus Zantani, Philippus Maripetro. Sub fine, fol. 59-67, quaedam interseruntur annorum 1528-1751.

Quae statuta itale in Marcia asservantur [I. II, CLXV] fusius ab anno 1327 ad 1748 attingunt.

Cod. 173 chart., saec. XV, a. 172, l. 120 [L. V, LXIX]. Z.

1. *Statutorum et legum Clugiae* libri quinque.

Ioannes Michael potestas Clugiae, de mandato Iacobi Teupoli ducis Venetiarum, decernit *in aperto erigere candelabrum statutorum super quo candela scriptae iustitiae iudicibus accendatur,* ideoque *compilationem eorum legalem* a consilio oblatam confirmat anno 1246. Prooemium incip.: « Quoniam facile a norma » iusticiae deviatur in sententia proferenda . . . . », f. 7-80. Hic animadvertendum occurrit, *aestuarii,* uti appellant, incolis, etsi statutis venetis obnoxiis, licuisse novas rubricas exarare aut immutare: hinc prooemio eodem: *Ex libro statutorum civitatis Venetiarum debeant* viri in id deputati *ea statuta seu leges deligere quae noscerent Clugiae civibus utiliter expedire, conformantes ea, si qua fuerint, quibus primitus utebantur, nova insuper opportuna fieri componendo.*

2. *Libellus correctionum, addicionum, mutacionum, et declaracionum ac aliquorum statutorum et legum Clugiae, editorum de novo* a Benedicto de Molino, Consilio maiori et minori accedente, ducante Francisco Dandulo, annis 1331-1332. Prologus incip.: « Cum aliquae correctiones, addiciones, mutaciones. . », f. 80-87.

3. *Statuta Clugiae edita tempore Nicolai Leono, eius potestatis,* de mandato Andreae Danduli Venetiarum, ac consilio virorum illustrium accedente, a. 1347. Prooem. incip.: « Quoniam » quivis rector circa conservationem reipublicae . . . », f. 89-94

4. *Capitula quarundam correctionum factarum super statutis Clugiae per nobiles viros et dominos potestates Clugiae, qui infe-*

rius notabuntur manifeste. Ea se referunt ad rubricas cuiusque libri tum statutorum, tum correctionum, opera potestatum Ioannis Zeno, a. 1288; Petri Zane, a. 1358; Laurentii Danduli, a. 1359; Nicolai Faletro; Petri Barbadici; Marci Barbo; Petri Quirini; Zachariae Contareni, a 1383; Maphaei Aimi [Emo], ann. 1392-1393, f. 94-116.

5. ***Correctiones et additiones super statutis et legibus civitatis Clugiae, tempore Zachariae Contareni,*** a. 1383, f. 116-131.

6. ***Promissio maleficior.,*** iisdem potestate et anno, f. 131-137.

Subest operi: ***Anno Dom.*** 1407, 2 ***iulii, explicui ego Girardus de la Sola de Clugia, notarius imperialis.***

7. Fol. 138-143 adduntur ***novem statuta Petri Emo potestatis Clugiae,*** ann. 1392-1393.

Alia manu, charactere tenuiori, additum est f. 1-6 vetus calendarium, praeeuntibus unicuique mensi rhythmis, quos ideo exscribo, quod ab oblatis tomo I [pag. 202-203, 277-278, 281, 303-304], omnino differant.

Ianuarius. Est Ianus in nona et quarta scorpius hora.
Principium tropicum sancit capricornus.
Iani prima dies et septima fine timetur.
Prima dies mensis et septima truncat ut ensis.

Februarius. Inficit octavam Februi lupus et lea denam.
Mense nunc in medio sol intrat sydus aquarum.
Ast Februi quarta est, praecedit tertia finem.
Quarta subit mortem, prosternit tercia fortem.

Marcius. Mars habet infestam dubius primam atque secundam.
Procedunt duplices in marcia tempora pisces.
Martis prima necat, cuius in cuspide quarta est.
Prunus madentem disrupit quarta bibentem.

Aprilis. Est acus aprilis in primis atque novenis.
Respicis aprilis aries frixee kalendas.
Aprilis decimo est, undeno a fine minatur.
Denus et undenus fit mortis vulnere plenus.

Maius. Maius habet sextam, decimam quoque febre perustam.
Maius Agenorei miratur cornua tauri.
Tercius in maio lupus est et septimus anguis.
Tercius occidit et septimus ora relidit.

Iunius. Est iunii quinta serpens et quarta sagitta.
Iunius aequatos celo vidit ire lacones.
Iunius in decimo est; quindeno a fine minatur.
Denus pallescit, quindenus federa nescit.
Iulius. Iulius undecimam, nonam simul igne perurit.
Solstitio ardentis cancri fert iulius astrum.
Terdecimus iulii, decimo imminuit ante kalendas.
Terdecimus mactat iulii, denus labefactat.
Augustus. Augusti serpens prima est et septima vulpis.
Augustus mensem leo ferpidus igne perurit.
Augusti nepa prima fugat, de fine secunda.
Prima necat fortem, perditque secunda cohortem.
September. Tercia septembris vulpis ferit a pede dena.
Sidere virgo tuo Bachum septembris opinas.
Tercia septembris vulpis ferit a pede dena.
Tercia septembris, et denus fert mala membris.
October. Octobris quintam, nonam simul aspis oberrat.
Æquat et octubris sementis tempore libra.
Tercius octubris gladius decimo ordine nectit.
Tercius et denus sicut mors est alienus.
November. Languet in octava et quarta sub peste novembris.
Scorpius hybernum praeceps iubet ire novembrem.
Quinta novembris acus. vix tercia mansit in urna.
Scorpius est quintus, et tercius est nece tinctus.
December. Condempnat primam et sextam quoque clade perustam.
Terminat architenêns medio sua signa decembr.
Dat duodena cohors septem denum decemque decembris.

Authenticus codex membranaceus exstat in tabulario municipali Clodiae fossae; alter, duobus voluminibus, apud dominum Calcagno ibidem.

Cod. 174 chart., saec. XVIII, a. 281, l. 198 [L. V, XXXIII]. I

Statuta Clugiae. Eadem prorsus ac in codice praecedenti fol. 1-232. Quae sequuntur, fol. 232-262, sunt acta pleraque posteriora, annorum 1431-1631, sub potestatibus Ambrosio Baduario, a. 1431; Nicolao Lombardo, a. 1437; Georgio Laure-

no, a. 1438; Dominico Contareno, a. 1503; Sancte Mauro, a. 1525; Andrea Valaresso; Petro Lippomano, a. 1609; Paulo Belegno, a. 1631. Plura quoque exstant de *officio Iudicum proprii* ac ceteris magistratibus civitatis Clugiae.

Cod. 175 chart., saec. XVIII, a. 270, l. 195 [L. V, V]. X.

Capitulare salinariorum Clugiae, ab anno 1270 ad 1653.

Praeit iuramentum singulorum salinariorum, eorum scilicet qui munere aliquo in re salinaria Clugiae funguntur, f. 1-26. Insunt autem statuta pro confectione et venditione salis; vectigalibus, aliisque praesertim quae ad exteras personas se referunt; item litterae ducum Venetiarum; decreta provisorum salis; ordinationes potestatum, ex quibus recitantur nomina Ioannis Zeno [a. 1288]; Fantini Dandulo [a. 1318]; Balduini Delphini [a. 1321]; Marci Gradenigo [a. 1324]; Zachariae Contareni [a. 1381]; Io. Miani [a. 1387]; Ioannis Barbadici [a. 1389]; Petri Emo [ann. 1392-1393]; Philippi Corrario [a. 1399]; Petri Venerii [a. 1401]; Francisci Cornelio [a. 1404].

Codex habet folia 114.

Cod. 176 chart., saec. XVII, a. 201, l. 141 [L. V, LXXXIII]. N.

Statuta communis terrae Capitis Aggeris.

Blasius Magno potestas Capitis Aggeris, animadvertens *omnia statuta a nobis et praedecessoribus nostris edita, tanta confusione* versari, ut iudices in iudiciis dandis vacillent, eligit die 3 octobris, a. 1401, *discretos et sapientes viros* eius terrae, qui *statutum* reforment, quod reapse, rubricis 121 distributum, *Consilio veteri et novo convocato,* approbatum est die 24 februarii, a 1402. f. 1-42.

Fol. 43 addita rubrica 4 iunii, 1402, *super solutionibus notariorum communis;* foliis vero 48-55 exstant *Ordini sindacali della presente terra di Cavarzere,* die 7 martii, 1620, octodecim rubricis dati.

Supervacaneam puto horum statutorum analysim, quam ceterum perite instituit Carolus doctor Bullo, pag. 73-83, operis:

Cavarzere e il suo territorio. Chioggia, 1864, 8.° Idem domi servat exemplum: alterum bibliotheca nostra ex hoc codice sumptum [I. VII, MCDLXXXVIII].

Cod. 177 chart., saec. XVII, a. 307, l. 208 [L. V, XCIII]. T.

Statuta, ordines et provisiones civitatis Adriae.

Praeit fol. 1-10 repertorium alphabeticum statutorum, quae a Nicolae marchione Estensi antea visa, Leonellus marchio Estensis approbat die 4 ianuarii, 1442. Tractatus decem, f. 11-68, de **a.** *gubernatione terrae Adriae,* **b.** *ordinatione et decisione causarum civilium,* **c.** *maleficiis,* **d.** *adulteriis,* **e.** *molendinariis,* **f.** *extraordinariis criminalibus,* **g.** *damnis datis,* **h.** *aggeribus,* **i.** *vallibus et ad valles pertinentibus,* **k.** *rebus extraordinariis,* habent summatim rubricas tercentas quinque, a Francisco de Cimantibus die 30 martii, a. 1669 exscriptas. Additiones annorum 1446-1631, continent litteras [latine-itale] Leonelli marchionis Estensis, Borsii et Herculis I ducum Ferrariae, Leonorae de Aragonia ducissae Ferrariae, ann. 1446-1480; statuta Ferrariae, communitati Adriae aptanda; litteras ducales Venetorum ann. 1517-1531; nomina potestatum Adriae a Petro Bembo a. 1512 ad Laurentium Pisani a. 1681: serius additus est syllabus posteriorum Marini Grimani, a. 1682 ad Antonium Balbi, a. 1717.

Qui ceterum de codice nostro aliisque similibus, ac statutorum adriensium historia erudiri penitius desiderat, adeat Antonii Valsecchi opus (1) cuius continuatio in desiderio est.

Codex, foliorum centum, convenit ex integro cum versione itala codicis Marcii [I. II, CXVII], et statutis semel tantum editis (2), nisi quod his absolvendis ac innumeris quoque typographi erratis corrigendis optime deservit. Anno 1703 possederat Hyacinthus Bucca [Bocchi] i. u. d. et advocatus phiscalis adriensis.

(1) *Bibliogr. analitica degli statuti italiani* ec. Padova, 1862, p. 1-34, 8.°

(2) *Ius municipale Adriae, ex S. C. nunc primum editum, auspicante ill. et excell. d. d. Petro Foscari, sumptibus Ioannis archipresbyteri, Antonii fratris et Francisci nepotis Giulianati, civium adriensium.* Venetiis, apud Iacobum Valvasensem, 1707, p. 164, 4.°

Cod. 178 chart., saec. XV, a. 318, l. 210 [Z. L. CCXXII]. E.

Statuta Policinii Rhodigii, tractatibus septem, quibus extremus fere ex integro deest.

Praeit fol. 1, 8, duplex epistola Nicolai marchionis Estensis, *Ferrariae, Mutine, Rhodigii, ac totius Policinii Rhodigii domini generalis* [Ferrariae, 18 iunii, 1440], qua vetera statuta novis completa, renovata, emendata, opere Ludovici de Sardis, legum doct. ferrariensis et Rhodigii vicecomitis, comprobat, inviolabiliter servanda mandat, eaque in membranis redigi. Foliis 2-7 occurrit index capitulorum 354 ; 8-75 textus ; cui accedit fol. 75-76, manu seriori, decretum duplex maioris Consilii Venetiarum, ann. 1547, 1553. Edita ea sunt die Iovis, 7 iulii, 1440, Nicolao Stroza bonon., capitaneo generali totius Policinii Rhodigii ; transcripta vero in usum marchionis eiusdem, mense aug., a. 1440.

Si codicem ms. cum statutis editis (1) confero, in his plura desiderari comperio : desunt quoque epistolae marchionis Estensis ; formulae ab Estensi dominatu ad venetum aptatae sunt. Secundae tamen editionis plus congruit codex, cum prima, libris distributa, varius occurrat capitulorum ordo. Hanc ignorasse editores alterius suspicor, cum litterae dedicationis haec insint : « Cum . . . . municipalia vetustissima iura inedita adhuc, » manuque scripta circumferrentur . . . . ».

Cod. 179 chart., saec. XV, a. 335, l. 234 [L. V, XL]. X.

Statutorum Tarvisii libri secundus et tertius. Iidem prorsus ac editi (2) nisi quod sub fine tractatus undecimi libri tertii, loco

(1) *Statuta peninsulae Rhodigii, sub tutela d. Bellini, sanctissimi ipsius peninsulae tutelaris, ex publico decreto edita.* Patavii, apud Laurentium Pasquatum, 1591, p. 252, 4.° — *Statuta Rhodigii, Lendinariae, et Abbatiae, ex decreto publico totius Policinii nuper reformata.* Venetiis, 1648, ex typographia ducali Pinelliana, p. 192, 4.°

(2) *Statuta provisionesque ducales civitatis Tarvisii, cum additione tertii voluminis constitutionum et litterarum ducalium.* Venetiis, 1544, p. 129-202. — Ibidem, 1768, p. 226-409.

edictorum Mastini et Alberti de la Scala, anni 1331, in malefactores et bannitos, occurrunt *Constitutiones Friderici II imperatoris et Clementis papae IV* [1265] *contra haereticos*, f. 174-185.

Codicem, foliorum 196, cum rubricarum numero et titulis, ac initialibus litteris coccineo colore expressis, possederat Hieronymus Delphinus.

Cod. 180 chart., saec. XIV, a. 305, l. 224 [L. V, XXXVIII]. ...

Statuta quaedam tarvisina, reform. ann. 1342-1368.

1. *Provisiones et partes consultae in Consiliis minori, Rogatorum et quadraginta negotiis tangentibus regimen civitatis Tarvisii*, quas Andreas Dandulus, dux Venetiarum, tradit Nicolao de Priolis potestati et capitaneo Tarvisii, 15 febr., a. 1342, f. 4-11, cum additamentis, f. 12.

2. —— *seu partes captae* ec., *super reformatione statutorum de testamentis, civilibus, advocatis, possessionibus, civitatis Tarvisii*, quas mandat observandas Marcus Cornelius dux Leonardo Dandulo, potestati Tarvisii, 5 octobris, 1367, f. 16-35.

3. —— *correctiones et declarationes* ec. potestati eidem ab Andrea Contareno duce communicatae, 23 martii, 1368, f. 35-36.

Statuta haec, utpote quae a Venetis sub initio eorum dominatus Tarvisio data, maxime habenda, augent eorum syllabum, quem bibliotheca municipalis Tarvisii asservat (1).

Cod. 181 membr.-chart., saec. XV, a. 293, l. 206 [Z. I. XXX.

1. *Liber provisionum ducalium Tarvisii*, Marco Zeno potestate, f. 4-43.

Typis datus est sub fine statutorum (2). Prooemio praeest summarium tractatuum sic: *Primus testatur — Civilium est gr. secundus — Masario tertius pignora dat — Quartus appellat — Quintus advocatus regulam et proemia praebet — Sextus rendendis disponit et registrandis — Septimus est rectus notariis ord.*

(1) *Bibliografia degli statuti della provincia di Treviso, dell' avv. dr. Francesco Ferro*. Treviso, 1858, pag. 49.

(2) Edit. 1.a, p. 249-296 — 2.a, p. 425-511.

decretus — Octavus monet satellites atque precones — Nonus delicta cernit et crimina purgat — Regiminis denus diversos continet actus. Sub fine, duplex littera ducalis Antonii Venerii, de provisionibus ducalibus sarta tecta custodiendis, anni 1391, desideratur in impressis. Fol. 43-49 occurrit index rubricarum. Manu posteriori exscripta, f. 1-3, 49, decreta maioris Consilii Venetiarum de matrimoniis occultis vitandis, testamentis, sententiis auditorum veterum, advocatoribus communis, causis maiori Consilio Venetiarum deferendis, iudicibus palatii, praediorum venditionibus, ann. 1302-1462.

2. *Publica cartula de promission,* data nomine *Liber promissionis maleficiorum,* a duce Venetiarum, die 7 iulii, anno 1232, itale, capitulis triginta. Prooem. incip.: » Cumcosiache del rigore » de la iustixia li excessi emendare . . . . », f. 50-53.

Versio haec, ut et reliquae ad finem, editae pluries cum textu latino, omnino differunt ab impressis et a codice nostro [Z. I. XXXI] quod praecipuo annoto, ut peculiaris loquendi ratio lectorem non effugiat.

3. *Statuto sovra peticion e querimonie che de esser fatte avanti li tre savj,* eodem duce, 16 martii, 1244. Prooemium incip.: « Cumciosiacosache a nuy sia circha lo nostro officio a nuy in» giunto, lo puol [populus] de Venetia . . . », f. 53-54.

4. *Libro deli statuti e dele leçe de li Veneçiani, de lo ilustre miser Iacomo Tiepulo, inclito doxe de Venexia* [1242]. Inc.: « Deo » autore lo ducha nostro de lo biado Marcho alle besogne gover» nando . . . », f. 55-93. Libri quinque itale, saepius editi: capitula tamen a 44.° libri tertii ad extremum quinti latine dati, respondent ad unguem impressis statutis.

5. *Statuti e publiche fermacion componide e affermade de novo in publico rengo, syando doxe misser Francescho Dandolo . . .,* 14 aug., 1331, f. 93-99. Statuta haec, *liber* quoque *correctionum et additionum* appellata, qua statutorum sextus, impressa sunt. Continent autem correctiones et additiones libris quinque, item itale, ducibus Francisco et Andrea Dandulo, quae cum editis collatae, usque ad capitulum quadragesimum nonum pertingunt.

6. *Statuti de novo fatti et componudi sovra li statuti dele naue e deli naveganti,* f. 99-103. Capitula octo a principio respon-

dent 68-69, 71-76 libri sexti; decem quae supersunt in in
sis desiderantur.

Manu posteriori adduntur, fol. 103-105, partes Consil
ioris et quadraginta, ann. 1352, 1359, 1400.

Codicem possederat Franciscus Batioro.


Cod. 182 chart., saec. XVI, a. 309, l. 213 [L. V, XXXIX

Liber ducalium provisionum pro Tarvisio, quas *Marcu*
venetus, potestas et capitaneus Tarvisii, mandavit recolligi
uno libro, cognominado Z..., compaginatas et a veneta do
tione approbatas publicum ... ssit Tarvisii, die 15 *martii,*
Prooemium inc.: « Ordinem quidem affectant populi, utiq
» ctum ... ». Provisionibus editis adduntur legum summar
additiones tractatui sexto et declarationes, f. 73-79, quae i
pressis desiderantur.

Codex, folior. 99, habet a principio, opere Ioannis An
Punisii, summarium, quod a praecedenti differt.

« Primus tractatus testatur provisionum,
» Civiles causas ordinat inde sequens.
» Pignora trinus habens, appellat quartus ab actis,
» Procuratorum singula quintus habet.
» Sextus vendit opes et profert, iura registrat,
» Et dotes servat, pluraque facta tenet.
» Solvit notariis limitatos septimus actus,
» Octavus vafros satellitesque monet.
» Crimina nonus habet, decimus complectitur, acta
» Tarvisii tantum sic liber iste docet ».

Opercula corio vitulino signato obducta exornant insign
familiae, quam tarvisinam putarim,



cum epigraphe PROVISION DVCAL DE TREVISO, additi
lemmate: *Moderata durant — Immoderata ruunt.*

Cod. 183 chart., saec. XVIII, a. 300, l. 209 [L. V, CVI]. Q.

Statuta municipalia castrorum Collalti et sancti Salvatoris. Incip.: « Statuimus et ordinamus quod habitantes in castro Col- » lalti et habitantes in villa Collalti teneantur et obligati sint » tenere in concio omnes vias et pontes . . . ». Libri duo, quorum primus habet rubricas 37, alter 33, f. 1-41, exhibent statuta usque ad annum 1583: haec tantum habet exemplum Marcianum itale versum [l. II, CXXI]. Accedunt f. 42-44 additiones annor. 1567-1614. Fol vero 50-52 occurrunt acta inter potestatem Coneglani ann. 1500, 1505, 1530, et subditos Collalti de horum *exemptione a dacio mutae;* item fol. 56-59 declaratio consortium Ferrantis, Io. Antonii, Horatii, Octaviani, Antonii, Vinciguerra comitum de Collalto; qua acta *delle nostre giurisdizioni,* ad avertendam legum violationem, subsint ex integro vicario eius terrae, 10 iulii, 1673.

Ex rubricis singulis noto potiores: Michael Steno, dux Venetiar., inducit Schinellam comitem Collalti, die 9 iunii, 1405, ut sal Tarvisii coemat; Antonius et Nicolaus comites de Collalto declarant datia solvenda, a 1460; cautelae diligentiores adhibendae pro *tortura danda vel non danda.* Iussum ceterum pro criminibus, manus amputandas, oculos eruendos; sontes in carcerem protrudantur, *suspendantur per gulam ita quod moriantur,* capite puniantur, cadavera comburantur; foeminae fustigentur, arbitrio vicarii puniantur. Poenae pecuniariae decretae in libris et solidis, vel *nostrae curiae applicandae,* vel *inter curiam* et accusatorem dividendae.

Codicem, foliorum 76, belle exscripsit ex statutis municipalibus cancelleriae Collalti Iacobus Micheletti, anno 1726, quod assertum quoque anno 1733 ab Antonio Concini notario. In castro eodem Collalti asservantur *Statuta Collalti, iussu ill. et ex. d. d. Iacobi comitis de Collalto, avitae iustitiae ex asse haeredis, anno* 1748 *exarata,* quorum exemplum penes Franc. Scip. Fapanni, Venetiis. In editione (1) a Francisco Ferro tarvisino cura-

(1) *Statuta Collalti.* Tarvisii, 1849. p. 80, 4.°

ta, acta quaedam posteriora adduntur, omissa indicatione *Additiones*.

Cod. 184 chart., saec. XVI, a. 246, l. 209 [L. V, CVIII]. Q.

Allegationes iuris pro Antonio quond. Rambaldi de Collalto. haerede feudorum familiae, in Olimpiam q. marchionis Bes de Massarano, viduam Alphonsi fratris Antonii, atque mariti legatariam, anno circiter 1580.

Codex folia numerat 174.

Cod. 185 membr., saec. XVI, a. 260, l. 180 [L. V, C]. MI.

Acta numero duo supra nonaginta de gastaldia Sancti Donati de Anasso flumine [*San Donà di Piave*], vel vendenda, vel ad perpetuum livellum concedenda, vel plus per incantum offerenti danda, annis 1468-1506. Pars potior documentorum [latine-itale] se refert ad Franciscum Marcello et Angelum Trivisano ann. 1480-1481, quibus data est gastaldia ad livellum perpetuum, conditionibus in codice pactis, praesertim quoad datia minime solvenda. In rem plures ducum Venetiarum litterae occurrunt.

Codici, foliorum 34, serior manus addidit documenta anni 1531, ut et duplex annorum 1537, 1626.

Quaedam in argumentum referunt codices Marciae [I. VII MCCCCXXXVI, MCCCCXL], ut et opella: *San Donà di Piave Memorie storico-statistiche con illustraz.* Venezia, 1869, p. 22. 8.

Cod. 186 chart., saec. XVI, a. 200 l. 153 [I. VII, MDCXXXI]. Q.

Acta eadem, latine-itale. Codici praecedenti respondent ex ungue, fol. 1-42. Quae sequuntur fol. 42-101 et plura in emissa ex saeculo decimoquinto, et alia de eadem re usque ad annum 1544 respiciunt.

Cod. 187 chart., saec. XVI, a. 310, l. 215 [L. V. XLIII]. X.

1. *Statuta castri et comitatus Zumellarum*, f. 1-26.

Cum editis (1) ad unguem conveniunt. Quaedam tamen habet codex quae in editione desiderantur. Ea sunt **a.** Litterae ducales Thomae Mocenici [7 apr. 1422], quibus Georgio Georgio veneto concedit *castrum locum et vicariatum Zumellarum*; **b.** decreta comitis Zumellarum, eius vicarii, aliorumque, de causis criminalibus, maleficiis, contractibus illicitis, pignoribus, annis 1489, 1554-1571; **c.** iussum Andreae Georgii comitis Zumellarum, *de reformandis salariis et mercedibus ministrorum ipsius comitatus*, datum ex Marano, 12 octobr., 1559. Statuta edita exhibent tantum compendium, itale.

. 2 *Statuta, provisiones, litterae, mandata, pacta et conventiones communitatis Rochae de Pectoris, cum magnifica communitate et magnifico Consilio civitatis Belluni, per Antonium Lippum notarium, exemplatum ad requisitionem Bartholomaei de Sopera et Iacobi Gaspardi de Subaguda, nuntiorum Rochae de Pectoris, ex suis originalibus, sub die Veneris ultimo augusti*, 1571, f. 29-35.

Ea, numero 67, *composita et compilata sunt* sub regimine eius, consilio Belluni, vicarii et rectoris Cosmae de Grotis de Aretio, anno 1417, quo Bellunum regi Hungariae Sigismundo suberat. Foliis 32-35 occurrunt additamenta saeculorum decimiquinti et decimisexti, nempe iterata aliquot statutorum comprobatio, decreta Consilii maioris et minoris Belluni, eiusque capitanei. Etsi publici iuris nunquam facta sint, tamen in editione altera statutorum belluuensium (2), p. 521-543, plura ad Rocham Pectoris spectantia leguntur, titulo: *De iurisdictione magnificae civitatis Belluni super Rocham Pectoris, privilegia, partes, ducales ac terminationes*, ann. 1392, 1395, 1637, 1643, 1647, 1650, 1659, 1697.

(1) *Statuta castri et comitatus Zumellarum* [cum versione itala e regione]. Venetiis, 1661, ex typogr. ducali Pinell., p. 103, 4.°

(2) *Statutorum magnificae civitatis Belluni libri quatuor*. Venetiis, apud Leonardum Tivanum. 1747. p 572. 4.°

Statutorum versionem italam continet codex Marcius [L. VII, MDVI], de quo, ut et de latino, plura retulit Petrus Mugna ... *Cronaca d'Ignazio Cantù*. Milano, 1857, dispensa XVII, p. 117; XVIII, p. 182-186.

·Cod. 188 chart., saec. XIV, a. 304, l. 230 [L. V, CXXII].

Statuta patriae Foriiulii, rubricis octoginta quatuor.

Codex tabularii municipii utinensis, quocum suum, hodie nostrum, contulit Ioseph Bonturini, continet statuta patriarchae aquil. Marquardi de Randech a. 1366 evulgata, de quibus legitur in prooemio: « Consuetudines incertas, obscuras et indeterminatas, nullatenus aliqua scriptura declaratas, statuimus, in unum » et praesenti compendio diligentius reducere ». Prooemium hoc in codice nostro desideratur, cuius ceterum textus ab utinensi discrepat, quod saepius occurrant indicationes *additio, additio nova, constitutio nova*, quandoque *tollimus et cassamus*; liturae et correctiones ac postillae coevae non sint infrequentes.

Rubricae fere omnes ad ius civile, raro ad criminale se referunt. Hoc speciale adnoto, mulctas applicandas curiae, domini, hospitali s. Mariae Magdalenae, parti probanti, referendario; definiri per frisacenses, marchas [quarum decem constituunt totidem frisacenses, quandoque duodecim, quandoque quindecim], libras sclavonicas [quarum triginta dant octo frisacenses], libras, libras solidorum veronensium parvorum, solidos, denarios. Ht patriarchalibus, quasi substructioni cuidam, posteriora statuta Venetorum auctoritate firmata et pluries edita, insistunt.

Codex habet folia 93.

Cod. 189 membr., saec. XV, a. 85, l. 211 [L. V, CII].

Statuta castri Aviani, rubricis una supra septuaginta. Praeit approbatio Antonii II, patr. aquil. data *ambassiatoribus, et officiis gastaldionis, favolerii, consilii et universitatis Aviani*, 1.. sept., 1403.

De accusatione et inquisitione normis allatis, poenae statuuntur in blasphemos, interfectores, laedentes corpus et famam

latrones, falsarios, incendiarios, fornicatores, incantatores, vastatores domorum et camporum, instruentes viam per fundum alterius, absentes et contumaces. Non omittendum censeo quod mandetur: rem inventam appendendam funi campanae vel *favolerio* praesentandam; poenas decerni contra levantes aliis caputeum, in eos qui incitant canem contra aliquem, in *marengones* [fabros lignarios], pelliparios, cerdones non perficientes opus intra terminum promissum. Sub fine, de matrimonio minorum, gastaldione, consiliariis, procuratoribus, probatione plena, privilegiis civium contra forenses, ludo, condemnatione et bannis. Poenae decretae in libris et solidis parvorum; ustione; strassinatione ad furcas; resecatione capitis, manuum, pedum, aurium, nasi [praesertim in foeminis], linguae, testiculorum; fustigatione; bullatione; damni emendatione [seu pretio soluto, seu talionis iure exercito]; carcere temporario seu perpetuo; poene corporales non omnes pretio redimuntur.

Verba obsoleta *guayta* [excubiae], *pallata* [species sepis in aquis], *pelerbae* [sepes ex herbis vel lignis], *falcaseus* et *spaltus* [armorum genus, illud forsan ex *falce*], *cepa* [strues lignorum], *favolerii* [ministri communitatis] in Ducangii glossario mediae et infimae latinitatis desiderantur, ut et significationes verborum *trucinatio* [definitio causae], *excorrigiare* [fustigare].

Hoc statutorum exemplar, folior. 12, authentico par, uti ex notis praesentationis annorum 1559-1561, 1563-1564, 1568, 1574. Antonius Valsecchi possidet chartaceum, quod cum nostro contulit, ac protulit quae ambobus illustrandis plurimam affundunt lucem.

Cod. 190 chart., 1740, a. 310, l. 212 [L. V, LXIV]. MI.

Statuta communitatis Buiae, exarata die lunae 8 decembr., a. 1371, a consilio Buiae, praesente capitaneo Glemonae, qua vicario generali patriarchae aquil., rubricis sexaginta novem. Iis approbatis subscribit Nicolaus dictus Kulonus. q. Thomadi Rayneroti, notarius.

Noto voces in Ducangio desideratas: *altirolum* [species foeni]; *bayarzii, buiarzii* [nemus vel aliquid simile]; *buscare* et *buschare*

loco *boscare* et *boschare* [caedere ligna in nemore]; *busia* [mensura vini]; *caciamenta* [venationes]; *incrozare* loco *incrusare* [decussatim ponere]; *medina* et *mesina* loco *medimna* [mensura segetis]; *pisinale* [medietas vasis vini]; *spangare* [cancellare] ab alemann. *Spange*, fibula.

Poenae semper irrogantur marchis denariorum aquileiensium, denariis et solidis aquileiensibus.

Marcus Antonius Bertoli, notarius, codicem folior. 10 manu exscriptum *ex statutis authenticis in charta haedina apud gastaldiam Buiae existentibus*, anno 1740. Adduntur fol. 11-17, documenta a. 1741.

Cod. 191 chart., saec. XVII, a. 310, l. 216 [L. V, XCVIII].

Statuta communitatis Glemonae, ab anno 1381.

Leonardus de Pers, vicecapitaneus pro Albertino de Spilimbergo capitaneo Glemonae, Fabianus massarius, provisores, consilium et commune advertentes statuta Glemonae varia esse, discordantia, pluribus voluminibus et membranis inclusa, dictant nova, per Glemonae cancellarium Philippum Formentini notarium, anno 1381, causa *guerrae* inter regem Hungariae, ecclesiam aquileiensem, Genuenses, dominium Paduae et Venetos. Statuta tribus supra biscentum capitulis exarata excipit triplex confirmatio [itale] eorundem, ex parte veneti senatus, anno deditionis 1420 et succedentibus 1586, 1615, cui accedit enumeratio onerum communitatis, quibus sublevandis pecunia ex datiis erogetur.

Eius societatis conditiones indigitant ordinamenta et poenae: nota est iniuriae foeminam vocare *medicinariam, puerorum strangulatricem*: nemo debeat rumpere banchas communis ad comburendum; furari uvas cum furia; ludere pro pecunia cum taxillis vel alio instrumento, exceptis tabulis et schachis. Poenae speciales carcer, bannus, detruncatio manus dexterae, alligatio ad catenam in platea triduo diu noctuque, pro mulieribus vero delatio lapidis ab una porta ad aliam de muro veteri; pecuniariae autem constitutae per marchas, libras denariorum parvorum, veronensium; solidos grossos; denarios, denarios aquileien-

ses; parvulos, parvulos venetos et veronenses; phirpula. Loci commercium revelant voces teutonicae *niederlach* [depositum, a *Niederlage*], *cromarius* [mercator, a *Krämer*], ut et caseus teutonicus, vinum rubiollum de Istria et Tergesto; merces Cretae, Marchiae, Romaniae; confectio pannorum *de pegers, de luore, de sugis, Barchamina, Peltremuli,* Bacharani vel Vilgessii.

Voces barbarae adnotandae sunt *barbanus* [patruus], *beccaria* [macellum], *dova* [dolii asser, it. *doga*], *falzonus* [lancea, a *falx*], *ficatura* [iecur], *seglaria* [emissaria], *spata* [ensis, ab it. *spada*]. Desunt glossario mediae et infimae latinitatis Ducangii *balcea* [ligna], *citussus* [vas vinarium], *phirpulum* [moneta quaedam], *piistata* [everrenda a domibus], *noveta* [emissaria], *ruppus* [fascis], *sebeccare* [interrumpere], *sgorbignare* [in aliquem invehere manibus, pedibus, dentibus], *terranum* [eiusdem terrae], *voialia* [viae]. Sensu diverso adhibet Ducangius voces *per exforsium* [vi], *maiolus* [vas vinarium]. Voces dialectus occurrunt latina inflexione: *botti* [horae], *buttia* [vas vini], *cultrae* [stragula], *gatta* [feles], *lavadurae* [lavationes], *scarnare* [excoriare], *sclavinae* [centones], *scovatiae* [everrenda].

Codicem, cui fol. 44-49 posteriora in rem documenta, annorum nempe 1420, 1587, 1615 addita sunt; Utini editum, anno 1869, pro occasione nuptiarum, curis professoris Wolf, dono dedit Marciae Iacobus Coletus.

Cod. 192 chart., saec. XVII, a. 313, l. 216 [L. V, XCIX]. MI.

Eadem.

Codex, pagin. 100, ut et proxime antecedens, recens exemplum.

Cod. 193 chart., saec. XVIII, a. 300, l. 217 [L. V, CXXI].

Statuta terrae Sanctidanielis.

Rubricis numero centum triginta septem deest quadragesima prima, titulo: *De vicinis non valentibus acceptare procuratorem pro forensibus contra vicinos.* Hanc, cuius in indicibus codicum mss. mentio tantum occurrit, ut et nonagesimam nonam *de*

ludo et poena ludi, patriarcha aquileiensis a. 1489 *iussit penitus aboleri et pro abolitis haberi mandavit.* Statuta haec approbat Thomas Mocenigo dux Venetiarum, qua die 16 iulii 1420, communitatem Sanctidanielis acceptat *sub protectione et gubernatione dominii nostri, confirmantes communitati praedictae statuta, iura et consuetudines suas, volentes quod se gubernent et regant sub nostro dominio, cum modis et conditionibus cum quibus fecerunt per elapsum.* Ea denuo rata habent duces Franciscus Foscari, a. 1440; Nicolaus Marcello, a. 1473; Marcus Anton. Memmo, a. 1613.

Edita sunt (1) ex codice membranaceo saec. XV tabularii sanctidanielensis, quo tempore sculptor egregius Aloisius Minisini Victoriam Menchini duxit uxorem. Ceteris praestat codex musei Corrarii Venetiis, quod statuta antiquiora annorum 1355-1388 comprehendat. Paucula tantum ex statutis exstant latine et italice in nostro codice [I. VII, MDV], fol. 109-123.

Codex foliorum 36 belle exscriptus est.

Cod. 194 chart., saec. XVI, a. 216, l. 155 [L. V, XCV].

Statuta et ordinationes communis Pulcinici, nec non et capitula nova et vetera.

Trifariam distributa, continent **a.** quae data sunt *per universos dominos de Pulcinico, sub potestate domini Simonis,* a. 1301. scripta et exemplata a Francisco q. Antonii de Midisinis de Bagnacavallo, notario *ex licentia sibi concessa per universitatem terminorum de Pulcinico,* 5 sept., a. 1459, f. 1-15.

b. Capitula vetera enata ex concordio, coram Hectore Pasqualigo, Utini locumtenente, anno 1461 celebrato inter comites Pulcinici et subditos, scilicet 1. de nil derogando iuribus episcopi bellunensis in re de investituris; 2. de piscatione; 3-5. de pascuis, confinibus et aquis; 6. de reparationibus murorum, foveorum, domuum castri et burgi Pulcinici; 7. de solvendis per subditos Christophoro et Antonio comitibus de Pulcinico ducatis mille pro expensis litis, f. 16-22.

c. Capitula nova reformantur die 8 nov., 1475 in domo Co-

(1) *Statuta terrae Sanctidanielis.* Sandaniele, 1859, tip. Biasutti. p. 85.

Iussii pelliparii, suadente Stephano Valmarino, vicario Vitalis Lando, locumtenentis foriiuliensis, 1. de excludendis potestate et nobilibus Pulcinici a certis condemnationibus; 2-4. de pignoribus; 5-7. de mercede cancellarii; 8. de piscatione. Reformationi subscribit Marcus Antonius de Brixia q. Francisci, notarius et cancellarius locumten. foriiuliensis, f. 23-27.

Poenae datae combustio, suspensio, decapitatio, fustigatio, excoriatio seu bullatio, proiectio de ponte in aquam, resectio membrorum, nasi vero pro foeminis, carcer; pecuniariae in libris parvorum ac frisacensibus novis.

Voces insuetae *panchogolus idem ac pistor* [quam Ducangius interpretatus est *tabernarium*], *pignolatum, scuffones* species vestium.

Codicem, folior. 33. Marciae dono obtulit Petrus Oliva del Turco, a. 1824.

Cod. 195 membr., saec. XIV, a. 406, l. 287 [L. V, XXXVII].

Statuta patavina in quinque libros distributa, libri in rubricas.

Amplissimam hanc collectionem anno 1362 publico mandato descriptam fuisse ex his verbis sub fine, fol. 305, positis innotescit: « Potestate nobili milite domino Simone de Lupis de » Parma, nec non eius vicario sapienti viro domino Ioanne Salgardo de Feltro, legum doctore eximio, millesimo trecentesimo » sexagesimo secundo, indictione quinta. Ad honorem omnipotentis Dei et dulcissimae virginis Mariae et Domini nostri Iesu » Christi genetricis, et communem utilitatem civitatis et populi » paduani, reducta sunt statuta praesentia communis Paduae in » hoc volumine, de mandato magnifici et excelsi domini domini » Francisci de Carraria Paduae domini generalis ec., et scri» pta manu Antonii, filii quondam domini Viviani de Benaliis » de Leucho, civis paduani, ex decreto praefati magnif. dom. » nostri ec. ».

Alia deinceps condita statuta, cum ab eodem librario, tum ab aliis exarata, per totum volumen, ac potissimum in fine accedunt, f. 306-310, haud ultra tamen saeculum XIV. Praeter ea

quae Patavini pro bono gymnasii regimine statuere, quaeque rubrica *de conditionibus scholarium et facto studii paduani*, sub ann 1261, fol. 223-225 includuntur, haec animadversione digna codex habet.

1. Nicolai pp. IV *bulla qua statuta patavina, eidem inimica de clericorum conditione et immunitate, confirmantur*, f. 115-118. Ad annum 1290 referenda est, quod vir clar. Iosephus Gennari declarat pag. 114 operis inscripti: *Dell' antico corso di fiumi in Padova*, ubi de tota controversia inter pontificem et Patavinos accurate disserit. Bullam universam retulit Federici in *Istoria de' cavalieri gaudenti*. Venezia, 1787, II, p. 224-231.

2. *Tenor et forma societatis et cittadinantiae domini* [Bertoldi] *patriarchae aquileiensis*, f. 289. Charta est anni 1221, edita a Muratorio in *Antiquitatibus Italiae medii aevi*, IV, p. 180.

3. *Tenor et forma cittadinantiae et societatis domini* [Algerii] *episcopi feltrensis*, f. 289-290. Hanc anni 1260 chartam Muratorius itidem attulit eodem libro, p. 181, posteaquam Hieronymus Bertondellus ediderat in *Historia della città di Feltre*. Venetia, 1673, p. 68-69.

4. *Tenor et forma societatis et concessionis aquae, sive privilegii sanctae Iustinae, anno* 1230, f. 290-291. Edidit Gennari opere superius allato, p. 132.

5. Alexandri pp. IV, *constitutio contra haereticos, cum constitutionibus Friderici II imper., Paduae datis contra haereticos omnes, deinde contra Catharos, Patarenos* ec., f. 292-294. Pontificis constitutio ad annum 1260 spectat, ac omnino respondet constitutioni Innocentii pp. IV, anni 1243, quae imperiales quoque constitutiones continet, ut in *bullario romano* iam patet.

6. Clementis pp. V, *constitutio qua statuta contra haereticos ab Innocentio pp. IV iam edita confirmantur a.* 1265, f. 294. Eadem quae in *bullario romano*, sub num. IX.

Ceterum quantum historiae eius temporis investigandae statuta haec conferant, maxime quod in editionibus certe recentioribus, desit cuiuslibet statuti origo, tempus scilicet quo exaratum et potestas cui tribuendum, nemo est qui apprime non videat. Adde quod in impressionibus nonnisi compendia aut recentiora statuta occurrunt; libri vero tertius et quartus qui nomina vari

confinium, *stratarum*, pontium, villarum universae provinciae recitant, fere ex integro desiderantur.

Rubricarum index, fol. I-V, finit: *Liber iste statutorum est nobilium virorum* dominorum . . . . . . de Padua cognomine. Nomen consulto erasum puto fuisse *de Carraria*. Haec interiori operculo inscripta ad codicis spectant historiam: *Praesens statutum mihi Petro Floreno, i. u. d., hodierna die* 7 *mensis martii*, 1623 *mihi dono datum fuit a sp. et docto viro d. Petro Putheo, notario Paduae, compatre meo et mihi summa familiaritate coniuncto. — Die sabbati* 17 *mensis iunii huius anni* 1623, *hora tertia noctis subsequentis diei raptus Putheus, cuius anima requiescat in pace. — Die sabbati*, 9 *mensis septembris*, 1561. *Vetus hoc statutum multis quidem nominibus preciosum emptum fuit a me Georgio a Turre patavino, botanicae professore, horti publici praefecto, a d. Filiberto Floreno, i. u. d., q. suprascr. d. Petri filio, pretio ducatorum decem aureorum. — Emptum a me Stephano Varese ex codicibus olim excell. Georgii a Turre, publ. profess., pretio ducatorum duodecim aureorum.*

Codicem exornant litterae initiales auropictae rubricarum primae et secundae libri alterius, f. 51, 56, primae rubricae libri tertii, f. 148; quarti, f. 211.

Cod. 196 membr., saec. XV, a. 250, l. 177 [L. V, XXXVI].

Statutorum communis Paduae libri secundus et tertius.

Fere omnia concordant cum editione vicetina anni 1482, nisi quod plura desunt codici sub fine utriusque libri. Pars statutorum serior annum 1420, sub potestate Marco Dandulo, attingit. Insunt tamen litterae ducales Thomae Mocenici [a. 1414] ac Francisci Foscari [ann. 1435-1436, 1442, 1445], quarum quae annis 1442, 1445 cum post exscriptum volumen additae sint, satis innuunt ante dimidium saeculum decimumquintum exemplar factum.

Codex, scripturae erroribus scatens, numerat folia 141.

Cod. 197 chart., saec. XV, a. 284, l. 213 [L. V, XXXVI]. F.

Ecloga rubricarum statuti patavini. **Eae sunt ex libro primo 2.ª et 11.ª; secundo 28.ª; tertio 22.ª, 24.ª usque 27.ªm, 29.ª usque 32.ªm, 34.ª, 35.ª, 39.ª usque 44.ªm; ex quarto 1.ª, 5.ª usque 7.ªm; ex quinto 1.ª et 2.ª, f. 1-70. Statuta vetera, quae ante annum 1236 condita referunt, ac millesimum quadringentesimum minime excedunt, raro congruunt cum editis, quibus plura desunt in codice relata.**

Exstant voces in Lexico Ducange desideratae *Casolino* [*Casalino, Casolino* hodiedum quoque in ore populi] *venditor* *sei*, et *brondum* loco *bronzum* [aes].

Foliis 71-88 plura adduntur, variorum manibus exscripta, quae ad rem faciunt: litterae ducum venetorum Thomae Mocenigo, Francisci Foscari, Pasqualis Maripetro, Ioannis Mocenigo, Andreae Gritti [1416-1528]; potestatum Patavii; statuta seu vel praetermissa; partes Consilii decem, advocatorum communis; subscriptiones authenticae notariorum Gulielmi de Ferrariis, la Pontebrentae, Petri Malgarisii, Ludovici Cendrate, Iacobi San, Francisci Polentoni, Vincentii a Lignamine, Camilli Forte [1423-1533]. Commercii historiae maxime intersunt *chalantrium panis bene cocti et saxonati* [1534] ac pistorum [1619].

Codicem emit quidam a Bolz., pretio quatuor ducatorum l. 6, 4 [lire sei, quattro], die 23 iunii, 1633.

Cod. 198 chart., saec. XV, a. 293, l. 216 [L. V, LXII]. Me.

Leges municipales reipublicae vicentine, quae cum summa aequabilitate iuris constitutae sunt [28 maii, 1425], *feliciter completae fuerunt anno* 1426 *pridie nonas Ianuarias, tempore* .... *Francisci Foscari ducis Venetiarum, et praesidentibus* .... *Francisco Barbaro potestate et Nicolao Contareno, capitaneo Vicentiae*. Libri quatuor in rubricas distributi. Inc.: « Divina saepius opera contemplanti mihi hominis ipsius venit in mentem .... ».

Statuta, sine additione partium ac decretorum reipubl. ven.

eadem sunt quae nomine *Leges municipales civitatis Vicentiae — Statuta Vicentiae* seu *vicentina — Ius civile vicentinum — Ius municipale vicentinum,* pluries prodierunt: ideo de iis disserendum minime censeo.

Codicem, folior. 154, possederat saec. XVI incipiente Manfredus filius Francisci de Bruxaminis, civis vicentinus, notarius.

Cod. 199 chart., saec. XVII, a. 210, l. 152 [L. V, CXXIV].

Notariorum terrae Marosticae privilegium, et ordines, annis quasi consumpti, denuo in unum compilati, Andrea de Merzariis, Io. Baptista de Merzariis, ambobus iu. u. doctoribus et gastaldionibus existentibus, 1596, *cl. Carolo B[illegible]ù, praetore meritissimo existente.*

Praeit littera ducalis Pasqualis Maripetro [20 sept., 1459] qua decretum notariis Marosticae ea privilegia restituenda esse, quibus fruebantur *tempore dominorum de la Scala et domini ducis Mediolani.* Statuta quatuordecim, a duce Christophoro Mauro, die 14 aug., 1465 approbata, excipiunt correctiones et reformationes annor. 1469-1596, quibus amanuensis addidit quae annis 1597-1654 prolata fuerunt.

Codicem, folior. 96, possederat Paulus Antonius Scarattus.

Cod. 200 chart., saecc. XVII-XVIII, a. 209, l. 150 [L. V, CXXV].

Eadem notariorum privilegia, non tamen omnia quae in codice superiori occurrunt. Addita sunt acta ad annum 1760.

Codex habet folia 56.

Cod. 201 chart., saec. XV, a. 300, l. 220 [L. V, LXIII]. Me.

Statuta communis Mantuae, in honorem . . . . . . Francisci de Gonzaga, capitanei et domini principalis communis, populi et civitatis Mantuae . . . . et aliorum plurimorum locorum vicarii generalis. Incip.: « Quoniam humana conditio ad malum » prona de facili labitur ad delicta . . . ».

Libri tres, quorum rubricae, paucis exceptis, notis annorum

et potestatum nominibus carent, referunt statuta Francisci I de Gonzaga et Ioannis Francisci marchionis I. Etsi in illis plura sint quae commemorari merentur, tamen quaedam tantum, brevitatis gratia, notabo, quae temporum indolem nuntiant. In statuto de armis prohibitis enumerantur quae offensionis: *ase, canus, spata, spontonus*, sive *stocus, manarexius, bechasinus, ronchonus, cultellus*; quae defensionis: *panceria, guarnatie, casetus, coracia, gamberiae, rodella, daiganoli, colarium, scutum, guanti ferrei*. Poenae pecuniariae in libris et solidis; innumerae corporeae statuuntur: sontes *stent super berlina, die dominico*; coniiciantur in carcerem; exilio mulctentur; torturae subiciantur; puniantur usque ad mortem; submergantur *in laco cum corbella*; laqueo suspendantur; iis amputentur manus et pedes; eruantur oculi; lingua resecanda torculari prematur [*si ponga in giova*]; bona fisco addicantur. Quid quod et foemine fustigentur, tondant sibi crines, igne crementur.

Horum statutorum, quorum exemplaria duo membranacea in publicis tabulario et bibliotheca Mantuae servantur, historiam excussurus, adeat opera Caroli d'Arco: *Della economia politica del municipio di Mantova, dal tempo in cui si reggeva a repubblica fino all' estinzione del governo dei Gonzaga* [Mantova, 1842], ac *Nuovi studj intorno all' economia politica del municipio di Mantova* [Mantova, 1847].

Codex habet folia 218.

Cod. 202 chart., saec. XV, a. 339, l. 237 [L. V, LXV]. Z.

Exemptiones, immunitates et privilegia hominum et personarum privilegiatarum, seu habentium privilegia et immunitates a magnifico et excelso populo [florentino].

Privilegia concessa sunt, annis 1220, 1293, 1330, 1348, 1367, 1370, 1403, 1406, 1423, 1430-1432, 1434-1437, 1439-1453, 1456, populo civitatis florentinae et quibusdam communibus, in collectione nominatis.

Codicem, folior. 105, credo apographum in tabulario aliquo florentino iam asservatum.

Cod. 203 membr., saecc. XIV-XV, a. 300, l. 220 [L. V, LXIX]. Z.

Sententiae civiles et criminales, ab aliquibus potestatibus Florentiae datae. Prima incip.: « In nomine Domini amen. Haec » est quaedam absolutio pecuniae et sententia absolutionis . . . ».

Documenta, sine certo ordine, in codice regesta, puto in tabulario florentino olim fuisse asservata, quod ex lituris et annotatione non infrequenti: *Scripta et non lecta* deprehendo. Ea autem se referunt ad annos 1372 [f. 226-227], 1379 [f. 170-223], 1387 [f. 84-105], 1400 [f. 106-150], 1402 [f. 78-83, 309-314], 1403 [f. 1-40, 151-169, 315-321], 1420 [f. 229-247], 1450 [f. 248-306], 1460 [f. 42-75].

Cod. 204 chart., 1504, a. 286, l. 210 [L. V, LI]. O.

1. *Statutorum communis Florentiae* liber primus. Prooemium incip.: « Cum humana natura declinis habeatur ad delicta, pro» naque et facilis ad dissentiendum . . . », f. 1-58.

Ex praefatione, in qua *ius antiquum florentinum per sexaginta annos ferme confusum,* auxilio doctorum, qui Florentiae leges publice interpretabantur, restitutum dicitur. *nunc vero omni labe purgatum, in quinque libros divisum,* eam esse coniicio statutorum collectionem, quam anno 1416 prodiisse Ammiratus ait: « In » questo tempo [1416] trovandosi in Firenze capitano del popolo » Onofrio de' Virili da Fuligno, incominciò la repubblica a far » praticare e mettere in uso i suoi statuti, alla cura et compila» tione de' quali avea per alcun tempo addietro impiegata l' ope» ra di cinque suoi concittadini, Bartolommeo Corbinelli, Giovan» ni Caccini, Berardo Berardi, Lodovico della Badessa, Antonio » degli Albizi, e con esso loro accompagnata la dottrina et scien» za di due sommi giureconsulti, di Bartolommeo de' Volpi da » Soncino, et di Paolo di Castro, i quali leggevano nello studio di » Firenze, la qual compilazione, insin de' tredici di dicembre del» l' anno avanti, da consigli opportuni della città approvata, fu » dato ordine che non prima che passato il mese di giugno del

» presente anno s' incominciasse ad osservare (1). Sub fine legitur: « Explicit liber primus voluminis statutorum communis » Florentiae, scriptus et completus per me Gorum Antonii Ghini » Ioannis de Manuctis ».

2. *Tractatus ordinamentorum iustitiae* incip.: « Ad laudem » et reverentiam omnipotentis Dei et gloriosae virginis Mariae, » et beatorum Ioannis Baptistae, Zenobii, Victorii, Barnabae, et » sanctae Reparatae, protectorum communis et populi florentini, » et ad honerem et exaltationem et triumphum captolicae, sa» ctissimae et incommutabilis totius partis guelfae seu Guelfo» rum civitatis Florentiae, totiusque eius territorii, et augmen» tum status popularis Guelforum eiusdem civitatis. — De pote» state executoris ec. cap. 1. — Omnia et singula statuta... », f. 59-135.

Has primum leges populus florentinus condidit, anno 1293, quo, Ioanne della Bella duce, adversus optimates insurrexit, ac reipublicae administr..tionem sibi vindicavit; de quo Ioannes Villanius [*Ist.*, libr. VIII, c. 1], aliique rerum florentinarum scriptores. In aliam deinde formam anno 1343 reductae sunt, qua, ex eorundem scriptorum traditione, populus Gualterium Athenarum ducem dominatu deiecit, ac auctoritatem summam resumpsit. Quae autem in codice hoc exstant, ad annum 1392, iuxta Florentinos, ni quidem fallor, spectant: nam capite LXXVII ir haec verba lata lex est: « Provisum et ordinatum est quod si » casus accideret [quod Deus avertat] quod aliquis de magistra» tibus civitatis, comitatus vel districtus Florentiae offenderet, » vel offendi faceret aliquem ex prioribus, seu executorem iusti» tiae civitatis florentinae, vel eorum notarios, qui nunc sunt vel » fuerint a kalendis ianuarii proxime praeteriti citra sub anno » Domini 1392, indictione VI ec. ». His decretis ii enumerantur quos populus anno 1381 inter optimates habendos censuit; eosque nec inutile nec iniucundum cognoscere est. Ceterum quae universis his sancita sunt, in summates cives utique gravissima, anonymus praecipue Samminias duabus epistolis, inter nuntia litteraria anni 1757 [p. 81, 213] a Lamio evulgatis, expli-

1) *Istorie fiorentine*. Firenze, 1647, p. I, t. II, p. 976.

cavit. Ordinamenta haec Vincentius Fineschi (1), cuius opus cum mihi prae manibus haud sit, nescio num textus cum codice nostro conveniat. Non congruunt certe nec quae rubricis duabus supra viginti dedit Bonaini (2) nec quae ex codice membranaceo bibliothecae Magliabecchianae, antiqua versione tabularii generalis florentini [*Archivio delle riformagioni*] Paulus Emiliani Giudici (3). Idem amanuensis qui fol. 58, scripsit 132: *Explicit tractatus ordinamentorum iustitiae scriptus et completus per me Gorum ec., de anno Domini ab eius salutifera incarnatione millesimo quingentesimo quarto et die prima mensis maii.*

Cod. 205 cart., an. 1521, a. 280, l. 210 [L. V, LII]. O.

Statutorum communis Florentiae liber secundus inc.: « De » modo procedendi in civilibus. Rubr. I. Statuimus quod tem- » pora causarum civilium et mixtarum . . . . . », f. 1-58. Haec, folio extremo, ex codice Nicolai Altovitii se anno 1521 sumpsisse ascripsit Ioannes Baptista Iordanius, Laurentii filius. Adduntur:

1. *Lex prima consilii iustitiae,* qua magistratus vulgo *la ruota* est institutus, anno 1502. Propositio incip.: « Considerando » . . . . . nessuna cosa essere maggiore ornamento delle bene isti- » tuite repubbliche . . . . », f. 59-67.

2. *Lex secunda consilii iustitiae,* qua anno 1505 alia est ei forma data. Propositio incip.: « Considerando . . . . . la conser- » vatione delle bene istituite repubbliche consistere principal- » mente . . . . », f. 68-75.

3. *Lex circa iurisdictionem mercantiae,* seu decretum quo anno 1502 lites de mercatura proprio magistratui subiectae sunt. Incip.: « Inteso come per la provisione sotto di 14 del mese di » giugno, 1477 . . . », f. 76-77.

4. *Lex Anastasina,* qua anno 1481 de vectigalium solutione pro contractibus cautum est, una cum limitatione et correctione

(1) *Memoria degli uomini illustri di s. Maria Novella*, I, pag. 186-253.
(2) *Archivio storico italiano.* Firenze, 1855, nuova ser., I, pag. 37-71.
(3) *Appendice alla storia politica de' municipj italiani.* Firenze, 1851, pag. 301-126

eius, a. 1482. Incip.: « Examinato che riformatori del monte et » gabelle del comune di Firenze ragunati . . . », f. 77-82.

Amanuensis qui supra, haec quoque ex libro Antonii de Porticibus se exscripsisse testatur.

Cod. 206 chart., saec. XV, a. 429, l. 290 [L. V, LXVI]. F.

Thomae Salvecti pistoriensis, *glossa super statuti florentini libro secundo.* Incip.: « Rubr. De modo procedendi in civilibus » Sint et esse intelligantur. *Instantiae causarum LX dierum.* ». Uniuscuiusque rubricae membris disiectis adduntur commentariorum capitula plura, ut 129 in prima; 178 in quadragesima tertia; 67 in centesima vigesima octava; 80 in centesima trigesima. Salvectus multas praetorum ac magistratuum reipublicae florentinae sententias a semetipso in tabulariis civitatis inspectas affert, ut et consilia Guglielmini Tanagliae, Leonis de Prato, Benedicti quond. Michaelis de Accoltis de Aretio, Andreae de Angelettis de Bononia, Raphaelis Fulgosii, Torelli de Prato, Dyonisii de Bongiannis de Parixio, Pauli de Castro, Laurentii de Ridolfis, Bartholomaei de Vulpis, Bartholomaei de Popoleschis, Baldi de Perusio, Lapi abbatis de sancto Miniate, Ioannis de Lignano.

Auctorem, Raphaelis Fulgosii et Ioannis Nicoletii forocorneliensis auditorem, civem et advocatum florentinum magni nominis, qui floruit dimidio saeculo decimoquinto, Florentini reipublicae regendae a consiliis vocarunt: Cosimus vero de Medicis, confalonerius iustitiae, an. 1445, cum aliis septem, reformationibus statutorum emendandis praefecit. Eum, veterum iurisperitorum exemplo, et humanas litteras calluisse addam, quod Iulianum Beninium equitem hierosolymitanum in funere laudaverit (1) et Gomezii ulyssiponensis, Camaldulensium antistitis, vitam descripserit (2).

Codicem, folior. 260, post annum. 1469, ut ex contextu liquet, exaratum, deficientibus commentarii quae ad duas extremas rubricas se referunt, possederunt qui in libri fronte scripserunt

(1) Hier. Aliot. *Epist.*, I, p. 316.
(2) Mehus. *Vita Ambr. Camaldul.*, p. 401.

Ser Ioannis de Macchatis de sancto Miniate, causidici florentini. - - Hodie domini Horatii sui filii i. u. d.

Cod. 207 chart., saec. XVI, a. 338, l. 230 [L. V, LIII]. O.

Statutorum et ordinamentorum communis Florentiae, liber tertius. Incip.: « Domini potestas, capitaneus et exequutor civi- » tatis Florentiae, et quilibet eorum . . . . ». Praeit tabula rubricarum centum nonaginta octo, quibus sub fine desunt a centesima sexagesima secunda ad extremam.

Secundum ac tertium legum harum volumen ad collectionem anno 1416 factam spectare, satis innotescit.

Codex eleganter scriptus habet folia 60.

Cod. 208 chart., saec. XVI, a. 350, l. 244 [L. V, LIV]. O.

Quaestiones, declarationes et practicae super libro tertio statutorum florentinorum, in materia maleficiorum, in his scriptis redactae per dominum Thomam Salvectum florentinum, ubi et inseruntur de verbo ad verbum scripta domini Alexandri Salvi de Bencivennis super eodem. Incip.: « Rubr. I. De arbitrio Domini » potestatis capitanei et executoris. De potestate statutum lo- » quens videtur habere . . . ».

Ea se referunt ad rubricas numero sexagintanovem, per quaestiones distributas, dum libro tertio centum nonaginta octo numerantur. Etsi huius libri titulus differat a *commentariorum in librum alterum,* tamen operis prosecutionem autumo.

Auctor fol. 2 scribens: « . . . . in anno 1452 de mense au- » gusti fuit edita reformatio opere meo dum tunc essem de duo- » decim qui de commissis de nocte cum armis et sanguinis effu- » sione habeant arbitrium . . . . », consilia duo de cicatricibus ad rem ingerit, alterum *optimi et antiqui practici magistri Christophori Georgii florentini avi cognatae meae, scilicet uxoris ser Ioannis germani mei, qui fuit honoratissimus civis et tempore meo vexillifer iustitiae,* alterum *Magistri Antonii de Scarperia,* qui Florentiae, Perusii, ac Patavii medicam artem tradidit et concilio constantiensi interfuit.

Codex, non una manu, post a. 1461 foliis 135 exscriptus, pertinuerat dom. Matthaeo Carlinio, iuriscons. et advoc. florentino.

Cod. 209 chart., saec. XVI, a. 338, l. 240 [L. V, LVI]. 8.

Statuta communitatis Prati. Partes septem in rubricas distributae. Prima incip.: « Quamvis terra Prati statuta et ordina» menta habeat pervetusta . . . . ». Praeit index, f. 1-11.

Reformata haec sunt anno 1504 per *Ioannem Francisci de Nesis florentinum, potestatem Prati; iuris utr. doctores Iulianum Francisci de Guizzelmis, Thomam Bandini ser Pauli de Bocchis, Iacobum ser Michaelis de Modestis; notarios Raphaelem Stephani de Celmis et Laurentium Iuliani de Ianis; Carolum Andreae de Girardaciis, mercatorem.* Partes quinque, f. 15-145, rogatas per Quiricum Ioannis Quirici de Baldinuccis de Prato, notarium reformationum et cancellarium communis Prati, priores et vexillifer iustitiae populi florentini confirmant et approbant, die 29 ianuarii, 1505. Accedunt *leges, declarationes, limitationes, additiones, correctiones et novae ordinationes,* partibus sexta et septima contentae, f. 146-174, quas Pratenses annis 1538, 1557, 1566 fecere et florentini duces confirmarunt. Postremo loco extant aliquot decreta florentina et pratensia, quae ad saeculi XVII initium pertinent. Foliis 194-206 occurrit *tabula rubricarum statutorum terrae Prati, ad commodiorem usum, per ordinem alphabeticum collectarum et dispositarum.*

De hisce statutis erudiri cupidus adeat opellam Germani Fossi *Studio, ordinamento e lavori da fare sugli statuti pratesi,* quam legit Florentiae in academia *degli Infecondi,* ann. 1839-1840.

Cod. 210 membr., saec. XV, a. 358, l. 240 [L. V, LV]. 0.

Eadem statuta, capitulorum summariis et postillis marginibus per plures adiectis.

Codex, folior. 80, haec habet in fine: *Ludovicus Magii, canonicus et ecclesiae sancti Michaelis rector et prior, hoc opus fecit et explevit.* Anno 1752 volumen possederat *Antonius Cocchius Mucellanus,* qui nomen sua manu inscripsit.

Cod. 211 chart., saec. XV, a. 263, l. 203 [L. V, XLII]. F.

Statuta civitatis Volaterranae, rubricis seu capitibus centum quinquaginta et uno, nulla librorum partitione. Inc.: « Potestas » civitatis Volaterrarum antequam suum potestariae officium ad» ministrare incipiat . . . », f. 1-157.

Serior manus addidit statuta aliquot annor. 1533-1586. Etsi passim postillae addantur, nullibi tamen eorum statutorum historiam excussam legimus, quae, hucusque inedita, illustravit Laurent. Aulus Cecina in *Notizie istoriche della città di Volterra* [Pisa, 1758, 4.°], p. 116-120, 126, 172-175, 209, quibus locis evincit Volaterranos a. 1411 ius proprium instaurasse. Cel. Giacchi, ex quo scimus quindecim codices membranaceos mss. eorum statutorum, in publico Volaterrarum tabul. asservari, quasdam ex antiquioribus rubricis publici fecit iuris (1), quod praestitit quoque Maccioni (2).

Cod. 212 chart., saec. XVIII, a. 301, l. 218 [L. V, XCIV]. T.

Statuta et ordinamenta communitatis et hominum civitatis Spalati, facta, edita et condita per nob. et sup. virum, dom. Percevalum Ioannis de nobili et honorabili civitate firmana : . . . . . . potestatem civitatis Spalati, a. 1312. Exordium, quod inc.: « Di» vina sapientia cuncta prospiciens ab aeterno humanam condi» dit creaturam . . . . », statutorum historiam complectitur, definiens quid unusquisque liber comprehendat. Rubricis, summatim 465, quaedam annorum 1314, 1319, 1325, inseruntur, p. 1-466. Paginis vero 467-480 occurrunt statuta peculiaria comitum Spalati, Pantaleonis Iustiniani, a. 1305; Iacobi Gradonici, a 1333; Maphaei Emo, ann. 1350-1352, 1367; ut et passim regum Ungariae Caroli an. 1319, Ludovici ann. 1350, 1365. *Correctiones* pag. 481-488, 503-513, excipiunt *Reformationes* num. 87, ann. 1332-1384 datae, p. 515-603.

(1) *Saggio di ricerche sopra lo statuto antico e moderno di Volterra.* Firenze e Siena, 1786-1798, III, p, 7-19, 87-91, 96.

(2) *Difesa del dominio dei conti della Gherardesca*, II, p. 63-64.

Annoto statuta singularia, quippe quae temporum indoles revelent: duplicetur poena committentis maleficium in festo Domnii, vel post tertium sonum campanae — malvendulae non filent in foro (1) — piscatores vendant pisces *stando* in pedibus — asini non inducantur in ecclesias — nullus osculetur mortuum — de porcis non tenendis — de fenestris super coemeterium — de legato drudae vel concubinae — de concubinis monachorum. Poenae irrogatae, saepius potestatis arbitrio; pecuniariae in libris venetorum parvulorum, solidis et denariis parvorum; detentio personae, carcer, bona fisco addicta, damni emendatio; abscissio membrorum, manus praesertim dexterae; decretum ut tes expellantur de civitate Spalati, fustigentur per civitatem; bullentur in maxillis de tribus bullis; suspendantur, *itaque penitus moriantur;* comburantur si, artes magicales vel herbarias exercuerint.

Cod. 213 membr., saec. XIV, a. 240, l. 162 [L. V, LXXX].

Statuta Scardonae, a principio mutila, incipiunt verbis extremis capituli secundi: « modo omnes praecipuas festivitates » quas ecclesia solempni veneratione celebrandas denunciat, volumus similiter operum vacatione vereri et coli, et qui contra » fecerit solvat bannum ad arbitrium curiae ».

Rubricae numero 143. Occurrunt officiales communis: *l..carii, bruchinarii, tribuni* vel *pristaldii.*

Arma *per burgum et civitatem* vetita sunt *ensis, gladius, cultellus, clava, macia, lancea, burdo, manarium, panceria* [illegible] *lata, bracera.* Plura insunt de *barcis* vel *zollis natantibus,* de piscatione, scilicet de piscibus captis *tam cum igne, quam sine igne, tam diu quam noctu,* donandis comiti et iudicibus, de iis non vendendis nisi in foro, de nominibus variis: *anguilla, grongus, [illegible]zna* sive *chembla, dentoso, scamalis, pulpibus, salpa, psotina, [illegible]snacha.*

Poenae irrogatae sunt *infamia, rerbera,* frustatio per civitatem

(1) *Statuta Brixiae decernunt propolae ficuum et cerasorum* [illegible] *in foro.*

tem ; scocatio super nasum ab una auricula ad aliam ; obtruncatio manus dexterae, quae libris quinquaginta redimi possit, *carcer, destructio domus, bannus perpetuus omnibus diebus vitae,* punitiones *ad arbitrium curae, suspensio per gulam ;* pecuniariae in libris denariorum parvulorum, solidis, romanatis, iperperis. In mulierem acrius inquiri : *nulla mulier nec malvendosa sive revenditrix debeat manere ad filandum in foro ; nuncii teneantur rumpere convunculas* [colos] ; *foeminae non faciant artes magicales vel herbarias,* secus *igne comburantur.*

Codex pluribus scatens erroribus, folior. 34, habet duobus extremis initia quatuor Evangeliorum, ad commodum iurantium *ad sancta Dei evangelia,* ut capitibus 111-112.

Cod. 214 chart., saec. XIV, a. 293, l. 210 [Z. L. CCXVIII]. E.

Statuta Sibenici, libris sex. Conveniunt fere ex integro cum editione veneta anni 1608, cui emendandae castigata confert eorum lectio. Foliis octo praeit capitulorum index. Plura occurrunt in textu compendia litterarum : tituli ut et pericoparum obeli rubro colore ; rubro et caeruleo litterae capitulorum initiales notantur.

Codex habet folia 70 praeter desideratum sub fine libri primi. Etsi de aetate non liqueat, tamen certo certius ante annum 1412, quo libens reipublicae venetae potestatem subiit, volumen exaratum constat, quod passim loco verborum *ducis et communis Venetiarum* quae in editis habentur, legatur *domini regis.*

Cod. 215 chart., saec. XV, a. 210, l. 153 [L. V, XXXII]. Mk.

Statuta et privilegia civitatis Cathari, rubricis quatuor centum quadraginta, quorum index praeit fol. 1-9. Incip. : « *De* » *constitutione iudicum civitatis Cathari. Splendor supernae lu-* » *cis divina miseratione illuminans* . . . . . », f. 10-107. Statutis datis annis 1301-1417, nempe antequam Catharenses ultro se in fidem ditionemque Venetorum dedissent, accedunt partes seu decreta Venetorum quatuor pro annis 1423-1425 ; nec non diploma itale Stephani imperatoris Romaniae pro Catharensibus a. 1351.

titulo : *Privilegia et confinia civitatis Cathari*, f. 107-108; quae extremum ediderunt itale et latine Flaminius Cornelius (1), latine tantum Farlatus (2). Manuscripta et edita (3) congruunt nisi quod in hiis *partes* quadraginta loco quatuor occurrunt. Idem Farlatus plures describit *leges sanctissimae* quae ad rem Cathar. ecclesiast. pertinent, pag. 429, 446, 455.

Cod. 216 chart., saec. XVII, a. 230, l. 168 [L. X, CCXXIII].

Placita ordinis equestris constantiniani s. Georgii. Incip.: « Ioannes Andreas Angelus Flavius Comnenus . . . Universis...
» Leges ex eo fortasse dictae fuere quia legunt, non quod ligant,
» et colligunt ea . . . . . Idibus aprilis, 1630 . . . ».

Statuta haec capitulis viginti redacta *per Ioannem Andream magnum magistrum,* data sunt Venetiis, 6 idus iulii, 1632; parata autem praelo monet data, sub initio codicis, a studiorum reformatoribus imprimendi facultas, die 19 iunii, 1637. Textum paginar. 117 excipit *rerum omnium in praesenti legum militarium volumine contentarum elenchus,* et quidem accuratissimus, pag. 121-138; antecedit vero folium aere sculptum cum allegoriis ad ordinem se referentibus, in quo datum operis titulum sufferat: *Leges praescriptae sacrae angelicae militiae Constantinianae s. Georgii.*

Discrepant statuta edita hucusque a me visa.

Cod. 217 chart., saec. XV, a. 300, l. 210 [L. V, LXVIII].

Modus servandus in creatione militis ierosolymitani.

Orationes et caeremonias [per fragmenta capitulo primo *de receptione fratrum* in statutis ordinis relatas] Bartholomaeus Bacellinus, notarius et scriba Nicolai Franchi episcopi tarvisini sumpsit ex huius libro pontificali, qua occasione Sebastianus

(1) *Catharus Dalmatiae civitas* ec. Patavii, 1759, p. 54-59.
(2) *Illyr. sacrum*, VI, p. 449-450.
(3) *Statuta civitatis Cathari.* Venet.. apud Rubertum Meiettum. 1616, p 343, 4.º.

Michaelem venetum, nobilem ex utroque parente Innocentius pp. VIII in militem, et fratrem monasterii s. Ioannis de templo, ordinis ierosolymitani, creat, ac per legatum apostolicum Nicolaum Francum priorem eiusdem monasterii, per mortem Bertucii vacantis, asserit.

Sebastianum Michaelem, filium Fantini q. Castellani, venet., a. 1501, hierosolymitanum asserit Araldi in *Italia nobile,* p. 76. Priori s. Ioannis de templo, iam renunciato, Peter Aaron dicat opus: *Trattato della natura et cognitione di tutti gli tuoni di canto figurato* ec. Venezia, 1531.

Codex habet folia quinque.

Codd. 218-222 chart., saec. XVIII, a. 363, l. 216, a. 295, l. 160 [L. V, LXXV-LXXIX]. F.

Codex diplomaticus ordinis equestris s. Ioannis Hierosolymitani, a saeculo XII ad XVIII.

Insunt bullae pontificum ; diplomata imperatorum, regum, principum ; litterae episcoporum, priorum, commendatorum et fratrum ordinis ; privilegia ducum, comitum, marchionum, landgraviorum, burchgraviorum, electorum ; acta donationis, venditionis, infeudationis, permutationis ; latine, itale, gallice, allemanice, haec omnia ex tabulariis venetis et exteris, maiori tamen ex parte, ab operibus editis sumpta, indicatione plerumque addita a Iacobo Morellio, qui plura collectioni amplificandae sua manu contulit: idem unoquoque volumine chartas annor. serie disposuit.

Tomus primus, fol. 430, praeter bullas pontificum annorum 1185-1316, continet **a.** nomina equitum melitensium ac syllabum dignitatum in septem prioratibus Italiae, f. 1-26 ; **b.** documenta plura, videlicet litteras F. Smitmer et L. Cappellaris Thomae Iosepho Farsettio, sub fine saeculi decimoctavi ; notas plures Iacobi Morellii, syllabi actorum ac librorum tum manuscriptorum tum impressorum, chartarum ex tabulario veneto *della ricetta,* f. 28-80 ; **c.** *Campomanes. Dissertacion hist. del orden des los Templarios,* f. 203-216.

Tomus alter, folior. 294, complectitur bullas pontificum ab anno 1130 ad 1374 ; acta varia ann. 1121-1386.

Tomus tertius, folior. 305, continet bullas pontificum; frequentius vero litteras imperatorum, regum, margraviorum; priorum et commendatorum ordinis, annor. 1403-1555. Quae ampliori sermone excussa, sunt **a.** bulla Pii pp. IV, ordinis privilegia amplificantis, a 1560, f. 1-94; **b.** litterae patentes Henrici II Galliarum regis, quibus ordini favores conlati, f. 254-305.

Tomus quartus, folior. 261, habet item bullas pontificum et litteras principum, ann. 1561-1630: redundant acta imperatorum Ferdinandi I et II, ac Rudolphi II, plerumque alemannice; regum Galliae Caroli IX, Henrici III et IV, Ludovici XIII, gallice.

Tomus quintus, folior. 306, comprehendit ann. 1634-1799 bullas pontificum minori numero, maiori vero litteras, gallice scriptas, Ludovici XIII et XIV et *acta parlamenti*, fol. 31-44, 59-64, 71-88, 127-156, 161-164 ec.; itale exaratas imperatorum Leopoldi I, Iosephi I, Caroli VI, Mariae Theresiae, fol. 95-118, 181-224, 231-268, 270.

Collectio haec tanti est habenda ut nullo modo hucusque editae (1), vel documentorum numero, vel rerum pertractatarum varietate, vel virorum ex quovis ordine illustrium, comparari possint.

Cod. 223 chart., saec. XVIII, a. 264, l. 196 [L. XIV, CXXII]. lr.

Rubricae decretorum ad gymnasium patavinum et venetum spectantium.

Capitulorum summariis, rerum pertractatarum ab initio saeculi XV ad initium decimioctavi ordine digestis probe cognoscendis, praeest repertorium his titulis: *Gymnasium patavinum* — *Gymnasium venetum* — *Reformatores studii* — *Doctores legentes* — *Scolares sive studentes* — *Rectores gymnasii patavini* — *Universitates scolarium* — *Medici et cyrugici Venetiarum* — *Rotuli*

(1) *Privileges des papes, empereurs, roys, ec. en faveur de l'ordre de Saint Iean de Hierusalem, recueillis par le chavalier de Haudesins des Champs.* Paris, 1649, pag. 1100, 4.° — *Codice diplomatico del s. ordine gerosolimitano* a Seb. Pauli, in lucem prolatus. Lucca, 1733-1737, II, f.° — *Tabulae ordinis theutonici. Ex tabularii regii berolinensis codice potissimum edidit Ernestus Strehlke.* Berolini. 1869, p. VI, 490, 4.°

gymnasii patavini — Pecunia pro studio — Speciales personae — Bibliotheca publica — Librarii et impressores — Prohibitiones et concessiones — Deliberationes generales — Collegia et academiae.

Etsi volumina desiderentur ad quae rubricae referuntur, habes in codice folior. 204, quod Facciolatum in *Fastis gymnasii patavini* suppleat vel emendet.

Cod. 224 chart., saec. XVIII, a. 274, l. 193 [L. V, XCII]. N.

A. *Statuta sacri collegii theologorum civitatis Paduae, reformata, an.* 1612. Prooemium diei 1 octobris huius anni incip.: « Nulli sunt hominum in toto terrarum orbe conventus, nulla » collegia . . . . . », f. 2-24. Ea capitibus sex supra viginti, ab episcopo patav. Marco Cornelio confirmari petunt et obtinent mag. Honorius Gemellus collegii decanus ac mag. Marius Mazzolenus, qui extremus, novis cum antiquis coniunctis, reformavit.

B. *Partes et decreta in sacro theologorum collegio almae universitatis patavinae servanda, et in unum collecta, anno* 1688. Prooemium inc.: « Mores hominum ac diversa rerum agendarum » conditio . . . », f. 27-33. Partes et decreta *collegit, singulari studio perfecit et summatim in capita* [numero quindecim] *distinxit et exhibuit mag. Felix Rotondi, theologus publ. in via Scoti, ordinis Minorum convent.*, anno 1687.

Codicem, fol. 34, *de verbo ad verbum, ne syllaba quidem seu de corpore, seu de marginibus praetermissa, fideliter a principio ad finem usque descripsit, et exemplavit ab uno prototypo seu exemplari eiusdem sacri collegii . . . . Hieronymus Ravenna, i. u. d., quond. Francisci, civis patavinus et veneta auctoritate notarius,* anno 1708.

Cod. 225 chart., saec. XVII, a. 423, l. 282 [L. V, LXXXVIII]. N.

Statuta collegii iuristarum archigymnasii patavini, priore Roberto Papafava abate, reformata unno 1653, titulo: *templum sanctitatis, amplitudinis, mentis, consilii publici, caput urbis, ara sociorum, portus omnium gentium, sacrum collegium patavin. est.*

Auctor nuncupat statuta *ampliss., praeclariss., excellentissi-*

misque s. collegii patavini iur. utr. doctoribus, dedicatione qu incip.: « Non inepte romanae eloquentiae parens Cicero scripta » reliquit, patres conscripti, omnibus qui patriam . . . », f. 1-[illegible]

Unamquamque legum novem supra viginti Franciscus Sa xonia, notarius et cancellarius collegiii, eidem propositam nota *abballotatam* et captam fuisse, septem exceptis collegio non pr positis, p. 81-177.

Statuta toto caelo differunt ab *Institutis et privilegiis iuri starum,* quorum editio septima anno 1674 Venetiis impressa est

Cod. 226 membr., saec. XVI, a. 257, l. 188 [L. V, L]. [illegible]

Constitutionum sacri patavini collegii philosophorum ac me dicorum libri quinque.

Primus liber *de cultu divino,* habet statuta septem; alter *de attinentibus ad collegium;* tertius *de statutis,* uterque sexdecim quartus *de poenis,* viginti; quintus *de insigniendis a collegio,* vi gintiquinque, fol. I-XXXV. Operi prooemium incip.: « Philoso » phorum medicorumque sacri patavini collegii leges ac const » tutiones scripturi . . . ».

a. Fol. XXXVI-XLII, LIV-LVII, LXXXVII-C, occurrunt *reformationes* annor. 1533, 1553-1554, 1562, 1565-1566, 157[illegible] foliis vero XLIII-LVIII litterae ducales in eam rem, Thomae Mo cenigo [1421-1422], Francisci Foscari [1444], Pascalis Maripetri [1458], Nicolai Marcello [1474], Petri Mocenigo [1475], Augu stini Barbadico [1496], Leonardi Lauredani [1508, 1512], Fran cisci Venerii [1554-1555], Hieronymi Prioli [1564].

Quae *statuta almae universitatis d. artistarum et medicorum patav. gymnasii,* pluries libris quatuor edita sunt saeculis XV[illegible] XVII, minime congruunt.

b. *Matricula dominorum doctorum artistarum et medicorum sacri collegii patavini.* Syllabus doctorum numero 122, quorum sexaginta duo, anno 1550 inscripti; ceteri postea alia manu ad diti, fol. LXI-LXIV.

c. *Acta de iuribus praecedentiae in pompis corporis Christi et s. Antonii, ex antiqua consuetudine custodiendis,* ann. 1580-15[illegible] f. LXV-LXVIII.

d. *De ordine inter collegia pro tinello* [novo caenaculo aedificando] *examinum,* ac *baldachino* in pompis maioribus, a doctoribus iuris, artistis et medicis deferendo, annor. 1437, 1488, fol. LXXIII-LXXIV.

e. *Testamentorum particulae in favorem archigymnasii patavini,* ann. 1398, 1405, 1446, 1450, 1456.

Vetus hoc statutorum volumen [sic a principio inscriptum], *iam a sacro collegio ammissum, excellentissimus domin. Ludovicus Maripetrus de Saxonia prior sua diligentia recuperavit anno salutis* 1648.

Cod. 227 chart., saec. XVI, a. 290, l. 213 [L. V, I].

Acta varia in unum coacta, regimen archigymnasii vindobonensis spectantia, partim typis impressa, partim manuscripta, annis 1524-1526.

Opellam typis sine nota, post annum 1529 datam : *Consilium super iuribus et praeeminentia cancellariatus studii alicuius generalis, pro reverendo patre et domino d. Paulo de Oberstain, praeposito viennensi et eiusdem studii cancellario,* excipiunt acta manuscripta foliis 88, de cancellarii querelis contra vindobonensis archigymnasii rectorem, universitatemque ipsam, super praelationis iuribus sibi utpote cancellario debitis. Insunt exempla **a.** epistolae Laurentii Campeggi cardinalis et ad caesarem oratoris, qua officiali pataviensi mandat ut, vocatis universitatis rectore, doctoribus, scholaribus, causam audiat et iudicet. Incip. : « Humi-
» libus supplicum votis ex commisso nobis legationis officio li-
» benter annuimus . . . Vienne, 16 kal. nov., 1524 » ; **b.** quatuor epistolarum [annor. 1524-1525] Ferdinandi archiducis Austriae, Christophoro episcopo labacensi et administratori secoviensi, Leonardo de Harrac Austriae inferioris vicelocumtenenti, Dieterich episcopo neoburgensi, Feliciano de Petschach, Erasmo de Doremberg, de ea re commissariis ; **c.** epistolarum eorundem ac Pauli de Oberstein [1525] ; **d.** positionum et gravaminum utriusque partis, tum universitatis, tum cancellarii in idem argumentum [1525] : latine et allemanice.

Cod. 228 membr., saec. XV, a. 330, l. 235 [L. X, CXC]. N.

1. *Promissio ser. ducis Venetiarum, Pascalis Maripetro,* die 30 octobris, 1457.

Promissionem falso Antonio Venerio in titulo adiudicatam monent maior capitulorum numerus, si cum propria Venerii [L. X, CXCI] comparetur; correctiones diei 26 novembris, a 1400, *ante crealionem serenissimi domini Michaelis Steno,* eadem manu qua textus universus exscriptae; postillae ducum post Venerium textu eodem conclusae, dum in aliis codicibus margini adscriptae sunt. Hoc exemplum Pascali Maripetro vel cuidam eius consiliariorum inservisse suadet capitulum 53 *de nostro salario,* quo syllabus ducum, qui *honorificentias* ante ducem promittentem *habuerunt* et *tenuerunt,* desinit nomine Francisci Foscari. Ceterum fol. 33 habes alia manu correctiones et additamenta, *ad occasionem ill. d. Pascalis Maripetro, ducis Venetiarum,* 1457, *mense octobris.*

Titulum ornat imago Francisci Foscari egregie in littera initiali expressa, floribus et frondibus superfluentibus, quam cum flato numismate in nostris scrimniis et imagine oleo picta in musaeo Corrario Venetiarum si confero, eandem esse deprehendo.

2. *Narratio mortis Ioannis Superantii, ducis Venetiarum,* 31 decembris, 1328: quo solemniori ritu iusta exsequalia honestentur; quid praestent novae promissionis correctores; quae ducis electionem antecedant, comitentur, excipiant, f. 34-37.

3. *Capitulare consiliariorum ducis Venetiarum, seu Consilii minoris,* fol. 46-85, indice praecedente f. 40-44.

Capitula bis centum viginti duo, ad annum 1450.

Titulus, aequae ut et promissionis ornatus, offert litteram initialem I auropictam; ceteras ut et rubricas et numeros, coloribus conspicuas.

Cod. 229 membr., saec. XVI, a. 330, l. 235 [L. X, CCCXVI]. D.

Promissio seren. principis Petri Lando, inclyti ducis Venetiarum, quam fecit pro ducatu suo, 20 ianuarii, 1538.

Textus includit correctiones annor. 1521, 1523, fere omnes

itale, additas promissionibus Antonii Grimani et Andreae Gritti. Iuramento ducis *omnia suprascripta bona fide, sine fraude,* servandi, capitula centumduodecim absolvuntur, f. 1-29, indice praemisso, f. II-IV. Tertium et quartum supra centesimum decimum tertium agit *de electionibus trium nobilium post obitum nostrum, ad investigandas contrafactiones nostrae promissionis,* f. 29-30. Centesimum decimumquintum usque centes. decim. oct. dant die 7 ianuarii, paulo ante eius electionem, decreta, itale, maioris Consilii *de officiis prioratus et plebaniae conferendis civibus originariis venetis, officialibus cancelleriae inferioris, hospitalis incurabilium tutela, armorum ductoribus.*

Singulare est quod fol. 32-33 adduntur *correctiones et provisiones factae vacante ducatu per obitum seren. d. Petri Lando,* nempe decreta quatuor maioris Consilii, die 17 nov., 1545, paulo ante electionem Francisci Donato, cuius rei causam innuit scriptor coaevus a princio : « Similis promissio data fuit seren. prin» cipi d. Francisco Donato, 25 nov., 1545 ».

Bis ab initio monogramma Andreae Franceschi, a secretis.

Cod. 230 membr., saec. XIV, a. 370, l. 258 [L. X, CCCXIV]. D.

Promissio Andreae Contareni, inclyti ducis Venetiarum, quam fecit populo pro ducatu, 27 ianuarii, 1367. Incip. : « Cum » de nostra fortitudine ec. ».

Capitula centum octo : quinquagesimum octavum in duo scissum : additio capitulo nonagesimo octavo *de una pulchra roba laborata ad aurum, quam tenetur dux sibi facere infra sex menses postquam intraverit ad ducatum,* in aliis codicibus inserta est capitulo eodem. Capitula 103-107, etsi indicatione nulla, sunt correctiones post mortem ducum Laurentii Celsi et Marci Cornario.

Codicis, foliorum sexdecim, cum indice, f. 2-3, sic lego folio primo inscriptum : « Promissio ducalis seren. Andreae Conta» reno, ducis Venetiarum ec. MCCCLXVII : hanc domesticis e » latebris eruit, ac tanti progenitoris memoriae et posteritatis or» namento Aloysius Contar. Lazari f. resarcivit MDCLXXXVI ».

Cod. 231 membr., saec. XVI, a. 330, l. 230 [L. X, CXCII]. N.

Promissio serenissimi principis Aloysii Mocenigo, ducis Venetiar., 11 maii, 1570, capitibus numeratis 131, reapse vero 170.

Insunt partes maioris Consilii, fere omnes itale, annis 1501-1569 datae, promissioni vel eo magis declarandae, vel emendandae, vel amplificandae.

Codex, foliis 57, cum *repertorio,* f. 55-57, membrana tereti et candidiori exaratus, ad normam exscriptus, habet titulum aureis litteris ac litteras initiales spatiolis auropictis belle conclusas.

Cod. 232 membr., saec. XIV, a. 360, l. 267 [L. X, CLXXXIX]. N.

Promissio Michaelis Mauroceno, ducis Venetiarum, quam fecit populo pro ducatu, 10 ian., 1382, capitulis centum undecim.

Eadem est ac praecedens Andreae Contareni, nisi quod capitulum extremum additum est paulo ante Mauroceni electionem, die 7 iuniii, *de vino non datiato in carceribus palatii minime vendendo.* Quae capitula [105-111] ad correctionem Laurentii Celsi se referunt, carent titulo.

Codex, habet folia 33, indicem non absolutum, f. 2-4: rubricae, litterae initiales, numeri rubro et caeruleo colore appinguntur: titulus refert vividioribus coloribus et auro imaginem ducis, litteris C, O, D circum circa notatam, ac gentis insignia, cum fasciola caerulea ad modum decussis in campo aureo.

Volumini corio vitulino purpureo egregie compacto bullae et fibulae avulsae sunt.

Cod. 233 membr., saec. XV, a. 280, l. 210 [L. X, CCCXV]. D.

Commissio facta a dom. duce Venetiarum, Christophoro Mauro, Andreae Contareno, procuratori s. Marci de supra, diei 2 apr., 1464.

Commissio haec: « Nos Christophorus Mauro . . . .
» committimus tibi nobili viro Andreae Contareno, procuratori
» ecclesiae nostrae sancti Marci apostoli et evangelistae. patroni

» et vexilliferi nostri, quatenus officium procurariae antedictae » nunc tibi commissum facere et exercere debeas iuxta tenorem » infrascripti capitularis tibi nunc dati, et nostra bulla plumbea » pendenti, ad maiorem certitudinem, communiti ». Deest bulla ut et in ceteris. Textus commissionis, f. 5-25, cum indice praeeunte, f. 1-3, capitulis triginta tribus absolvitur. Extrema 48-53, sunt *partes* captae in maiori Consilio, annis 1258-1487.

Procuratoris s. Marci dignitas, tanti habenda ut ducali proxime accederet, iis praesertim civibus collata est qui de republica optime meriti vel a legationibus, vel a classis imperio, honoratiores Venetias rediissent, vel praestantiora in patria munia obiissent. Hi a nono usque saeculo instituti novem numerabantur: tres nomine *de supra* basilicae s. Marci et palatio sarta tecta tuendis invigilabant; totidem *de ultra* appellati, commissariis, tutelis, testamentis eorum praeerant qui urbis partem ultra Rivum altum incolebant; idem tres *de citra* praestabant pro habitantibus cis pontem.

Codex excellit ornamentis universo volumini additis, capitulorum titulis et numeris rubro colore, initialibus litteris rubro et caeruleo ad vices alternas depictis, praesertim vero floribus, ac insigniis gentis Contarenae in fronte auro illitis.

Cod. 234 membr., saec. XV, a. 272, l. 200 [L. X, CCXXXVIII]. N.

Commissio facta a dom. duce Venetiarum, Christophoro Mauro, Nicolao Marcello, procuratori sancti Marci de supra, 12 maii, 1466.

Eadem commissio ac in praecedenti. Adduntur partes quatuor in maiori Consilio captae annis 1442-1449. Manu diversa credo serius adiecta acta bina, illud anni 1467 Ulixis de Aleotis, secretarii ducalis *de domibus et hospitiis procuratorum,* istud 12 ianuarii, 1471 *de non accipienda a procuratoribus pecunia in collegantiam.* Hoc idem praeceptum alia manu, *parte* in maiori Consilio capta, die 24 februarii, 1473.

Codicem, foliorum 31, cum indice, f. 1-4, ornant picturae passim, praesertim vero tituli, quo flores, frondes, capreoli, litterae initiales, insignia gentis cum litteris M N exprimuntur.

Cod. 235 membr., saec. XV, a. 258, l. 180 [L. V, IV].

Commissio data a duce Venetiarum, procuratoribus s. Mar de supra.

Commissio et promissionis capitula eadem sunt ac in codic proxime antecedenti, quo tamen hunc recentiorem nuntiat decr tum anni 1473, eadem manu ac cetera exscriptum. Index, f. 1-4 satis indicat forma plurali commissionem tribus procuratorib *de supra* in communi datam, etsi textus forma singulari proced f. 6-31. Desunt folia a principio ob picturam, puto, resecta.

Litterae initiales universae, tum indicis tum capitulorum deauratae, spatiolis egregie depictis inseruntur.

Cod. 236 membr., saec. XV, a. 272, l. 197 [L. X, CXIII].

Commissio facta a duce Venetiarum, Christophoro Mauro, n bili viro dom. Francisco Çane, procuratori s. Marci, super commis sariis de ultra canale constituto, in 1462.

Deest brevioris commissionis textus; integrum vero est ca pitulare a Marco Zane [die 2 decembris electo] iuratum, quod ca pitulis sex supra sexaginta digestum finit decreto maioris Consil. 14 maii, 1458: *quid agendum decedentibus procuratoribus de cit et ultra canale*. Praeest index, fol. 1-5.

Codex, folior. 24, capitulorum numeris rubro colore; litter vero initialibus rubro et caeruleo alternatim; sine rubricarum t tulis, refert in libri fronte flores auropictos et insignia gentis Za efficta coloribus, quae bini pueruli nudi stantes regunt.

Cod. 237 membr., saec. XV, a. 265, l. 186 [L. V, XXXI].

Commissio facta a duce Venetiarum, Ioanne Mocenigo, Fr derico Cornelio, procuratori s. Marci de ultra, die 30 oct., 14

Eadem est ac proxime antecedens: sub fine indicis, f. 1- post rubricas 76, occurrunt sex notatae litteris a-f, quibus in te tu respondent capitula, fol. 13-14, 22-23.

Codex, foliorum 33, habet rubricas et titulos colore ru

litteras initiales caeruleo et aureo alternatim, respondenti insignibus familiae Corneliae, e fronte tituli intra lauream coronam expressis. Titulus, egregie ornatus, refert in littera initiali sanctum Fridericum stantem, in marginibus vero cherubin, mulieres in pisces desinentes regentes insignia procuratoris, flores, frondes. Ligneis operculis corio vitulino signatis desunt fibulae.

Cod. 238 membr., saec. XV, a. 275, l. 195 [L. X. CCXXXIX]. N.

Commissio facta a duce Venetiarum, Augustino Barbadico, domino Nicolao Leono, procuratori s. Marci, super commissariis de ultra canale constituti, die 2 marcii, 1496.

Idem textus ac praecedens; pariter sine breviori commissione, fol. 10-44, cum indice praeeunte, f. 1-8: sub fine adduntur capitula decem, quorum decretum extremum dici 24 febr., 1473, *de non accipiendis pecuniis in collegantia,* f. 44-51.

Quod codicem maxime commendant sunt picturae, castigatiori linearum ductu, vividioribus coloribus, rerum expressarum veritate ita conspicuae ut pretiosum reddant. E regione tituli insignia apparent familiae Leoni cum ornamentis: titulus habet in littera initiali s. Nicolaum stantem, in marginibus vero cherubin, aquilam alis expansis, sirenen; universo denique volumine tenuiores avium, frondium, capsularum imagines ad vivum oblatas.

Cod. 239 membr., saec. XVI, a. 223, l. 160 [L. X, CCXXIV]. N.

Commissio facta a duce Venetiarum, Andrea Gritti, Hieronymo Bragadeno, procurat. s. Marci de ultra canale, 18 iunii, 1537.

Capitulis iuratis, ut in commissione antecedenti, adduntur nova ad diem 24 decembris, 1522. Textum fol. 1-23 excipiunt **a.** index capitulorum 85, f. 24-26; **b.** pars capta in maiori Consilio die 11 iunii, 1531, de reformandis quibusdam statutis procuratorum s. Marci *de ultra, a honore di essa procuratia et a subsidio delli poveri et povere di questa città,* manu recentiori exscripta, f. 27-35.

Voluminis frontem a principio ornat imago procuratoris flexis genibus ad pedes d. Marci sedentis, cum emblematibus ac duo-

bus cornucopiis ex quibus duae exeunt chariatides. Marginibus appinguntur patronus d. Hieronymus cum leone, vasa elegantiora, daemones, dracones duo insignia familiae Bragadenae regentes.

Cod. 240 chart., saec. XVI, a. 277, l. 203 [L. X, CCCXVII]. D.

Commissio facta a duce Venetiarum, Marino Grimani, Zacariae Contareno, procuratori s. Marci, super commissariis de ultra canale constituto, die 27 nov., 1599.

Ex capitulis, summatim 149, primum usque sexagesimum quartum respondent iisdem in commissionibus iuratis saeculi XV: reliqua ad diem 24 aprilis, 1595 data, itale exarata sunt ab anno 1507.

E fronte tituli conspicua sunt insignia familiae Contarenae. Volumen vero, fol. 83, compactum est corio vitulino purpureo cum avibus, floribus, leone s. Marci et epigraphe: *Zacharias Contareno P.* auro expressis.

Cod. 241 membr., saec. XVIII, a. 287, l. 210 [l. VII, MDCCXCIII]. O.

Capitulare ill. et exc. d. d. procuratorum, super commissariis de ultra canale constitutorum.

Capitulorum universim 234, 137 latine usque ad annum 1501 data sunt, cum versione itala e regione, p. 1-294; reliqua itale ab anno 1503 ad 1772 excurrunt, pag. 295-444. Praeit fol. I-XV index ordine alphabetico rerum pertractatarum digestus.

Pag. 1 scripsit amanuensis: Capitulare . . . . *sumptum ex alio aucto per Vincentium Maria Taleapetra, olim dictae procuratiae notarium, de anno* 1701, *nunc vero a fid* . . . . *eiusdem procuratiae* . . . . *prius quamplurimis adiectis legibus ad procuratias in communi spectantibus, quae in illo desiderabantur, hoc asterisco * indicatis, locupletatum, deinde ad veneti statuti formam redactum atque rubricatum, et in maximi sui obsequii testimonium ill. et exc. d. d. procuratoribus in praesentiarum existentibus perhumiliter ab auctore dicatum,* 1770. Capitula duo extrema anni 1772 ab eodem exscripta.

Cod. 242 membr., saec. XVIII, a. 288, l. 205 [L. X, CCCXIX].

Capitulare procuratorum s. Marci super commissariis de ultra canale, ex exemplari in eorum officio existenti sumptum pro ill. et exc. viro Aloysio II Contareno equite, dum legationem apud Romanorum imperatorem gerebat ipso cum titulo, procuratore optime electo merito, die 4 aprilis 1777, ad procuratiam ingresso, 27 aprilis, 1778.

Capitula, antiquioribus passim insertis, *partes* maioris Consilii et Rogatorum, ad annum 1712, referentia, adeo numero creverunt ut tercentum septendecim attingant. Eorum quaedam itale occurrunt ab anno 1388, omnia ab anno 1521.

Codicem, folior. 166, cum indice fol. 154-166, ornant picturae *viri laudati meritis impares*, scilicet prosopopoeia reipublicae sedentis cum leone cubanti; protome Contareni, inscripta: *Virtutis — Praemium — W*, fama supervolanti; insignia familiae; titulus litteris rubro colore et auro illitis.

Cod. 243 membr., saec. XVIII, a. 274, l. 190 [L. X, CCCXL]. Q.

Idem capitulare ab eodem, ex archetypo eodem exscriptum.

Codicem, foliis 89 exscriptum, dono dedit Lucretia Zorzi-Grimani Victori Benedicto Molino, q. Dominici de santo Pantaleone Venec., die 13 septembris, a. 1780.

Cod. 244 membr., saec. XVIII, a. 263, l. 178 [L. X, CCCXVIII]. D.

Capitulare clariss. domin. procuratorum s. Marci, super commissariis de ultra canale constitutorum

Capitula 146, itale ab anno 1507 ad 1577, nempe capitulis 110-146. Index fol. II-VIII formam loquendi pluralem, capitulorum textus modo singularem, modo pluralem retinet.

Exemplum recens, fol. 90, sic in titulo inscriptum: « Sumptum ex vetustissimo et pene caduco exemplari in hoc eorum officio reperto et existenti, tum quamplurimis ex inde adiectis legibus usque in praesentem diem tertiam mensis iulii, 1564.

» ad hoc officium pertinentibus, de mandato clar. dom. Matthaei
» Dandulo equitis, procuratoris et capserii, permansurum cum
» eius catena ad cancellum ipsorum clariss. domin. procuratorum.
» pro eius debita exequutione.

Cod. 245 membr., saec. XV, a. 278, l. 194 [L. X, CXII].

Capitulare Nicolai Michaelis, quondam Dominici, procuratoris sancti Marci, constituti super commissariis de citra canale, scilicet sexteriorum sancti Marci, Castelli et Canaregli, 14 iunii, 1500.

Capitulare in duas partes divisum: prima complectitur capitula sexaginta quatuor, ad annum 1326, f. 1-19, quae fere omnia respondent ceteris procuratorum s. Marci *de ultra*: cum iis vix congruunt vel re, vel temporis nota, quae capitula numero viginti alteram partem, f. 20-30, inscriptam: *Partes captae post capitulare* constituunt: eorum extremum *de advocatis dominorum procuratorum* datum est 4 novembris, 1492.

Codicem valde commendant picturae litterarum initialium universim, maxime vero tituli referentis imaginem procuratoris. flexis genibus librum a d. Nicolao stante accipientis, insignia familiae a puerulis aligeris recta, hermae imperiales, capreolus. frondes, vasa.

Cod. 246 membr., saec. XVI, a. 240, l. 176 [L. V, XCVI].

Capitulare Thomae Contareni, q. Michaelis, procuratoris s. Marci constituti super commissariis de citra canale, videlicet sexteriorum s. Marci, Castelli et Canaregli, die 16 martii, 1543.

Idem ac in codice superiori: adduntur capitula quatuordecim, cum *partibus* Consilii maioris, annis 1507-1532, itale.

Codex, fol. 38, sine indice, titulum praefert eleganter auro depictum, quo praestant figurae ss. Michaelis et Thomae, leo sinistrorsum gradiens, insignia familiae, frondes ac flores.

Cod. 247 membr., saec. XVI, a. 280, l. 186 [L. X, CCXLII]. N.

Capitulare Pascalis Cicogna, q. Gabrielis, procuratoris sancti Marci constituti super commissariis de citra canale ec., diei 29 decembris, 1583.

Eadem capitula habentur latine quae in codicibus praecedentibus. Additiones, *partibus* maioris Consilii ann. 1503-1582 insertis, itale habentur capitulis 88-139. Titulus, index, capitulorum rubricae itale quoque exprimuntur.

Codex habet paginas 132, indice praecedenti fol. VII.

Cod. 248 membr., saec. XVIII, a. 280, l. 202 [l. VII, MDLVIII]. Q.

Capitulare iuratum Aloysii Mocenici f. Ioannis, procuratoris s. Marci constituti super commissariis de citra canale ec.

Capitula 214 [quorum index itale f. 1-10] latine fere omnia usque ad annum 1629, excipiunt *partes* triginta maioris Consilii. Puto serius additam *partem* 27 novembris, a. 1699, de Friderico Cornelio et Ioanne Lando poena ducatorum mille viritim plectendis quod legationes ad reginam Romanorum et Portam ottomanam refutaverint.

Codex habet folia 124, vacua a centesimo duodecimo.

Cod. 249 membr., saec. XVII, a. 250, l. 183 [L. X, CCCXX]. D.

Capitulare iuratum Marci Contareni q. Francisci, procuratoris s. Marci citra ec., a. 1662.

Eadem capitula latine, ut in aliis codicibus; cetera italelatine, cum *partibus* maioris Consilii, ann. 1503-1659, numerantur 138-212.

Cod. 250 chart., saec. XVII, a. 281, l. 198 [l. VII, DCCXXVII]. N.

Capitulare procuratorum s. Marci, constitutorum super commissariis de citra canale, scilicet sexteriorum sancti Marci, Castelli et Canaregli.

Capitula numerantur universim 225 [indice itale dato capitulorum 212, f. 1-10], latine 1-87, 153-165, 178, 186, 188-195. 213, 220, 225. Partes maioris Consilii annum attingunt 1669.

Codex, folior. 130, habet litteras initiales et partem leonis anteriorem in titulo auro illitas.

Cod. 251 membr., saec. XIV, a. 312, l. 233 [L. X, CCCXXIII]. D.

1. *Capitulare iuratum dominorum quadraginta,* f. 1-10.

Capitulis triginta ad annum 1309 tria adiecta sunt annorum 1358-1393.

Collegium quadraginta virorum rem agit tum civilem, tum criminalem usque ad saeculum decimum quintum incoeptum, quo consilia a quadraginta viris, civile et criminale instituta.

2. *Capitulare dominorum capitum de quadraginta.*

Capitulis octodecim f. 11-16, quae antiquum constituunt capitulare trium capitum Consilii a quadraginta, usque ad annum 1319, addendae sunt *partes* maioris Consilii, annis 1307-1393 fol. 16-32.

Capitulare unum et alterum habet litteras tituli initiales affabre depictas.

3. *Promissio illustris dom. Ioannis Superantio, ducis Venetiarum, quam fecit populo Veneciarum, pro ducatu,* die 23 aug., 1311, f. 35-55.

Extremum capitulorum sex supra nonaginta habet formulam iuramenti, *salvis capitulis de refutatione ducatus, pro ecclesia s. Marci, pro officio haereticae pravitatis, et salvo capitulo proxime facto de Baiamonte Theupolo et eius sequacibus et participibus illius sceleratae proditionis,* ut et in ceteris post hanc promissionem. Correctiones, capitulis octo, manu posteriori occurrunt f. 54-55.

Quod autem sub fine capituli quadragesimi octavi *de salario domini ducis et redditunm,* nominentur tantum *Iacobus Theupolus, Marinus Mauroceno, Raynerus Geno* [Zeno] *Laurentius Theupolus, et Iacobus Contareno et Ioannes Dandulo, praedecessores nostri,* non item Petrus Gradonico et Marinus Georgius, suspicor hoc promissionis exemplum, duce Petro Gradonico paratum. Su-

perantio vero accomodatum quo tempore serius rubricae adscriptae sunt, quod eo magis probant earum desiderium sub fine.

Promissionis nomine venit series legum ducali auctoritate cohibendae opportuniorum, quas die assumptionis solemniter iurabat dux Venetiarum, quasque, eo demortuo, correctores, ideo *correttori della promission ducale* appellati, vel emendebant vel augebant, patriae libertati tutius asservandae. Exinde *promissiones* principio breviores, ita successu temporis excreverunt ut, quibus annis impressae sunt (1), etsi eodem capitulorum numero, tamen volumen, posterioribus decretis insertis, ampliori forma prodierit.

Promissio pro unoquoque duce, exemplis sex membraneis ab eius consiliariis asservandis, anno 1595, primum praelo mandari coepta est, latine quidem, cum correctionibus vero et additionibus itale datis.

4. Folium extremum exhibet antiquum diagramma b. Mariae virginis divinum infantem ad sinum constringentis, angelis duobus adstantibus: icon prostat in tabernaculo, cuius frontem ornant Pater et Spiritus sanctus sub columbae specie, duabus turriculis supereminentibus.

Cod. 252 membr., saec. XIV, a. 360, l. 253 [Z. L. CCXIX]. E.

1. *Capitulare consiliariorum ducis Venetiarum*, seu Consilii minoris, capitulis 167, cum additionibus. Index fol. 1-3, textus fol. 5-29.

Capitulare ante annum 1353 non tantum exaratum sed et in codice exscriptum crediderim, quod capitula 53, 54, 56 *de officialibus accipientibus et dantibus de havere communis*, de iisdem *ponentibus manum in eius pecunia*, expuncta sint hac nota: *Can-*

(1) Marini Grimani, 1595 — Leonardi Donato, 1605 — Ioannis Bembo, 1615 — Antonii Prioli, 1618 — Francisci Contareni, 1623 — Nicolai Sagredo, 1675 — Silvestri Valerii, 1697 — Aloysii Mocenigo, 1700 — Ioannis Cornelii, 1709 — Aloysii Mocenigo, 1722 — Caroli Ruzzini, 1732 — Aloysii Pisani, 1734 — Petri Grimani, 1741 — Francisci Lauredani, 1752 — Marci Fuscareni, 1762 — Aloysii Mocenici, 1763 — Pauli Rainerii, 1778 — Ludovici Manin, 1789.

cellata ista capitula vigore partis captae in Rogatis die primo iulii; iisque suffectae *partes* reformatae leguntur fol. 53-54.

Capitularibus itale editis [Venezia, 1680, 1700, 1749, 1776 multo plura insunt, ordine aliquantisper mutato.

2. *Promissio illustris domini Francisci Dandulo, Dei gratia Venetiarum ducis, quam fecit populo Veneciarum pro ducatu,* an. 1328, capitulis 96. Incip.: « Quum non de nostra fortitudine vel » prudentia, sed de sola processerit clementia . . . », f. 39-48.

Marginibus adiectae sunt passim correctiones promissioni. a successore Bartholomaeo Gradonico iurandae. Quid quod, fol. 49. oblatae sunt *correctiones super promissione dom. ducis, post mortem illustris domini Laurentii Celsi,* die 19 iulii, 1365.

Codd. 253-254 membr., saec. XIV, a. 380, l. 260 [L. X, CCLXVIII-CCLXIX]. N.

1. *Promissio serenissimi Venetiarum ducis Andreae Contareni, quam fecit populo pro ducatu,* die 17 octobris, 1374. Idem ac in codice praecedenti initium, f. 1-16.

Ex capitulis summatim centumdecem, quartum ultra centesimum, antiquioris promissionis extremum, habet iuramentum ducis *omnia et singula suprascripta, bona fide et sine fraude servandi*; centesimum *de salario nostro* syllabum ducum praecedentium, quo nomen Marini Faletri omissum, quod in ceteris quoque codicibus; reliqua correctiones *post mortem illustris domini Laurencii Celsi,* 18 iulii, 1365, et *Marci Cornario,* 14 ianuarii, 1367. Cur autem in titulo legatur annus millesimus tercentesimus septuagesimus quartus loco millesimi tercentesimi sexagesimi septimi, quo Contarenus electus est, sum nescius.

2. *Capitulare consiliariorum ducis Venetiarum,* seu minoris Consilii capitulis 187, f. 20-36, cum praeeunte indice, f. 17-18. Antiquioribus adduntur partes maioris Consilii, ann. 1310-1362.

Ex capit. 93, consiliarii ducis tenentur *habere in scriptis ad domum capitulare et legere ipsum totum vel facere ipsum legi sibi semel omni mense ad minus, et promissionem etiam domini ducis . . . . et quandocumque fiet aliqua additio ipsi capitulari, teneor et debeo ipsam facere scribi in capitulari ipso . . . . et*

infra octo dies ante exitum meae consiliariae teneor capitulare et promissionem ipsam curiae restituere.

3. *Promissio illustris domini Bartholomaei Gradonico, quam fecit populo Venecie pro ducatu,* die 7 novembris, 1339.

Capitula nonaginta novem non eo numero sunt quo promissio superior, quae recentiora habet additamenta.

Codices bini, in unum compacti, titulis ac litteris initialibus rubro et caeruleo colore conspicuis praestant.

Cod. 255 membr., saec. XIV, a. 335, l. 233 [L. X, CXCI]. N.

1. *Capitulare consiliariorum ducis Venetiarum,* seu Consilii minoris, f. 5-44.

Capitulis 195 usque ad annum 1372, quatuor adduntur annis 1374-1375. Eorum indicem habes fol. 45-47 ; 1-4 vero ordinem rubricarum per classes : **a.** *Rubricae maioris Consilii ;* **b.** *R. denariorum et bonorum communis ;* **c.** *R. Consilii decem ;* **d.** *R. Advocatorum communis ;* **e.** *R. Consilii Rogatorum ;* **f.** *R. domini ducis ;* **g.** *R. consiliariorum ;* **h.** *R. capitum de quadraginta ;* **i.** *R. partium ;* **k.** *R. peticionum ;* **l.** *R. graciarum* ; **m.** *R. notariorum curiae ;* **n.** *R. forensium.* Marginibus adscripta sunt manu posteriori regesta capitulorum vel *reformatorum,* vel *revocatorum,* vel *superfluorum ob revocationem,* vel *extra omnem usum,* annis 1384-1441.

1. *Promissio illustris domini Antonii Venerio, ducis Veneciarum, quam fecit populo pro ducatu,* die 13 ianuarii. 1382. [1383].

Capitulis centumundecim, f. 49-80, cum indice praeeunte, f. 45-47, additur alia manu pars maioris Consilii, die 26 novembris, a 1400, *ante creationem ser. princip. Michaelis Steno, ducis Venet.,* ut et additamenta in marginibus.

Titulus exhibet forma rudiori imaginem ducis auropictam.

Cod. 256 membr., saec. XVI, a. 219, l. 160 [L. X, CCCXLI]. O.

Capitulare Marci Antonii Prioli, consiliarii Venetiarum, sexterii de Canareggio. Idem ac proxime antecedens.

Codex cum titulo auropicto, leonem s. Marci, insignia familiae, flores, aves referenti, habet fol. exscripta 75. sine indice.

Cod. 257 membr., saec. XVII, a. 230, l. 165 [L. X, CCCXXII]. D.

Capitulare . . . . consiliarii Venetiarum sexterii sancti Marci.

Capitula sunt 148, quorum 1-123 latine, reliqua ann. 1536-1567, itale data sunt. In titulo resectum est consiliarii nomen. Quilibet consiliarius sexteriorum, electus ad annum, cogebatur promissionem ducis *domi in scriptis habere* ec., ut notatum est in capitulari consiliariorum minoris Consilii ducalis, pag. 166. Capitulo vero 4 innuitur quod *consulat duci quod omnia capitula consiliariae meae debeat observare per totum tempus consiliariae meae.*

Singularia annoto: De veniendo ad consilium, antequam campana, quae praecedit *trotiera* [campana consiliarios asino inequitantes sollicitans], cesset pulsari — Consiliarii non possint ire ad nuptias, sub poena ducatorum 500 — Qui ex iis teneantur adesse, proiecta tessera, quando aliquis *marticiabitur*, vel *marturiabitur* [in tortura] — Non concedatur licentia ponendi *canes* [ductus pluviarum sculptos in tectis] in gurnis, nisi stratae vel rivi sint ampli XXX pedibus et ultra, sub poena librarum XXV — *Niuno possa tenir la renga più longa de due mezaruole e meza.*

Codex habet fol. 70, cum indice fol. 63-69.

Cod. 258 membr., saec. XVI, a. 235, l. 170 [L. VII. MDCCXXVII]. Q.

Commissio Andreae Bernardo, potestati Clugiae, a duce Francisco Donato data 9 septembris, 1553.

Capitula 167 latine, octo exceptis ab anno 1540 ad 1550. Fini subest monogramma H. Muriani a secretis s| I-M.

Commissio vel potestati, vel capitaneo, vel rectori, quocumque demum nomine appelletur, qua praecepta boni regiminis, in

..publicae consiliis lata, exequenda mandantur, sic fere semper incip.: « Nos . . . . committimus tibi . . . . quod vadas et » sis de nostro mandato potestas . . . . per unum annum, » et tantum plus quantum successor tuus illuc venire distulerit, » habendo ad honorem nostrum et bonum statum et conservatio- » nem dictae civitatis bonam diligentiam atque curam, regendo » dictam civitatem in his quae ad te spectabunt, secundum eo- » rum consuetudines et statuta, dummodo sit secundum Deum et » iustitiam et honorem nostrum et communis Venetiarum, et bo- » num statum ipsius civitatis et districtus, bona fide » ; finit vero : « Omnia quae tibi dicendo mandabimus attendes et observa- » bis bona fide et sine fraude. Iurasti honorem et proficuum com- » munis Venetiarum, eundo, stando et redeundo ».

Codici, foliorum 90, primum resectum est. Opercula, corio vitulino obducta, referunt litteris aureis *Andree Bernardo — M.D.LIII.*

Cod. 259 membr., saec. XV, a. 272, l. 195 [L. X, CCCXXVII]. D.

Commissio Andreae Contareno, potestati Paduae, data a Paschale Maripetro, duce Venetiarum die 22 octobris, 1459. Folia tredecim.

Capitula novem super octoginta, quorum duplex hoc eodem anno exaratum. Sub fine ei mandatum, quod, ubi repererit Nicolaum Erizzo et Ioannem de Mula, a. 1452 *propter demerita et latrocinia condemnatos et bannitos, captos mittat Venetias ad carceres.*

Cod. 260 membr., saec. XVI, a. 237, l. 171 [l. VII, MCCCLVII]. D.

Commissio Francisco Contareno, capitaneo Paduae, data a Francisco Donato duce die 9 maii, 1551.

Capitulis 242 universa commissio concluditur, quorum 1-218 latine, usque ad annum 1535, reliqua itale ann. 1536-1550. Foliis 98-99 adduntur F. Contareno data ipso electionis die. Folia extrema 101-109 offerunt *tabulam praesentis commissionis*, sine capitulorum numero.

Volumini egregie compacto corio vitulino purpureo haec characteribus aureis inscripta leguntur: *Praefecturae Paduae M.D.L.I.*

Cod. 261 membr., saec. XVI, a. 227, l. 164 [l. VII, MDCCXXV]. Q.

Commissio Andreae Bernardo, potestati Paduae, data a duce Nicolao da Ponte 11 iulii, 1584.

Capitula sunt universim 251, quorum 1-159 latine usque ad a. 1524; reliqua itale ad an. 1583, cum repertorio omnium sub fine, f. 249-269. Subsunt fini nomina Ioannis Riccii, notarii ducalis, et autographum Iulii Zamberti.

Cod. 262 membr., saec. XV, a. 254, l. 178 [L. X, CCLXXII]. N.

1. *Commissio Ioanni de Molino, potestati Montagnanae, a duce Nicolao Marcello data* 15 apr., 1474.

Capitula unum supra septuaginta, cum rubricis itale, colore rubro depictis, sine indice, fol. 1-18.

Tituli margines ornant picturae auro illitae variae, videlicet pueruli cum hasta pura, cornucopiae, instrumentis musicis; insignia *potestatis* inscripta ·I· ·M·; prospectus Montagnanae; cicnus in aquis; capreoli; cuniculi; flores et frondes.

2. *Commissio Francisco Marcello, potestati Rubinj* [Rovigno] *a duce Augustino Barbadico data* 10 decembris, 1494.

Pericopae sine rubricis et indice, numero septuaginta sex, pertingunt usque ad annum 1493, f. 19-36.

Titulus affabre pictus est insigniis familiae Marcello, floribus et globulis aureis.

Cod. 263 membr., saec. XV, a. 244, l. 154 [L. X, CCCXLII].

Commissio Bernardo Balbi, potestati Montagnanae, ab Augustino Barbadico duce data 20 octobris, 1496.

Decreta sunt octoginta duo cum rubricis itale exaratis et colore violaceo exscriptis, sine indice. Etsi re plerumque cum codice antecedenti conveniat, differt tamen capitulorum numero, quia serius data.

Codicis, folior. 23, primum refert in fronte picturas pretii sequioris, scilicet imagines s. Michaelis et caesaris, insignia ducis committentis et *potestatis*, frondes in marginibus, cuniculum.

Cod. 264 membr., saec. XV, a. 218, l. 150 [L. X, CCCXXIX]. D.

Commissio Christophoro Ferro, potestati Campisanctipetri, data a Ioanne Mocenigo duce die 6 ianuarii, 1480 [1481], fol. 16.

Pericopae quinquaginta, nulla capitulorum divisione seu rubricarum appositione; quae *partes* seu decreta antiquiora referunt notantur anno 1406.

Folium primum partim exsectum refert litteram initialem N, scita lucis et umbrae compositione, in campo aureo effictam.

Cod. 265 membr., saec. XVI, a. 236, l. 170 [I. VII, DXCVIII[b]]. MI.

Commissio Iacobo Pisauro, potestati Cittadellae, data ab Aloysio Mocenigo I duce die 5 octobris, 1571, fol. primo abscisso.

Capitula 171, quorum 1-150 latine, annum 1535 attingunt. Foliis extremis 107-109 occurrunt decreta eo ipso electionis die Iacobo Pisauro data. Fini subest monogramma Aloysii Zamberti secretarii.

Bene compacti voluminis operculis, corio purpureo et aurato obductis, legitur : *Iacobo Pisauro — M.D.LXXI.*

Cod. 266 membr., saec. XV, a. 250, l. 168 [L. X, CCCXXX]. D.

Commissio Zachariae Contareno, capitaneo Rodigii, et vicecomitatus, ac provisori generali totius Policinii, et omnium aliorum locorum nuper acquisitorum et quae acquirentur citra Padum, data a duce Augustino Barbadico die 25 augusti, 1499. Folia 8.

Praecepta brevibus capitulis 62, sine rubricis, Contareno, qua potestati et capitaneo data, eadem prope sunt quae aliis aliorum locorum rectoribus. Tertium tamen reipublicae venetae in rei politicae negotiis agendis prudentiam aperit: Rodigii enim dominio paulo ante [1484] denuo recepto, sic dux rectori: « Prout

» scis, mentis atque intentionis nostrae esse, quod in omni actio- » ne tua, erga cives et subditos nostros Rodigii et vicecomitatus. » omniumque locorum supra memoratorum, uti debeas omni hu- » manitate atque dulcedine; ita ut ipsi effectualiter sentientes » clementiam et benignitatem in se nostram, in dies magis lae- » tentur, gaudeant et contententur venisse; ceterosque invitent » et inflamment ad veniendum sub umbram dominii nostri, de- » gustaturi eandem nostram in se dulcedinem...... ».

Cod. 267 membr., saec. XVI, a. 227, l. 163 [l. VII, MCCCLXIII]. D.

Commissio Francisco Venerio, potestati et capitaneo Rodigii, a duce Hieronymo Priolo data die 8 martii, 1565. Folium primum abscissum est.

Codicis antecedentis praecepta numero amplificata, ordine secus distributa sunt, ita ut 195 latine ad annum 1535; cetera 196-226 itale ab anno 1536 ad 1563 perducantur. Adduntur fol. 102-103 decreta duo a. 1564. Nota quod capitulo tertio loco verborum *et contententur venisse; ceterosque* ec. legitur *contententur esse sub dominio nostro.* Subest monogramma Aloysii Zamberti a secretis.

Codex, foliorum 117, habet indicem itale fol. 104-113: operculis aureo ornatu obductis legitur: *Francisco Venerio — M.D.L.X.V.*

Cod. 268 membr., saec. XVI, a. 237, l. 163 [L. X, CCCXXVI]. D.

Commissio Francisco Dandulo, potestati Serravallis, ac potestati et capitaneo Coneglani, data a Petro Lando duce die 13 aprilis, 1543.

Capitula ultra centum, sine rubricis et indice, pleraque latine referunt *partes* magistratuum venetorum ad annum 1542.

Foliis 40 deest primum abscissum. Operculis corio vitulino purpureo obductis inest imago aurata duplex inter cherubim, virgo Maria et infans cum media lunula, et iustitia sedens ense evaginato et aequa lance.

Cod. 269 membr., saec. XVI, a. 229, l. 168 [l. VII, MCCCLXVI]. D.

Commissio Francisco Venerio, locumtenenti Utini et totius Patriae Foriiulii, data ab Hieronymo Priolo duce die 12 septembris, 1567.

Constat bis centum vigintiquinque capitulis, quorum quae usque ad martium 1535, numero 175 latine, cetera itale, qua *partes* magistratuum venetorum, excurrunt ad annum 1565. Quaedam inseruntur quae ad patriarchatum aquileiensem, ad iura antiqua, ad territorii cum Austriacis fines, se referunt: *communitas se gubernet secundum statuta et ordines et consuetudines suas — locumtenens deputet capitaneum in Utino secundum quod faciebat patriarcha* — plura de *armis, stipendiariis, fortilitiis territorii; bannitis et salvisconductis; poena alibi caricantium quam in Portugruario.*

Codex, folior. 139, caret indice rubricarum.

Cod. 270 membr., saec. XVI, a. 233, l. 169 [l. VII, MCCCLXIV]. D.

Commissio Hieronymo Venerio, potestati et capitaneo Sacili, data a duce Marco Antonio Trevisan die 11 martii, 1555.

Capitula 1-159 latine data ad annum 1535, excipiunt 160-180 itale annorum 1535-1554.

Leges speciales adverto de: laborandis pannis laneis, cum praecepto conducenti pannos auri vel argenti tantum e Venetiis — prohibitis arcu et sagittis ferratis portandis in itinere, sub poena quatuor quassorum de corda, librarum centum et annui carceris — vetita arte alchimiae — servis et servabus aethyopicis.

Codicem, fol. 177, sine indice, pretiosum constituit pictura qua regina Venetiarum, institita dorso leonum insidens, manibus lances et ensem tenet, pedibus calcat hominem catenis vinctum: suppedaneum solii inscribitur: *Diligite iustitiam o vos qui iudicatis terram.* E regione stat Venerius recens electus cui subsunt epigraphe: *Ætatis annorum XXVIII,* et insignia gentis Veneriae. Procul prospectus castri Sacili. Ornamenta marginibus apposita referunt emblemata litterarum, scientiarum et artium, cum

tribus iconibus b. Mariae virg. assumptae, d. Hieronymi, leonis s. Marci. Hic minime praetereundum censeo effigiem Venerii, aeque ac in codice hoc, pictum esse in codicibus 280, 286, quorum primo commissio ei data, qua capitaneo Riperiae brixiensis et provisori Salodii, a. 1559; altero commissio, qua potestati et capitaneo Iustinopolis, a. 1564: in utroque aetas inscripta annorum 33, 38.

Cod. 271 membr., saec. XVI, a. 230, l. 170 [l. VII, XXI].

Commissio Andreae Dandulo, potestati Vicentiae, data a Nicolao da Ponte duce die 29 martii, 1580.

Capitula universim 279, quorum primum usque 189 latine, reliqua itale, sunt partes Rogatorum, Consilii maioris et decemvirum de eadem re, annis 1534-1579. Fini subest nomen: *Iulius Zambertus secretarius.* Repertorium, rubricarum non numeratarum ordine, habes sub fine f. 241-256.

Volumen forma elegantiori compactum habet in operculis, corio vitulino obductis, leonem e regione, et an. *M.D.L.X.X.X.*

Cod. 272 membr., saec. XVI, a. 222, l. 153 [l. VII, MDCCCLXIX].D.

Commissio Marco Antonio Contareno, potestati Vicentiae, data a duce Nicolao da Ponte die 3 septembris, 1582.

Capitulis 190 latine ad an. 1524, adduntur 191-281 itale, annis prolata 1534-1581, qua *partes* de re eadem, Rogatorum, Consiliis maioris et decemvirum. Commissionem, fol. 370 contentam, primo exsecto, excipit repertorium rubricarum, fol. 273-289.

Opercula, spatiis arte insculptis et coloribus ac auro nitentibus, referunt in meditullio partem anteriorem leonis nimbati et cum libro e regione, nec non insignia gentis Contarenae aquilam bicipitem nigram in campo aureo referentia.

Cod. 273 membr., saec. XVI, a. 233, l. 167 [l. VII, MCCCLXXII].D.

Commissio Paulo Contareno, potestati Veronae, data a Hieronymo Priolo duce die 18 iunii, 1561.

Ex capitulis universim 222, quae praecedunt latine 1-193 perducuntur ad annum 1535, cetera continent *partes* Rogatorum, Consilii maioris et decemvirum annis 1536-1559. Die 16 iunii eiusdem electionis anni novum decretum inlatum. Sub fine adest monogramma Aloysii Zamberti secretarii. Index exstat fol. 117-125.

Codex bene compactus, operculis ligneis corio vitulino purpureo obductis, habet haec auro inscripta: *Praeturae secundae Veronae — M.D.L.X.I,* ideo quod a. 1547 idem obiverit munus.

Cod. 274 membr., saec. XVI, a. 234, l. 165 [l. VII, MDCCXXIV]. D.

Commissio Michaeli Fuscareno, capitaneo Veronae, data a Nicolao da Ponte die 17 septembris, 1587.

Capitula 187 latine ad annum 1524, excipiunt quae numero 188-254, *partes* Rogatorum, Consilii maioris, et decemvirum, annis 1534-1562, itale complectuntur. Subsunt nomina Gabrielis Gabrielii, ducalis notarii, et Iulii Zamberti a secretis.

Codex, cum repertorio rubricarum fol. 196-205, modo eodem compactus quo codex 272, operculo altero offert insignia gentis Fuscarenae.

Cod. 275 membr., saec. XVI, a. 233, l. 163 [l. VII, MCCCLII]. D.

Commissio Hieronymo Venerio, capitaneo Riperiae brixiensis et provisori Salodii, data a Hieronymo Priolo duce die 26 febr., 1559 [1560].

Ex capitulis universim 175, latine exarata sunt 1-143; reliqua *partes* continent usque ad diem 28 octobris, 1559. Nomen Aloysii Zamberti secretarii, una cum monogrammate, inscriptum.

Codicis, folior. 123, titulus offert per prosopopaeiam tres virtutes cardinales cum iis devoto neoelecto Venerio inscripto: *An. aet. suae XXXIII.* Ad pedes pax et abundantia. Procul Brixia civitas. In medio insignia gentis Veneriae. Operculis corio rubro obductis legitur aureis litteris: *Hieronymo Venerio — M.D.L.VIIII.*

Cod. 276 membr., saec. XVI, a. 239, l. 170 [L. X, CCLXI].

Commissio Pascali Ciconia, provisori castri Amphi, data a Petro Lando duce die 3 septembris, 1544.

Capitulis 106, quibus praecepta solita ad diem 12 augusti 1544, imponuntur, universa commissio ab H. Muriano secretario concluditur.

Cod. 277 membr., saec. XVI, a. 230, l. 168 [I. VII, MDCCXXVIII].

Commissio Andreae Bernardo, potestati et capitaneo Cremae, a duce Hieronymo Priolo data 11 septembris, 1560.

Capitulis 180, pleraque latine, subscribit *Aloysius Zambertus secretarius,* monogrammate addito. Praeter solita usque ad annum 1560, adiecta sunt *de poenis in vendentes aliquid plus quam semel,* ac *praemiis capientibus bannitos in Gambarariis, Ordesco, Butenico.*

Textum, fol. 124, excipit index fol. 125-128. Operculis codicem belle ornantibus inscriptum aureis litteris legitur: *Andreae Bernardo — M.D.L.X.*

Cod. 278 chart., saec. XVI, a. 222, l. 158 [I. VII. XXII].

Commissio Andreae Dandulo, potestati et capitaneo Cremae data a Pascale Ciconea duce 2 novembris, 1585. Nominibus ducis et neoelecti spatium vacuum relictum.

Eadem fere sunt quae in commissione antecedenti, additis quae ad an. 1580 constituunt capitula 215. Textum, fol. 176, ab Horatio Ziliolo ducali notario subscriptum, excipit index fol. 177-196.

Cod. 279 membr., saec. XVI, a. 243, l. 168 [L. X, CCCXXXI].

Commissio Zachariae Contareno, capitaneo Cremonae, data a Leonardo Lauredano duce die 1 maii, 1508.

Capitulis 53, fere omnibus latine, ea praecipiuntur quae

annum 1504, in ceteris commissionibus occurrunt. Singulare est quod enunciatur de bannitis Paduae, Tarvisii et Mestre, a. 1504, *in locis Gambararum, Buteniaci et Ordeaci, homicidia, furta, rapinas, violentias, contrabbandos* exercentibus.

Codicis, fol. 19, ornat titulum elegans pictura floribus ac frondibus, littera initiali aurata, nec non insigniis familiae Contarenae.

Cod. 280 membr., saec. XVI, a. 212, l. 147 [l. VII, MCCCXLVIII]. D.

Commissio Francisco Venerio, potestati Bergomi, data ab Hieronymo Priolo duce die 25 maii, 1560.

Capitulis 237, pleraque latine, quibus inscriptae *partes* magistratuum venetorum ad annum 1559, subscribit, monogrammate addito, Aloysius Zambertus a secretis. Indicem sub fine fol. 151-160, excipit decretum die 27 maii, 1560.

Voluminis bene compacti legitur operculis aureis litteris: *Francisco Venerio — M.D.L.X.*

Cod. 281 membr., saec. XVI, a. 219, l. 150 [l. VII, MCCCXLIX]. D.

Commissio data Aloysio Venerio, capitaneo Bergomi, a duce Nicolao da Ponte die 1 martii, 1585.

Capitula universim sunt 238, quorum 1-181 latine *partes* magistratuum venetorum complectitur ad annum 1524, cetera annis 1535-1581 itale. Repertorium habent folia 179-191.

Cod. 282 membr., saec. XVI, a. 228, l. 163 [l. VII, CCCXVIII]. Z.

Commissio Hieronymo Cornelio, potestati Bergomi, data a Marino Grimano duce die 15 martii, 1598.

Capitula 226, quorum 1-173 latine ad annum 1535; cetera itale continent *partes* magistratuum venetorum, ann. 1536-1586, f. 1-160. Nomine *aggionta* sequuntur *partes* ann. 1581-1597, de **a.** beneficiis ecclesiasticis, f. 161-162; **b.** re militari, f. 162-164; **c.** rectoribus, f. 164-168; **d.** armis vetitis, f. 178-190; **g.** monasteriis, f. 190-193; **h.** exulibus [banditi], f. 194-211. Indicem

f. 213-221 et rubricarium f. 222-227, excipiunt *partes* annis 1589-1592 de carceribus construendis, f. 231-245; de commercio, f. 246-248.

Cod. 283 membr., saec. XV, a. 254, l. 184 [L. X, CCCXXIV].

Commissio Petro Orio, misso ad regimen in Istriam, data die mortis ducis Andreae Vendramini 6 maii, 1478.

Capitulorum numerum et continentiam ex integro referre nequeo, quod pars tantum operis, fol. 3-12, quatuor avulsis sub principio et in fine, habeatur. Ceterum rectori, 31 decembr., 1479. digredienti, commissum praeter cetera, Istriae oras invigilet, lites inter potestates et capitaneos componendas curet; sal, ferrum, vinum non alio deferri permittat quam Venetias et Gradum, exceptis patriarcha et ecclesia aquileiensi.

Foliis extremis, quae dicunt *di risguardo,* exstat characteribus antiquioribus exscriptum M. Tullii Ciceronis fragmentum e *Tusculanis disputationibus,* lib. I, c. 12 et seq.

Cod. 284 membr., saec. XVI, a. 245, l. 163 [L. X, CLXIV]. L.

Commissio data Petro Lauredano, capitaneo et potestati Iustinopolis, a Leonardo Lauredano duce a. 1504.

Capitulis 199, fere omnibus, fol. 1-30, latine [quibus desunt extrema, ob plurium foliorum avulsionem] dux enixe commendat quod **a.** *statuta et ordines non habeant locum, sed annullentur et pro annullatis et cassis habeantur, in quacumque parte faciunt mentionem quod potestas iudicet et faciat cum voluntate et consensu suorum offitialium;* **b.** *non teneat pro equitatore nec aliter in familia aliquem de Ystria, Foroiulio, Sclavo, nec Theutonico de Alemannia superiori;* **c.** *faciat dari de bono vino urnas biscentum patriarchae gradensi;* **d.** *impediat fraudes commissas a conducentibus ribolei Venetias;* **e.** *sal, vinum, oleum, caseum, ferrum et grisios non permittat extrahi, nisi Venetias versus.* Accedunt *partes* magistratuum venetorum, ad annum 1487.

Codicis, fol. 30, titulus offert pictas imagines iustitiae, leonis veneti sinistrorsum gradientis, praetereaque insignia gentis Lau-

redanae a puerulis alatis recta, cum lemmate: DILIGITE IVSTITIAM QVI IVDICATIS TERRAM.

Cod. 285 membr., saec. XVI, a. 222, l. 152 [L. X, CXXIX].

Commissio data Carolo Mauro, potestati et capitaneo Iustinopolis, a duce Andrea Gritti die 29 martii, 1536.

Capitula centesimum vigesimum quintum attingunt, nempe usque ad diem 30 martii, 1536, cum monogrammate Andreae Franceschi, subscriptione autographa *Hier. Muriani secr.*

Sub fine codicis, fol. 61, exstat epistola itale Mauri duci Venetiarum qua ille munus potestatis et capitanei Iustinopolis, sexdecim mensium spatio emensum, ante pedes ducis Venetiarum deponit.

Libri frontem ornant effigies Mauri supplicis ante Virginem, insignia familiae, flores et frondes, omnia egregii operis.

Cod. 286 membr., saec. XVI, a. 255, l. 153 [I. VII, MCCCLV]. D.

Commissio data Hieronymo Venerio, potestati et capitaneo Iustinopolis, a duce Hieronymo Priolo die 6 octobris, 1564.

Commissio ab *Aloysio Zamberto secret.* subscripta. Ab antecedenti re minime differt, etsi capitula, dimidia parte latine, ad numerum 236 excreverint: *partes* attingunt diem 28 iulii, 1564.

Codicis, fol. 150, primum et secundum ornant picturae, quarum prima Venerium [inscriptum *aetatis annorum XXXVIII*] b. Hieronymo sistit, in conspectum virginis Mariae cum puerulo; altera puerulos cum floribus, leonem sinixtra gradientem, insignia gentis Veneriae inter militaria.

Cod. 287 membr., saec. XVI, a. 220, l. 150 [L. X, CCXLV]. N.

Commissio data Hieronymo Bono, capitaneo castri Raspurch in partibus Chersorum, a duce Andrea Gritti die 4 aprilis, 1537.

Quae ex 88 capitulis propria sunt capitanei castri Raspurch, annotantur quae sequuntur: capitaneus habitet Pinguenti; ducat secum sacerdotem; patriarcham aquileiensem honorificet; sciat

paysnatica (1) sancti Laurentii et Grisignanae removenda esse; recipiat iuramentum a pluribus potestatibus Istriae, quod pro se et suis *paysnaticum* observabunt; habeat gentes et arma quae castro servando sufficiant. Commissioni, cui additur, Hieronymo Zambono notario, *pars* 24 aprilis, 1537, subscribit *Hieronymus Murianus secretarius*, addito monogrammate Andreae Franceschi.

Codicis, fol. 30, ornat frontem pictura referens praestantiori penicillo imaginem d. Hieronymi, leonem alatum sinistrorsum gradientem, insignia gentis Bon, castri Raspurc prospectum. Operculis exterius imagines auro expressae, pueruli Iesus mundum sinistra regentis ac s. Hieronymi ante crucem genuflexi, pectus saxo percutientis.

Cod. 288 membr., saec. XVI, a. 230, l. 169 [l. VII, DXCVI]. Ml.

Commissio Marino Pisauro, capitaneo castri Raspi, data ab Aloysio Mocenigo I duce die 12 aprilis, 1572.

Eadem ac anterior, additis *partibus* a Rogatis, Consilio maiori et decemvirum, num. 89-136, usque ad annum 1561. Subscribit Aloysius Zambertus secretarius, cum monogrammate quoque. Folium primum abscissum est.

Codicem, folior. 91, obducunt opercula, quibus aureis litteris inscriptum : *Marino Pisauro — M.D.L.XXII.*

Cod. 289 membr., saec. XVI, a. 230, l. 168 [l. VII, MCCCLXII]. D.

Commissio data Petro Contareno, capitaneo Raspi in finibus Carsorum, a duce Aloysio Mocenigo die 15 martii, 1577.

Eadem fere ac praecedens, ab *Aloysio Zamberto secretar.* subscripta fol. 79, folio primo avulso.

(1) A gallico *pasnage*. Ea sunt census pro glandatione et iure pascendi porcos in sylva domini.

Cod. 290 membr., saec. XV, a. 250, l. 170 [L. X, CCXXII]. N.

Commissio data Bartholomaeo de Priolis, comiti terrae Polae, ab Augustino Barbadico duce 20 octobris, 1490.

Capitulis 115 fere omnibus latine, praecipit dux, communioribus praetermissis, ut 1. *nullum corsarium recipiat in dicta terra ;* 2. *oleum quod Pola debet ecclesiae s. Marci Venet. mittat de bono ;* 3. *curet Venetias transferri sub bona custodia nobiles Andream Dandulo, Petrum Marcello, Ossello, Paulum de Castella et Bartholomaeum de Bernardo,* in exilium actos *propter eorum scelesta facinora, si venerint in tuas manus.*

Codicis, fol. 22, titulum exornant insignia familiae de Priolis ut et flores varii.

Cod. 291 membr., saec. XVI, a. 219, l. 155 [I. VII, MCCCLXV]. D.

Commissio data Petro Contareno, provisori insulae Veglae, a duce Marino Grimano die 16 novembris, 1595.

Capitulis 112, a *Iulio Zamberto secr.* subscriptis, quorum quadraginta latine, cetera itale ab anno 1537 ad 17 sept., 1595, dux enixe commendat, praeter cetera communia, *exigat introitus illius insulae . . . . . . eo modo, ordine et conditione, quibus fecit Antonius Vinciguerra, secretarius noster, et additas gravedines per comitem Ioannem de tempore in tempus ducat secum familiam quam habent comites nostri Arbe.*

Codicis, fol. 118, sine indice rubricarum, opercula referunt leonem alatum e regione et insignia familiae Contarenae.

Cod. 292 membr., saec. XVI, a. 221, l. 150 [I. VII, DXCV]. MI.

Commissio Iacobo Pisauro, comiti Iaderae, data a Nicolao da Ponte duce die 6 iunii, 1582.

Capitula 142, quorum 99 latine, continent quoque *partes* magistratuum venetorum usque ad an. 1582. Commissioni subscribit *Gabriel Gabrielius, ducalis notarius.* Textum fol. 128 excipit index, fol. 131-138.

Volumen eo modo compactum quo codex [I.VII,MDCCCLXIII] *Contarini podestà di Vicenza.*

Cod. 293 membr., saec. XVI, a. 220, l. 150 [L. X, CCCXLIII].

Commissio Bernardo Balbi, comiti et capitaneo Sibenici, data ab Andrea Gritti duce die 3 novembris, 1530.

Pericopae sexaginta, pleraque latine, ad annum 1529, quorum prima ei commissum *regat districtum in civilibus cum tribus iudicibus dictae terrae, secundum statuta et consuetudines Sibenici . . . . in criminalibus autem, videlicet pro homicidiis, violatione mulierum, incendiis, fraudolentiis, proditionibus civitatis Sibenici, tu solus comes procedere debes et terminare, secundum formam statutorum Sibenici.* Quae praecepta regionis indolem designant, sunt: *Stipendiarii habentes uxores vel concubinas sclavas Dalmatiae vel Hungariae, non stent ad stipendia nostra — Periuro lingua incidatur — Amputetur manus dextera et eruantur ambo oculi stronzanti vel ad aquam accipienti, vel alio modo incidentes ... ducatos, grossos, mezaninos et soldos venetos : reus bandiatur de Venetiis — Subditi tranquille degant cum Turcis — Pestis pericula avertantur.*

Codici, folior. 24, cum pictura in titulo, referenti neoelectum ante Virginem genuflectentem, divo Bernardo stante, ac eius insignia, subscripsit, addito monogrammate, *Petrus Grasolarius secretarius.*

Cod. 294 membr., saec. XVI, a. 248, l. 172 [L. X, CCLX].

Commissio ducalis data Valerio Marcello, provisori insulae Cephaleniae, a duce Leonardo Lauredano 15 ianuarii, 1514 [1515].

Normae capitulis 53 datae eae sunt quae in aliis codicibus, exceptis de relationibus cum Turcis et de cura munitionum maxima habenda.

Codex, fol. 13, primo habet pictam litteram initialem, effictis coloribus insignia familiae Marcellae.

Cod. 295 membr., saec. XVI, a. 260, l. 170 [L. X, CCCXXV]. D.

Commissio data Dominico Bembo, rectori Thinarum et Miconarum, a Leonardo Lauredano duce 20 aprilis, 1516.

Commissionem capitulis exstantibus 27, cum additis decem usque ad electionis diem, breviorem reddunt folia avulsa a principio. Quae remanent agunt de furibus, bannitis, periuris, monetis trabuccatis. Rectori commissum praecipue, subsit in pluribus regimini Nigropontis; vivat quiete cum Turcis; non accipiat lumbulos, linguas, pisces et huiusmodi regalias.

Cod. 296 membr., saec. XV, a. 237, l. 152 [L. X, CLXIII]. Z.

Commissio data Dominico Bollani, duchae Cretae, a duce Augustino Barbadico 31 maii, 1494.

Ex praeceptis iuratis, numero 239, ad annum 1493, peculiaria sunt: *ter in hebdomada accedat cum consiliariis aliquam ecclesiam pro audienda missa cantata; cum iis conveniat post missam et prandium de re publica consulturus; non eat ad mortuum vel ad nuptias; nihil comparet, sibi proficuum, a monasteriis imperialibus nec a synautis; non det prandium latinis et graecis civitatis Candidae, nec accipiat; curet de datio vini solvi salarium protomagistri et ingenerii; tollat usum proiiciendi super eius caput, quando exit, myrthum, aquam rosatam, frumentum, sal.*

Textum, fol. 1-49, excipit index, f. 51-56. Titulus eleganter pictus est in littera initiali et insigniis familiae Bollani.

Cod. 297 membr., saec. XVI, a. 183, l. 132 [L. X, CCXXXIV]. N.

Commissio Paulo Antonio Miani, duchae Cretae, data a duce Leonardo Lauredano 15 iulii, 1516.

Insolenter codicis anterioris capitula 239 ad 155 in praesenti reducta sunt, quod plura iam abrogata fuerint.

Codex, folior. 35, primo refert picturis auratis Virginem cum infante in solio sedentem, ad cuius pedes genuflectit Mianus, assistentibus patronis dd. Paulo et Antonio abbate; omnia cum

epigraphe in aedicula architectonica: infra sunt insignia familiae [latine] *Miliariae,* quod innuit spica milii. Insignia eadem gestat familia bellunensis [Miliaria] Miari.

Cod. 298 membr., saec. XVII, a. 230, l. 168 [I. VII, MDCCLXV]. O.

Commissio facta Marino Muazzo, rectori Rethimi in insula Cretae, a duce Antonio de Priolis 13 ianuarii, 1621 [1622].

Capitulis 121, pleraque latinis, *partes* continentibus ad diem 21 aug., 1621, praeter praecepta aliis rectoribus communia, referuntur quae proprie Rethimum spectant, scilicet de bannitis; infidelibus; privatis expellendis quibus navigia non *naulizentur;* sclavis et *Turchis* [foeminis] Cretam non deferendis; gratia feudorum non concedenda Graecis; custodiendis ecclesia et hospitali ab Ægidio Mauroceno iam rectore (1). Quod singulare est, rector recessurus non permittat *sibi proiici in via super caput per plebem, aquam rosatam, frumentum, sal,* ut cod. 296.

Textui, fol 132, additum *repertorium* f. 133-137, ac *parti prese in diversi tempi in materia della fabbrica delle prigioni, da esser poste nella commissione del n. h. s. Maria Muazzo, va retor a Retimo,* f. 141-158. Operculis auropictis exstant leo alatus e regione ac insignia familiae Mudatii.

Cod. 299 membr., saec. XV, a. 245, l. 172 [L. X, CCCXXVIII]. D.

Commissio data Bernardo Contareno, consuli Alexandriae, a duce Francisco Foscari 2 maii, 1457.

Pars potior capitulorum 70, ad diem 18 aprilis, 1457, spectat commercium: haec praeter alia consuli propria: *non incantet furnum et tabernam pro se tantum; non recipiat donum nisi balsamum et victualia a Sultano; vetet portari ad terras Saracenorum* [cum quibus qui se *aconzarerint* comdemnentur] *equos, ferrum, arma, lignamina vel mameluchos.*

Codex, fol. 19, habet *tabulam commissionis* f. 1-2.

(1) Deest nomen codici nostro *Regimenti* [L. VII, CXCVIII]

Cod. 300 membr., saec. XV, a. 254, l. 172 [l. VII, DXCVII].

Commissio data a duce Augustino Barbadico, Bertuccio Civrano ac Petro Marcello, capitaneis galearum nomine Nova, Calba, Pollana, armatis pro itinere Baruti, 22 octobris, 1500.

Praecepta iurata numero 75, agunt de supracomite, naucleriis, cursariis, pedotis [navarchis], armis, gratia papali navigandi ad terras Soldani, sclavis et sclavabus aliarum regionum, methodo *caricandi* galeas, mercibus divetitis, credentiis, nabulis [tributis ex navibus], scandulariis [fabris lignariis]; locis in galeis, appellatis *pizolo, canipa,* armarolo [armariolo] comitis, supratabulato; tubetis et zaramelis [ordine tibicinum], fol. 2-24, primo abscisso, cum indice fol. 50-52.

Foliis autem 25-49 exstat Rogatorum *pars* [itale] deputandi tres naves supra memoratas ad iter Baruti, 22 febr., 1489 [1490]; additis aliis ad 17 octobr., 1500, et deliberatione navium Civrano ac Marcello, ita ut summatim capitula sint 104, quibus quae iter attingunt enumerantur.

ANECDOTA EX CODICE MS. 75.

PAULI MAUROCENI, defensio Venetorum ad Europae principes contra obtrectatores.

— —— de rebus ac forma reipublicae venetae Gregorio Heymburg, Germanorum doctori praeclarissimo.

PAULI MAUROCENI, defensio Venetorum ad Europae principes contra obtrectatores.

Divo Marco Barbo, evangelistae Marci cardinali veneto, Paulus Maurocenus salutem.

Cum improperantes plurimos et in Venetos, alienis a veritate incusationibus, immerito invehentes saepenumero audisse contigerit, fateor animo succurrisse cuncta, veritatis attestatione, refellere, et a veritate longe abductos esse docere decrevisse. Et licet Venetorum gesta novissima latam dicendi facultatem et falso obiecta confutandi, aperte praestare videantur; ut tamen antiquiora a primis repetita primordiis ampliorem dicendi materiam et maledicta refellendi conferre valeant, augustiora Venetorum gesta nonnulla percurrere libuit, ut ex veteribus novissimisque eorum facinoribus quales semper fuerint Veneti legentibus pateat, et invidorum falsoque improperantium dicta facillime confutari legentium multitudo concipiat, et qui in Venetorum odium, falsis illorum assertionibus, exarserunt, si non diligere saltem eligant non odisse. Equidem, ni fallor, si quae in medium afferre constitui e plurimis pauca perlegerint, ceterarumque civitatum in unum simul gesta contulerint, raras fuisse civitates invenient, quae a tam claris augustisque nobilitatis principiis primordia et sua pariter sumpserint incrementa; quae tam juste omnique impietatis labe immunes vivere praeelegerint; quae tot reverentiae in pontifices catholicamque ecclesiam de se exempla contulerint; quae tot Christi fidelibus, et a Christi hostibus oppressis totiens et tanta praesidia contulisse tradantur, et quae tot tantaque ultro oblata, quae magnum quidem imperium parerent, spreverint, seu suis contentae limitibus dereliquerint, et quae in se retenta, non dominandi ambitione, verum salutis suae necessitate coactae fuerint sua sub auctoritate servare. Quae est enim civitas, quis principa-

tus qui angustioribus primordiis ortum sumpsisse tradatur? Et ut humiliora pertranseamus; quibus enim avis aut proavis illustrissimos illos romanorum principes, consules scilicet et dictatores, sua sumpsisse primordia perhibetur? Ab his profecto qui aut alienis urbibus pulsi, aut ab ipsis agris humiliora principia contraxerunt, demumque in patritiorum numerum, non avorum claritate, verum aliqua, ut fit, industria cooptatos fuisse, raptoque potius, cum modica tunc illis suppetere viderentur, vitam ducere decrevisse. Venetos vero nobiles non humiles in Italiam neque demum in has sedes veneta ex provincia Paflagoniae, verum animo ac nobilitate ingenuos, et quibus praesertim libertas omni ope ac vita carior fuit, declinasse apertissima monumenta testantur: tantaque fuisse justitiae et aequitatis eorum documenta ut omnis provincia ab Abdua in Lisuncium Venetia nuncupari non doluerit: verum sibi decori futurum iudicaverit. Et quum demum in has sedes diverterunt quae nullam vivendi pariunt facultatem, cum pene necessitas praedari cogeret; maiorum virtutis memores, omnes qui alieno aut rapto vivere properabant, veluti apes fucos, ab eorum consortiis repulerunt. Quae est ergo civitas, quis principatus qui digniora de se justiciae et aequitatis tradiderit exempla? Quae est, inquam, civitas, aut principatus, qui tot tantaque reverentiae in pontifices et caritatis in Christi cultores ediderit documenta? Qui totiens nec impensis nec sanguini pro fidelium salute pepercerit? Qui tot tantasque civitates ac provincias ultro se dantes sponte renuerit, seu bello in potestatem redactas ultro donaverit, aut in libertatem redegerit, et quas forte nunc tenent et possident, non ultro sed necessitate compulsos, ne maiora inferant detrimenta, sub arbitrio justiciaeque moderamine continere rerum experientia quisque docetur, qui rerum seriem non loquentium voluntatem intueri curaverit? Quas non ambitione, aut ultro illato bello, sed sumptis in defensionem armis vincere ne vincerentur coacti sunt? Quibuscumque enim digniora maiorum suorum monumenta merito memoranda succurrunt, his profecto licere forte Venetis improperare concesserim; quibus vero nec maiora nec paria de se exempla afferre in medium convenit, illis equidem improperare minime licere arbitror; qui igitur vetustate primordii, nobilitatis antiquitate,

virtutum moderatione, justitiae aequitate, humanitate ac magnificentia, potentia et dignitate pares esse non possunt. Sileant quaeso aequiori sententia et cuncta haec luce clariora tam aequo animo perferant quum et imperium patiuntur. Verum ne longius oratio protrahatur coepto jam operi accingamur. Venetorum itaque causam apud summos pontifices, serenissimos caesares, reverendissimos cardinales, illustrissimos reges et principes, ceterasque potestates agendam delegimus, non velut in quos nostra invehatur oratio, sed apud quos merita iniustae improperationis excusatio censeatur; ea scilicet ducti ratione, ut cum tantorum principum aures iusta improperatorum demulxerit confutatio, de reliquis, quibus nec auctoritas nel facultas inest, parum aut minimum cavendum censeamus. Tuae igitur sapientiae et aequitati meritam Venetorum defensionem destinandam decrevi, ut qui in urbe moram trahis, in quam communis patriae gratia omnes conveniunt, et qui patriae haud immemor propriae judicaris, falsis suggestionibus quemquam Venetis improperantem audire contigerit, veri assertione, si non in Venetorum amorem adducere poteris, ab iniusto tamen odio discedere doceas; ne animarum suarum detrimento falsis cavillationibus odisse Venetos eligant: quod cuiquam minime licere divina testantur eloquia. Et ne quod in veritatis testimonium adducturus sum, nostris tantum annalibus exemisse me putent, plurium etiam attestatione, et ipsius Blondi qui perquirere statuet, vera me narrasse non dubitabit, ipsarumque rerum attestatione certior erit. Nam cum barbaros omnem sinum hunc venetum omnemque utriusque lateris oram saepenumero invasisse, depopulasse, et in servitutem fideles deduxisse experimento constet, doceat qui Venetis insultare laetatur, quis invadentes barbaros et predae illectos dulcedine hoc sinu fugaverit; quis cunctos populos hac clade liberaverit, cum nullam classem praeter venetam hunc sinum frequentasse, et a barbaris pyratisque in hunc usque diem tutasse apertissime constet. Desinant ergo oblatrare qui nesciunt, et apertissimae veritati si non ultro, saltem tandem victi consentiant.

Succensurum mihi neminem iure censeo, b.mi p., clementissimi caesares, reverendissimi cardinales, serenissimi reges et principes, vosque ceterae potestates, si quae in medium allaturus sum, non improperationis exprobationisve causa, verum tutelae defensionisque gratia, non ultro sed undique lacessitus, adduxero. Et cum animantibus nullis defensionis arma natura negaverit, legibusque ubique cautum sit sua quemque tueri, id profecto quod animantibus etiam licere non dubitatur, mihi non minus aequo animo tribui aequaque lance conferri existimo; nec irasci quemquam debere arbitror si, defensionis gratia, ea in lucem adduxerim quae ruborem potius ac verecundiam adversantibus quam insultandi vim videantur afferre. Verum ne sermonibus tempus terere videar, lacescentibus insultantibusque, quicumque fuerint, quorum neminem in lucem afferre statui, universis respondere constitui, cujus principium a nobilitate sumendum judicavi. Sunt qui nobilitati venetae detrahere conantur: piscatores se esse eo quod his paludibus aquisque incumbere videantur, ex humilibusque ob id principiis ortam asserant, commerciisque ac commutationibus in hujusce principatus fastigium evasisse, sua iactantes primordia, quae plurimis annis insignia fuisse testantur. Ego vero non malevolorum vestigia insequens, eoque minime ceterorum principia deprimens, nobilitatis venetae ac principatus primordia in medium afferre constitui, ut qui paritate aut praeeminentia certare decreverit, sua pariter in medium afferat, coestisque paribus properet in conflictum, et cum se vicisse docuerit, tunc improperationi locum sibi sufficere arbitretur. Tria fuisse principia nobilitatis venetae colliguntur. Primum scilicet eorum qui Pafiagonia discedentes, ne cuiquam obtemperare cogerentur, cum maiores suos nullis unquam mortalibus paruisse repertum fuerit, eversae troianae urbis tempore, in Italiam pariter cum Antenore Troia profugo devenerunt, qui ab Italis benigne suscepti ne dum patavae urbis primordia inchoarunt, verum per hanc Italiae partem vagati, quae a Lysuntio Abduam usque Liguria olim, et nunc Lombardia et Marchia tarvisina nuncupatur, adeo aequis moribus ac legibus

vivere studuerunt ut, omnium consensu populorum, omnis eadem provincia brevi Venetia nuncupata sit, nec id sibi iniuria incolae adscribere visi sunt. Cum id non Venetorum fastu elationeque contigerit, verum iuris aequitatisque eorum moderata sententia, pluribus demum labentibus annis, Romanorum scilicet temporibus, cum Gallorum innumera multitudo provinciam invasisset, multisque consertis proeliis, viribusque eis pares fore non viderentur, majorum sententiae memores, vitae cunctisque facultatibus libertatem nullique unquam servisse praeferentes: quibus animo cordique virtus libertatisque constans sententia inerat, in eas partes declinarunt quae inter tenue littus et circumstantes undique civitates in aquis positae, nulla ullis iniuria illata, eo tenus eorum illaesam libertatem servare posse viderentur: ibique, propriis relictis sedibus dulcedine libertatis, vitam ducere decreverunt. Attilae vero Hunnorum regis temporibus, quem sexties centena millia hominum sequebantur, cum in Italiam divertisset, et Aquilejam, Concordiam, Opitergium, Antenoridem, et Venetorum civitatem novam oppugnasset ac funditus subvertisset, cum plurimis, Mediolanum usque et ultra, civitatibus debellatis suoque imperio subditis, qui nobilitatis ingenuitatisve gestabant animos, sibi rebusque suis consulere statuentes, Venetorum urbes et loca adire decrevere, ibique tutam ac liberam sibi suisque vitam ducere consulentes, a Venetis benigne ac in partem suae sortis ditionemque suscepti sunt, et haec secunda venetae nobilitatis inicia sive prima additamenta fuisse traditum est. Demum vero Narsete a Iustiniano imperatore, post Belisarium adversus Gothos in Italiam destinato, cum ob famam adventus ejus Totila Gothorum rex, qui omnem pene Italiam, praeter Ravennam, et nonnullas occupaverat civitates, presertimque omnem provinciam a Tarvisio Bononiam et alpes usque sub ditione tenebat, maximis viribus venturo Narseti resistere statuens Tarvisii moram traheret, nullaque spes Narseti superesse videretur imperatoris rebus posse succurrere, regressurusque Constantinopolim potius quam ultra accessurus videretur, Veneti, animi ingenuitate permoti ut Italiam tandem barbarorum rapinis caedibusque subtractam romano imperio parituram traderent, lembis navibusque compositis, in eam Ravennae regionem ubi nunc Ferraria sita est Narsetem omni cum exercitu deduxere; quare indignatus Totila

coactusque Narsetem insequi, veritus ne ejus discessu a tergo relictae civitates a Venetis in imperatoriam amicitiam ditionemque provocatae deficerent, omnem provinciam a Tarvisio Mediolanum usque et ultra vastavit Qua re moti primores civitatum, sibi suisque rebus ac liberis coacti consulere, nusquam tutum sibi locum, nusquam se benigne suscipiendos arbitrati praeter quam a Venetis, quos et ipsi pridem, dum in Italiam declinassent, benigne et in partem susceperant, ad Venetorum liberas tutasque sedes licet exiguas declinare decreverunt: a quibus omni humanitate suscepti et in partem aequamque sortem rerum omnium admissi sunt. Tertiumque hinc principium nobilitatis venetae seu, quod verius est, incrementum hoc nuncupatum est, quo maximum illustrium nobiliumque virorum numerum plurimis e civitatibus ad Venetos fluxisse memoriae traditum est. Hinc venetae nobilitatis origo; hisque temporibus, et in has sedes Venetos venisse constat. Cujus quidem tanta exstant in posteros suae propagationis inviolata decreta, ut nulla unquam in hos usque dies aetas in legitima prole violaverit. Sanxere namque, a sui adventus primordiis, cum primum in has sedes declinarunt, ne scilicet praepotentioribus Gallis servire cogerentur, et eotenus servatam libertatem, quam vitae cunctisque opibus praeferendam decreverant, tutarentur: ut nemo usquam in posterum nobilitatis specimen violare praesumeret, ne quis nisi ingenuis legitimisque uxoribus natus in suae nobilitatis consortium posset adscribi: hocque adeo inviolatis legibus decrevere ut in hunc usque in diem nemo, diversis oriundus auspiciis quisquis evaserit, in hujusce consortium assumptus fuerit: tanta fuit Venetis servandae nobilitatis suae accurata sententia. Fuit pariter principatus ac libertatis adeo constans institutio, ut nunquam suae nobilitati insignis princeps deesse videretur, et qui omni tempore fuerit eligendus, adeo aequis firmatisque sponsionibus principatum assumeret, ut nusquam ab aequissimis suis legibus recedendo libertatem amitterent cives, nec ipse in tyrannidem declinaret, quod in hanc diem, bonorum omnium auctore favente, deductum est. Adeo namque justificatis moribus imperat princeps venetus, ut verum principem optimumque patriae parentem, non tyrannum praeesse astantium omnium sententia fateatur, illustremque Venetorum principatum incorruptamque eorum libertatem laudibus

efferat; adeoque hujusce nobilitatis concilium claruisse constat, ut non dedecori sibi sed laudi reges ac principes judicarint se in venetae nobilitatis assumi consortium, cujus adeo augusta illustriaque fuisse noverant incrementa: cujus quidem tantus est in unum conventus, tantus adeuntium redeuntiumque conspectus, ut nusquam pene toto orbe terrarum tantus tamque illustris nobilitatis concursus valeat reperiri. Mirantur ceteri qui in hanc urbem venetam declinare constituunt, situm, urbisque amplitudinem ac dignitatem, quae altioris ingenii ac spiritus esse noscuntur, non situm ac moenia, domos ac aedificia contemplantur, cum et vetera et recentia plerisque in locis insignia hujuscemodi intueri contingat: verum illud tantae tamque illustris nobilitatis consortium contemplantur, quo nusquam terrarum fore in unum coeuntium ampliorem nec forte parem reperisse contingat. Nam saepenumero mille trecenti, mille quadringenti in unum quandoque conveniunt, ubi primoribus supremas dignitates et magistratus conferre tempus exposcit. His igitur in locis aquosis, palustribus et incultis, et quae nihil ad humanos usus victus, vestitus, ceterarumque opportunitatum conferre possunt a primordio, ut superius enarravimus, vitam ducere decrevere: tum ut suam eotenus servatam libertatem nullisque ad hos dies obnoxiam, cunctisque operibus praeferendam, illaesam merito preservarent, tum ne ullis mortalibus taedio aut odio fierent, quod aliena, et quae humano cultui conferre possent invasisse viderentur. Tanta enim patribus illis innata semper modestia fuit aliena non poscere, nullique iniuriam ferre, ut nullam sibi posterisque invidiae odiive causam ullis mortalibus intulisse quis arbitrari possit. His igitur locis constitutis in quibus nihil colligitur quod ad humanos usus spectare videatur, ne ullis inferrent iniuriam, opus fuisse nemo negare poterit, solertia vitam ceteraque humanis usibus necessaria comparare. Cumque nil soli foecunditas sibi suisque praestare posse videretur, aliunde sibi opportuna navigatione comparare loci necessitas compulit. Et si tantum humanis usibus necessaria afferre studuissent, his scilicet comparata pecuniis quas secum attulerant, facile his consumptis inde discedere necessitas compulisset. Coegit itaque eadem illa necessitas, ita se commerciis dedere, ut nedum quae ad instantes tunc necessitatse succurrere

posse viderentur exquirerent: verum quae pariter eis suppeterent ac superessent, unde futuris opportunitatibus occurrere possent. Non ergo vili deiectoque a virtute ac nobilitate animo commerciis se dedere Veneti, sed ipsa sic loci natura cogente, cum nihil ad vitam afferat opportunum, propria necessitas compulit. Eo enim in consultationem deducto, quonam sibi pacto vitam ducerent commerciis an rapinis, cum ipsa situs necessitas alterum exposcere videretur, unanimi principis patrumque omnium voto est sancitum suis potius laboribus ac, ut ita dixerim, sudoribus vitam esse ducendam, quam ullis mortalium ullo unquam tempore iniuriam ferre, eaque sanctione decrevere, nemini qui suis legibus ac principatui subderetur, mari terraque pyratica, aut alio quovis flagitio, sibi suisque licere succurrere, ne ullis mortalibus injuriam inferre viderentur. Hac itaque prima omnium principis ac senatus consulto lege sancita, omnibus aeque indictum est, aut inde discederent, aut ita se commerciis commutationibusque sibi suisque caverent, ut nullis oneri, aut injuriae fierent. Qui ergo libertatem ceteris praeferendam decrevere, vitamque potius commerciis agitationibusque per orbem tutari, sola sic necessitate cogente, quam leniori praediorum amoenitate devicti, in servitutem tyrranidemque suam suorumque vitam dedere, his locis, his libertatis legibus degendum sibi suisque statuerunt, nulli scilicet injuriam inferre, sibi suisque suo labore cavere. Eoque his aequissimis legibus ac moribus brevi ventum est ut sibi adeptae iam maximis laboribus ac periculis facultates, segnibus ac alieno vivere cupientibus invidiam parerent, effecereque ut qui nullis injuriam tulerant, insidiis primo ac demum apertis bellis agitarentur. Quibus tantum animi morum ac virium, virtus ac fortuna primis etiam illis incunabulis contulit, ut ne dum se tutari domi, situs opportunitate, decreverint, verum etiam repellere iniurias insultantesque reprimere. summa illa Omnipotentis justitia aeque contulerit. Sacris namque primorum institutis edocti sunt nullis iniuriam inferre, inferentibus unanimi omnium voto resistere, perseverantes repellere. pulsos vero et in fugam versos minime insequi, cum non ambitionis aut victoriae gratia, sed repellendae injuriae arma sumere parentum monuerit institutio. Tantaque animorum moderatio, tanta indifferens justitiae ministratio viguit, ut ex nihilo, ut ita

dixerim, in his penitus abiectis locis condita civitas in hoc mirum culmen fastigiumque erecta sit, in qua nulli a primis illis legibus constitutionibusque impune declinare licuerit. His igitur rerum commutationibus factum est ut opulentissima civitas haec quam plurimis terrarum partibus commoda, velut in centro sita, opportuna conferentiaque maximis regionibus subministret. Nam velut centrum circumferentiae aeque distans, omnibus circuli partibus indifferens esse conspicitur, ita in hoc loco Venetia condita circumquaque iacentibus orbis regionibus necessaria simul et conferentia abunde suppeditat, quae undique ab extremis orbis climatibus, opportunis navium triremiumque generibus, cunctis pene lustratis littoribus, suis sumptibus ac periculis in patriam, tutum cunctisque opportunum devehit locum: singulis namque temporibus innumera navium triremiumque classe cuncta pene maria lustrant, tantamque rerum omnium deferunt quantitatem, ut ingredientium egredientiumque nemo ne dum necessaria aut opportuna sed nec iucunda et quae ad voluptatem conferre possent unquam defuisse doluerit. Omnium namque rerum et generum frumenti, vini, olei, salis, lanae, bombicis, syrici, pannorum cujuscumque generis specierum, auri, argenti, margaritarum, ac jaspidum, omitto minora aut viliora, tanta exuberat quantitas, tanta superest multitudo ut centies centena aureorum millia minime comparare possent. In officina etiam monetae singulis annis auri argentique decies centena millia incuduntur. Fitque his circumquaque navigationibus ut veneta civitas, quae nulla soli foccunditate congaudet, aliundeque sibi victus ac vestitus necessaria comparare compellitur, abundantiam ceterarum regionum pretio redimat, et in proprios et alienos benigne usus partiatur, singulis enim annis quod aliunde victus vestitusque sui causa comparare cogitur, tricesies centena millia aureorum exsuperant. Nam cum centum et quinquaginta millia et ultra hominum capita censeantur, singulique, tenuis victus gratia, singulis annis aureorum decem, vestitusque causa totidem summam impendant, majoribus simul minoribus comparatis, tricesies profecto centena millia aureorum impendere non dubitatur. Reddit tamen saepenumero vices regionibus, unde fertilitatis tempore alimenta suscepit, cum scilicet caritate laborant, saepe enim circumquaque iacentes regiones

et civitates inedia laborassent, ni memor suisque advertens calamitatibus civitas veneta abundanti succurrisset annona.

Huic igitur tam praeclare tamque omnium regionum usibus necessariae civitati, in quam, totus pene confluit orbis, ut suis necessitatibus subministret, quis sanae mentis, quis rationis ac justiciae particeps, quis suae salutis memor irasci, aut succenseri poterit, quae nullis illata iniuria, suis laboribus ac periculis vitam ducere nititur, ceterorumque commoditatibus inservire ? Nemo profecto nisi qui invido malignoque adeo extuat odio ut propriis etiam non desinat parentibus invidere. At si forte gratis invidere odisseque potius eligunt, quam suae saluti consulere, cum satius fore iudicetur ut invidiae magis quam miserationi sit locus, invideant quaeso qui volunt, convincientur qui detrahunt, oderint qui amare non possunt, dum tamen secundis rebus nostris faveat semper divina majestas, dum insultantes opprimat deque iniustis hostibus victoriam tribuat. Verum ne nostra haec longius provehatur oratio, sequenti jam operi accingamur.

Satis itaque nobilitatis venetae primordia, necessariaeque negociacionis causas ut nullis iniurias inferrent, vitamque sua virtute perquirerent, dixisse sufficiat. Ad alia itaque, quae nonnulli immerito quidem in Venetos improbe satis obiectant, descendamus. Sunt qui cupiditate ambitioneque illectos Venetos asserant : nulla divinae ecclesiae reverentia, nulla religionis christianae habita ratione in hoc culmen evasisse, tantumque ut cupiditati ambitionique inserviant ; nulla, aequi honestive ratione habita, studere vigilareque Venetos arbitrantur et asserunt, adeo ut ne dum in temporalium dominium rerum exarserint, verum etiam ecclesiae bona, ira odioque divinae majestatis, occupaverint, commoditatumque suarum gratia omnem christianae religionis parvi fecerint rationem. Libet ergo Venetorum gesta nova veteraque nonnulla percurrere pariterque in medium ducere, ut si merito arguendi sint, amplior vagandi licentia improperantibus tribuatur ; si vero arguendi locus aut causa suppetere minime visa fuerit, impetrata pace, liceat ab errore discedere, rerumque experientiae adhaerere. Constat itaque, ut non ab antiquioribus sumamus exordium, Venetos, suis neglectis periculis, imperatoriae parti faventes, Narsetem, ab imperatore

Iustiniano ad liberandam a servitute Gothorum Italiam destinatum, anno salutis christianae 556, pontifice maximo Vigilio, cum maximis copiis obvius ei Totila fieret, castraque apud Tarvisium collocasset ne qua parte ultra Narses provehi posset; ultro sibi navigia spopondisse omnique cum exercitu mare transvectum in eam Ravennae exposuisse regionem in qua nunc insignis Ferrariae civitas condita reperitur: qua re cognita Totila non in Venetorum tantum loca, civitatem scilicet novam ceteraque eorum oppida continenti contigua, verum et in omnem provinciam venetam igne ferroque saevire decrevit, cunctasque civitates Mediolanum usque depopulatus est. Unde factum est, ut qui primores illarum fore videbantur, quique libertatis dulcedine ducti mutandas sibi sedes decrevere, omnes Venetiam non regionem sed civitatem his paludibus recumbentem accedere decreverunt; in quam benigne et in partem civitatis suscepti, perpetuam sibi suisque civitatem ac sedem fore statuerunt.

Quingentis et quinquaginta sex annis salutis nostrae currentibus, cum saevissimus omium Clefis, Longobardorum rex, omnem provinciam saeva ac pestilenti clade vexaret, primores qui suae salutis ac libertati consulere, multorum exemplo coacti sunt, Venetiam declinarunt, qui a Venetis cum conjugibus ac liberis benigne et in aequam sortem excepti sunt.

Sexcentesimo salutis anno, Saraceni primo omnem Asiam ac brevi post omnem pene Africam occuparunt, Alexandriaque discedentes, sexcentesimo et sexagesimo salutis anno, Rhodum plurimasque insulas devastantes, inde in Siciliam Calabriamque delati, maritimaque igne ac ferro devastantes, mediterranea plurima consumpserunt.

Septingentesimo vero ac septuagesimo salutis anno, Turci primo Asiam invaserunt: Alanos primo, deide Colcos, Armenos ac demum Persas, Saracenos depellentes: fuit autem Iustiniani secundi tempore, Gregorii tertii pontificis, Pipini primi Francorum regis, de quibus quidem hic agi visum est, veluti de quibus aeternus cum Venetis futurus esset conflictus.

Octingentesimo et sexto salutis anno, divisa imperii sorte orientali constantinopolitano firmata, occidentali vero Carolo magno; Venetos enim juris imperii solutos, veluti qui tot annorum

saeculis nullis unquam subiecti fuerint, suis legibus vivere suaque subditis ditioni, sua auctoritate imperare, utriusque imperii sanctione, instrumento sive privilegio Leonis pontificis stipulantis, declaratum extitit.

Per ea forte tempora in quibus Carolus imperator, vir excellentissimus, anno 829, Gregorio IIII pontifice maximo, diem clausit extremum, Saraceni immensa classe Italiam invasere, ac Centumcellas ex primoribus Italiae urbibus, urbi propinquam, ipsamque romanam urbem aggressi pariterque potiti, omnium Centumcellae hominum rerumque praeda spoliarunt.

Quatuor deinde inter se declaratis principibus Admirati nomine appellatis, unus Ægyptum et Africam occupavit, duo Hispanias inter se partiti sunt, quartus Palaestinam, praeclaram Asiae regionem, et plurima ipsius Asiae loca subegit, demumque finitima Italiae loca igne ferroque vastavit, omnifariam inde praedam auferens. Quibus Siciliam repetentibus resistere nequiens Michael imperator, cui in sortem contigerat, Venetorum praesidia deprecatus est. Qui fidei zelo, fideliumque calamitate permoti, immensa classe constructa, quippe quae tantis barbarorum viribus posset resistere, Saracenos fidei hostes omni Italia Siciliaque fugarunt.

Noningentesimo ac trigesimo salutis anno, Saracenis iterum Siciliam Italiamque vastantibus, Tarentumque prementibus, Saba classis duce, Theodosius imperator, classis praefectus, imparem se hostium viribus cernens, Venetorum praesidia litteris ab imperatore datis implorans, infidelium salutem, hostisque christianae religionis excidium facillime impetravit; qui, sexaginta triremium illico classse constructa, Italiam ac Siciliam omnem, Saracenorum classe fugata, liberarunt.

Paucis post labentibus annis, cum Saraceni adriaticum sinum ingressi Anconam vi captam spoliassent, omnemque Brucii et Apuliae oram infestam incursionibus redderent, exorati Veneti, structa celerrima classe, fugatis hostibus, omnem Italiae oram pacatam reddiderunt.

Noningentesimo ac sexagesimo salutis anno, cum illecti dulcedine praedae Saraceni Alexandriam incolentes, Cretam primo ac deinde omnem Italiae oram ab Ancona ad Idruntum, omnes

urbes occupassent, aut resistentes diruissent, nec essent qui fidelibus tanta calamitate oppressis opem ferrent; pontificis populorumque precibus Veneti exorati, fideliumque calamitatibus compatientes, ingenti illico classe constructa, hostium classem tarentino sinu commorantem adorti sunt, in conflictumque data ac fugata, plurima parte capta, omnem Italiam liberarunt. Qua re cognita, fideles qui saluti suae fuga consuluerant, reddito in praecordia spiritu, vagantes omnes Saracenos, ac mediterranea ferro igneque vastantes ad unum omnes adorti, pari clade insecuti sunt, unde omnis tunc Italia liberata est.

Nonnullis dehinc sequentibus annis, structa iterum Saraceni classe, Illyricos, Dalmatas, Liburnos et Istros aggressi, omnem oram vastare conati sunt. Qua re cognita Veneti a pontifice exorati, Christi fidelibus opem ferre, cum aliunde implorantibus populis nulla spes esset, celeri cursu classe constructa, infideles adorti sunt, qui semirelicta classe in propria fugati seccesserunt, omnisque fidelium ora barbarorum insultu pacata est.

Millesimo ac octavo salutis anno, terrestri navalique exercitu Italiam invadentes Saraceni hinc Capuam coepere, omni Italiae ora vastata: illinc Barrum terra marique obsidione premebant, quibus ni Petrus Urseolus dux venetus, pontificis reverentia populorumque precibus, illico praesidia contulisset, inedia profecto cessissent. Fugatis ergo viriliter barbaris et in fugam datis, omnique provincia liberata, dux venetus, omni gratiarum actione ab Italis habita, ovans in patriam rediit.

Millesimo octuagesimo quinto salutis anno, Guiscardo primo Siciliae rege Dyrrachium terra marique obsidente, Nicephorus imperator constantinopolitanus urbi suae succurrere nequiens, Venetorum vires precibus impetravit, qui magna classe constructa, hostibusque mari primo, ac demum terra congressi, victoriam licet cruentam consecuti, magna classis parte in potestatem recepta, reliquaque in fugam data, civitatem obsidione liberam imperio reddidere, sinumque omnem adriaticum classis infestatione securum ac liberum reliquere.

Expeditione autem in barbaros claramontensi synodo constituta, ducentarum navium classem communi impensa Veneti confecerunt, in quam apud Rhodum navigantem invecti Pisani sive

odio, sive temeritate ducti, XX triremes et hominum quatuor millia amisere. Qua non elati victoria Veneti, sed crucis reverentia ducti, triginta tantum obsidibus acceptis paceque data, reliquos cum triremibus in patriam redire dimiserunt.

Studuere semper Veneti undique ex infidelium terris et locis sanctorum Christi fidelium corpora vindicare, omnique in urbem propriam reverentia collocare; hisque temporibus beatorum Nicolai maioris et patrui corpora e Smyrnis suscepta in patriam detulerunt.

Expeditioni vero Gotiphredi Christi athletae famosissimi maxima classe Veneti succurrere, maximamque bene gerendae rei occasionem contulere. Balduino pariter eius fratri contra Accon insurgenti, navibus octuaginta maiori pro parte rostratis, maxima commoda ac vires bellicas contulere.

Mille centum viginti duobus salutis annis, Balduino II Ierosolimae rege incaute Saracenis congresso, in carcerem Ægyptiorum, nunc Cayrum dicunt, ducto et vinculis dato, Calisto vero II pont. lateranense tunc celebrante concilium, postulanteque a Venetis ut opem laborantibus fidelium rebus ferre properarent (1), Dominicus Michael, dux venetus, potentissima ducentarum navium classe constructa, apparatusque Saracenorum aggressus, quibus Iopem maritimam fidelium urbem et Ierosolimae proximam impugnabant, conflictos barbaros in fugam convertit, et Iopem universamque Ierosolimae regionem barbara invasione liberavit. Demumque omni conatu fidelium terra marique Tyrum aggressus, post Ierusalem potentissimam Asiae urbem magna vi barbarorum defensam, Venetorum tandem virtute ac sanguine recuperatam in fidelium potestatem redegerunt. Quamobrem plurimis in toto Ierusalem regno immunitatibus donati Veneti, quamdiu in Christianorum mansit potestate, usi sunt. Rediens vero Dominicus dux Rhodum Chiumque, graeci imperatoris insulas latino nomini adversantes, fidelium precibus exoratus, praeda plurima spoliavit, Methonam

(1) Protonotarius et archidiaconus ac Matthaeus Hystoriarum et temporum scriptores affirmant Venetos anno salutis 1208 Chorintum et reliquam Peloponesum ingenti classe expugnasse, Innocentio tunc pontifice maximo et Philippo Henrici fratre imperium regente.

coepit et muniit: Spalatum ac Tragurium captas iterum venetae ditioni subegit, fideque data in propriam potestatem reliquit; felixque demum in patriam rediens summo omnium plausu susceptus est.

Millesimo centesimo septuagesimo sexto salutis anno, Friderico imperatore, Alexandrum tertium senensem Italia fugatum toto pene orbe persequente, cum Francorum regno, ne gravis eius imperio fieret, divertere decrevisset, in venetam urbem vili tectus pallio ac incognitus declinare constituit, quo cognito Sebastianus Ziani, dux venetus, omni nobilium apparatu pontificem adiit, pontificalia secum deferens ornamenta. Latitanti vero ac minime palam fieri cupienti, eia, inquit, pontifex maxime, sordidas has exue vestes, pontificisque ne horreas sumere ornamenta: in tutissimam, inquit, urbem immunemque patriam declinasti: susceptumque maximo cum honore in palatio collocavit: quo cognito, Fridericus litteris sibi dandum imperavit. Cumque, respondentibus per oratores Venetis licere minime, cum in liberam nullique eo tenus obnoxiam civitatem declinaverit, irae incontinens Fridericus bellum indixisset, cumque septuaginta triremibus, Othone filio classis duce, Venetos delere decrevisset; voluit pontifex inde discedere, ne Venetis excidio venisse videretur. Sed id vetuit magnanimus dux, pontificemque ut bono esset animo hortatus, triginta illico instructis triremibus pontificis benedictione munitis, obviam fertur in hostes, venientique apud Istriam cum Othone congressus, ipso universaque classe capta, perpaucis fugam capientibus, ovans in urbem rediit, obvioque pontifici Othonis imperatoris filium dono tradidit, qui fide data se pacem impetraturum, imperatoriam adiit majestatem. Fridericus qui pridem tanta clade, ac capto filio moestissimos plurimos egerat dies, apprime viso filio laetatus, maiora Venetis excidia minabatur. Cui, desine pater, filius inquit, tanta moliri: non enim liber ad te, sed fide data captivus, pacem tibi, ecclesiae omnique fidelium populo, ut in hostes Christi tandem arma convertas impetraturus adveni, Venetorum tibi arma viresque pro catholica religione spondens. Cunctantemque genitorem tandem in venetam urbem perduxit, ubi imperatoria dignitate susceptus, dieque ascensionis dominicae, in foribus evangelistae Marci, pontificis

pedes osculatus, faustis tandem ominibus, interventu Othonis ac ducis veneti, pax celebrata est. In tantae itaque rei pacisque gloriam summus pontifex plenariam peccatorum omnium poenitentibus, singulis annis die dominicae ascensionis, beati Marci ecclesiam visitantibus, universis contulit indulgentiam. Inde vero una omnibus Anconam petentibus obvii Anconitani duas umbellas papae scilicet et imperatori detulerunt: pontifex autem tertiam fieri jussit gestandamque perpetuo venetis principibus tradidit. Romam demum pariter ingressi, cum Romani vexilla octo ac bucinatoria argentea totidem detulissent; habenda illa perpetuis temporibus pontifex venetis ducibus contulit, haec, inquiens, merito conferre ducibus venetis, qui nedum tantis sumptibus tantoque eorum periculo tutassent ecclesiam, verum etiam sua virtute ecclesiae pacem spemque tradidissent, discendentemque ducem venetum omni benedictione munivit.

Vocante vero Clemente tertio pontifice Fridericum imperatorem, Philippum Franciae regem, Richardum Angliae regem, Othonem Burgundiae ducem, ut laborantibus in Asia fidelium rebus succurrere properarent; vocati pariter Veneti simulque exorati festine succurrere. Maxima illico classe parata, primi afflictis opem tulerunt, fidelium rebus restitutisque magna ex parte rebus et animis, triennio, maxima eorum impensa, Veneti christianis rebus astiterunt.

Millesimo ducentesimo salutis anno, cum pontificis exorati precibus Bonifacius Montisferrati marchio, Balduinus Flandriae comes, Henricus Sancti Pauli comes, et Ludovicus Sabaudiae comes Venetiam accessissent, arma in schismaticos Graecos illaturi. ejusdem pontificis precibus ductus Henricus Dandulus, dux venetus, praecessorum suorum vestigia imitatus, nullis pro Christo ac romana ecclesia periculis ac sumptibus parcere cogitans, socia arma conjunxit; septuagintaque triremibus velocioribus, majoribus vero ad devehenda equitum quinque millia, peditum decem millia: ceterasque onerarias ad commeatus machinasque ferendas, ducentarum numerum impleverunt. Qui Iaderam delati quinto rebellantem, domitis primo Tergestinis, et aliis Istriae ac Liburniae urbibus maxima pugna renitentibus, multa virtute ac sanguine in potestatem redegerunt, obsidibusque servandae fidei datis, in spo-

pondentium potestatem reliquerunt. Inde Constantinopolim navigantes, catenam validissimam apud Magara oppidum Gallatis e regione oppositum, haud multum a Constantinopoli distans, iter intercludentem, navi vento permaximo impulsa, ferreoque forcipe confregerunt, qua superata admotis urbi viribus, terra scilicet gallicis principibus impugnantibus, mari autem venetis, valida alia catena portum prohibens, quam viginti triremes tutabantur, Venetorum virtute captis triremibus, superata est. Confracta tandem portus catena validissima triremibusque in potestatem redactis, cum terra Galli, mari Veneti urbem aggredi decrevissent, Veneti gloriae spe iraque in Schismaticos perciti, cum arduum eis injunctum opus agnovissent, moenibus tandem de navium malis pontibus iactis haud parvo suorum sanguine, dejectis fugatisque hostibus, inextimabilem tantae urbis victoriam summa eorum gloria consecuti sunt. Qua re cognita, Alexius pseudoimperator, quippe qui fratre in carcerem truso sibi imperium vindicaverat, fugiens maximum thesaurum apud Hirenem filiam in monasterio virginem collocavit. Urbs itaque Venetorum virtute redempta Isaach legitimo imperatori carcere liberato, omnium consensu, restituta est. Is dum gratias reductoribus agere, dum foedera servare conatur, invaletudine diem clausit extremum, superstite Alexio filio, quem unanimes galli principes ac veneti imperatorem fore statuerunt. Is dum de redempto imperio imo de novo tradito catholicis principibus gratias agere, foederaque servare omni studio ac voluntate contendit, in Graecorum iram saevissimumque odium incidit. Veriti namque Graeci ne antiquum imperatorum thesaurum imperator Catholicis traderet, in tantae classis expeditionem ac redditi regni commercium pavefactum, parere potius quam imperare coegerunt. Alexius vero id aegre ferens noctu Montisferrati marchioni insidias patefecit: terciaque vigilia civitatem ingredi iubet: seque Graecorum liberet servitute: qua re per Isaach patris alumnum patefacta, omnis civitas prima vigilia mota est. Alexius vero simulans Alexii pueri saluti consulere, illum in tenebris collocavit, concionatusque ad populum se imperatorem eligi ac declarari conatus est, spondens se a Catholicis illaesum servaturum imperium. Qui, cunctorum applausu, noctu imperator declaratus latitantem Alexium saevissimis illatis vulneribus, post bis datum

venenum, propriis suis manibus iugulavit. Isaach itaque in Balduinum arma vertere statuit, improvisusque, patefacta porta, aggressus est. Balduinus vir magnanimus, ne dum tanto impetu territus, verum etiam insigni animi et corporis virtute constans, substinuit imperium, et Isaach in ipso pene portarum limine coepit. Coepit tamen iconam Virginis scelestissimus ille, ut post se superstitiosum traheret populum, quam uti vexillum iusserat deferendam, quo laetati Catholici omine et sibi victoriam pollicentes, scelestissimum hominem imperio pellere, Catholicorum omnium sententia, stuatuerunt, decernentes ut quotquot civitatum locorumque in potestam fierent, dimidia Venetis in partem contingeret. Impugnata itaque per dies septuaginta praeclarissima urbe terra a principibus gallis, mari a Venetis, tandem castellis navium malis annexis, omnique genere machinarum munitis, pontibus structis, asperrimo dato conflictu, de machinis in muros maritimos e pontibus descendentes Veneti iterum civitate potiti sunt, indeque felici pugna omnem urbem pervagantes, reseratis foribus aditum terrestribus copiis praebuere. Urbe capta et in Latinorum redacta potestatem, tyrannus latitans, noctu cum conjuge ac liberis reliquaque omni familia fugam rapuit. Graeci vero omni spe humana destituti, ad divina fugientes praesidia, praemissis crucibus ac iconis, sacerdotibus veniam ac misericordiam implorantibus, ab armatis Catholicis veniam ac pacem impetrarunt.

Potiti urbe Catholici, pulsisque Schismaticorum principibus, quindecim qui imperatorem eligerent designarunt, Venetis extra sortem dato, ut patriarcham declararent a romano pontifice confirmandum. Concordes itaque quindecim Balduinum flandrensem imperatorem statuerunt, Veneti vero Thomam Maurocenum, patriarcham declararunt, qui Balduinum imperatorem designatum sancti olei unctione muniret.

Intra annum vero omni pene Graecia sive Graecorum imperio potiti sunt catholici principes et veneti praeter Hadrianopolim, quo Schismatici omnes catholicum nomen exosi se contulere. Constituit Balduinus imperator Bonifatium Montisferrati Traciae regem, veneto vero duci Cretam tunc a barbaris ante pene deletam pretio tradidit.

Roma vero rediens Thomas patriarcha, a pontifice omnique

ecclesia confirmatus, classe veneta navigans rebellantem redemit Ragusium, depopulatumque restauravit Dyrrachium, Constantinopolimque ingressus, pontificis auctoritate, imperatorem iterum summo omnium Catholicorum Graecorumque astantium gaudio coronavit. Verum tantum ecclesiae catholicorumque principum gaudium, quod occidentali scilicet orientalis ecclesia iuncta et obediens facta esset, Balduini imperatoris Henricique Danduli ducis veneti mors adimere visa est.

Tantorum namque principum morte, Saraceni undique potentiores facti sunt, eoque his defunctis nemo eis resistere videbatur. Occasionem itaque nactus rex Tuneti, Hyspaniam ingressus utramque depopulatus est, ita ut ab Arelato ad Avenionem usque gallicas famosasque civitates cunctas incendiis depopulationibusque vastaverit. Italia autem continere decrevit Hima-Molinus Saracenorum rex, classem veritus Venetorum, quae tunc forte Italiae oram a barbarorum incursionibus tutabatur.

Balduino imperatori fratre, Henrico vero Dandulo duci Petro Ziano suffectis, Catholicorum imperium in Romania, principum virtute, auctum est. Donavit enim proceribus suis dux venetus, ut in designata ei portione provinciae suorum quisque sibi partem vindicare posset: qua collata potestate Gallipolim, Peloponesum, Acajae principatum, et maris insulas communibus viribus vindicarunt, illa tamen a duce veneto in pheudum cognoscentes. Rabanus namque de carceribus Nigroponti insula, Gotiphredus Acaiae principatu, et Michael Comino imperatoriae stirpis Peloponesi parte potiti, esse illa a Venetis cognoscentes in pheudum habere decreverunt. Praetulit namque dux venetus potentibus potius imperare quam ipse regnare, etenim quanto plus virium tanto minus cupiditatis inesse Venetis experimento docuere.

Pyratis vero adriaticum totum mare infestantibus, omnemque Italiae ac Illyriae oram populantibus, plurimorum precibus ac lachrymis exorati Veneti, triginta quinque triremibus paucis diebus confectis, profligatos ac toto adriatico fugatos sinu abire coegerunt; rebellantesque Corcyram, Methonam ac Coronum armis ac viribus domitas obtemperare coegerunt.

Honorius pontifex, fidelium rebus Ierosolimae et Romaniae succurrere statuens, crucesignatos undique convocavit; eisque

Ioannem Columnam legatum praefecit, qui nono die urbe recedentes Brundusium, omni cum expeditione ac imperatore, se contulere. Veneti vero a pontifice exorati, qui tunc immensa classe ac viribus ribellem Dyrrachium expugnaturi advenerant, sua ob fidei zelum oppugnatione neglecta, omnem catholicum apparatum transiecere, suas pariter vires fidelium rebus ministrantes. Redeuntes vero Andream Hungarie regem, ab Honorio in fidelium expeditionem exoratum, omni cum exercitu in Damiatam suis navibus transtulerunt; cujus rei gratia omnis sibi vis competens in dalmaticis finibus, si quid erat, Venetis tamen tenentibus ac possidentibus, donavit et cessit.

Temporis demum lapsu constantinopolitanum declinavit imperium, nam exagonorum regis ejus soceri viribus fidens imperator, non qua debuit caritate Catholicorum amicitiam coluit: qua re cognita Veneti suis eum viribus reliquere, qui undique oppressus pene imperium amisisset. In supplicationibus exorati Veneti tandem praesidia contulissent: dedit tamen poenas non parvo damno neglectae Venetorum amicitiae.

Forte per id tempus Mediolanum Fridericus secundus imperator saevissimo bello premebat, noni Gregorii pontificis odio ductus. Cui favere pontifex cupiens Venetos exoravit ut oppressis Mediolanensibus sua conferrent praesidia. Dux itaque venetus, pontificis precibus motus, filium haud parvo praesidio Mediolanum destinavit, qui dum incautus, locorum insciens, in insidias incidisset, captus et in vincula ductus, imperatoris jussu iugulatus est. Cujus morte haud territus dux majora Mediolanensibus praesidia pontificis reverentia destinavit.

Paucis post annis Genuenses, variis Graecorum imperatoris pollicitationibus ducti latino imperatori bellum simul inferrentes, Constantinopolim aggressi, consumptis humanis divinisque opibus consecuti essent in precibus ac lachrymis exorati Veneti pariterque a romano pontifice persuasi maxima illico classe confecta, in tempore praesidia contulissent, congressique ac maxima clade victi hostes in fugam versi sunt, civitasque obsidione liberata est: qua clade territus Leo Gavalla, qui Graecorum classi praefuerat, Rhodum insulam quae suae ditioni parebat, duci veneto honesto subegit foedere, fideique praestitit juramentum.

Priderico autem Siciliam omnemque Calabriae oram sua classe vastantem summus pontifex, ceterorum viribus destitutus, ad consueta currens praesidia, Venetorum vires imploravit, qui solita reverentia moti, triginta triremium brevi classi parata, Fridericum Siciliam devastantem abire coegerunt: quare indignatus imperator, cum non posset Venetias expugnare, beati Hilarionis praeclarum coenobium, ultimis veneti soli finibus conditum, patavisque contiguum, terrestri exercitu demoliri conatus est, cui Veneti, non magna classe conserta, levibus scilicet minoribusque navigiis, aquarum tenuitate, restitere.

Eccellino pariter de Romano qui, subactis plurimis civitatibus, Ferrariam occupaverat, Veneti, pontificis precibus exorati, illam, magnis consertis proeliis, ac multa caede pulso Salinguerra Eccellini praesule, redimerunt, pariterque pontifici tradiderunt, cui estensem pontifex praefecit Azonem.

Friderico pariter Genuam, Pisanorum classe, invadere statuente, Venetorum vires pontifex impetravit: qui pontificis precibus annuentes, sexaginta illico confectis triremibus, dum succurrere properant, attulit Genuensibus fortuna victoriam, adeuntibusque Venetis pontifex gratias egit.

Belli autem apud Ptolemaidem causa suborta inter Genuenses et Venetos, adorta Genuensium classe inter Ptolemaidem et Tyrum atque conflicta, iterum auctis viribus magnisque classibus conflixere, superatisque Genuensibus ac pluribis in captivitatem ductis, pontificis precibus, eos Veneti pristinae libertati reddiderunt.

Inde, a pontifice exorati constantinopolitano favere imperio tunc pene collapso, victrici classe Ionium, Ægeumque pelagus navigarunt, cuius adventu Catholicorum res restitutae sunt.

Defuncto vero Vatace Theodoro, Graecorum imperatore, duobusque post se relictis filiis, quibus Michaelem Palaeologum affinitate coniunctum tutorem instituerat testamento, Latinorumque rebus quietioribus apparentibus, victrici classe Veneti in patriam rediere: qua functus occasione Michael Palaeologus Guilelmum Francigenam Achaiae, et proximis regionibus imperantem improviso adortus, fusum praelio ac captum duxit in carcerem.

Balduinum demum constantinopolitanum imperatorem ag-

gressus est, qui dum Latinorum viribus, confecta classe, pontici maris fauces tutari properat, Schismaticorum conspiratione in Latinos saeviente, reseratis per factionem noctu foribus, urbe pulsus est, Balduino imperatore ac Iustiniano patriarcha Euripum se recipientibus. Potitus vero urbe Michael, ea in Latinos scelerum impietatumque genera gessit, omnemque eius docuit posteritatem, ut non difficile arbitrari potuerit eius posteros haud dissimilibus scelerum impietatumque generibus esse perituros: pueros enim principis sui filios ab affine suae fidei commendatos impia asperrimaque morte necavit, imperium invasit, Latinosque omni suppliciorum genere persecutus est, praetor Venetos, quorum ultionem formidavit.

Urbani autem quarti precibus exorati Veneti in Michaelem pseudoimperatorem ac Catholicorum inimicum arma convertere: pontificis reverentia, fideliumque ducti caritate, ingenti classe constructa, Michaelem aggressi procul dubio imperio depulissent, ni Genuenses, summis eorum conatibus, opem attulissent, foedere cum Schismaticis icto.

Guilelmus Achajae princeps carceri a Michaele mancipatus, aliter se redimere nequiens, tradito Monovasiae oppido munitissimo, carcere liberatus, a Venetisque fidei zelo susceptus, magna Palaeologo damna, Venetorum praesidiis, omni studio intulit. A pontifice vero suasi Veneti, potentioribus viribus, Palaeologo fidelium hosti bellum inferre, triginta sex triremibus superiori classi additis, omnem maris oram hosti noxiam infestamque reddidere, maximoque animorum ac virium impetu Graecis Genuensibusque congressi, quatuor hostium captis triremibus: reliquae vento remisque fugam molientes Monovasiam in portum delatae Venetorum manu evasere, ac demum Siciliam petiere. Quo comperto, Raynerius Zenus, dux venetus, sexaginta triremibus Siciliam petere ac Genuensium classem omni maris ora insequi mandat: qua nusquam Genuensium classe reperta, in Asiae oram delata, onerariam Genuensium navem ditissimam, magna oppugnatione resistentem, in potestatem redegerunt. Demumque Tyrum aggressi, quod Genuensibus favere visum sit, magna virtute coepissent, ni Ptolemais Acon ceterisque terrestribus locis contracta praesidia urbem defendissent.

His forte temporibus, salutis nostrae annis mille ducentis sexagiuta sex, tunc forte Deus noster aeterni cum Teucris belli inicia jecisse visus est. Classe namque nonnulla Teucri mare circumjacentesque insulas infestantes, sua, ut ita dixerim, fortuna in venetam classem delati, et in potestatem redacti, morte poenas dare ad unum omnes coacti sunt. Teucris vero oratoribus pacem petentibus pacem nusquam se daturos Veneti testati sunt. Hinc aeternum cum Teucris bellum ortum iniciaque coepisse compertum est, quo tempore primum mare infestare ausi sunt.

Labentibus demum pluribus annis, saepenumero Teucrorum biremibus uniremibusque captis, Christi hostes morti aut aeternae servituti damnarunt: praeter eos qui Cristi Dei nostri fidem sumere seque christianam fateri religionem opere non verbo professi sunt, quibus nedum vitam sed et proprias plurimorumque hostium facultates largiti sunt: sicque omni tempore, succedentibus annis, in hunc usque diem servatum est. Senatus namque consulto, quibuscumque veneto parentibus principi mandatum est nusquam sinere mari Teucros vagari: illosque omni salo profligare. Terra vero a Venetis prohiberi non potuit, quippe quibus minime terra infidelibus resistere contingebat, nec unquam profecto chistiani nominis hostes in Thraciam Thessaliamque transissent ni Palaelogus excitasset, Genuensesque illos precio traiecissent: in ceteros namque Teucrorum tela parantes, in se tandem divino judicio converterunt; Teucrosque quos in aliam cladem traduxisse dudum gloriabantur nunc in saevissimam eorum calamitatem miserandumque etiam barbaris exitum venisse rerum experientia testari et ad posteros ferre non desinit. Numquam enim Veneti tot tantaque Graecis illis praesidia polliceri testati sunt, quin maiorem spem semper in ipsis eorum hostibus undique eos pellentibus non habuerint. Profecto divina iusticia parem perfidiae suae exitum se daturam haud obscuris rerum signis declaravit. Numquam enim, ex quo in Thraciam Thessaliamque Teucri declinarunt, Graecos insequi, Graeci vero nunquam plus credere Teucris quam Catholicis destiterunt: adeo efferato semper odio in Catholicos exarserunt. At forte quis dicet: quibus confidere debuerint, Venetisne quos potissime verebantur? Audiat nunc lector nunquid Venetos vereri debuerint. Laborantibus namque

in Asia Graecorum rebus, cum Veneti Constantinopolim possiderent, nec se Teucris resistere posse Graeci testarentur, Constantinopolim Venetis dominantibus, Veneti qui sexaginta iam annis illam possederant, ne tanto fidelium damno, imperandi ambitione Christi fidelibus obesse viderentur, retentis nonnullis immunitatibus civitatem poscentibus dedere. Galipolim, ac plurima Thraciae, Thessaliae, ac Greciae loca, et oppida in eorum potestatem vindicare, pulsis eorum civibus quorum proavi sua virtute redemerunt, fidei zelo passi sunt, Christianos licet Schismaticis potius favere cupientes quam Teucris; Peloponesum, Achaiam, nonnullasque insulas quas a Venetis possidentes recognoverant, a Graecis opprimi vindicarique passi sunt, ne Graecis resistentes, Teucris fidei nostrae hostibus favere viderentur; cunctaque illis occupanda reliquere praeter ea quae suis navigationibus opportuna fore videbantur, Methona scilicet, Chorono, Nauplio, Euboea sive Nigropontis insula, et Creta, quae navigationibus suis ne dum opportuna verum necessaria fore cognoverant. Ob quae adeo inolevit Graecorum insolentia ut de tam paucis retentis oppida nonnulla et villas ademerint: quaesitique reddere recusaverint; quas equidem iniurias aequo tulere animo Veneti ne, Graecis arma inferrentes, Teucrorum rebus favere viderentur.

Quociens enim saeviente in Graecos Teucrorum imperio et in servitutem cuncta redigente, obtulere Veneti Peloponesi fauces ac moenia tutari, praestita Corinthia arce, quae Peloponesi faucibus imminet, ut securitati tuentium semper posset assistere: securique incolae omnique metu liberi, Peloponeso vitam omni timore immunem ducere possent? Renuerunt tamen, id saepe quaesiti, magis Teucris hostibus quam Catholicis confidentes, non advertentes Venetos saepenumero ab incolis exoratos, nulla impensa, nullis additis iuribus eos omni Peloponesi regione, nutu tantum, spoliare potuisse; adeo in eos enim Peloponensium pene omnium exarserunt animi, praesertim Albanensium, non vires. non arma, verum nutum tantum ac vexilla exposcentium, quae semper eis Veneti negavere, ne ad infideles declinandi occasionem sibi praestitam ullo unquam tempore obiicere possent. Adeo autem ab ambitione fuit animus alienus ut etsi suis rebus conduceret Peloponesum omnem eis iure spectantem, et dudum in

pheudum datum in propriam potestatem redimere, plus tamen apud eos fidei ratio valuerit quam commodi iuris aut ambitionis appetitus.

Quociens enim Teucros mare infestum reddere fama Venetos excitavit, nullis parcendo commodis, nullis impensis, classem quam omni tempore adversus mare infestantes, ut pacatum quibuscumque navigantibus reddant, parare lege sancitum est, in fidei hostes illico, spretis ceteris commodis, direxere; tantamque ac tam assiduam illis curam hanc fuisse constat, ut minime dubitandum sit, centum iam et ultra annis elapsis, Teucros ne dum omnes aegei maris insulas suo imperio subdidissent: verum, et italum utrumque mare et ipsam undique Italiam invasissent, infestissimamque reddidissent. Tuta ergo ac secura omnia sua solertia suisque sumptibus, reddidere Veneti: qua desinente profecto, ne dum infesta devastataque ac deserta, verum etiam forte saevissimis Crucis hostibus subiecta fuissent, numquam enim cum Teucris Veneti primis temporibus pacem habuere, quippe qui nullis terra finibus concertabant. Inter enim Venetorum Teucrique fines plerique Albanensium Graecorumque media loca possidebant, ita ut nusquam opus fuerit Venetis cum Teucris pace convivere, aut bello terra certare. Nulla pariter eis erant vicina confinia: nulla ergo in Teucros exarsit Venetorum cura, nisi christianae religionis zelus totque fidelium caritas; quoniam ni Teucri restitissent, dudum subiectos eis fuisse non dubitatur. Negabit forte inverecundus quis insultator idque in iactantiam dictum fore arbitrabitur: imitabiturque serenissimi Sigismundi imperatoris dicta priora, qui dum venetos hostes habere decrevisset, Germaniam, Galliam, Angliamque peragratus est, asserens Venetos Teucris sua contra fideles conferre praesidia, et ni eis Veneti praesidia contulissent, eos in fugam compulisset; adeoque in Venetos principes populosque commovit, ut parum abfuerit, quin Venetos omnes, illis commorantes provinciis, vita facultatibusque privaverit. Obstitit tanto facinori divina clementia, cui haud erat ignotum quae quantaque sui reverentia Veneti in Teucros egissent, fuere tamen haud parvo tempore domibus clausi, minimeque in facies hominum venire ausi, donec universo orbe testante fama detulit: Venetos toto mari magna classe va-

gantes Teucros fuisse insecutos, demumque simul congressos fusos fugatosque Teucros, maxima parte mersa ac trucidata, reliqua in servitutem deduxisse. Quare verecundia motus inde discessit sua maiestas; demum cognita Venetorum sententia, cum Teucris, scilicet maritimo semper bello certare, falsis delatoribus doctum se dixisse palam testatus est, doluitque non ante cum Venetis amicitiam contraxisse, quibus sociis maxima in christianae fidei commodum agere potuisset. Qualem vero in Sigismundum imperatorem, ultro Venetis hostem, gesserint animum Veneti, re ipsa facile declararunt. Cum enim salutis anno MCCC nonaginta septem imperator Sigismundus, adiunctis Gallis, cum Teucro in conflictum incidisset; hostesque, fusis fidelibus ac capto burgundiensi duce, imperatorem insequerentur, Venetorum classe tutus evasit, quae in maurum mare delata, Thoma tunc Mocenico imperante, eum pene suscepit: adeo namque hostes insecuti fuerant ut in classem sagittas miserint, salusque illi a Venetis collata sit.

Testantur pariter cum pontificibus foedera in Teucros celebrata, quid Venetis animi semper in Teucros fuerit; et ne longe exempla petamus, Eugenius quartus et venetus cupiens in Teucros arma movere, uno foedere Burgundiae ducem ac Venetos in Teucros incitavit: ipse octo triremes, totidem Burgundiae dux, Veneti octo parare statuentes, quibus tamen pontifici ac duci Veneti triremes pro maiori parte contulere: classe itaque confecta et legato proposito, dum bellum apud Hungaros geritur, dum nonnullae triremes Danubium flumen ingressae, fidelibus opem ferre conantur, medio belli cursu evanuit apparatus, nulla enim nautis stipe collata, redire coacti, maximo in conflictu Venetos dimiserunt. Unde, tanto in discrimine derelicti, oblatam sibi pacem sumere coacti sunt, non mari, cum nunquam mari pacem cum Teucris habuerint, sed terra et exiguis his locis quibus pace consulere fidelium pietas compulit. Nicolaus vero quintus, datis sponsionibus, Venetos iterum in Teucros arma sumere persuasit. quatuorque confectis triremibus, quas tamen Veneti contulerant. ultra assiduam Venetorum classem hostem aggressi, dum medio cursu bellum inferre ratio omnis exposceret, docti nautae praeteritorum exemplo, minime absque stipendio militare, quarto

mense patriam petiere. Unde iterum derelicti Veneti in pacis foedera redire coacti sunt.

Pius vero secundus senensis, cum in conventu mantuano nil quod ad Teucrorum oppressionem attingeret egisse conspiceret, una cum Burgundiae duce, iterum Venetos in Teucros concitare conati sunt: suas quisque vires omnes pollicentes, pariterque cum duce veneto personaliter accessuros. Annuit Christophorus Maurus, dux venetus, ultroque se accessurum spopondit ac, praeter quadraginta triremes quibus Peloponesum, ceteramque fidelium oram tutari mandaverat, ipse Anconam ducem cum triremibus petiit: quo se pontifex ipse contulerat. Diem pontifex clausit extremum, classisque Burgundiae, ipso in patria duce relicto, in proprias sedes remaevit. Quare Veneti, qui pontificis ducisque sponsionibus ac suasu, ne dum tantam paraverant classem, verum etiam tanta confecerant aequestria terrestriaque praesidia, ut septingentorum millium aureorum summam singulus annus excederet, terrestri navalique bello, hactenus maximo cum periculo, soli cum tanto concurrere hoste coacti sunt, quem fidelium chorus hactenus expavescit. Quintus agitur annus quo Veneti Dalmatia, Albania, Graecia, Thessalia, omnique ora maritima, soli, tanto eorum periculo ac impensa, hosti maximo occurrere compulsi sunt, nec adhuc belli finis, aut fidelium ulla praesidia expectantur. Quod quidem bellum non coactos Venetos agere certum est: sed fidei zelo, fidelium pietate, ac pontificum suasionibus gessisse constat: non enim a principio Venetorum fines Teucri populati sunt, quippe qui nullis finibus Teucris iungebantur, nec mari ullas Venetis iniurias intulissent, cum quibus pacem habere Teucri semper optare visi sunt; in praesentiarumque cuncta polliceantur, dum tamen suis in Italiam votis Veneti resistere desinant. Undique namque instare non desistunt fines sibi quos optaverint Veneti habeant; quam pacis securitatem cupiunt votis exposcant, dum tamem ceterorum curam non habeant; dum nostris expeditionibus non obsistant. Nullis ergo causis praeter quam fidei fideliumque zelo ac pontificum suasionibus, mari cum Teucris, ducentis iam annis, bellum gerere Venetos, quis potest arguere, cum in eorum semper fuerit potestate, nuperque sit, optatis conditionibus, auctisque suis finibus, pacem conficere?

Nunc vero ad ea quae ambitionis causa Venetis obiciuntur descendere libet. Docuimus equidem plurimas barbarorum invasiones exstitisse, quibus constat eos saepenumero omnem Italiam et Illyriam invasisse, nec fuit profecto cura nisi de his memoriam agere, qui classibus venetum sinum ingressi a Venetis deleti aut fugati sunt, omni Italia Illyriaque pacata. Diximus praeterea ex plurimis nonnulla Venetorum mari gesta praeclara, per quae ne dum venetum hunc sinum infestatione securum saepenumero reddidere, verum et plurima maria pyratarum invasione repleta, secura tandem sua custodia reliquere. Verum non omnis Teucri insolentia, praedaeque cupiditas his barbarorum pyratarumque cladibus comprimi valuit; saepenumero equidem, praedae illecti dulcedine, barbari pariter et pyratae, cum Venetorum classe liberum mare intueri licuit, haud innumera classe infestam omnem Italiae Dalmatiaeque oram reddidere, ita ut nemo maritimis littoribus degens securam sibi vitam agnosceret; adeoque cuncta mari adiacentia infestissima fecerant, ut haud raro civitates etiam ipsas invaderent, mulieresque ac viros vagantes cum liberis in aeternam ducerent servitutem: nec interdum profuerit Venetos huiusce fama praemonitos festina classe obviare curasse, cum, sublata praeda quam festim rapere poterant, Venetorum arma verentes, adriaticum tunc sinum evadere properaverint: quorum, saepissimis territi excursionibus, Itali nec minus Illyrici, Dalmatae et Istri ad Venetorum praesidia decurrerunt suaeque saluti consuli precibus exorarunt, misertosque tam durae eorum sortis Venetos quum tot fidelium populi his incursionibus in servitutem ducti, ne dum servire in aeternum barbaris cogerentur, verum aeternae salutis spem, christianis destituti doctrinis, amitterent, principis senatusque consulto singulis annis parari classem, et in quoscumque ne dum barbaros ducere, verum etiam cuiuscumque sortis pyratas qui mare infestum redderent, decrevisse constat; ita ut nullis etiam maria infestantibus, omni tamen tempore classis veneta aequora ac littora lustrare atque expurgare videretur: ut solertis custodiae fama crebrescens barbaros ac pyratas praedae avidos, mortis timore comprimeret. Senatus namque consulto sancitum extitit, quotquot huiuscemodi in manus inciderent fune suspensi vitam in

mortem commutarent. Classis autem ducem singulis deligendum annis gulphi capitaneum declararunt, qua solerti Venetorum cura, et in singulos semper annos cuncta per saecula ducta, factum est ut ne dum sinum hunc omni infestatione securum suis sumptibus et impensa reddiderint Veneti, verum etiam et alia vagantes maria saepenumero pyratis fecerint absoluta. Unde, cum omnem sinum hunc omnemque Illyriae ac Italiae oram barbarorum pyratarumque extunc incursionibus ac rapinis adeo inmunem ac pacatam reddiderint, ut qui olim moenibus etiam clausi securam ducere vitam non poterant, exinde per littora strati nulla sibi pericula pertimescant: haud immerito eundem sinum iusto sibi titulo vindicarent, qui a cunctis primo destitutus, omnifariam barbarorum pyratarumque classibus, tanta degentium strage patebat, omniumque assensu, tanta eorum securitate, tantoque commodo in sententiam coeuntium, qui primo adriaticus dictus fuerat, venetus sinus sive gulfus appellatus est. Adeoque cuncti in hanc sententiam tanto eorum commodo consensere, ut ne dum civitates et oppida quae salis huius securitate congaudent; verum principes et pontifices, qui in sinum hunc mittendas classes aliquali sua opportunitate censuere, impetrato prius Venetorum consensu, destinaverint. Hoc testatus est potentissimus Siciliae rex Robertus: hoc et pontifices plurimi: hoc et ceteri omnes qui armata classe Venetum hunc sinum ingredi decrevere; ceteris vero, opportunitate sive negotiationis causa, mare vagantibus, omni tempore licere permittitur. Nec immerito vindicasse sibi Venetos sinum hunc, quis potest arguere; quem amissum diu et in barbarorum infideliumque potestatem redactum, non e fidelium manibus, sed ex barbarorum potestate; non invitis fidelibus, sed precibus, et lacrymis exorantibus; non communi sed propria impensa vindicaverint? Cum omnem Italiae, Illyriae, Dalmatiae, ac Istriae oram depraedantibus barbaris, maximumque fidelium populum in servitutem redigentibus, tanta calamitate redemerint; cum barbaris ceterisque hunc sinum igne, ferro, omnique miserrima clade infestantibus, toties tantoque eorum sumptu ac sanguine, non suis ducti cladibus, sed ceterorum lacrymis ac precibus exorati ultro obviam iverint, repulerint, pulsos insecuti fuerint, saepenumero deleverint? Cum sexcentis et ultra annis

immunem pene omni hostium ac pyratarum clade servaverint? Cum non ultro, non paucorum assensu sed omnium, sinum hunc circumquaque incolentium precibus ac lacrymis exorati ut eorum saluti consulerent, ne in praedam aeternamque infidelium servitutem ducerentur, hanc provinciam Venetos pietate ductos, non precio aut emolumento, sed maxima impensa assumpsisse apertissime constet? Cum pontifices, reges, et principes, qui proximis his temporibus ac calamitatibus, hunc sinum, a Venetis impetrata licentia, ingressi sunt, venetum dici sinum, et Venetorum auctoritati subiectum saepenumero testati sint? At si quis adhuc impatiens venetum hunc sinum fore fateri decreverint, et iure certandum existimet, iure etiam vindicasse sibi hunc sinum Venetos nemo negare poterit. Nam si triginta annorum bona fide possessio, inscio rerum domino, quibuscumque iure praescribere potest, et dicitur; si quadraginta annorum spatium ceteris, si centum annorum romanae ecclesiae praescribere potest, prout saecularibus canonicisque cavetur legibus, quanto magis sexcentorum annorum non occupatio sed defensio, imo barbarorum manibus redemptio, non invitis undique circumiacentibus incolis, verum precibus ac lacrymis exposcentibus, Venetorum efficere potuit? Hanc itaque vindicationem tot saeculis, tot tamque legitimis causis, tot periculis, tanta impensa, tanto sanguine partam, incolarum omnium precibus ac lacrymis principumque assensibus roboratam, quis sanae mentis, quis passionum expers, quis iuris conscius Venetos arguere poterit; cum legibus cautum sit XXX.[ta] annorum praescriptione desidem quemque ius suum amittere, et possidentem quemlibet ius sibi legitimum vindicare? Hoc famosissimi iuris utriusque monarchae Bartholus, Angelus ac Raphaeles, iuris lumina testati sunt.

Et ne quis suscepta per tempora bella, ambitionis causa, suscepisse Venetos arbitretur; pauca quidem e plurimis enarrare constitui, per quae quid animi Venetis fuerit, utrum ne, ambitionis gratia, ullum unquam bellum susceperint, an ut suae tantum saluti consulerent, aperte constabit. Quis enim ambitionis nota Venetos inurere poterit, cum tociens provocantes iniuriis Dalmatas, tociensque ditissimas Venetorum classes depraedantes maximis, classibus suae subdiderint ditioni; captas

vero eorum civitates ac domitas, praestita fide, sexcies libertate donaverint; Foroiulienses quoque iniurias inferrentes tociens domitos in sua potestate reliquerint? Qui Constantinopolim imperatoriam urbem ac sedem, quam LX annis in propria habuerant potestate, exorati a Graecis, ut infidelibus Teucris resistere possent, eis ultro tradiderint, nonnullis in se retentis insignibus, puta ut eorum baiulus suae subditis ditioni omni tempore imperaret; equo penes imperatorem vectus manu gereret scipionem, quo sibi servatum in suos imperium indicaret; nonnullisque quoque immunitatibus ac vectigalibus in se reservatis, quae quidem in lacrymabilem usque tantae urbis excidium, quo in huius saevissimi nostrae fidei hostis manus ac potestatem redacta est, Veneti possederunt veluti qui non vi, sed sponte urbem illis tradiderunt. Quod Achaiae principibus Peloponesum omnem iure belli in potestatem redactum in pheudum sponte contulerint, quis detestandos ambitionis, Venetos iudicabit? Quod civilem nobilem qui privatus civitatem Patracensem publica fide susceperat, capite poenae damnaverint, reddita in libertatem civitate? Quod lacessentes Brixianos domuerint agrique parte mulctaverint, poenitentibusque restituerint? Quod Mastino Albertoque de la Scala principibus potentissimis bellum inferentibus sumere defensionis arma coacta, conflicto exercitu, alteroque captivo; Paduam et Tarvisium dignissimas civitates ademerint, pacemque exorantibus dederint; altero eorum captivo liberato, ceterisque captivis in libertatem restitutis, Paduam quoque Carrariensi, Tarvisium tarvisinis civibus sponte donaverint? Sed demum annis exactis, Tarvisiensibus precibus exorantibus sub Venetorum recipi imperio, primum reiectis oratoribus, secundo eorum precibus annuere coacti sunt. Hic profecto merita gratitudine insigniendus est Carrariensis ille patava civitate donatus, qui ut pares redderet gratiarum actiones, quinquies bellum Venetis maximo eorum discrimine intulit: primo namque potentissimum Hungariae regem Ludovicum sexaginta millibus equitum armavit in Venetos, secundo pariter et tertio bello, et praesertim Genuensium tempore dum maximo aestu fluctuaret res veneta, praefatum regem duxit in Venetos. Quis Venetos ambitione notare poterit qui Tarvisium omnemque tarvisinum agrum, Austriae

duci Leopoldo donaverint? Quis Venetis merito indignari poterit, qui Carrariensi tociens bellum inferenti, cum mediolanensi duce foedere icto, bellum intulerint, demumque Padua ac Tarvisio spoliaverint, Tarvisiumque in sortem datum Veneti in potestatem continere decreverint, ne nocendi inposterum ulli daretur occasio? Quis Venetis succenseat quod poenitenti Carrariensi, et in aeternam fidem, amicitiamque pollicenti Paduam redimere toleraverint; quod Mediolanensem ducem, minime fide amicitiaque servata, in se conspirare experimento cognoverint; quod Vicentiam, ultro ac de mandato consortis ill.^{mi} olim Galeatii ducis Mediolani se dantem, ne in manus carrariensis hostis devenerit, susceperint? Quis Venetos ambitione notabit, quod indicenti eis bellum Carrariensi defensionis locum occupaverint; Veronaque prius, quam dolo, Gulielmo de la Scala scelere ac fraude perempto, subtraxerat, ac demum Padua quam avus a Venetis recognoverat, fatis sic iubentibus, spoliaverint? Merito ne ambitione notandi sunt Veneti, quod Nicolao marchioni ferrariensi, quem tociens a Carrariensi eum pellere cupienti, illaesum servaverint, dum illum merito Ferraria spoliare potuissent, supplicanti pepercerint, et in fidem amicitiamque susceperint? Carrariensis namque, qui saepenumero Ferrariam occupare temptaverat, occupassetque, ni Veneti sua diligentia obstitissent; cum illam viribus aut astu consequi desperaret, generum sibi Nicolaum iungere statuit, ut quod viribus et astu consequi non valuerat, dolo perficeret: dumque morbo lecto iaceret marchio Nicolaus, amorem simulans, ferro ac veneno consequi statuit quod ante viribus aut astu minime potuisset, fecissetque votis satis ni Veneti restitissent, nec tamen his motus marchio, laboranti, nostro bello, socero opem ferre statuit. Quare lacessiti Veneti in Ferrariam arma moverunt, brevique urbem consecuturi videbantur, quo periculo motus marchio, et nusquam praesidia consequi valens, veniam deprecatus est. Qua moti Veneti exoratione, inde exercitum amoventes, liberam ei Ferrariam reliquerunt; quo admiratus beneficio Nicolaus fidem in perpetuum et amicitiam se obtulit servaturum. Quid quod Corcyram insulam Venetis ante obnoxiam, ne dum classibus utilem, verum etiam necessariam, cum viribus facile in potestatem vindicare possent, auro redimendam

duxerunt? Quis ambitionis nota redarguet, qui Dalmatiam omnem, totiens iusto bello in potestatem redactam, a Ladislao rege centum millibus aureis, potius quam armis, redimere maluerunt? Quis benignitate, qua usi sunt in Franciscum Mantuae vicarium, Venetos arguere poterit? Sigismundo namque imperatore bellum Venetis inferente a Mantuano et Ferrariensi tociens servatis, sua gentium praesidia Veneti suis tamen sumptibus postularunt, quae blande equidem in tempore adfutura spoponderunt. Sed ea quidem in tempore contulit Ferrariensis, ut ante promiserat. Mantuanus vero, cuius genitorem Veneti a mediolanensi duce servarant incolumem, beneficii sponsionisque immemor, quae Veneti spraesidia conferre promiserat, spe potiundae Veronae imperatori coniunctus, in Venetos sua arma convertit, omnemque veronensem agrum populatus est. Pulso vero Italia imperatoris exercitu, suae desperans saluti, eo quod ultro in Venetos arma contulerit, ac nusquam praesidia implorare posset, supplex veniam impetrare conatus est, quam Veneti suam potius imitantes naturam, quam illius considerantes errorem, blande contulerunt, gratiaque ac beneficiis prosecuti sunt. Cuius equidem ambitionis Veneti merito accusari possunt quod provocanti iniuriis Mantuano, quem merito spoliare poterant, et supplicanti parcere decreverunt? Quis ambitionis reos venetos accusabit quod Brixianos, Bergomates, Cremonenseque ultro se dantes, eorum etiam consentientibus dominis, in ditionem suscipere recusaverint? Quis quod defuncto Ladislao Siciliae rege, ac illustri Ioanna regina omnem Apuliam pro sexaginta millibus aureis pollicente, ut pontificis persolveret vectigal, Martinoque consentiente pontifice, in potestatem sumere noluerint? Quis ambitionis nota dignos Venetos, quis scelus in ecclesiam patrasse arbitrabitur, quod Foriiulii patriarchis sexcies Hungaros in Venetos provocantibus, commeatusque et cetera opportuna ministrantibus, omni tandem devicta patientia, tot iniuriis provocati, defensionis arma susceperint, hosteque pulso, patria bellorum ostio in potestate retenta, tantoque emolumentorum servato, quantum custodiae sufficere posse arbitrati sunt, cetera eligendis pontificibus praeservarint? Quis enim tot tantisque lacessitus iniuriis, ut saepenumero omnem rem venetam in discrimen adduxerit, aut

non inferendum bellum, aut demum post adeptam victoriam iterum restituendam hosti patriam arbitrabitur, ut praeteritorum exemplo denuo in discrimen Venetorum res velit inducere? Nemo profecto sanae mentis Venetos arguere poterit, cum tantum emolumentorum praeservaverint quantum custodiae sufficere videretur. Quis praeterea Venetos dicet ambitiosos, quod indicente Philippo Mediolanensium duce bellum Mantuano, defensuros eum Veneti spoponderint, illaesumque sua defensione servaverint? Quis ambitionis nota dignos Venetos arguet, quod Florentinos, quos Galeatius primus Mediolani dux bello opprimere properabat, Veneti foedere servaverint, et a tanto furore abstinere coegerint? Quod fractis deinde apud Zagonariam Florentinorum rebus et animis, ac ditioni suae Philippo tertio Mediolani duce propediem subdere properanti, Veneti in pacem prius duce provocato pacemque negante, praesidia demum contulerint, periculo liberaverint, omnemque belli molem in se converterint, ita ut saepenumero res veneta in discrimen venerit? Quis igitur tanto pro Florentinis bello suscepto quod triginta pene annis nunc proeliis, nunc simultationibus, vario fortunae genere tantaque impensa gestum est, puta tricesies mille millibus impensis aureis, ambitionis vulnere Venetos arguere poterit? Profecto rationis expers fore videretur, qui tantum bellum, tanta impensa, tanto fortunae discrimine, pro Florentinis suscepto, suscepisse Venetos ambitionis gratia iudicaret. Quis ambitiosos Venetos arguet quod Bononienses defensos ab hostibus ac ultro se Venetis subdere flagitantes, Marcique vexilla poscentes, Paschali Maripetro ibi legato tunc veneto, qui demum in principatum venetum sublimatus est, unanimi voto se suscepturos negaverint, suis tamen sumptibus ac praesidiis Bononiam ab hostibus defensuros promiserint? Fateri profecto cogor ambitionis voto Venetos argui potuisse tempore quo Mediolani dux Philippus diem obiit. Cum enim lacessenti eidem bellum intulissent, iustaque defensionis arma adeo profecissent, ut Mediolanum pene obsidere viderentur, dux dolore contritus, quippe qui ceteris bellum intulerat, gloriabaturque magnitudine virium Mediolanum illaesum eotenus preservasse, diem clausit extremum. Qua re cognita, armorum duces qui eius stipendiis militaverant, suis rebus consulere statuentes omnes du-

cem venetum percunctati sunt, se suaque pollicentes; eorumque opera omnem Liguriam illico in manus tradituros, si suis militare dispendiis paterentur; nulloque impensarum timore quaterentur cum non Venetorum sumptibus, verum provinciae ipsius proventibus, quam se daturos in manibus pollicebantur, inde sibi stipendium sumpturi viderentur. Renuit dux venetus suo suorumque moderamine usus, cum non ambitionis sed defensionis gratia in Philippum arma sumpsisse, suisque contentus limitibus paci favere conatus est. Franciscus demum Sforcia, quem generum Venetis militantem dux Philippus, successionis spe, in praesidia provocaverat, cum defunctum socerum medio itinere accepisset, Venetis se militaturum spopondit, omnemque illis Liguriam traditurum, si in quantulam partem eum suscipere decrevissent: cumque minime exaudire Venetos agnovisset, qui pacem principatui praeferre decreverant, suscepta Papia, Mediolanensibus arma coniunxit, et in Placentiam arma convertens, urbe viribus superata ac in praedam militibus data, iterum veneti principis sententiam, Thaddaeo estensis mentis interprete, sciscitari conatus est, sive Liguriae partem, sive ut in Apuliam arma convertat conferre decreverint; non annuit princeps maiorum sententiam imitatus. Arguet forte quis insolens et Placentiam Laudemque Pompeiam tunc susceptas a Venetis adducet in medium, inferretque quonam pacto cunctam renuere Liguriam in potestatem vindicare, qui Laudem, et Placentiam in suam protectionem susceperant? Audiat tam animo grato lector responsa Venetorum, qui improperia intellexit. Defuncto namque Philippo duce, Placentia et Lauda exercitus imperatori Venetorum se ante tradiderant, quin ducem senatumque consulerent, eoque in fidem susceptas tutari fides data coegerat. Quod autem ducis senatusque consulto susceptae non fuerint, aperte intuere licuit; nam cum Papienses se dedendi causa in exercitum oratores destinassent, rem vero illi non sciscitandae gratia sententiae sed indicandae principi intimassent, vetuit princeps, mandavitque nulla id ratione fieri, quantique principis gratiam facerent, tantum a suscipienda civitate desisterent. Tresque eadem nocte cursores velocissimi accurrerunt qua futura luce Papiam ingressuri fuerant: nec ignavia quis factum existimet, cum aperte cognoverint, su-

scepta civitate Papiae, omnem demum Liguriam obtemperaturam. Tanta itaque Veneti renuere, non ignavia aut inscitia ducti, cum omnem Liguriam procul dubio se adepturos agnoscerent, nec impotentia, cum experimento docuerint quantum viribus valeant, sed ut suis contenti finibus pacem ultro volentibus dederent. Illico namque datis induciis in pacis tractatum cum Mediolanensibus devenere, qui cum Venetorum potentiam veriti dedi Laudem summis votis exposcerent; qui vero illam Venetis tradideraut, Mediolanenses veriti fidem traditam implorarent, ut paci eorumque saluti consulerent, liberam et in libertate relicturos se civitatem Veneti obtulerunt. Qua Venetorum oblatione aperte quisque concipiet non illam ambitione suscepisse aut servare voluisse, sed propter principis, senatusque sententiam susceptam, sponte fuisse Mediolanensibus traditaros, ni praestita suorum fides deditorumque periculum imminens a sententia principem senatumque divertisset. Verum ne paci haec sententia obstare videretur, obtulere urbem se in libertatem dimissuros, quae si se sponte dedere voluerint Mediolanensibus, grato id animo probaturos. Si ergo tanti imperii non amissa sed neglecta occasio ambitione Venetos arguere valet, quem ambitionis vicio liberum lector absolvet? At si nemo ambitione immunis iudicatur, quis ergo ambitiosus ipse Venetos tanta spernentes, ambitiosos iure poterit iudicare? Quis ambitiosos Venetos extimabit, qui dum bellum pariter cum Alphonso Aragonum Siciliaeque rege in Florentinos ac Mediolani ducem gererent, posceretque regis legatus quas sibi partes Veneti bello vindicare vellent, quasque regi promittere, responderunt, non ambitionis sed securitatis gratia, bella gessisse; idque optare ut tuto in pace vivere liceat? Quo audito, regius tunc inquit orator: hoc vobis conferre possunt fluminum confinia Padi, et Abduae, quibus secure cingi venetus poterit principatus: cetera itaque Liguriae ac Thusciae, quae in potestatem venerint, meo regi dimittite; quibus conditionibus Veneti annuere. Ambitionis ergo gratia bella Venetos gessisse quis arguet, quibus tot impensas, tot pericula, nullo aut recte modico emolumento, fuerint subituri? Pace confecta, in discrimen vitae Mediolani dux venerat, ita ut in mortem vitam commutasse omnis mediolanensis civitas iudicaverit. Æstuabat tunc omnis Liguria.

precibus nonnulli Venetos exposcebant: negavit dux venetus, litterisque in dominam datis, cunctas sui principatus vires, sua pro salute spopondit, quibus ne dum laetata est ducissa, verum et omnis eius principatus firmatus est. Huius ergo ambitionis Veneti arguendi sunt? Dux Stephanus Bossinae Ragusium terra obsidione premebat, mari vero cohibere non poterat: Venetos igitur exorare constituit, ut mari triremibus civitate compressa in suam potestatem vindicarent: renuit dux venetus, ambitioni praeferens patrum institutum. In ducis Mediolani vero morte, dum haeres Galeatius in Gallia moram traheret, omnisque Liguria cordium votis diversa flagitare videretur, potentissimusque armorum dux Bartholomaeus Bergomensis ducatum invadere decrevisset; eum continuit dux venetus, ambitioni amicitiam praeferens. Proximioribus forte temporibus, dum regni partem Ferdinandus rex, partem vero sibi Iohannes dux Calabriae vindicassent, eorumque uterque sibi Venetos in amicitiam provocare cupiens, veluti quorum praesidiis brevi sibi universum regnum quisque submittere arbitrabatur, omnem Campaniam quisque se daturum ultro spopondit: abnuit dux venetus, licet maximo emolumento Venetis Apuliam futuram agnosceret: non ambitione, non commodis rei frumentariae in sententiam duci potuit. Haec profecto Venetorum ambitio merito increpanda videtur; merito ambitionis vicio detestandi sunt qui numquam nisi, salutis suae causa, arma sumpserunt, quique dum possunt, dum amplum sibi regnum fortuna pollicetur, minime videntur annuere? Quis ergo ambitionis Venetos nota arbitrabitur, quorum tot tantaque magnanimitatis exempla protulimus? Veritus sum profecto ista describere ne, cum in lucem venerint, imprudentiae insensibilitatisque potius quam ambitionis vicio arguantur. Quis enim blandientem sibi adeo fortunam, quis tot tantaque pollicentem aspernatus esset? Haec profecto mens immutabilisque eorum sententia, quae nec ambitionis nota, nec insensibilitatis merito argui potest, haec constans opinio ipsis ab incunabulis orta, in posterosque per manus tradita inviolata servatur, suis se limitibus contineri, suis contentos finibus esse, nulli iniuriam ferre, inferenti resistere, illatam repellere, saepius parcere. Quae saepissime renuerunt, defensionisque gratia et non ambitionis, in manus deve-

nerunt, non voluntas, verum ipsa necessitas docuit retinere, quod ipsa rerum experientia comprobare videtur; nihil enim profecto Veneti tenent, et possident quod aut precio, aut defensionis causa, in potestatem non venerit. Arguat nunc insultator et dicat: Creta in partem data ac empta est; Corcyra Dalmatiaque auro redempta, Macedonia ultro tradita, ne in infidelium manus deveniret, suscepta est. Forumiulii tociens arma inferens tutari necessitas, non voluntas, docuit. Tarvisium, quod illato sibi bello in potestatem venerat, civibusque donatum tandem, precibus exorati, in potestatem recepere. Vicentiam ultro se dantem, ne in manus Carrariensis saevissimi hostis deveniret, non voluntas sed necessitas sumere docuit: Paduam, Veronamque, Carrariensi bellum tociens inferenti, coacti defensionis arma sumere, in potestatem receperunt; Brixiam, Bergomum, Philippo Vicecomiti bellum inferre properanti, pacemque aspernanti, necessitas demere compulit. Cremam eadem necessitas dedit in manus. At si quis dixerit, in tanta modestia Ravennam ac Cerviam ecclesiae loca occupare non decuit, respondent Veneti, neutram earum occupasse, verum iusto titulo possidere, tum quod testamento Obici de Polenta, penultimi eius domini, aperte cavetur, quod deficientibus eius haeredibus dominium succedat Venetorum, tum quia adversante Venetis filio, et contra mandata parentis, Venetorum hostibus favente pro viribus, Ravennamque ipsam eis in potestatem tradente, non parvo Venetorum damno, non ambitionis gratia. cum amplissima saepe neglexisse experimento docuerimus, sed securitatis ac defensionis causa in Cretam pro tempore destinaverint, ei suisque Ravennam in tranquilliora tempora reservantes: ne interim hostium astu seductus, ut ante, rebus suis detrimentum inferret, ac demum illato in repulsionem iniuriae insurgentes illum cum haeredibus merito Ravenna depellerent. Sanctius itaque visum est aliquantulum illum absentem continere, quam praestita illi occasione in vindictam, illum Ravenna profligare. Eo itaque naturali morbo cum haerede defuncto, substitutionis munere Ravennam omni iure nunc possident. Cerviam vero etsi de ravennati agro fore non dubitatur, non tamen armis aut iniuria occuparunt: verum emerito precio, et Malatestae caesenatis domini consensu ac voluntate conferentis, in potestatem suscepe-

runt: non ergo iniuria aut occupatione Ravennam Cerviamque, verum iure, precio, ac consensu legitimo possidere videntur.

Restat nunc obiectioni respondere quod ecclesiae iuris illa fore, et ad ecclesiam spectare testatur, cui quidem fas sit Venetis pace omnium respondere, non ut qui in conflictum rem ducere cupiant, sed ut quae caesarea attestatione contracta sunt, licet merito valeant, legentium tamen auctoritas comprobet. Exstant namque plurima imperatorum authentica privilegia per quae pacem et concordiam caesaree suae maiestates cum Venetis contrahentes, quae de imperii sui iure Venetis vicina esse videbantur, et in quibus Venetos late versari contigerat seriose declarant; per quae quidem privilegia vel instrumenta testantur aperte sui iuris Ravennam et quam plurimas fore civitates. At ne quis fabulam me narrare existimet, imperatorum ac romanorum regum nomina et tempora seriosius perstringam, et quas suis imperiis civitates ac provincias subiectas esse commemorant, seriosius explicabo. Lotarius namque anno 840, Ludovicus 865, Carolus 883, Ludovicus 891, Randulphus 923, Hugo 924, Berengarius 953, Otho 967, Otho alter 983, Otho item alter 992, Henricus 1094, Henricus alter 1111, Lotarius 1136, Fridericus primus 1177, Henricus alter 1197, Otho 1209, Fridericus secundus 1220. Hi omnes, cum Venetis icto foedere, civitates suis subiectas imperiis quibus aut vicinabantur Veneti, aut persaepe versabantur, privilegiis declarantes; has profecto suo ordine iuris imperii fore declararunt, ut ipsorum privilegiis latius continetur; videlicet Papienses, Mediolanenses, Cremonenses, Lucenses, Pisani, Genuenses, Placentini, Florentini, Ferrarienses, Comaclenses, Ariminenses, Pisaurienses, Caesenatenses, Fanenses, Senegallienses, Anconitani, Firmenses, Veronenses, Montisilicenses, Vicentini, Paduani, Tarvisini, Cenetenses, Foroiulienses, Istrienses. Quibus merito ponderatis, quisque haec legerit, prius aequa lance definiat, cuius sint iuris, et cum iuste se iudicasse cognoverit, tunc Venetos vitio ambitionis arguat, si ecclesiae iura occupasse iudicaverint; tantae enim definitionem causae aggredi meum minime fore confiteor, cum de ecclesiae imperiive iure disceptandum prius necessario iudicetur.

Restat nunc ut, his in memoriam ductis, assurgant in me-

dium qui Venetis iure detrahendum putant, in agonem descendant, et si quod nobilitatis genus augustioribus dignioribusque principiis ortum duxisse cognoverint, in medium afferant; cum tot annorum saeculis Venetorum generosa nobilitas sumpserit incrementum, quot ab eversione troianae civitatis tempore numerantur; neo ab infimis humilioribusque principiis, veluti ceterae omnes civitates, quarum nobiles ab humilioribus civitatis principiis suae nobilitatis duxere primordia; sed ab ingenuis ac clarissimis viris, libertatis dulcedine undique coeuntibus, conditam et auctam Venetiam rerum experimento comprobetur. Qui vero negociationis gratia nota dignos Venetos arguit, illud primo excogitandum agnoscat, non vilitate Venetos negociis operam dare statuisse, sed iusticia ac magnanimitate sanxisse, ne scilicet alieno vitam ducere necessitas cogeret, aut mendicitate vilescerent. Quibus vero adductae rationes non suppetunt, illud tam aequo animo ferant quoniam et imperium patiuntur. Qui non modica aut nulla christianae fidei catholicaeque ecclesiae gratia fecisse Venetos cupit arguere, ceterorum memoranda facinora adducat in medium, illaque enumerare praesumat. Quis enim, ceterorum pace dixerim, tot pro catholica fide bella suscepit ? Quis tot impensas, romanorum suasu pontificum, catholica pro religione erogasse describitur ? Plura profecto Venetos christiana pro religione quam sua pro salute impendisse comperimus. Et ut cetera silentio transeam, ducentis iam annis cum Teucris certare non vulgari opinione, verum rei experimento comprobatur. Sexcies namque centena aureorum millia singulis annis in hoc bello erogare Venetos apertissime constat, quod quinto iam geritur anno. Quis enim, pace dixerim, pontifex summus, quis princeps vel potentatus tanta pro catholica fide fideliumque salute fecisse, aut in praesentia facere perhibetur ? Et si neminem tanta pro salute fidelium aut fecisse, aut facere compertum est, desinant, quaeso, qui latrant, in eos inferre convitia, quos imitari nequeunt aut forte non volunt. Et si quid forte rubiginis suo iudicio Venetis posse obiicere arbitrantur, cum maiora illa, amplioraque Venetorum gesta fidelium pro salute conspexerint, profecto nisi amari sint cordis, nulla rubigine Venetorum gesta referta cognoscent. Qui vero ambitionis nota Venetos infectos arbitrantur, vetera eorum

gesta conspiciant, novissimaque contemplari non desinant. Et cum principatum ullum maiora, aut paria fecisse cognoverint, audeant tunc Venetos convitiis obiurgare: maledictis agant, et veluti omni dignos obbrobrio iniuriis insectentur. At si nullum omni ita ambitione immunem reperire contigerit, ut Venetos fuisse operum experimento docuimus, quis ambitionis vitio eos arguet, quos plura pene renuisse quam quae possident, experimento docuimus? Iuvat ergo quae ab invidis imperitisque obiecta noscuntur, adeo rerum experientia confutasse, ut in nobilitatem venetam minime audere valeant, qui nulla illis paritate concurrunt; nulla ambitionis nota commaculent, ni qui ambitionis vitio insontes se fore arbitrantur; nec detrahant Venetis ecclesiae curam non agere aut minime pro salute certare fidelium, qui nullam christianae religionis curam hactenus sumere decreverunt.

PAULI MAUROCENI, de rebus ac forma reipublicae venetae, Gregorio Heymburg, Germanorum doctori praeclarissimo.

Peritissimo viro artiumque ac iuris utriusque omnis Germaniae doctori famosissimo, Gregorio Heymburg Paulus Maurocenus salutem.

Saepenumero equidem poscere visus es, humanissime pater, cum principatum hunc venetum intueri contigit, quibus domi artibus, quibusve foris tantum imperium adeptus sit, tamque diu illaesus nullique obnoxius fuerit ac subiectus, quidve dici aut nuncupari valeat respublica an principatus, cum et principis iussui cunctos parere, et principem, salva republica, ab incunabulis imperasse contingat. Iubes praeterea huiusce principatus ac libertatis in medium afferre primordia, nec non, si quid strenuum ac memorabile facinus egerunt Veneti, certiorem te reddere velim; ut cum amantissimus huiusce principatus existas, gesta memorandaque urbis nostrae facinora enarrare et morem tibimet gerere valeas. Ego, qui tuae charitati, si ingenii vires dicendique facultas adessent, libens annuere voluissem, rem tantam profecto aggredi non audeo, cum non meum sit, et peritissimorum neminem adhuc ausum fore conspexerim, qui tantae rei exordia in medium afferre confiderit. Insolentiae equidem meae pariter et temeritati merito adscribi posset, si quod peritorum nemo attingere ausus est, levitate quadam et in lucem ferre temptaverim. Verum ne pro viribus morem tibi gerere noluisse quis arbitretur, pauca quaedam e plurimis priscis annalibus dempta, nostrisque proximiora temporibus, tuae paternitati noscenda destinare constitui, quae tu pro mea in te benevolentia minime palam facies, quod a te praecipuum poscere videor; ne praesumptioni ac temeritati quis adscribere valeat, quod peritissimorum opus ac sarcinam invalidus aggredi non horruerim. Et

quoniam pro virili parere constitui, illud a principio aggrediendum censui, gentis nostrae in medium afferre primordia, cui quid dignitatis animive, parvis illis in rebus, affuerit, documento cognosces, quod nulli unquam reipublicae aut principatui fuisse comperi.

Illud namque in primis memorandum statui, ante conditam urbem, troianae scilicet eversionis excidio, dum patria profugus captandis sedibus Antenor Italiam veniens in ultimum maris adriaci sinum divertisset: Venetos Paphlagonia recedentes, novasque ac liberas sedes inquirentes, ne ulli servire contingeret, pariter in Italiam declinasse, benigneque ac in partem susceptos ab Italis, condendae patavae urbis fomenta sumpsisse, omnemque demum ab Abdua in Lisuntium usque regionem venetam appellatam; labentibus demum plurimis annorum circulis, cum potentioribus Gallis cedere cogerentur, quibus dignitatis ac animi vestigia inerant: ad proximas maris partes, ne servire viderentur, cum nullis unquam primores suos paruisse constaret, propriis relictis sedibus, diverterunt; illud dignitatis specimen praeseferre mallentes, nemini unquam servisse, quam cunctis opibus affluentes ulli obtemperasse mortalium; ibique nonnullis conditis oppidis, Romanorum Caesarumque temporibus, libertatis dulcedine vitam ducere decrevere: prisco more retento e primorum numero principe legitime designato, qui a cunctis unanimi voto non genere tantum verum etiam virtutis documento princeps declaratus, aequis adeo iustificatisque legibus imperare consuevit, ut aequissimi principatus decorem hactenus reservarit, et patres libertatis specimen non amiserint. Non enim proprio nutu voluntateque regere eorum quis aggressus est, sed veluti parens optimus consulentium voto imperare decrevit, ut aequissimo iudicio principis tota gens nostra et parere principibus et priscae libertatis dignitatem nunquam amittere visa sit. Maturis itaque prudentia et iudicio patribus constitutis, qui civilibus quive criminalibus praeessent rebus, quique frumentariae rei, ceterarumque opportunitatum curam agerent, summam omnium apud se astantium maturiori digerendam consilio praeservavit, plurimam struendae classi curam diligentiamque adhibentes, qua cuncta sibi suppeditura non verebantur. Parentum itaque moribus ac le-

gibus restitutis, plurimisque labentibus annis, principatuque apud Civitatem novam in ultimis aquarum partibus constitutam moram trahente: ceterisque haud parvis oppidis principis verbo parentibus, in ea tempora ventum est, in quibus Attilam Hunorum regem in Italiam declinasse, maximaque fidelium strage edita, complures civitates: Aquileiam, Concordiam, Opitergium, Antenoridem et ipsam Civitatem novam devastasse constat. Noster vero princeps ac proceres prudentiori usi consilio, ceterorumque strage praemoniti, non obstandum fulmini rati, abeundum sibi populoque universo, gaza omnique supellectile sumpta, relinquendum vacua moenia, ac lares hostibus decreverunt, et in proximas sedes diverterunt. Hostis, vacuis moenibus ac laribus, et in vacuas sedes minime saeviendum ratus, quippe qui nisi plurimorum strage laetari videbatur; plerasque inde abiens urbes invadens vi captas ac dirutas, vacuas dereliquit. Furore tandem sedato, ac Italia liberata, cum ad suas undique sedes cives profugi remearent, patriae rerumque suarum dulcedine capti, venetus princeps ac proceres gloriam ac libertatem ceteris praeferentes, ne quis unquam in posterum subiectos fuisse Venetos ob capta moenia arbitrari seu arguere posset, relinquendam potius urbem priscasque sedes ac lares deserendos, novisque construendis aedibus instandum elegere, sedibusque apud Mathemaucum oppidum positis, quod quinque millibus passuum ambitu in littore iacuisse dignoscitur, immunem omni iugo diu principatum ac populum conservavit.

Plurimis demum labentibus annis, cum apud Mediolanum sedens Magnus Carolus imperator odio habere Venetos decrevisset, qui imperio parere negligerent, nullique unquam obtemperasse gloriarentur, indignatus bellum indixit, magnoque cum exercitu ac machinis Pipinum in expeditionem venetam delegavit, qui Pipinus mandatis et obtemperans, celeri cursu sedit in littore. Venetus vero princeps ac proceres impares se imperatoriis viribus fore cernentes, praeclarumque illud virtutis ac rationis consilium cognoscentes, cedendum potius fore ubi ratio suadet quam clade inevitabili concertandum; ad praeclara parentum documenta currentes, relinquenda moenia, domosque vacuas hostibus dimittendas potius quam certa cum calamitate

certare, et in Rivoaltum urbis venetae eminentiorem tutioremque hinc partem transfretandum, ibique cum maritimis se praestare viribus non dubitarent, sistendum operiundumque hostem decrevere. Hostis moenibus potitus ac laribus, cum vacuam civibus urbem ingressus esset, iratus seque lusum indignatus, ponte vegetibus structo equitatuque imposito, Venetos aggredi suaeque ditioni subdere statuens, Rivoaltum petere aggressus. Cum medio iam fluctu exstaret machina, equorum armorumque pondere pressa, obvia fit classis veneta; consertisque manibus cum in neutram partem adhuc victoria declinare videretur, compagibus Venetorum arte ac virtute solutis in profundum omnes demersi, ac morientes plurimos in patria orphanos reliquerunt: unde et in hanc diem gurges *orphanorum* cognomine nuncupatur. Beatus demum princeps venetus, fratre prodendae libertatis conscio, merita morte damnato, utrinque datis indutiis, cum ad Pipinum divertisset, tot tantorumque dolentem interitu, eo praesertim quod nonnullorum arte solutis compagibus, strenuorum virorum tantus deperisset exercitus, haud iniuria factum fuisse respondit; cum servatam eotenus libertatem, quam vitae cunctisque praeferendam decreverant opibus, omni etiam defensionis genere tueri ac defensare licuerit. Nec iure obiici posse, dolo se an virtute servaverint, cum dolus an virtus in hoste sit minime recensenda; potius summa laude ferendum, quod civitate, laribus, vita, ceterisque neglectis, praetulerint libertatem. Cumque ex astantibus Gallis insolens quidam, convitii ac iniuriarum gratia, Venetos *porcos* diceret nominari, Pipinusque id aegre tulisset, subrisit dux venetus: illud non in dedecus sed in laudem iniunctum fuisse cognomen, cum ea ratione impositum fuerit, quod unanimi voto ac sententia veluti sues in lacessentes hostes iniuriamve inferentes insurgant, nec ante discedant quam fugatos in propria remeare compellant, pulsos vero et in fugam versos, quod humilitatis ac veniae signum ostendit, insectari minime gaudeant, etiam si certam prae oculis victoriam habeant, cum virtutis proprium fore asserant lacessentes repellere, pulsos vero minime insequi, victoriam etiam pollicente fortuna. Qua cognominis ratione soluta speciosum profecto Pipinus cognomen sortitos fuisse Venetos ait, qui insultantes repellere, fugientes vero ac cedentes minime inse-

ctari didicerint; ducemque beatum amplexus, quod vitae, ceterisque omnibus libertatem praetulisset, donatum in proprias sedes ac libertatem, pace data, recondere dixit. Indeque digressus ad Carolum remeavit, qui Venetorum virtutem admiratus, quod vitae ceterisque omnibus praetulerit libertatem, merito libertatis munere gaudere declaravit. Beatus vero etsi ad intactas illaesasque sedes redire valuisset, libertatem gloriamque cunctis opibus praeferens, ne quis unquam obiicere posset aliquando Venetos paruisse, pariterque fuisse subiectos, eo quod moenibus hostis potitus fuerit, neglectis aedibus ac laribus destitutis, cunctis in sententiam patribus coeuntibus, Rivoaltum ceterasque circumiacentes incolere insulas, civitatique provinciae nomen imponere decrevere, ut quemadmodum reliqua cedentes provincia id sedis sibi Veneti servandae, libertatis causa, vindicassent, ita et augusto provinciae nomine urbem dicerent. Venetiam itaque urbem a Venetia eorum olim provincia nuncupantes, dignam speciosamque reddere curaverunt; navaliumque rerum in primis habita cura, construendae classis locum delegere, opportunisque rebus navali cura servientes, nulli inferre iniuriam, tantum lacessentes repellere, suis contenti finibus iuxta parentum proavorumque sententiam fore decrevere. His igitur artibus principatum remque publicam augentes, cum saepenumero Foroiulienses, Histri, ac Dalmatae navigantes suos iniuriis lacessissent, ne dum iniurias repulerunt, verum etiam in sedes proprias propulsos pacem poscere coegerunt: poscentibusque dederunt. Illyriam saepe iniuriis lacessentem saepe in potestatem redegere, saepiusque libertate donavere. Acon Surumque, maritimas orientali ora iacentes civitates, innumera classe, fidei zelo in Christi hostes arma ferentes, infidelibus ademerunt. Constantinopolim, compluresque Greciae civitates in Schismaticos graecos, catholicae suasu ecclesiae, insurgentes, centum triremibus quinquagintaque navibus onerariis, princeps Henricus Dandulus in potestatem redegit. Eandem vero, et Hadrianopolim, aliasque complures Graecorum urbes, plurimis demum labentibus annis, graecis principibus Asia pulsis a Teucris, sedesque priscas exorantibus dono traditas reliquere, sola Creta retenta. Nec praetereundum praeclarum illud documentum servatae fidei censeo: Dominicus namque dux Mi-

chael, et alia in Constantinopolim expeditione iniuriis lacessitus, cum conficiendis sumptibus tantae classi pecunias defuturas agnosceret, nec suppeteret ipsas domo revocare, bovis corio eius insignitas nomine fieri mandavit, cunctisque firmata fide spopondens, qui commeatus ceteraque pro coriis illis suis contulissent militibus, tot nummos aureos impensurum. Mira res: tanta a cunctis est exibita fides, ut nihil unquam Venetis, quoad expeditio stetit, deesse compertum fuerit; in propriam vero rediens, cunctis fidem servavit. Aliud mirae fidei documentum dicturus sum.

Nam cum Fridericus imperator potentissimus senensem Alexandrum pontificem maximum armis omnique expugnationis genere duo de viginti annis insecutus esset, nonnullos pseudopontifices maximos statuens, ipse vero pontifex ad Francorum regem divertisset, litterisque ab imperatore datis bella minantibus, servare pontificem audere non videretur, ignotus divertit ad Venetos, ibique humillimo latens habitu, quod reliquum vitae superesse videretur, ducere statuit. Monitus itaque christianissimus dux, structo illico pontificali habitu, detectum ac latitare cupientem convenit, et, ne Venetis damna illaturus venisse videretur, humilis pedibusque prostratus, confide, inquit, beatissime pater, ne vereare apostolicum te fateri pontificem; apud namque Christi fidelissimos declinasti, qui non minus pro Christo vitam exponere quam propria pro salute parati sunt. Has igitur sordidas indignasque exue vestes, ac pallium sume quod tibi pro sanctae fidei dignitate gestandum catholica decrevit ecclesia, paventemque ac dicentem nolle ob eius salutem ulli excidii occasionem afferre, eia age, b. p., solare ocius, nostrumque praetorium ingredi non horrueris: aderit Dominus nostrae defensor salutis, haesitantemque in propria collocavit. Friderici vero epistolis pontificem poscentibus cum per litteras et legatos respondissent in liberam nullique unquam obnoxiam sedem declinasse, nec licuisse ad se pontificem venientem repellere; furore percitus [ut erat irae incontinens], bellum indixisset, iniuriam repellere decernentes, cum ad se opprimendos Othonem imperatoris filium cum LXXV triremibus venire cognovissent, confectis illico XXX triremibus, obvius Sebastianus dux apud Histros Othonem captum, omni eius classe deleta, victor in patriam rediens dono pontifici designavit. Qui

in potestatem redactus, fide data, impetrandae pacis ad imperatorem divertit. Quo filii adventu laetante, desine, inquit, infecta pace, laetari. Nam fide praestita, ad te non liber sed captivus accessi. Imperatorem itaque Venetias venientem dux maximo honore suscepit: basilicaeque beati Marci susceptus foribus, dominicae Ascensionis die pontifici pedes osculatus est. Pontifex vero in tantae rei posteris documentum, remissionem plenariam templum ingressis ac poenitentibus perpetuo conferre declaravit. Paceque inter pontificem et imperatorem confecta, Anconam navigantes, cum pontifici obvii Anconitani umbellas duas attulissent: pontifici scilicet et imperatori; tertiam, inquit, duci salsi maris afferte: quam oblatam, ei et successoribus perpetuo gestandam tradidit.

Indeque cum Romam accessissent, obviamque pontifici vexilla ac tubas argenteas Romani attulissent: has, inquit pontifex, merito duci gestandas afferte. His itaque aliisque complurimis in supremi speciem triumphi perenni tempore decoratus, in patriam remeavit.

Saepenumero Hungarorum praesidia a Dalmatis in Venetos evocata fugarunt, et in patriam redire coegerunt. Universum semel exercitum, quem octuaginta millium nummorum excedere fama pertulerat, Maurocenus Andreas classis, exercitusque dux designatus, LXX.[ta] millibus armatorum ipso cum rege fugavit et pene delevit.

Peloponesum demum iure lacessentibus hostibus demptum, dono dedere.

Brixienses iniuriam inferentes magna agri parte mulctarunt, poenitentibus demum pacemque poscentibus gratis reddidere.

Lacessentes Ferrarienses vi armisque saepe domuere: civitatis parte potiti, quam deinque pacem poscentibus reliquerunt.

Robertus Siciliae Apuliaeque rex potentissimus nonnulla Venetis abstulit, quaesitusque reddere non curavit. Princeps venetus, structa classe, praefecto mandat Neapolim tendat, et ad regem legatos mittat, qui ablata postulent, et si spacio horae reddere non responderit, ad praefectum redeant, qui tunc clausas aperiat ducis litteras. Rege non respondente, reversi sunt, reserantur litterae. Imperat princeps omni classe Neapolim infesto

proelio petere; curatisque corporibus, civitatem aggreditur: igne ferroque cuncta prosternunt: spondente autem rege omnia redditurum receptui signum dat, susceptisque Venetum bonis victor in patriam rediit.

In Albertum Mastinumque Scaligeros Veronae dominos, qui provinciam pene omnem venetam ab Abdua in Foroiulium usque suo regebant imperio, iniuria lacessiti, iusta arma moverunt, eisque Paduam ac Tarvisium ademerunt: paceque poscentibus data, captum Albertum libertate donarunt. Paduanos Carrariensi Uberto, Tarvisium vero Tarvisinis dono tradidere. Tarvisini, cum libertatem tueri posse diffiderent, ad principem venetum supplices diverterunt, orantes ut subditos se habere dignaretur. Restitit princeps eorum segnitiem arguens; nec illos optare subditos, inquit, quos libertate donaverant: redirent, et se virtute servarent, quibus se obtulit auxilia collaturum. Moesti in patriam legati redeuntes, universaeque civitatis voto ad principem revertentes precibus tandem ac lacrymis impetrarunt.

Carrariensis ille patava civitate donatus, ne dum propria arma non lacessitus movit in Venetos: verum etiam Ludovicum, regem Hungariae potentissimum, nulla lacessitum iniuria cum LX millibus equitum in principem insurgere venetum: bellumque in agrum tarvisinum, omnemque dalmaticam oram inferre suasit, pace vero tandem confecta, post decennium Carrariensis, iterum armis insurgens, regem iterum in arma provocavit: pax iterum poscentibus data.

Ianuensibus arma moventibus Carrariensis iunctus denuo bellum Venetis intulit, regemque iterum in socia arma concitavit, Tarvisiumque impugnantes, cum omnem spem pacis rex polliceri videretur, si Tarvisio Veneti cederent, tradere recusarunt. civitatem vero et omnem tarvisinum agrum Leopoldo Austriae duci, principis ac senatus amico, dono dederunt.

Ianuenses qui venetam classem inopinato adorti profligaverant, Istriam Clugiamque occupaverant, potirique urbe veneta reebantur, extrema coactos inedia pacem supplices poscere compulerunt, pacemque dederunt.

Tergestum quod ab ill. Austriae familia auro comparaverant, cum perempto praesidio a fide defecisset, et ei iusta de cau-

sa hostilia arma intulissent, iamiamque victoria potituri vindictamque sumpturi viderentur, ab eisdem Austriae principibus parcere exorati, preces amicitiamque victoriae praetulere, indeque arma moventes obsidione liberarunt, eisque parere passi sunt.

Carrariensem Paduae ac Tarvisio imperantem, nec iniuriis lacessere desinentem, foedere mediolanensi cum principe veneto, Padua Tarvisioque spoliarunt. Padua mediolanensi, Venetis in sortem Tarvisium venit.

Mantuanum quem sedibus pellere Vicecomes decreverat princeps, classe armisque totum in propria praeservarunt.

Ferrariensem, cui vi dolove principatum Carrariensis subripere festinabat, proprio favore servarunt.

Corcyram, quod navalibus rebus conferre censebatur, ne ulli inferre iniuriam viderentur, auro redemerunt.

Vicentiam civitatem ultro se tradentem, ne in tyranni patavi manus incideret, humanitate princeps, non ambitione suscepit.

In patavum vero tyrannum bellum indicentem arma inferre coacti, Verona eum Paduaque privarunt.

Ferrariensem saepenumero ab hoste servatum, patavique hostis precibus in nos arma moventem, cum venturam procul dubio in manibus Ferrariam agnovisset, nullaque praesidiis spes adesset, et ob id supplex ac poenitens pacem exposceret, obsidione liberarunt, pariterque pace donarunt.

Dalmatas saepenumero lacessentes, pacis gratia, precio, ac demum armis in potestatem redegerunt, praesidiis munientes, ne quid adversi ultra molirentur, plurima eorum rebellione praemoniti.

Sigismundum imperatorem ac Hungariae regem, quem ante e Teucrorum manibus liberaverant ultro, arma inferentem Italia discedere coegerunt.

Mantuanus, qui fide neglecta, acceptique immemor beneficii spe potiundae Veronae, imperatori adhaeserat Sigismundo, cum pulsum Italia regem cerneret, pacem precibus impetravit.

Brixiani, Pergamenses, ac Cremonenses se subdere cupientes impetrare non valuerunt.

Foriiulii patriarcham qui saepenumero Hunos in Venetos

provocaverat, liberasque nocendi sedes, ac commeatus saepe contulerat, de proventibus tamen custodibus designando, quantum tutelae securitatique ac paci concedere videbatur, reliquum successori praesidii reliquerunt, nil sibi penitus vindicantes.

Mantuanum, quem mediolanensis dux suis sedibus iterum profligare decreverat, defensuros se propriis sumptibus indicentes a tyranni ambitione servarunt.

Florentinis adversa belli strage a Mediolani duce prostratis opem ferre precibus exorati, cum pacem eis impetrare non possent, bellum indixere; cumque abducere tyrannus arma neglexisset, spe elatus victoriae Brixiam, urbem opulentissimam ac munitissimam bello ademerunt. Pace confecta, cum rupto foedere bello se continere minime decrevisset, in conflictum dato, eoque iterum pacem exposcente, principandi minime ambitione permoti, cum brevi omni Liguria potituri forent, pacem imperio praetulere, pergamensique agro mulctatum pace donaverunt. Denuo, spreto foedere in Florentinos insurgentem, cum Florencia iterum urbe pene potiturus esset, propria defendere coegerunt. Pax denuo poscenti data est.

Nobis tertio inferre arma flagitanti, Mantuanus, quem totiens servatum ostendimus, cui tot tantaque Venetos contulisse docuimus, quemve locupletissimum ac exercitus sui ducem praefecerant, spe potiundae Veronae illectus adhaesit; sciscitantibusque Venetis hospes an hostis futurus esset, cum futurum se amicum. foedusque servaturum ac fidem respondisset, tertia nondum exacta die hostilia intulit arma, improvisosque ac fidentes adorsus. veronensem omnem agrum, immensa abacta praeda, castella complura et oppida in potestatem vindicavit. Divina demum favente iustitia, cum tuendi se gratia Veneti arma sumpsissent, mediolanensem nedum ducem mantuanumque suis finibus repulerunt, verum et propriis eorum finibus cedere coegerunt, illumque Glara Abduae ac pluribus oppidis: Mantuanum Piscaria veronensi, Lonato et Asula, brixianis oppidis demulctarunt; Cremonam Francisco Sfortiae, nostri tunc exercitus duci, in dotem filiae tyranno dare coacto.

Alexander, tridentinus episcopus, qui nullis lacessitus iniuriis, foedere Philippo cum duce contracto. hostilia arma contule-

rat, cui salutis ac defensionis gratia resistere, bellumque inferre coacti sunt Veneti, cum fugatum se cerneret et potituros omni episcopatu Venetos intueretur, ad ill.^{mi} Romanorum regis Friderici, Austriaeque familiae praesidia, quod amicissima Veneti nominis haberentur, velut in asylum confugit. Cuius gratia, etsi legitimam belli causam contulisset, quod nullis lacessitus iniuriis, cum maximo bello adversanteque fortuna premerentur, in eos duxisset exercitum, Austriae familiae amicitiam imperio praeferentes, arma revocarunt.

Insurgenti denuo mediolanensi duci, ac Cremonam in dotem traditam eripere cupienti, fide ac foedere aspernato, nedum arma referre, verum etiam suas tueri sedes, bello Mediolanum illato, coegerunt: quo dolore contritus, vitaque functus extremam obire diem coactus est.

De his itaque hactenus dixisse sufficiat, et e plurimis commemorasse quae modica. Illud prae ceteris animadvertendum censeo, nunquam ambitionis spe Venetos arma movisse, saepe iniuriam inferentes tolerasse, saepe adempta imperia reddidisse, saepe hostibus pepercisse; nullis arma nisi lacessentibus intulisse, nil cuique nisi iusto bello ademisse. Quae iniuriarum causa coacti hostibus ademerunt potiundae pacis gratia servare necessitas docuit, cum saepenumero restituti lacesserint, armaque inferre hostilia non desierint. Dalmatas namque septies in ditionem susceptos, septies libertate donarunt.

Saepe oblata imperia renuerunt. Nam patricius quidam, qui Patras, opulentam Peloponesi urbem ultro se se dantem publica fide susceperat, capitis poena damnatus est, libertatique civitas restituta.

Cum plures Trinacriae civitates, quae, Martino rege vita absque liberis functo, classis nostrae praefecto ultro se subdere cupiebant, vetuit princeps suis contentus limitibus.

Apuliam omnem, quae, rege defuncto, Marci nostri vexilla susceperat, et veneto se ultro subderat principatui, vexilla deponere, et suis compulit parere principibus, eandem ultro dante regina renuerunt.

In Bruciis, Marchia ac Romandiola nonnullas ultro se se dantes civitates suscipere noluere.

Pergamum, Brixiam quas, populis supplicantibus subdereque cupientibus, sumere recusarunt, iniuria demum lacessiti hostibus demere coacti sunt. pacisque servandae gratia tutari praesidiis.

Ragusium quod his temporibus Stephanus dux Bossinae terra machinis viribusque adortus est, cum illum in potestatem redigere non valeret, quod mari incumbens aquam, ceteraque opportuna ministrari cernebat, bina ternaque legatione principi nostro, ut illud suae subderet ditioni, suadere conatus est. Cui etsi conferre plurimis rationibus videretur, parvoque labore ac tempore confici posse, annuere minime statuit. Immo cum demum fama crebresceret Teucrum omni conatu Ragusium petiturum, arma commeatusque quibus ei opus erat benigne tradidit, navaliaque praesidia sponte se collaturum spopondit.

Praeclara illa prae ceteris documenta posteris tradere cupientes, fidem scilicet ac religionem tueri pro viribus, pro qua saepenumero in Christi hostes arma sumpsere; proximis namque temporibus, ducentis pene annis, nulla pacis requie cum Teucris mari bella gessere, nec ulla pacis requies mari data est: terra innumeram imbellemque multitudinem tutantes induciis, ne hostis in aeternam traderet servitutem. Parum tamen abfuit quin licet maritimo perpetuo bello pro Christi gloria vexarent hostem velut Christi hostes apud Anglos in praedam asperrimamque mortem traderentur. Nam cum Anglum regem adire Sigismundus imperator decrevisset, omnem Angliam fama replevit. Venetos nedum Teucrorum amicos, verum et infideles insurgentibus arma et opportuna quaeque conferre. Demum vero fama perlata Teucrorum multitudinem mari a Venetis fore deletam: reliqua in servitutem data: summis laudibus Venetos extulere, quod perenne pro Christi gloria cum crucis hoste bellum gererent.

Saepenumero a pontificibus persuasi, socia arma spondentibus medio belli aestu derelicti sunt. Testantur haec Eugenii, Nicolai, Piique postrema haec tempora nostra, quibus saepenumero nos periculis mersos reliquere. Nec longa quidem testimonia perquirenda. Pius namque se, successores, omnemque ecclesiam trienni bello reddens obnoxiam, spondensque, cardinalium consensu, cunctis ecclesiae viribus auxilia collaturum; nec non et

burgundiensis dux maiora pollicitus, si princeps venetus iret in proelium; dum medio mari structa stat classis, dum princeps Anconam ingreditur, dum terra marique conatu maximo bellum intulimus, derelicti tantum impetum sustinere, solique certare nunc cogimur, et quod omnes pene fideles exorent, in insolentissimi ac potentissimi hostis arma saevissima reiecti sumus.

Summam afferendis sacris in urbem corporibus curam adhibuere maiores: septuaginta namque Sanctorum corpora intulisse constat.

Post fidem vero libertatem ceteris praetulere, cuius gratia saepe lares proprios deserere decreverunt. ne servisse Venetos quis unquam arbitrari posset.

Iustitiam vero, qua stetit ad hanc diem civitas nostra, omni cura et diligentia, domi forisque servandam statuere, finibusque suis contenti nulli iniuriam intulere, nullique principandi ambitione arma movere, tantum iniurias pellere inferentibusque resistere posteros docuere.

Nunc vero, quoniam ita poscere visus es, quibus artibus, quo rerum ordine civitas regitur, quove ritu tantae civitatis iustitia ministratur; etsi haud pariter iocundum fore legentibus visum est, augustae civitatis principatusque veneti seriem intueri; ne tuae tantum claritati non satisfecisse quis valeat redarguere, ut quaeque suis locis et ordinibus vetustas nostra constituit, serie cuncta intueri licebit. Illud ante omnia a legentibus impetratum velim, ne fastidio damnent tanti principatus seriem institutaque noscere cum diuturna iusticiae aequitatisque perseverantia, optimisque rerum omnium institutis in hoc culmen venetus ne dum hic principatus evaserit, verum perpetua, ut ita dixerim, iustitia liber nullique ad hanc diem obnoxius a primo omnium bonorum datore servatus sit, quod et ceteris omnibus profecto maximo documento fore non dubitatur. Ut tuae igitur morem gerere videar caritati, ordine cuncta suscipito.

Est princeps qui non genere vel origine, ne voluntatis aut naturae nocumento a recto rationis tramite declinaret, sed optimatum primorumque electionem ex ipsis nobilibus meritis ac virtutibus pollens, pacis ac quietis amator et auctor constitutus eligitur, et sublimatur: orbata namque principe civitate, semi

viri, quorum consilio defunctus principabatur, perficiendis exequiis plurimos ex primoribus viros patricios purpuratos feretrum circum accedere iubent: effertur funus maritimorum civium humeris: praecedit turba innumeris instructa funalibus: sequuntur seni, qui principis obitu continent principatum; horum adduntur lateribus, qui defuncto principi proximiores habentur; filii. puta, fratres ac nepotes ordine constituti: iis omnis senatus patriciusve additur numerus, annorum ordine pariter constituti: celebratis exequiis seni praetorium adeunt, in praedefuncti principis subeunt locum, praetoribusque undique constitutis, litteras dant non plumbo, cum ea principis non eorum sit dignitas, sed evangelistae Marci cerae impressione munitas, eosque de principis obitu docent: patriciorum demum omnium consilium convocant, et eligendi principem capiunt facultatem: quinque demum ex primoribus eliguntur: qui si quid praedefuncti principis forte tempore erratum agnoverint, recto statuant ordine corrigendum sequentique id evocatione consilii statuant observandum; iunioribus ab annis infra triginta seclusis, ceteris ordine considentibus, ad pixidem, triginta aureis suffragiis inter argentea plurima constitutis, cunctos ordine iubent accedere: triginta quibus aurea suffragia pueri manu hac sorte venerunt ordine convocatis consilium solvitur. Novemque aureis suffragiis in pixidem datis, reliquis a triginta argenteis, novem quibus aurea contingerunt retentis, reliquos in propria remeare permittunt. Hi novem in secretam seclusi partem eligunt quadraginta, vocatoque iterato consilio cunctisque ordine sedere iussis, ad pixidem viginti octo argentea, et duodecim aurea suffragia continentem, quadraginta ordine pariter evocantur: puerili iterum manu sumuntur duodecim quibus aurea suffragia deveniunt, in secretam partem clauduntur, solviturque consilium. Hi XXV non sorte sed electione designant, iterumque vocatur consilium: XXV declarati ac sedere iussi, ad pixidem sexdecim suffragia argentea, et novem aurea continentem, ordine convocantur: hi novem quibus aurea contigerunt in secretum thalamum transeunt, solviturque consilium quadraginta quinque electione declaratum. Vocatur consilium et quadraginta quinque ii ad pixidem accedere iussi triginta quatuor alba suffragia, aurea vero undecim capientem, simili

ordine convocantur, puerique manu sumuntur ii undecim quibus aurea contigere in secretam partem deducti, non sorte, sed electione quadraginta unum de primoribus eligunt, nec in ulla praefatarum societatum, praeter unum cuiusque familiae, convenit interesse: vocatoque consilio ne quis ante se delectum concipiat, hi quadraginta unus ordine vocati in secretiorem partem clauduntur, inde non exituri nisi prius elegerint principem; aetatis vero ordine sedere iussi, duos sibi priores eligunt, quorum arbitrio auctoritateque omnia fiant. Parantur eis cibaria, horaque constituta, ministri pulsant ad ostia, primores ceteros in secretiorem partem compellunt, reseratis non tamen patefactis foribus et ipsi secedunt, postremaque ostia claudunt: vacua atria ingrediuntur ministri, mensas praeparant ac cibaria deserunt, exeuntesque, et vacua atria relinquentes ianuas claudunt priores, tunc firmatis foribus omnes ad mensas evocant. Sedent ordine seniores; quinquagenarii sive natu minores senioribus subministrant, sumptoque prandio, in anteriorem iterum partem clauduntur, reseratisque foribus ministri reliquias deferunt: sicque singulis diebus cibaria ministrantur, nec cuique inde discedere licet, nec suos alloqui, quoad elegerint principem. Sunt vero huiuscemodi distinctae, disgregatae, secretaeque electiones ut supra, ne quis arte ulla versutiave principatum attingere aut consequi valeat. Hi vero sortibus datis solemnique adacto sacramento, optimum ac catholicum deligere principem operam praebent, non aetate aut gradu sed sorte data principem eligunt. Purpurea dantur suffragia cui prima sors contigit: ei prima datur electio: unum eligit, qui si forte praesens assistit, per priores in secretam partem recluditur. Iubent ceteros eius vicia, virtutes ac merita recensere; tunc omnis eius vita versatur in medium: qui eius vitia noverint sacramento adacti referunt; pariter narrantur et merita: illo demum vocato, priores secretis habitis qui vitia propalarunt improperiaque, narrata recensent, seque tueri iubent: si falso forte obiecta fuerint, ille suam causam tuetur cunctaque refellere nititur, et demum in secretam partem recluditur. Ceteri suffragia conferunt, et si viginti quinque consentiunt, declaratus est princeps; si vero pauciora ei faventia decernuntur, sequens ordine constitutus alium sive illum eligit, si adest excluditur.

Iussi ceteri eius improperia detegunt: reductus ille eius causam tuetur, et, ut supra, astantium mentes suffragiis decernuntur, huiuscemodique ordinem servant quoad ducem elegerint, neque quemquam eatenus exire permittunt, aut quemque alloqui: duce tandem, coeuntium vigintique quinque sentencia, declarato; beati Marci basilicam priores adeunt, electumque principem in pulpitum ductum cunctis ducem futurum annunciant, summoque omnium plausu, et assensu ad evangelistae ductus altare, catholicum, catholicaeque fidei defensorem futurum se sacramento spondet ac firmat, ac beati Marci vexillum manibus datur, manuque tenens, et in pulpitum sublimatus civium scapulis ultro se submittentium in praetorium deportatur, in summitatemque primae scalae delatus liberam se protecturum civitatem affirmat. In aliud deinde tribunal deductus, aequam se spondet iustitiam servaturum: in aliamque delatus partem praetorii, paci unitatique fauturus affirmat. Demum in superiorem praetorii partem invectus, undique a primoribus veneratur, nec ante in publicum prodit quam insignia sint parata ducalia, et civis esse desinens principatum assumit, nec ei ulla mandata traduntur, cum nulla lex danda sit principi, sed assentienti sibi civitati et in principem eligenti sponte se adigit sacramento civitatis leges ac aequa se moderamina servaturum, et ut pater et non tyrannus, omnium utilitati fauturum. Sic dux princepsque declaratus omnem sibi principatus auctoritatem assumit, omnisque aequi principis possidet facultatem quod nil nisi consultis prudentioribus civitatis duxerit faciendum. Hac igitur principandi serie in hoc, divina clementia, culmen venetus principatus evasit.

Post principem summa tocius est conventus nobilium, quae *maius consilium* nuncupatur: hunc coetum ingredi nequeunt, nisi qui nobili ac legitimo generi nati sunt: nec tamen ante adire valent quam vigesimum explerint annum; hoc tamen prius ordine adhibito, ut ante ad tribunal advocatorum, decimo scilicet octavo anno, se scribi fecerint, duobus de legitima eorum nativitate per famam, duobusque de ipsa decem et octo annorum aetate adimpleta, adhibitis testibus ac fideiussoribus. Hi demum, ut supra, singulis annis in beatae Barbarae solemnitate singulis descripti brevibus, in vase quodam mixtim collocantur, puerique

unius manu sorte inde trahuntur: et ut id duplici fortunae munere sortiantur, alia in pixide quinquaginta aurea suffragia inter quingenta argentea collocantur; cumque unius breve unum exemerit, nomenque legerit, ex vase altero ex suffragiis unum puerulus eligit, et si aureum fuerit, illi cuius nomini suffragium contigit aureum, perfectis annis viginti consilio adire permittur, sicque singulis annis fit, et nobilium numerus augetur. Praeter hos quinquaginta viginti etiam coetui singulis annis cumulantur, qui curiis iudicum assistere iussi ut iudicare concipiant, advocati iuniores designantur; nec eis quidquam operis vel officii iniunctum est, nisi ut, hoc servato ordine, et maius consilium eis adire liceat, et iudicandi instituta concipiant. Qui vero nec sorte nec huiuscemodi advocationis munere quintum et vigesimum annum transgressi consilium ingredi non valuere, fide maioris aetatis exibita quadragintaque virorum consilio laudati, tunc demum accedere licet. Ex nobilibus igitur urbis nostrae familiis, quae millesimum et quingentesimum ultra annum originis documenta dedere, maius illud consilium constituitur, hoc tot saeculorum tantaeque nobilitatis illustre consortium a clarissimis progenitorum suorum imaginibus trahens originem, et a mille et quingentis annis, servata serie, ne quis illud adire valeat nisi nobilis et legitime natus. Complures reges ac principes petiere, eorumque dignitati cedere iudicantes, poscere non dedignati sunt, poscentes benigne suscepti sunt; tantaeque dignitatis ac decoris habitum est, ut illustrem Mariam illustri Maurocena familia veneta ortam in reginam regnique consortem illustrissimus Hungariae rex Andreas ducere non dedignatus sit, Albertumque Maurocenum universae Sclavoniae ducem designaret.

Nec inficiari quis Venetis legitime potest quod gerant commercia, cum, tutandae libertatis gratia, quam per duo et ultra millia annos illesam incontaminatamque servarunt, nullisque unquam servientes in illam extremi maris oram incultam omnique vivendi usu carentem, ne ullis iniuriam inferre viderentur, declinare decreverint, commerciisque vitam necessitate trahentes, libertatem, quam cunctis praetulerant opibus, tutari conati sunt.

Hae vero familiae patriciae centum et quinquaginta duorum millium nobilium numerum implent: haec sibi patriae sta-

tum ac dignitem vindicant quod venetae ipsae ab origine venetam condiderint urbem.

Ultra has complures exterae potentissimorum regum et principum ultro poscentes nostrum sunt consecutae consorcium. Huic igitur maiori consilio post principem summa inest auctoritas et potestas, eiusque iuditio et arbitrio princeps praeturas ac dignitates distribuit, ceterorumque omnium consiliorum ac magistratuum ab hoc omnis dependet auctoritas.

Et quoniam principatus potestas omnis in commutativam distributivamque dividitur facultatem ; distribuendorum vero beneficiorum ac dignitatum in huiuscemodi conventum nobilium, sexcentum singulis annis numerum superant; huiusce conventus arbitrio singulis pene diebus festivis princeps illa sua largitate dispensat, his servatis modis et ordinibus. Quatuor namque ex sex principis consultoribus in sententiam coeuntibus, terciarum hora, princeps campanae sono conventum indicit: post meridiem, alterius campanae tonitruo tempus datur omnibus coeundi ; consulentiumque sententia potiori, eo conventu conferendas statuit dignitates; conventisque nobilibus, qui ut plurimum mille, saepe tamen mille trecenti et mille quingenti conveniunt, qui conventus maius consilium nuncupatur, consiliorumque omnium auctoritatem dignitatemque continet, princeps sex stipatus consultoribus non perennibus et continuis sed successivis, ex sex mensium spatio designatis, conventum ingreditur, summoque pro tribunali his stipatus consultoribus, tribusque quadraginta capitibus medius sedet eminenti sede locatus: sedent praeterea et duo magistratuum ordines suis eminentioribus locis constituti, tres scilicet advocatores communis nuncupati; hoc est oppressorum omnium tocius principatus fautores et advocati, quibus civitatem legibus continere, deliquentesque arcere suppliciis datum est : sedent praeterea et tres decemvirum capita nuncupati, qui civitatis perniciem machinantes poenarum asperitate coercent. Hi omnes principis mandatis obtemperant, hos singulis consiliorum diebus adesse necesse est : nam his absentibus conventus dissolvitur. Sedent et loco proximo quadraginta consilium, nonnullique alii minoribus dignitatibus insigniti : his igitur omnibus coeuntibus fores clauduntur, nec licet iniussu principis in-

de discedere. Aliquo abeunte, iubente principe, ex advocatoribus unus fores reserat, eique tantum praestat commeatum. Sedent ceteri omnes pro libito, et praeter aurea dignitate fulgentes, militiae scilicet ac doctrinae, nemo nisi aetate praefertur: tantusque ad hanc diem aetati honos est habitus, ut in nullum discrimen usquam deventum sit, quo pleraeque respublicae ac civitates morbo saepissime laborarunt. Cunctis itaque suis locis pro libito considentibus, principis iussu cancellarius, qui primum continet locum, conferendas eo conventu dignitates enunciat: dignitatum vero quaedam bino, quaedam quaterno electorum numero conferri legibus cautum est. Electorum numerus quisque novem ex nobilibus sorte conventis instituitur: adducuntur vasa tria aenea, suffragia continentia; duo hinc inde maiora coram principe collocantur: minus medio loco firmatur, et si bino electorum numero conferre dignitates decreverint, maioribus illis in vasis pro quoque aurea decem et octo suffragia imponuntur, argentea vero quadraginta, et quinquaginta, minori in vase decem et octo aurea et argentea totidem collocantur. Si vero quadruplici electorum ordine conferendae fuerint dignitates, aureorum in quoque vase numerus duplicatur, et in vase medio argentea duplicata locantur, ut ex nobilibus his, quibus ex vasis a lateribus constitutis aurea suffragia sorte devenerunt, dimidia tantum pars medii vasis suffragiis aureis declarata eligendi facultatem sortiatur. Vasis igitur ita dispositis, ex consultoribus duo iuniores hinc inde ad vasa illa extrema discurrunt, sedent, aurea suffragia e sumentium manibus suscepturi, inspecturique si statutis litteris et figuris fuerint insignita, ne qua fraus fieri aut excogitari valeat, plurima namque suffragia aurea distinctis litteris et figuris impressa sunt, singulisque conventibus diversis tunc ex tempore sumptis utuntur, cunctisque dispositis, quoniam sedilia sex a dextris, sexque a sinistris distinctis nominibus, numeris vero eisdem nuncupantur. Cum primum sedile unum vocant, ab utroque latere, ab eiusdem numeri sedili ad tribunal accedunt, et qui a dextris ad dextrum suffragiorum vas ordine accurrunt: idem fit pariter a sinistris: omnes ad sinistrum vas ordine accedunt, manus imponunt, et quisque unum ex suffragiis eximit, si argenteum fuerit illo in vase, altero derelicto, ad

suum sedile revertitur; sin fuerit aureum, consultori principis tradit, suumque nomen enunciat et cognomen, quod illico astans unus altiori omnibus voce declarat, quo audito eiusdem familiae vel cognominis nemo eo conventu ad vasa illa accedere potest, aut ex electoribus effici. Is vero, cui aureum evenit suffragium ad vas medium coram principe transit ac manum imponit; et si album seu argenteum suffragium forte contigerit, suum ad sedile regreditur; si vero evenerit aureum, coram principe sedet, quoad novem eo ordine fuerint congregati, impletoque numero, sacramento adigi princeps enuntiat dignos ac fideles se viros electuros, odio et amore posthabitis, et in secretum cellarium transeunt: eaque serie ceteri electorum ordines coeunt: ordo quisque secretum suum thalamum occupat: sortes dantur, et cui prima sors evenit, etsi iunior fuerit, primus ordine collocatur: succedunt ordine ceteri: declarantur conferendae dignitates suo ordine collocatae, ita ut quae dignitas praecedit, priori eligenda contingat; ceteraeque suo ordine transeant: legitur eligendi lex, quam sacramento coram principe sumpto servare devincti sunt: demumque duobus coram eis ligneis vasis appositis, albo uno affirmanmantium numerum continente, rubeo vero negantium, ita constituti sunt in superiori parte, ut ad manus impositionem sint latiores, extrema suffragia capiat, media vero sit arctior. Cui prima sors contigit, hic clara voce declarat quem prima dignitate idoneum eligat, eiusque suffragium linteum in albo palam vase reponit: ceteri vero servato ordine clam utroque in vase manum imponunt, eiusque suffragium occulto dimittunt, et si illum duxerint approbandum, in vase albo dimittunt; si renuendo, rubeo in vase relinquunt. Et cum ceteri omnes sua suffragia dederint, aperiuntur vasa, et suffragia numerantur; et si sex aut plures consensisse in vase albo comperiuntur, declaratus ille describitur. Tunc secundus in ordine aperta voce declarat, quem secundae dignitatis idoneum eligat, palamque in albo vase suum suffragium deiicit: sequuntur ceteri ordine, suaque suffragia clam pro libito in albo aut rubeo vase deponunt: aperiuntur demum et numerantur suffragia, et si sex assenserint, puta in albo vase sua suffragia dederint, electus ille ad secundam describitur dignitatem, et sic ad cetera successive discurrunt. Si vero plura fuerint rubeo in

vase suffragia, illo reiecto qui secundum obtinet locum, tercius pro libito eligendum enuntiat ordine suprascripto, secundaque aut sequens dignitas, quae illi sorte secundo evenerat, loco tercio designatur, et tercia quarto, et sic ceterae successive succedunt quoad eligendos omnes eo conventu, sex ex novem consentientibus, designaverint, et ad principem iunior tabella descriptos attulerit. Hoc et ceteri electorum ordines faciunt parique serie electos ad principem deferunt; quibus perfectis primae dignitatis electos clara voce enuntiat cancellarius, primum scilicet qui primo ordine declaratus evasit, secundum secundo, tercium tercio, et quartum quarto: si quatuor electorum ordinibus eligendos decreverint. Statuti nonnulli nobiles coram principe perstant, alba manibus vasa gestantes, qui assentientium suffragia colligant: horum quemlibet insequitur scriba, rubeo vase dissentientium suffragia collecturus. Dantur cunctis suffragia lintea: quilibet designatum sibi sedile discurrit, ac primi electi nomen enuntiat: illum sequitur qui vas rubeum continet: sedentium quisque in vasibus illis manum imponit, et qui declaratum illum idoneum iudicat, albo in vase suum recondit suffragium, cui minime videtur idoneus rubeo in vase deponit. Ceteri reliqua eo ordine lustrant sedilia, nobiles vasa sua ad consultores dextera parte morantes adducunt: scribae ad sinistram partem sedentes; utrinque collecta suffragia numerantur, affirmantia, negantiaque scribuntur. Deferunt pariter secundi electi per sedilia nomen: omnes ut supra manus imponunt, eorum suffragia assentientia, negantiaque dimittunt. Ad tribunal, ut supra, pariter deferuntur, atque hinc inde numerantur pariter et scribuntur. Succedit et tercius pariter, succedit et quartus, et qui maiori assentientium numero idoneus iudicatur, is maiori consilii iuditio designatur; dum tamen ultra dimidium coeuntium numerum collegisse constiterit; nam nemo ullam consequitur dignitatem, nisi maiori assensu coeuntium fuerit designatus. Cetera vero pari succedunt ordine parique serie. Cuncti praetores ac magistratus declarantur sive bino, sive quaterno electorum numero, sive ordine dignitates fuerint conferendae; talique distributionis serie dignitates ne dum et officia conferunt, verum etiam et tria consiliorum conficiunt genera, nam, sive decemvirum, sive rogatorum, sive quadraginta

ab hoc maiori consilio causatur, auctoritatemque consequitur, eorumque libertas omnis a principe, et ab hoc maiori confertur consilio; constituuntque singulis annis decemvirum, rogatorumque consilia: quadraginta verum consilium singulis sex mensibus reformatur. Nec qui priori decemvirum quadragintaque consilio fuerint, refici sequenti consilio condonatur. Decemvirum rogatorumque numerus ex maioribus natu, dignioribusque conficitur: quadraginta vero ex iunioribus qui trigesimum adimplerint annum. Decidendis ultimo iudicio causis civilibus, singulis diebus inserviunt, sexque peractis mensibus, criminalibus vacant, huiusmodique eorum iudicio civiles criminalesque causae ut plurimum terminantur. Rogatorum consilium deliberativo inservit generi; decemviri vero principatus securitati ac tutelae, scelestorumque ac proditorum poenis decreti sunt. Fit etiam nonnulla in rogatorum consilio dignitatum distributio, puta si ingentis classis eligendus est dux, si provisores terrestris exercitus duci fuerint conferendi, si provinciis civitatibusque accurata magis custodia cavendum, si legati per orbem fuerint destinandi. Hi diligentiori cura maturiorique iudicio patrum, ex omnibus eligantur. Sciscitantur patres scrutinio quem iudicent eligendum: quisque suum pro voto mandat inscribi: descripti ad principem deferuntur, enunciantur omnibus voce clara. Quisque quem e cunctis eligendum statuit, corde praefigit: dantur suffragia: per sedilia designati discurrunt; et, ut supra, assentientium negantiumque suffragia ad tribunal deferunt. Numerantur suffragia, et qui plurimorum assentientium suffragiis electus respicitur, ille mandato principis declaratur. Eeoque tenore conficiuntur et reliqua quae longum et superfluum enarrare videtur, ut ad iudicialem nunc ordinem magistratuum, ceterorumque qui inserviunt civitati devenire valeamus.

Primus enim *publicorum magistratus* nuncupatur. Hi ab aureis quatuor infra cuique iura ministrant, publicorumque locorum civitatis evacuandorumque rivulorum, quibus navigio per civitatem omnem discurritur, curam habent, circumstantium scilicet impensis et sumptu.

Secundus est *tribunal mobilium*. Hi e quatuor ad quinquaginta aureos tantum, si non extiterit instrumentum: et si exti-

terit, ad quamcumque summam etiam in testamento contentam iura ministrant.

Tertius *petitionum tribunal* nuncupatur. Hi ab aureis quinquaginta supra, omnem causam complectuntur, et iura ministrant. Hi tres civibus serviunt.

Quartus forensium causis designatur, omnemque earum quantitatem amplectitur, et iura ministrat: naulorum etiam inter quoscumque causas audiunt, et definiunt.

Quintus *propriorum tribunal* dicitur: eo quia propria, hoc est stabilia bona diiudicat, pupillis ac viduis favet, et dotes persolvit, defunctorumque extra civitatem colligunt bona, tribuuntque quibus iure debentur.

Sextus *examinatorum tribunal* nuncupatur, eo scilicet quod si qui ad futurorum memoriam examinandi venerint, eorum attestationes suscipiunt, secretasque, quoad tempus fuerit iudicandi, haberi iubent. Vacant etiam alienandorum stabilium ordinibus observandis, et si quis quid cuique tradiderit pignori, a creditore pignore designato, statuto tempore ac praemonito debitore subastant, et quod superest, soluto creditore, erogant debitori. Sin vero nec sufficit, sententia debitorem in reliquum arctari iubent.

Septimus *procuratorum tribunal* nuncupatur, quod omnem causam civium forinsecorum magnae parvaeque quantitatis mobilium stabiliumque bonorum ac naulorum, et mercedis civilem vel mixtam amplectitur potestatem, iuraque in his omnibus subministrant quae ad dominorum procuratorum causas eis quomodolibet spectantes competere viderentur, tam si praefatis dominis procuratoribus agere quam tueri contigerit. Sunt autem tria praefatorum procuratorum officia, quorum unicuique tres e praestantioribus civitatis nobilibus, clarioribusque maioris consilii iudicio ac sententia designantur. Quorum primi ecclesiae evangelistae Marci eiusque proventibus serviunt; et si qui pupillari aetate ab intestato patre derelicti sunt. Si qui etiam mente capti fuerint, eorum tutelae designati, bonorum suorum legitimam curam gerunt. Secundi vero et tercii, quemadmodum divisa est media civitas salsi fluminis cursu, ita et eorum negocia segregantur, omnesque student defunctorum in parte sua civitatis, qui eos in testamentis executores legaverint, eorum vota et legata persolvere,

minorum iura tueri, et servata quibus competunt integra suis temporibus praesignare. Hi omnes magna gerendorum cura gravantur, eo quod cum optimi civitatis primique habeantur, quicumque fideles suae voluntatis ministros linquere statuit, fidelesque haeredibus suis tutores instituere. Hos legant commissarios, et legatorum suorum executores ac ministros, tam si praedesignatis personis aut locis, quam si eorum arbitrio eroganda mandaverint. Hi singulis annis aureorum centum millia in Dei honorem pauperibus conferunt, et quum primae ac supremae dignitatis et aetatis viros fore praediximus, plurimaeque eis causae imminent, nec dignum fuisset tantos viros pia opera ministrantes, diversa iuditiorum tribunalia diebus singulis pererrare, eis eorumque causis procuratorum illud tribunal princeps designavit, quo omnes tam actores quam rei, in quibuscumque causis ad procuratores ipsos spectantibus, accederent responsuri, et procuratores ipsos in iudicium evocarent. Iudices omnes trini iura ministrant, nec executioni ullatenus vacant, quia ministri principis si erraverint ad tres principis cancellarios habent recursus. Hos princeps corrigit, et in viam iustitiae dirigit.

Sunt et alii *tres veteres iusticiarii* nuncupati qui opificibus et artificibus, huiuscemodique cum artificibus causas habentibus iura ministrant.

Exstant et *quatuor mercatorum consules* dicti, qui commercii causas indifferenter, omni sublata mora, ministrant, nec in longum trahi patiuntur.

Sunt et *tres* alii *supraconsules* appellati : hi eorum qui alieno aere gravati sunt, curam habent, fidemque praestant. sua iura tueri, et in concordiam creditores ire suadent, ne inopia directi civitatem deserant.

Sunt et alii tres qui hospitibus iura ministrant, *novi iusticiarii* nuncupati, qui non iniuriam hospitibus fieri patiuntur. Hi omnes et iudicandi et exequendi curam ac ministros habent.

Iudiciorum vero praedictorum omnium appellatio ad tres *auditores* defertur. Exstant autem *duo auditorum tribunalia*, unum quod *veterum auditorum* nuncupatur, ad quod omnis civitatis devolvitur appellatio; reliquum ad quod exterarum civitatum affertur reclamatio : tres unumquodque tribunal auditores habet c-

rum quisque suo arbitrio utitur, videlicet si male senserit iudicatum, non suo iudicio quid statuit, sed in iudicium designati consilii defert; eiusque iudicio causae et iudicia terminantur.

Est et aliud criminibus *tribunal* dedicatum quod *sex nobilibus* ex sex civitatis partibus designatis constituitur. Hi pravitatum, scelerumque ac violentiarum causas inquirunt, tormentisque veritatem excutiunt. Si tamen ex sex quatuor in sententiam venerint, levioribus poenis afficiunt; si vero maiora supplicia exposcere scelera videantur, principis arbitrio, ac superioris iudicii propriorum lege iudicandum affertur. Hi sex plurimo stipati satellite, quisque suam civitatis partem vagari alterna nocte coguntur, scelestis urbem expurgantes, bonis vero tutum aditum praeservantes.

Sunt et alii sex pariter ex sex civitatis partibus designati, ac *sexteriorum capita* recensiti, qui pariter et alterna per urbem vagari nocte coguntur, et scelestis civitatem expurgant, minoribusque suppliciis corrigunt. Horum, et priorum omnium appellatio adversus auditores defertur, si quos pecunia mulctaverint; sin vero carcere aliisve suppliciis, ad advocatorum tribunal corrigenda defertur appellatio. Hi sexteriorum capita coctilibus viam muniunt, permundamque civitatem servari mandant, pontesque refici cogunt, quibus discurrentes per civitatem undique aquas habiliter quisque pertransire valeat, et in quam partem voluerit gressum dirigere. Est namque civitas, ut nosti, undique discurrentibus aquis referta, quae deferendis opportunis ad cuiusque domos perambulandique habiliter urbem apprime lembis compositis serviunt. Nulla enim nec apud Christi fideles, nec apud exteras nationes civitas exstare dignoscitur, quae terra marique propriis cuiusque deserviat commodis, iocundiusque perambulandi conferat facultatem. Nam extuante sole, desuper tecti, nobiles bini, terni, quaternique lembis civitatem vagantur; nulloque gravati labore vel aestu in propria revertuntur.

Sunt et alii quinque qui *pacis quinque* nominantur. Hi, si quid discordiae ac iniuriarum acciderit, mulcta reos poenisque coercent, pariterque pacatos, aut poenis minime infestos reddunt: ab his ad advocatores reclamatur, qui illa moderant, tollunt, et approbant, prout iustitiae et aequitati convenire cognoverint.

Est praeterea supremum, et auctoritate perspicuum *trium advocatorum tribunal* quo nil civitati sanctius, cum communes oppressorum omnium advocati dicantur; nil scelestis legumque transgressoribus magis formidabile fore videtur. Hi iuxta delicti magnitudinem et atrocitatem criminis, non sua sed consiliorum sententia delinquentes, emeritis quibusvis poenis afficiunt; et ut puniendis sceleribus solertiores reddantur, si quem pecunia mulctarint, senatus auctoritate sibi dimidiam vindicant. Nec trium aut duorum sententia expectatur qui reum in medium afferat iudicandum, sed unus tantum et eorum quilibet suo disponit arbitrio, diemque dicit, cum non suo sed consilii iuditio cuncta sautiantur, ut infra clarius declarabitur.

Sunt praeterea alii complures magistratus principatus utilitati ac dignitati servientes.

Primo namque *tres annonae provisores*, quorum cura pariterque solertia rei frumentariae summa diligentia praecavetur, munitamque frumento semper ac farina civitatem fore conantur, nec in farinae domum publicam minus octo aut decem sextariorum millibus diebus singulis fore patiuntur, et si negotiatorum farina defuerit, civitatem publica nutriunt. Si quidem maiori pretio suam negotiatores adauxerint, communem minori pretio commutari demandant, miserorum inopiam publico incommodo sublevantes, et saepenumero communi XX aut XXX aureorum millium damno, ut publico potius quam privato incommodo inediae succurratur. Sunt et duo qui frumento publico praesunt, hisque obtemperant.

Sunt et duo qui aedis farinae publicae curam gerunt, nec pondere aut mensura quemquam fraudari patiuntur.

Sunt et *tres* alii *communis* provisores, qui communi utilitati deserviunt, artiumque, puta lanae, serici, curam gerunt.

Sunt et qui aureae monetae curas addunt, pariterque argenteae curam gerunt. Sunt et alii qui argenti aurique, quod civitatem ingreditur curam habent, partemque monetae debitam subministrant. Sunt et alii quibus perficiendi auri cura mandatur, nec ante ad monetae officinam adducitur, quin eorum iuditio fuerit expurgatum.

Sunt et tres alii, qui communibus redimendis rebus inserviunt, qui *Cataver*, hoc est inventores nominantur.

Sunt et *tres* quibus *conficiendae* classis, nautisque ac pugnatoribus instruendae cura mandatur, pariterque, cum in patriam redierit, persolvendi.

Sunt et *tres* alii *arsenatus patroni,* hoc est, qui struendis triremibus domui praesunt. Hi curam omnium quae navalibus opportuna sunt rebus agunt.

Sunt et *duo* qui *funium curam* gerunt, nec opportuna deficere patiuntur, aut funibus indigna misceri, cum ex eis navigantium salus ac rerum pendere videatur.

Sunt praeterea et *tres ternariae officio* constituti, quorum potissima cura est, ut totius olei, quod civitatem ingreditur, tercia pars moderato precio recensita civitati deserviat, tertiaque retenta, reliquum pro libito negotiatores auferant.

Exstat praeterea *unus qui lignis munitam contineat civitatem,* omnique tempore nemoribus vacet, ne temporum asperitate pauperibus forte deessent, maiorique ac intollerabili precio augerentur: etsi forte, adversa tempestate, adventare saeva hiems non pateretur, tunc publicis succurrit pauperibus, pretiaque augeri non patitur.

Sunt *tres* qui *vini vectigalia* exigunt: aureorum namque octuaginta millia singulis annis colligunt.

Sunt *tres* qui *ingredientium* civitatem *rerum, tresque exeuncium vectigalia* colligunt; tresque qui commutationum etiam impositum vectigal exigunt.

Sunt *quatuor* qui *salis curam* gerunt, colligunt namque singulis annis centum et quinquaginta millia ducatorum ex sale nostri principis, et civitatibus ceterisque principibus designato.

Sunt et *tres* qui *Teutonum domui praesunt:* est namque illustris ac praeclara mansio, in qua singulis annis ad decies centena millia aureorum, aut ad eorum valorem commutatio pertractatur. Hi Teutonum rerumque suarum curam gerunt, nec eis iniuriam inferri paciuntur, debitaque vectigalia exigunt, omnes enim proventus civitatis sexcentum aureorum millia superant.

Sunt etiam *tres imprestitorum camerae designati,* qui quidem in libris inscribuntur, et quatuor eis aureos pro centum erogatis solvunt. Hi tres singulis annis tercenta millia aureorum

bene emeritis civibus persolvunt, et ad hoc nonnulli civitatis red-ditus et proventus arctissimis legibus designantur.

Sunt praeterea *tres* digno magistratui insidentes, qui *introituum gubernatores* nuncupantur. Hi vectigalium ceterorumque proventuum curam gerunt.

Sunt et *tres* qui *rebus mari venientibus* quae victui serviunt. *primam curam habent,* ceterisque reperta ministrant.

Sunt et *tres* qui *pariter mari* cuncta civitatem adeuntia. puta specierum genera reliquarumque rerum, nonnulla exigunt vectigalia, ceterarumque reliquis curam mandant. Hi proximas mari stationes incolunt.

Sunt et *tres* qui *carnium curam* gerunt, nec fraudari quemquam patiuntur, magnaque vectigalia exigunt. Sunt et alii *tres quibus tueri lembis civitatem datur,* ne vectigalibus fraudetur: plerique etiam ex supra descriptis parem curam agunt.

Sunt *extraordinarii tres,* qui navium, triremiumque negotiantium nabula, seu mercedes excutiunt, omniumque iura tuentur.

Sunt et *duo* qui *camerarii* sive *quaestores* nuncupantur: ad hos omnis pene vectigalium summa defertur; eiusque curam gerunt, ceterisque, iuxta principis mandata, distribuunt.

Sunt et *quatuor examinatorum* genera: *tres* primi *rationum veterum inspectores; tres* secundi *novarum rationum revisores; tres* tercii quibus *decem officiorum cura* mandatur; quarti *tres* quibus exterarum civitatum calcula ac rationes pensare iubetur. His omnium qui aes publicum subministrant, rationes excutere ac diligenti examine recensere mandatum est, ne qua fraus oriatur. Omnes autem hi simul et exteri civitatum praetores a maiori designantur consilio: et de coetu nobilium eliguntur; ab hoc etiam decemvirum, quadraginta ac rogatorum pendent et causantur consilia.

Et quoniam civilium criminaliumque omnis decisio causarum, collegiorum, consiliorumque iuditio terminatur, eorum seriem explicare operae precium arbitratus sum.

Civilium itaque causarum omnium appellatio, si a iudicibus appellaverint civitatis, ad veteres; si a praetoribus exteris, ad auditores novos deducitur. Hi vero, auditis partibus, si confirmanda sententia venerit, illam laudant, et si a triginta aureis

infra sententia fuerit, tresque illam laudaverint, in rem transit iudicatam. Si aureos triginta excesserit, laudaverintque auditores, sua aliquantulum conferunt auctoritate, non tamen ad posteros tollitur appellatio, cum a triginta supra nulla indefinitam possideant auctoritatem, sed tantum sit collata facultas causas in consiliorum iuditia ferre et appellantium iura deducere, nec iudicum causa ulla in consiliorum iudicia ducitur, nisi prius auditores hi iustam fovere causam appellantes iudicaverint. Si igitur male iudicatum et bene appellatum agnoverint, unus, duo, aut tres ex ipsis auditoribus, in decisionem consiliorum deducunt; et si a ducentis aureis infra sententia fuerit, ad nobilium quindecim collegium; sin ducentos ascenderit, ad quadraginta consilium deferunt. Ibi citatis partibus casum auditor exponit, et appellantis iura defendit. Tuentur sententiam iudices. Demum vasis, ut supra, astancium sententias colligunt, et in tercium usque consilium deferri iudicium potest, ni maior pars ante sententiam laudaverit, aut forte improbaverit. Tercio vero consilio, maiori iudicantium statur arbitrio, seclusis his qui forte nondum duxerint iudicandum; et si sentencia collegii, aut consilii iudicio venerit laudanda, in definitivam transit sententiam: sin vero venerit improbanda, tunc sententia revocata, cuncta in primum statum terminumque pertranseunt. Consilia vero ac collegia illa singulis mensibus nunc veteribus, nunc novis deserviunt auditoribus. Quadraginta vero consilium, cum civilibus causis sex mensibus deservierint, sex sequentibus mensibus causis criminalibus vacant. Accedunt namque advocatores, et opprimentium deliquentiumque causas in iudicium afferunt, discussisque parcium iuribus, plurium tandem sententia puniunt delinquentes.

Est praeterea *decemvirum consilium*, in quo princeps sexque consultores assistunt, et si quem in principem principatumque deliquisse constiterit, indelebili ille poena mulctatur. Maximo itaque terrori omnibus exstat consilii huius tremenda sententia; in quo pariter et advocatores non tantum iudicaturi admittuntur.

Exstat demum *consilium rogatorum*, quod ducentis et ultra designatis viris conficitur, ita tamen ut non plures quinque ex familia quaque sumantur. Huius itaque auctoritate pariter et

decreto bellum paxque conficitur, classes exercitus parantur. responsa traduntur, cunctaque quae ad principatus decorem securitatemque conferre videntur, huius decreto sanciuntur. Constituitur autem ex senioribus quinquagenariisve, et triginta annorum, puta consilio quadraginta, qui omnes in unum coalescentes consilio ac spiritu, rempublicam subministrant.

Exstat ultimo loco *supremum collegium* ex principe, sex consultoribus eius, tribus quadraginta capitibus, sex consilii sapientibus, quinque belli sapientibus, et quinque ordinum sapientibus constitutum, qui viginti sex numerum implent. Horum consilio res quaeque arduae disponuntur. Hic undique allatae litterae recitantur: hic principes oratoresque audiuntur: hic consultis rebus responsa redduntur: hic agendorum omnium prima sumitur consultatio: et si res non maximi momenti fuerint, plurium et maiorum praesertim sententia terminantur; si vero magni ponderis fore cognoverint, rogatorum iuditio deferuntur.

Consultandis vero rebus hic ordo servatur. Est enim apud quemque ordinem sapientum, uni per hebdomadam, dicendi proponendique locus designatus. Hic, cui locus evenerit, reliquorum sententiam sciscitatur et, si adest princeps, sive consultores, dicturus ille surgit in medium: unam aut plures sociorum sententias aperit. Potest quilibet demum in medium sententias rationesque adducere: ceterorumque adducta confutare. Demum qui, rogatorum iuditio, suas decreverit ferre sententias in scriptis redigi iubet: petunt indici consilium mandatum a principe: astancium namque cuilibet consilium poscere licet, in mediumque sententias ducere consultandas; vocatoque post meridiem consilio cum primum convenerint, undique susceptae litterae recitantur, quae praesertim sunt ponderis et momenti. Demum qui auctoritate praecellunt, princeps scilicet, si forte in medium sententias afferre decreverit; demum consultores astantes aut eorum alter sive quadraginta virorum capita: demum consilii sapientes; post sapientes belli; postremi vero ordinum sapientes, servato ordine, omnes simul aut ad libitum singuli vota proponunt. Qui vero sententiam recitandam decreverint, servato ordine, in medium efferri iubent: expositisque sententiis suadendo suas, reliquas vero confutando perorant. licet et

de consilio cuique non inscriptis, sententiam ducere, et adducta suadere vel confutare, perorata causa. Qui vota proponunt ad colligenda suffragia, manibus vasa alba suscipiunt; praecedunt qui dignitate praefulgent, ceteri suo ordine subsequuntur; quisque pro sua sententia suffragia collecturus, etsi eiusdem ordinis inter se sententia disceptarent, praeter eum, qui hebdomadae locum tenet: aetati honos adhibetur. Sequitur scriba bina manu vasa congestans: rubeum in quo negantes sua suffragia conferunt, viride in quo qui nondum sua firmarunt iudicia, suffragia sua deponunt. Affirmantia in dexteram consiliorum partem, negantia ac neutralia in sinistram deferuntur: numerantur et plurium statur iudicio, si tamen dimidiam astantium partem superaverint. Haec quidem tacita per suffragia, et non palam verbis expressa sententia liberius quemquam patitur iudicare, certiusque ac celerius enucleatur hoc ordine sententia plurimorum. Hic ordo decernendis quibuscumque servatur, sive una, sive plures in medium sententiae deducantur.

Est autem cuiusque ordinis distincta facultas. Primores namque ac seniores consilii sapientes, similiter et belli sapientes quamcumque terrestrem navalemque causam suscipiunt, et pro libito consultandam deferre valent. Ordinum vero sapientibus aetateque iunioribus maritimae tantum causae mandantur: his, belli pacisque ceterarumque navalium ac maritimarum rerum sententias in discrimine adducere licet. Terrestrium vero causarum ac urbis facultas non exibetur. Hi singulis annis longas naves commercii, hoc est triremes viginti quatuor, diversas petere partes instituunt, quarum quaelibet in urbem rediens aureorum pene centum millium valorem exsuperat. Statuunt pariter et viginti triremes singulis annis navali proelio institutas, quibus pyratis, ac praedonibus fretum expurgare mandatur: hoc in tempore, quo cum Teucro bello contenditur, quadraginta, et sexaginta singulis annis instituunt. Sunt et aliae onerariae naves quae maxime plurimaeque vehendis commeatibus ceterisque commutabilibus, singulis anni temporibus, serviunt, cunctaque singulis diebus opportuna ac commutabilia devehunt, quae quidem maximum numerum conficiunt. Haec mirari merito quis potest? Nulla enim dies praeterit, qua ultra mille plaustrorum pondera

non advehantur in urbem. Persaepe etiam duorum et trium millium: quandoque vero decem et quinque, viginti puta, cum triremes aliquae commerciis dedicatae simul cum onerariis maioribus quibusdam civitatem adire contingit. Nulla enim ex maioribus civitatem ingreditur, quae non ultra mille, et duorum millium plaustrorum pondera deferat, tantis enim opus est. Nam cum centum et quinquaginta millium capita censeantur, quae ad victualia, et vestitus necessitatem annuo cursu vehuntur, trigesies centena florenorum millia superant, cum nemo sit qui necessario victui vestituique, maioribus cum minoribus comparatis, viginti aureos non impendat, praeter ea quae superfluis in tanta tamque excellenti civitate a tot maioribus in victus vestitusque exuberantiam impenduntur: cum mediis in aquis salitis urbs iaceat, nullo sui soli fructu incolas alere valeat; omnia namque extrinsecus advehuntur, singulisque annis victui et vestitui tanta pecuniarum seu valoris quantitas comparata defertur. Unde necesse est et plura inferri, cum ne dum suis succurrere princeps, sed et universo orbi conferentia communicare sua sedulitate conatur. Tanto ergo et maiori navium numero singulis annis universa lustrare maria iubet, plurima discurrere flumina mandat, ut suorum ac reliquorum omnium conferentiae necessitatique succurrat, suorumque commodis et emolumento, ceterorum et commoda et emolumenta non aspernatur. Tanta enim omni tempore adest commutabilium quantitas ut nulla pene pecuniarum quantitas inanem ac commerciis vacuam civitatem reddere valeat. Nam si trigesies centum millia aureorum uno tempore efferrentur, commutabilium aequivalentiam procul dubio reportarent, nec tamen vacuam redderent civitatem: quantociusque opulentissimam var[...] per orbem cives redderent. Nam praeter eos, qui variis regionibus orbis moram faciunt, nautarum, mercatorumque omni tempore a viginti ad triginta millia mare fluminaque discurrunt, et singulis diebus in patriam revertentes, civitatem opulentissimam reddunt, ita ut nulla unquam caritate laboret. Praestatque magis circumstantibus mari terraque civitatibus ac provinciis sua nobis possse conferre, cum aliunde ex fructibus corumque redditibus stipem sumere nequeant quam venetae urbi illa negare, nec parvo id documento, expertum est. Nam cum Robertus potenti-

simus Siciliae et Apuliae rex, iniuriam Venetis inferre ratus, suis omnibus imperasset, ne quid eius ex regno venetam urbem deferretur, parvo satis tempore comperit sibi suisque et non Venetis obfuisse. Cum enim telonea ac vectigalia ministri reddi postulassent, omnium pari voce responsum est paratos se frumenta, vina, oleum et similia velle conferre. Et cum non huiusmodi fructus, sed pecuniam poscerent, negarentque illi pecuniam posse conferre, cum nusquam nisi ex urbe veneta suis de fructibus sortiantur, sensit rex non Venetis sed sibi suisque nocuisse, confestimque mandata revocavit. Quod Veneti sentientes, quibus aliunde perabunde cautum fuerat, in praedam cunctos regis subditos, qui venetam suis cum fructibus urbem accederent, se dare indixerunt, quo terrore perdomiti cum sua abiicere cogerentur, rexque vectigalia unde sumeret non haberet, pacem precibus impetravit.

Hoc idem Marchia Romandiolaque saepe testatae sunt, nam persaepe praesules ac dominos occisuros se minatae sunt, ni celeri pace, ac concordia Venetiam adire se Veneti paciantur, cum aliunde ex fructibus suis argentum et aurum comparare non valeant. Itaque non una aut alia sigillatim provincia opus est venetae civitati, cum victui necessaria undique confluant, sed omnes circumquaque terra marique provinciae et civitates omni se dicerent orbatas emolumento, ubi facultas negaretur Venetiam adeundi. Stat ergo mediis aquis inter tenue litus et circumquaque iacentes civitates ac provincias situata: nil quod ad humanos usus, victus ac vestitus pertinet colligens, et cunctis tamen civitatibus magis abundans, quam nullus quidem nec oppugnare, cum aquis undique vallata sit; nemoque eam nisi volentibus Venetis adire valeat, nec obsidere potens habeatur, cum mari terraque undique ultro necessaria confluant, quae ne quidem tercenta et ultra hominum millia prohibere possent. His ergo vallatus praesidiis, non rapinam arbitratus est viribus gloriari, cum ex veneta urbe sexcenta millia ducatorum, ac totidem singulis annis ex reliqnis suscipiat civitatibus, marique centum et ultra maximarum navium classem totidemque triremium; terra vero equorum peditumque validum valeat conficere exercitum, ita tamen ut nec bellum cuique ambitionis indixerit gratia, et si usquam arma sumere, non sponte sed lacessitus iniuriis sumere coactus

fuerit: et cum tanto nobilium ac civium numero stipatus incedere valeat, quanto quis unquam princeps incedat, cum nobilium civiumque electorum decem millia et ultra conficiat. Moderato tamen incedit comitatu, pace sibi ac iustitia gloriam vindicans, utilitatique fidem et amicitiam praeferens, his stipatus ac fidens, traditum sibi a Venetis principatum, illaesum posteris se collaturum non dubitat, suos imitatus praedecessores, qui pariter his artibus tantum sibi imperium reliquerunt. Ceterum ea principibus senatuique innata voluptas ecclesiam pontificesque venerari eisque conferre praesidia, principes demum omnes summa colere caritate, eisque pro viribus morem gerere; nulli iniuriam, nulli arma spe ambitionis inferre; inferentibus tantum resistere, et plerisque saepe, neglecta victoria, parcere: cum quibus semel contracta est amicitia ictumve foedus numquam sua culpa solvisse. His in posteros traditis documentis, in haec tempora ventum est, quibus neminem eorum statum, dignitatem, ac famam merito accusare posse non dubitant.

I.

INDEX PERSONARUM.

[illegible]

II.

INDEX RERUM.

III.

INDEX LOCORUM.

OPERA AUCTORIS.

Orazione per la solenne inaugurazione del busto di Gregorio XVI P. M., fattasi nel seminario Gregoriano di Belluno il dì 14 maggio 1835. — *Belluno*, tip. Tissi, 1835, 4.°

Specimen bibliographicum de Dalmatia et agro Labeatium. — *Venetiis*, typis Caecinianis, 1842, 8.°

Bibliografia dalmata tratta da' codici mss. della Marciana di Venezia. — *Venezia*, tip. Cecchini e Naratovich, 1845, 8.°

Discorso pronunciato in Piove di Sacco, per anno quinquagesimo quinto del sacerdozio di d. Francesco dott. Targhetta. — *Padova*, Penada, 1845, 8.°

Della biblioteca del seminario di Padova. — *Venezia*, tipogr. di Teresa Gattei, 1849, 8.°

Bibliografia della Dalmazia e del Montenegro. Saggio. — *Zagabria*, 1854, Ljudevito Gaj, 8.°

Degli studj sul Friuli. Memoria letta alla reale società boema delle scienze in Praga, li 23 ottobre 1854. — *Praga*, 1856, Carlo Bellmann, 4.°

Catalogus codicum manuscriptorum de rebus forojuliensibus, ex bibliotheca ad d. Marci Venetiarum. — *Wien*, aus der k. k. Hof-und Staatsdruckerei, 1857, 8.°

Sulle antichità spagnuole in generale, e singolarmente delle provincie Nuova Castiglia, Estremadura, Andalusia, Murcia, Valenza, Catalogna. — *Wien*, aus der k. k. Hof-und Staatsdruckerei, 1859, 8.°

Delle biblioteche della Spagna. Commentario. — *Wien*, aus der k. k. Hof-und Staatsdruckerei, 1860, 8.°

Bibliografia del Friuli. — *Venezia*, tip. del Commercio, 1861, 8.°

Supplementi al saggio bibliogr. della Dalmazia e del Montenegro. — *Zagabria*, Lodovico Gaj, 1862, 8.°

Delle biblioteche e delle società scientifico-letterarie della Neerlandia. — *Wien*, aus der k. k. Hof-und Staatsdruckerei, 1862, 8.°

Diplomatarium Portusnaonis. — *Wien*, aus der k. k. Hof-und Staatsdruckerei, 1865, 8.°